
COLLEGIUM SACROSANCTAE TRINITATIS APUD TORONTONENSES

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. III. PARS I.

S. THASCI CAECILI CYPRIANI OPERA OMNIA

EX RECENSIONE G. HARTELII.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXVIII.

S. THASCI CAECILI CYPRIANI

OPERA OMNIA

RECENSVIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

GVILELMVS HARTEL

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXVIII.

PROFESSORI · OPTIMO

IOHANNI · VAHLENO

D · D

GVILELMVS · HARTEL

I.

THASCI CAECILI CYPRIANI

AD DONATUM.

S = codex olim Seguierianus, nunc Parisinus 10592 (= Suppl. Lat. 712), saec. VI—VII; initium deest; incipit. fol. 1. a uerbis c. 8: numquam temporibus.

W = codex theolog. Würzeburgensis 145, saec. VIII—IX (saec. *VII* adscribunt alii).

P = codex Parisinus 1647 A, saec. X.

M = codex Monacensis 208, saec. IX—X, qui cum initium libri duplici apographo exhibeat, apographum primum M_1, alterum M_2 signaui.

B = codex Bambergensis 476, saec. XI.

V = codex Veronensis, saec. VII (?); libri perditi scripturas partim ex conlatione, quae exemplari editionis Manutianae adscripta in bibliotheca Acad. Goettingensi extat, partim ex adnotationibus editorum excripsi.

v = editiones uel omnes uel aliquot.

r = editio princeps Romae 1471.

Oxon. = editio Oxoniensis e theatro Sheldoniano 1682.

E codicibus *SWPMB* uarias lectiones in apparatum recepi omnes; de *V* nisi quae in fontibus meis notata inueni, nihil potui edere; ceterum codices *MB* ad recensenda capitula 1—7 tantum adhibui.

THASCI CAECILI CYPRIANI

AD DONATUM.

Bene admones, Donate carissime: nam et promisisse me me- 1
mini, et reddendi tempestiuum prorsus hoc tempus est, quo indulgente uindemia solutus animus in quietem sollemnes ac statas anni fatigantis indutias sortiatur. locus etiam cum die conuenit, et mulcendis sensibus ac fouendis ad lenes auras blandientis autumni hortorum facies amoena consentit: hic iocundum sermonibus diem ducere et studentibus fabulis in diuina praecepta conscientiam pectoris erudire. ac ne loqui nostrum arbiter profanus impediat aut clamor intemperans familiae strepentis obtundat, petamus hanc sedem: dant secessum uicina secreta, ubi dum erratici palmitum lapsus nexibus pendulis per harundines baiulas repunt, uiteam porticum frondea tecta fecerunt. bene hic studia in aures damus, et dum in arbores et in uites

Caecilii Cypriani epistola ad Donatum incipit *B*, *inscriptionem om.* *WPM.* ad Donatum de gratia dei *inscripsit Oxon.* 3 ammones *WB* mememini *ex* memeni P *m.* 2 4 quo] quom *coniecit Latinius*, quum *Rigaltius*, in quo *Pamelius* 5 sollemnis *M; saepissime litterae* e *et* i *confunduntur in M* 6 statas *WP*, satas *B*, statutas *M* fatigantis] fatiscentis *recepit ex uno libro Baluzius* inducias *B* sortiatur] sortitur *v*, seruatur *P*, *sed s. l. m. 2* feriatur 7 lenis *M* 8 ortorum *W* iucundum *Bv* 9 studentibus] st.identibus *P;* ludentibus *coniecit Baluzius conlato Minucii Felicis Octav. c. 3, 4:* iter fabulis fallentibus precepta *W; e et* ae *litt. saepius confunduntur in W* 10 conscientia *M* pec..toris *W* loqui *WV*, eloquium *PBMr,* colloquium *v* 11 prophanus *W* obstrepentis *M*, *sed* ob *add. m. 2* 12 optundat *B* dant *P sed* t *ex corr.*, dent *M*¹ 13 et ubi *M*₂ pendolis *M*¹ arundines *W* 15 arborum' *P* in *om. M*

uidemus, oblectante prospectu oculos amoenamus, animam simul et auditus instruit et pascit obtutus: quamquam tibi sola nunc gratia, sola cura sermonis est, contemptis uoluptariae uisionis inlecebris in me oculos tuos fixus es, qua ore, qua mente totus auditor es et hoc amore quo diligis.

2 Ceterum quale uel quantum est, quod in pectus tuum ueniat ex nobis, exilis ingenii angusta mediocritas tenues admodum fruges parit, nullis ad copiam fecundi caespitis culminibus ingrauescit, adgrediar tamen facultate, qua ualeo: nam et materia dicendi facit mecum. in iudiciis, [contione] pro rostris opulenta facundia uolubili ambitione iactetur: cum de Domino et de Deo uox est, uocis pura sinceritas non eloquentiae uiribus nititur ad fidei argumenta sed rebus. denique accipe non diserta, sed fortia, nec ad audientiae popularis inlecebram culto sermone fucata, sed ad diuinam indulgentiam praedicandam rudi ueritate simplicia: accipe quod sentitur, antequam discitur, nec per moras temporum longa agnitione colligitur, sed conpendio gratiae maturantis hauritur.

1 uidemus] *om. v*, quas uidemus *r* oblectantẽ *P*, ˜ *m. 2* prospectum *P* prospecto *M* amoenamus] amonea men M_2 n *et* s *s. l. m. 2.* animam *WBM*^{1}*r*, animae *P*, animauit M_2, animum *v* semul *M* 2 auditum PM_2^1 pascet *M* 3 uoluntariae *B*, uolumptariae *M* 4 oculos tuos *WBP*^{1}M_2, oculus tuus M_1 P^2 *v* fixus es *W*, fixisses *B*, fixus est *PMv*; *emendauerat iam Rigaltius:* oculos tuos fixus es qua ore *W*, quo more *P*, quo amore M_1*B*, ...oM_2, tam aure *v*, tam ore *r*, quam ore *v* qua *WPM*$_1$*B*, quam M_2*v*; qua ore, qua mente *emendauerat Gronouius (Obseruationum libri quattuor ed. Frotscher, III. 12. p. 262) super* mente *posuit m. 2 in* M_2: recta auditor es] auditoris M_1 5 et] ex M_2 quo] quod *M* dilegis P^1, deleges M_2 6 et ex *M* 7 exilis] ex illis *M* ingenii ti P^1 8 cespitis *WP* culmis *Oxon.* 10 mecum] metum *Goulartius* in M_1 *s. l. m. 2* iudicis W^1, iudicii *Pr* contione *WPM*, contentione *B*, in concione *v*; *uocem uncis inclusi* (in iudicii contentione *uel* conuentione *v*) ne pro rostris opulenta sit facundia neque M_2; *sed* ne sit neque *add. m. 2* 11 uolubili] nobili *coni. N. Faber* iactatur M_1 cum uero *scribendum censuit Latinius (bibliotheca sacra p. 174)*, cum et *P* et de deo *Pr*, de deo *W*, deo *MB* 12 eloquentia *ex* eloquente M_1 *m. 2* 13 accepi *M* dısserta PM_1 sed] sed nec *B* 14 ad *om. PMB* illecebra *B* fugata M^1 16 discitur *WBM*^{2}, discetur M^1P^1, discatur P^2 17 collegitur P^1M^1 maturathensauretur M_1, maturantis.. auritur M_2 (ntis *ex corr.*)

Ego cum in tenebris atque in nocte caeca iacerem cumque 3
in salo iactantis saeculi nutabundus ac dubius uestigiis oberrantibus fluctuarem uitae meae nescius, ueritatis ac lucis alienus, difficile prorsus ac durum pro illis tunc moribus opinabar, quod in salutem mihi diuina indulgentia pollicebatur, ut quis renasci denuo posset utque in nouam uitam lauacro aquae salutaris animatus, quod prius fuerat, exponeret et corporis licet manente conpage hominem animo ac mente mutaret. qui possibilis, aiebam, tanta conuersio, ut repente ac perniciter exuatur, quod uel genuinum situ materiae naturalis obduruit uel usurpatum diu senio uetustatis inoleuit? alta haec et profunda penitus radice sederunt. quando parcimoniam discit, qui epularibus cenis et largis dapibus adsueuit? et qui pretiosa ueste conspicuus in auro atque in purpura fulsit, ad plebeium se ac simplicem cultum quando deponit? fascibus ille oblectatus et honoribus esse priuatus et inglorius non potest. hic stipatus clientium cuneis, frequentiore comitatu officiosi agminis honestatus, poenam putat esse, cum solus est. tenacibus semper inlecebris necesse est, ut solebat, uinolentia inuitet, inflet superbia, iracundia inflammet, rapacitas inquietet, crudelitas stimulet, ambitio delectet, libido praecipitet.

Haec egomet saepe mecum. nam et ipse quam plurimis uitae 4
prioris erroribus inplicatus tenebar, quibus exui me posse non

1 ego] ergo *Pamelius; codicum scripturam exhibet Augustinus Serm. 312, tom. V, p. 1256* ceca *P* 2 salo *WMP*[1], solo *P*[2]*B* oberantibus M_2, operantibus M_1 3 fluctuarer *B* uitae] uiae *coni. Oxon.* 5 michi *B* *super* ut quis M_2 *m. 2* : aque 6 possit M_1 aque *W*, que *M* salutaris itineris *M* 7 corporea *Rigaltius* *post* licet *sex litterae erasae* in *W* 8 conpage] materia *P* qui] quid *M*, cui *Goulartius*, quin *r* inpossibiles *P*, inpossibilius M_1, inpossibilibus M_2, inpossibilis *r* agebam *M* 9 est tanta *vel* tanta est *v* exsuatur *WP*[1] genuino *B* 10 situm M_1 obdurauit M_2 *B* uel] et *M* diu] interdiu *Pv* 11 paenitus *PM* 12 discet *M* acpolaribus M_1 caenis WM_1 13 praeciosam uestem conspicuos M_1 in (*ante* purpura) *om. B* 14 deponet *M* 15 oblectatur *WM* ingloriosius *B* 16 et *ante* freq. *add. in M m. 2* comitato M_1 17 acminis M_1 honestatur WM_1^2, honestator M_1^1 paenam *WMB* solis M_1 18 uinulentia *W* 20 et libido *P* 21 et *WMBv*, ut *Pv* ipsi *M* quam *om. August. l. c.* uitae meae *August l. c.* 22 priori *B* orroribus *P* implicitus *v* exsui *PB*

crederem: sic uitiis adhaerentibus obsecundans eram, desperatione meliorum malis meis uelut iam propriis ac uernaculis et fauebam. sed postquam undae genetalis auxilio superioris aeui labe detersa in expiatum pectus ac purum desuper se lumen infudit, postquam caelitus spiritu hausto in nouum me hominem natiuitas secunda reparauit, mirum in modum protinus confirmare se dubia, patere clausa, lucere tenebrosa, facultatem dare quod prius difficile uidebatur, geri posse quod inpossibile putabatur, ut esset agnoscere terrenum fuisse, quod prius carnaliter natum delictis obnoxium uiueret, Dei esse coepisse, quod iam Spiritus sanctus animaret. scis profecto et mecum pariter recognoscis, quid detraxerit nobis quidue contulerit mors ista criminum, uita uirtutum. scis ipse, nec praedico. in proprias laudes odiosa iactatio est: quamuis non iactatum possit esse sed gratum, quicquid non uirtuti hominis adscribitur, sed de Dei munere praedicatur, ut iam non peccare esse coeperit fidei, quod ante peccatum est, fuerit erroris humani. Dei est, inquam, Dei omne, quod possumus. inde uiuimus, inde pollemus, inde sumpto et concepto uigore hic adhuc positi futurorum indicia praenoscimus: sit tantum timor innocentiae custos, ut qui in mentes nostras indulgentiae caelestis adlapsu clementer Dominus influxit, in animi oblectantis

1 sic] signis *P* et desperatione *v* 2 ueluti *v* ue*naculis *P* et fauebam *W*, effauebam *MB*, fauebam *Pr*, offauebam *Baluzius*, adfauebam *v et August. l. c.* 3 undae] mundi *M* genitalis *WP* 4 serenum *add. post* pectus *Baluzius* 6 *post* reparauit *desinit in M apographum primum* (M_1), *sequitur alteri apographo praemissum epistolium illud ficticium, quod e codice Cambronensi primus edidit Pamelius:* DONATUS CYPRIANO CREDO TE retinere sanctissime Cypriane, quae nobis fuerit apud oratorem (oratores *v*) garrulitas, unus sensus, una cogitatio, indiuidua lectio (dilectio *Baluzius*). Quare non et in diuina lectione ita animis roboramur? aut non ea semper nobis fuit cogitatio, sicut promittebas (promittebamus *v*), ut simul crederemus caeperunt confirmare *MB* 7 se *om. M* 9 agnosci *M* 10 delectis *M*[1], dilectis *P*[1] 11 scis̃ *P* scis ipse *B v* recognosces *M*[1] 13 predico in proprias laudes. Ociosa *v* 14 quidquid *Pv* 15 uirtuti] uirium *B* de *om. M* d*ĩ *P* 16 *super* ut *P m. 2:* quod non *om. W* esse *om. P* ceperit *W* 17 est omne *v* 18 inde pollemus *om. M* uiguore *B* 20 qui *WVPBM*[1], quia *M*[2], quod *v*, dominus qui *Pamelius* 21 influxit *WMB*, infulsit *PV*, inluxit *Morellius* animo *W*, animis *M*[1] oblectantes *P*[1]

hospitio iusta operatione teneatur, ne accepta securitas indiligentiam pariat et uetus denuo hostis obrepat.

Ceterum si tu innocentiae, si iustitiae uiam teneas inlapsa fir- 5
mitate uestigii tui, si in Deum uiribus totis ac toto corde suspensus hoc sis tantum quod esse coepisti, tantum tibi ad licentiam datur, quantum gratiae spiritalis augetur. non enim, qui beneficiorum terrestrium mos est, in capessendo *de Deo* munere mensura ulla uel modus est. profluens largiter spiritus nullis finibus premitur nec coercentibus claustris intra certa metarum spatia frenatur. manat iugiter, exuberat afluenter: nostrum tantum sitiat pectus et pateat. quantum illuc fidei capacis adferimus, tantum gratiae inundantis haurimus. inde iam facultas datur, castitate sobria, mente integra, uoce pura in medellam dolentium posse uenenorum uirus extinguere, animorum desipientium labes reddita sanitate purgare, infestis iubere pacem, uiolentis quietem, ferocientibus lenitatem, inmundos et erraticos spiritus, qui se expugnandis hominibus inmerserint, ad confessionem minis increpantibus cogere, ut recedant duris uerberibus urguere, conflictantes, eiulantes, gementes incremento poenae propagantis extendere, flagris caedere, igne torrere. res illic geritur nec uidetur: occulta plaga et poena manifesta. ita quod esse iam coe-

1 operatione] obtemperatione *scripsit Baluzius* nec *r* 2 et *om.* *W* de nouo *W* 3 uiam] semitam *B sed s. l. m. 2:* uel uiam si inlapsa *B* si illapsa firmitate uestigii tui incedas *v post Pamelium* 4 uestigiis tuis *ex* uestigii tui *M m.* 2 5 sis] scis *B* licentia *B* 6 qui] qualis *M* benefitiorum *PM* 7 moris *M*[1] de deo munere *scripsi (cfr. p. 15, 10:* de deo munus), dei munere *M sed* dei *s. l. m. 2*, munere *WVPB*, munere caelesti *rv*, munere diuino *cod. S. Victoris* *ante* mensura *eras.* muneris *in P* 9 cohercentibus *P* certa metarum *ex* certarum *M m. 2* metarum] m̄torum *B* spacia *B* 10 refrenatur *Mr*, refrenantur *P* affluenter *MB* 11 illic *W* 12 aurimus *W*[1] castitatem sobriam *P* 13 uirtute sincera, uoce pura *Pv*, uoce pura, uirtute sincera *r*; uirt. s. *om.* *WVMB* medellam *W*[1]*P*[1], medelam *VBW*[2]*P*[2], medel*a *M* (medulla adolescentium *r*, medela dolescentium *maluit Rigaltius*) 14 uiros *P*[1] extingui *P, sed* ex *in ras. et* t *m. 2* 15 purgari *P* 16 ferocibus *ex* ferocientibus *P* 18 urgueri *P* 19 heiulantes *WPB*, aeiulantes *M* et gementes *MB* paene *W*, poene *P* propagantes *P* 20 fraglis *P* cedere *W* flagris caedere *om.* *M* res illic] ... illic *P* geritur *ex* regitur *M m. 2* 21 et] sed *P* ita *om.* *P* cepimus *P*

pimus, acceptus spiritus licentia sua potitur: quod necdum corpus ac membra mutauimus, adhuc carnalis aspectus saeculi nube caecatur. quantus hic animi potentatus est, quanta uis est, non tantum ipsum esse subtractum perniciosis contactibus mundi, ut quis expiatus et purus nulla incursantis inimici labe capiatur, sed adhuc maiorem et fortiorem uiribus fieri, ut in omnem adversarii grassantis exercitum inperioso iure dominetur.

6 Atque ut inlustrius ueritate patefacta diuini muneris indicia clarescant, lucem tibi ad cognitionem dabo, malorum caligine abstersa operti saeculi tenebras reuelabo. paulisper te crede subduci in montis ardui uerticem celsiorem, speculare inde rerum infra te iacentium facies et oculis in diuersa porrectis ipse a terrenis contactibus liber fluctuantis mundi turbines intuere: iam saeculi et ipse misereberis tuique admonitus et plus in Deum gratus maiore laetitia quod euaseris gratuleris. cerne tu itinera latronibus clausa, maria obsessa praedonibus, cruento horrore castrorum bella ubique diuisa. madet orbis mutuo sanguine: et homicidium cum admittunt singuli, crimen est: uirtus uocatur, cum publice geritur. inpunitatem sceleribus adquirit non innocentiae ratio, sed saeuitiae magnitudo.

7 Iam si ad urbes ipsas oculos tuos atque ora conuertas, celebritatem offendes omni solitudine tristiorem. paratur gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium luminum sanguis oblectet. inpletur in sucum cibis fortioribus corpus, et aruinae toris membro-

1 sed quod *v* 3 animae M^1 est *om. Bv* 5 qui *BM* piatus *W* et] ac *M* 6 fiet *B* 7 grassanti** P^1, crasantis *B* imperiosum P^1, imperio suo *B* 9 adque *PM* inlustri* P^1 10 malorum blandientium *scripsit Erasmus* 11 opertis B^1, opertas B^2 saculi *P* crede te *M* 12 excelsiorem *B* 13 ipse *M s. l. m. 2* 14 contractibus W^1 fluctuandis W^1 turbinẽ *P (~ m. 2)* 15 tui quae *P* 16 maiori *P* gratuleris BM^2, gratularis *WP*, gratulares M^1, gratulaberis *r* 19 *ante* uirtus *erasae 4 litt. in P* 20 adquirunt M^1 21 saeuitiae] uitiae *B* 22 adque *PM* 23 offendis M^1, offendas *r* sollitudine M^1, sollicitudine BM^2 tristi**orem *P* gladiatoris *B*, gladiatoribus *M* 25 insucum *WV* arbinae W^1 thoris *M, sed* th *super ras. 2. litt.* (aruina assidui nidoris *scripsit Erasmus*; '*ita construendum*: et membrorum moles robusta toris aruinae pinguescit *id est,* ad toros aruinae,

rum moles robusta pinguescit, ut saginatus in poenam carius pereat. homo occiditur in hominis uoluptatem, et ut quis possit occidere, peritia est, usus est, ars est: scelus non tantum geritur sed docetur. quid potest inhumanius, quid acerbius dici? disciplina est, ut perimere quis possit, et gloria est, quod perimit. quid illud, oro te, quale est, ubi se feris obiciunt, quos nemo damnauit, aetate integra, honesta satis forma, ueste pretiosa? uiuentes in ultroneum funus ornantur, malis suis miseri et gloriantur. pugnant ad bestias non crimine sed furore. spectant filios suos patres, frater in cauea et soror praesto est, et spectaculi licet pretium largior muneris adparatus amplificet, ut maeroribus suis mater intersit, hoc pro dolor mater et redimit. et in tam impiis spectaculis tamque diris esse se non putant oculis parricidas.

8 Conuerte hinc uultus ad diuersi spectaculi non minus paenitenda contagia: in theatris quoque conspicies, quod tibi et dolori sit et pudori. cothurnus est tragicus, prisca carmine facinora recensere: de parricidiis et incestis horror antiquus expressa ad imaginem ueritatis actione replicatur, ne saeculis transeuntibus exolescat quod aliquando commissum est. admonetur aetas omnis auditu fieri posse quod factum est. numquam aeui senio delicta moriuntur, numquam temporibus crimen obruitur, num-

ut tori *et* aruinae *sint corporis gladiatorum, non cibi*' *Gronouius Diatrib. in Statii Silu. p. 257. ed. Hand)*

1 sangui natus *W* poena *P* 2 uoluntatem *W* 3 perita P^1 scelos P^1 4 sed et *v* inumanius *P* aceruius WP^1 5 peremere W^1P^1, perhimere *M* peremit W^1P^1 *r*, perimet M^1 6 oro te *om. P* hic ubi *WB* 7 condemnauit ad bestias *r* 8 funus *ex* f*ns *P m. 2* 9 et *om. v* crimine sed furore M^1 10 frater *ex* fratrem *M m. 2* cauea est *v* 11 praecium *P* amplificat *P*, amplefecit M^1 12 meroribus *WPM* et *M s. l. m. 2* redemit *Pr* 13 in *M. s. l. m. 2* tanquam diuersis *r* diris et funestis *v* 14 oculi *v* 15 uultus tuos *PMB* ad] a* *M* diuersis spectaculis *M*, diuersa spectacula P^1 16 quod *sup. ras. P m. 2* 17 coturnus *WB* est *M s. l. m. 2* carmine facinora WB^1, facinora carmine *v*, carminum facinora PMB^2; *cfr. Gronou. obseru. p. 569*; carmine *fort. delendum* 18 et de *W* parricidis W^1r horror] error *maluit Gronouius l. c.* antiquus *ex* antius *P m. 2* 19 ne *ex* nec *M m. 2* 20 exsolescat *WB* 22 numquam temporibus *ab his incipit S*

quam scelus obliuione sepelitur. exempla fiunt quae esse iam facinora destiterunt. tum delectat in mimis turpitudinum magisterio uel quid domi gesserit recognoscere uel quid gerere possit audire. adulterium discitur dum uidetur, et lenocinante ad uitia publicae auctoritatis malo quae pudica fortasse ad spectaculum matrona processerat, de spectaculo reuertitur inpudica. adhuc deinde morum quanta labes, quae probrorum fomenta, quae alimenta uitiorum, histrionicis gestibus inquinari, uidere contra foedus iusque nascendi patientiam incestae turpitudinis elaboratam: euirantur mares, honor omnis et uigor sexus eneruati corporis dedecore mollitur plusque illic placet, quisque uirum in feminam magis fregerit. in laudem crescit ex crimine et peritior quo turpior iudicatur. spectatur hic pro nefas et libenter. quid non possit suadere qui talis est? mouet sensus, mulcet adfectus, expugnat boni pectoris conscientiam fortiorem: nec deest probri blandientis auctoritas, ut auditu molliore pernicies hominibus obrepat. exprimunt inpudicam Venerem, adulterum Martem, Iouem illum suum non magis regno quam uitiis principem, in terrenos amores cum ipsis suis fulminibus ardentem, nunc in plumam oloris albescere, nunc aureo imbre defluere, nunc in puerorum pubescentium raptus ministris auibus prosilire. quaere iam nunc, an possit esse qui spectat integer uel pudicus. deos suos, quos ueneratur, imitatur: fiunt miseris et religiosa delicta.

9 O si et possis in illa sublimi specula constitutus oculos tuos inserere secretis, recludere cubiculorum obductas fores et ad conscientiam luminum penetralia occulta reserare: aspicias ab inpudicis geri quod nec possit aspicere frons pudica, uideas quod crimen sit et uidere, uideas quod uitiorum furore demen-

1 scelus *ex* solus *W* 2 destiterunt] desierunt *coni. Felix Oefelius teste Krabinger* tunc *M* minimis *ex* nimis *P m. 2* magistrũ *M* 3 domum *B* 4 discetur *P*[1]*M*[1] 5 puplicae *W*, publice *P* 9 ius *S s. l. m. 2*, legem *M*, *sed super ras. m. 2* patientiam *ex* patiam *W* inceste *WP* 11 quisque *SPW*, quisquis *v; cfr. Minucii Felicis Octau. c. 13, 1 et Halmi adnotationem* 12 et eo *v* 13 hoc *ex* hic *P m. 2* quid *ex* quod *W m. 2* 17 impudicam *S* 19 fulminibus *ex* fluminibus *P m. 2* 20 plumam *S*, plumas *WP v* holoris *SP*[1] aluescere *P*, flauescere *v* 22 qui *ex* que *P m. 2* 23 uenerantur imitantur *Pv* 24 et *om. Pv* tuos *ex* suos *P m. 2* 28 et *P m. 2 in ras.*

tes gessisse se negant et gerere festinant. libidinibus insanis in uiros uiri proruunt. fiunt quae nec illis possunt placere qui faciunt. mentior, nisi alios qui talis est increpat, turpes turpis infamat et euasisse se conscium credit, quasi conscientia satis non sit. idem in publico accusatores, in occulto rei, in semet ipsos censores pariter et nocentes: damnant foris quod intus operantur, admittunt libenter, quod cum admiserint criminantur. audacia prorsus cum uitiis faciens et inpudentia congruens inpudicis. nolo mireris quae locuntur huiusmodi: ore illo quidquid iam uoce delinquitur minus est.

10 Sed tibi post insidiosas uias, post dispersas orbe toto multiplices pugnas, post spectacula uel cruenta uel turpia, post libidinum probra uel lupanaribus prostituta uel domesticis parietibus obsaepta, quorum quo secretior culpa, maior audacia est, forum fortasse uideatur immune, quod ab iniuriis lacessentibus liberum nullis malorum contactibus polluatur. illuc aciem tuam flecte: plura illic quae detesteris inuenies, magis oculos tuos inde deuertes. incisae sint licet leges duodecim tabulis et publico aere praefixo iura proscripta sint: inter leges ipsas delinquitur, inter iura peccatur, innocentia nec illic, ubi defenditur, reseruatur. saeuit inuicem discordantium rabies et inter togas pace rupta forum litibus mugit insanum. hasta illic et gladius et carnifex praesto est, ungula effodiens, eculeus extendens, ignis exurens, ad hominis corpus unum supplicia plura quam membra. quis inter haec uero subueniat? patronus? sed praeuaricatur et decipit. iudex? sed sententiam uendit. qui sedet crimina uin-

2 illis ipsis *Pamelius* placere possunt *P* 4 quasi conscientiam suam non posse effugere *scripsit Pamelius* 6 foris *ex* foras *S m. 2* 7 **libenter *P* admiserit *W* 8 cum uitiis] pro conuitiis *coni. Erasmus* congruens *ex* congruis *P m. 2* inimicis *W sed in marg. m. rec* inpudicis 9 huiusmodi ore illo. Quidquid *r* quicquid *WP* 10 uoce* *P* 11 dispersas] diuersas *scripsit Baluzius* 13 probra *ex* proa *S m. 2* 15 inmune *W* 16 illuc] illic W^1 17 illic] illuc *W* detestiris *P* 18 deuertes WS^2, deuerte S^1, diuertis *P*, diuertes *v* ***legis *P* (sic *erasum*) publico *Sr*, public*e *W*, publice *Pv* 19 ***iura *W* proscripta *SW*, praescripta *Pc*, prefixa *r* delinquetur P^1 22 in*****sanum *W* 24 suplicia *S* membra suut *v* 26 sed *om. P* sedit WP^1

dicaturus admittit, et ut reus innocens pereat, fit nocens iudex. flagrant ubique delicta et passim multiformi genere peccandi per improbas mentes nocens uirus operatur. hic testamentum subicit, ille falsum capitali fraude conscribit: hic arcentur hereditatibus liberi, illic bonis donantur alieni: inimicus insimulat, calumniator inpugnat, testis infamat. utrubique grassatur in mendacium criminum prostitutae uocis uenalis audacia, cum interim nocentes nec cum innocentibus pereunt. nullus de legibus metus est, de quaesitore, de iudice pauor nullus: quod potest redimi non timetur. esse iam inter nocentes innoxium crimen est: malos quisquis non imitatur offendit. consensere iura peccatis et coepit licitum esse quod publicum est. quis illic rerum pudor, quae esse possit integritas, ubi qui damnent improbos desunt, soli tibi qui damnentur, occurrunt?

11 Sed nos uideamur eligere fortasse peiora et studio destruendi per ea oculos tuos ducere, quorum tristis adque auersandus aspectus ora et uultus conscientiae melioris offendat: iam tibi illa quae ignorantia saecularis bona opinatur ostendam. illic etiam fugienda conspicies. quos honores putas esse, quos fasces, quam afluentiam in diuitiis, quam potentiam in castris, in magistratus purpura speciem, in principatus licentia potestatem: malorum blandientium uirus occultum est, et adridentis nequitiae facies quidem laeta, sed calamitatis abstrusae inlecebrosa fallacia. instar quoddam ueneni, ubi in letales sucos dulcedine aspersa calliditate

1 pereat fit nocens *om.* *S* 2 fraglant S^1 dilecta P^1 3 subicit] subducit *P* 5 donantur *ex* dominantur *W m. 2* ali**eni *W* insimulat *ex* insilat *W m. 2* 6 utrobique *P* 7 criminis *v* interim] inter *W* 8 innocentes *W* innocenti**bus *W* (cum nocentibus innocentes pereunt *cod. Beneuentanus)* 8 nullus SP^2, nullis *W*, nulli P^1 9 quesito *W* *sed in margine corr. m. 2:* quesitore 10 **nocentes *P* criminis *Oxon.* 11 quis quisquis *S*, quisquis *W*, quisque *P* 12 puplicum *W* 13 inprobos *W* 14 tibi *SWr*, *ibi *P*, ibi *v* 15 sed *SWP*, sed ne *v* 17 meliores P^1 *post* offendat *distinxi eum* *S* 20 affluentiam *W* magistratuus *S*, magistratu*s *W*, magistratu**** *P* (spur *eras.*), magistratu *v* 21 purpura *W*, purpurae *SPv* principatus SWP^1, principatu P^2 *v* licentia WP^1, licentiae SP^2v in potestate *P* 22 est *delendum eenset Gronouius l. c. p. 321* et *om.* *W* 24 ueneni est *Gronouius l. c.* laetales SW^1, loetales W^2 adspersa *W*

fallendi sapore medicato poculum uidetur esse, quod sumitur: ubi epota res est, pernicies hausta grassatur. quippe illum uides, qui amictu clariore conspicuus fulgere sibi uidetur in purpura: quibus hoc sordibus emit, ut fulgeat, quos adrogantium fastus prius pertulit, quas superbas fores matutinus salutator obsedit, quot tumentium contumeliosa uestigia stipatus in clientium cuneos ante praecessit, ut ipsum etiam salutatum comes postmodum pompa praecederet, obnoxia non homini sed potestati. neque enim coli moribus meruit ille sed fascibus. horum denique uideas exitus turpes. cum auceps temporum palpator abscessit, cum priuati latus nudum desertor adsecla foedauit: tunc laceratae domus plagae conscientiam feriunt, tunc rei familiaris exhaustae damna noscuntur, quibus redemptus fauor uulgi et caducis adque inanibus uotis popularis aura quaesita est. stulta prorsus et uana iactura, frustrantis spectaculi uoluptate id parare uoluisse, quod nec populus acciperet et perderet magistratus.

12 Sed et quos diuites opinaris continuantes saltibus saltus et de confinio pauperibus exclusis infinita ac sine terminis rura latius porrigentes, quibus argenti et auri maximum pondus et pecuniarum ingentium uel exstructi aggeres uel defossae strues, hos etiam inter diuitias suas trepidos cogitationis incertae sollicitudo discruciat, ne praedo uastet, ne percussor infestet, ne inimica cuiusque locupletioris inuidia calumniosis litibus inquietet. non cibus securo somnusue contingit, suspirat ille in conuiuio, bibat licet gemma, et cum epulis marcidum corpus torus mollior alto sinu condidit, uigilat in pluma nec intellegit miser, speciosa sibi esse supplicia, auro se alligatum teneri et possideri magis, quam possidere [di-

1 quod *S sed* d *m. 2* 2 epota res est *SW*, epotata res est *Pr*, epotaueris *vel* epotatum est *v* 6 quot *PW*², quod *SW*¹ stipatus *om. r* 7 cuneis *Pv* (stipatus cl. cuneis *maluit Krabinger, confert non recte p. 5 l.* 16) salutantium *Erasmus* 10 auceps *WP*, amceps *S*, anceps *r* 11 adsaecula *SW* 13 atque *WP* 15 frustantis *S*¹ 20 estrues *S* 23 securus *v* 24 contigit *W*¹ gemma] gemmas *Rigaltius; cfr. Vergili Georg. II. 506:* ut gemma bibat *et Plin. h. n. XXXIII. 5* 25 condiderit *v* 26 suplicia *S*, subplitia *P* 27 et *om. S* possidere magis quam possideri diuitias *coni. Gronouius l. c. p. 264* diuitias *SWP*, diuitias atque opes *v*; *uncis ego inclusi* (*cfr. Plin. l. IX. epist. 30:* ea inuasit homines habendi cupido, ut possideri magis quam possidere uideantur *Cypr. de lapsis c. 12:* possidere se credunt qui potius possidentur)

uitias], adque — o detestabilis caecitas mentium et cupiditatis insanae profunda caligo! — cum exonerare se possit et leuare ponderibus, pergit magis fortunis angentibus incubare, pergit poenalibus cumulis pertinaciter adhaerere. nulla in clientes inde largitio est, cum indigentibus nulla partitio est, et pecuniam suam dicunt, quam uelut alienam domi clausam sollicito labore custodiunt, ex qua non amicis, non liberis quicquam, non sibi denique impertiunt, possident ad hoc tantum, ne possidere alteri liceat, et — o nominum quanta diuersitas! — bona appellant, ex quibus nullus illis nisi ad res malas usus est.

13 An tu uel illos putas tutos, illos saltim inter honorum infulas et opes largas stabili firmitate securos, quos regalis aulae splendore fulgentes armorum excubantium tutela circumstat? maior illis quam ceteris metus est. tam ille timere cogitur quam timetur. exigit poenas pariter de potentiore sublimitas, sit licet satellitum manu saeptus et clausum ac protectum latus numeroso stipatore tueatur. quam securos non sinit esse subiectos, tam necesse est non sit et ille securus: ante ipsos terret potestas sua quos facit esse terribiles: adridet, ut saeuiat, blanditur, ut fallat, extollit, ut deprimat. faenore quodam nocendi quam fuerit amplior summa dignitatis et honorum, tam maior exigitur usura poenarum.

14 Una igitur placida et fida tranquillitas, una solida et firma securitas, si qui ab his inquietantis saeculi turbinibus extractus salutaris portus statione fundetur: ad caelum oculos tollit a terris et ad Domini munus admissus ac Deo suo mente iam proximus, quidquid apud ceteros in rebus humanis sublime ac magnum ui-

1 adque] ad quod *P* detestabilis *ex* et est ab illis *P m. 2* 4 adherere *SW* 5 est *alterum om. v* 8 inpertiunt *W* 9 ne *P s. l. m. 2* 10 nullus *om. P* non nisi *P* 12 quantum uel *ex* kan tu uel *P m. 2* saltem *S* 14 fulgentis *S*[1] tutela] tela *P* circumstant *P*[2] 15 illic *W* metus] motus *W* 17 manus *P* 18 securus *S*[1] sinit *ex* sit *S m. 2* 19 et *om. W* ille *S*, ipse *WPv* 20 blanditur ut fallat *om. W* *post* fallat *inserit v:* illicit ut occidat; *cfr. de habitu uirginum cap. 21* 21 faenore *ex* facinore *P m. 2* nocendi *W* di *in ras.* 24 et *ante* placida *eras. in P* fida ... solida et *om. P* firma et perpetua *v* 25 quis *WPv* inquietantes *S* 26 fundetur *SW*, fundatur *P*, fundatus *vr* oculos suos *P* tollat *v* 28 quicquid *W*

detur, intra suam iacere conscientiam gloriatur. nihil adpetere iam, nihil desiderare de saeculo potest, qui saeculo maior est. quam stabilis, quam inconcussa tutela est, quam perennibus bonis caeleste praesidium, inplicantis mundi laqueis solui, in lucem immortalitatis aeternae de terrena faece purgari. uiderit, quae in nos prius infestantis inimici pernicies insidiosa grassata sit. plus amare conpellimur, quod futuri sumus, dum et scire conceditur et damnare, quod eramus. nec ad hoc pretiis aut ambitu aut manu opus est, ut hominis summa uel dignitas uel potestas elaborata mole pariatur: et gratuitum de Deo munus et facile est. ut sponte sol radiat, dies luminat, fons rigat, imber inrorat, ita se spiritus caelestis infundit. postquam auctorem suum caelum intuens anima cognouit, sole altior et hac omni terrena potestate sublimior id esse incipit, quod esse se credit.

Tu tantum, quem iam spiritalibus castris caelestis militia sig- **15**
nauit, tene incorruptam, tene sobriam religiosis uirtutibus disciplinam. sit tibi uel oratio adsidua uel lectio. nunc cum Deo loquere, nunc Deus tecum. ille te praeceptis suis instruat, ille disponat. quem ille diuitem fecerit, nemo pauperem faciet. penuria esse nulla iam poterit, cum semel pectus caelestis sagina saturauerit. iam tibi auro distincta laquearia et pretiosi marmoris crustis uestita domicilia sordebunt, cum scieris te excolendum magis, te potius ornandum, domum tibi hanc esse potiorem, quam Dominus insedit templi uice, in qua Spiritus sanctus coepit habitare. pingamus hanc domum pigmentis innocentiae, luminemus luce iustitiae. non haec umquam procumbet in lapsum senio uetustatis, nec pigmento parietis aut auro exolescente foedabitur. caduca sunt, quaecumque fucata sunt, nec fiduciam praebent possidentibus stabilem, quae possessionis non habeant ueritatem.

1 intra *SP*, infra *W; cfr. Cypr. ad Demetr. cap. 1:* intra conscientiam nostram tenere   glorietur *v*   4 bonis affluens *v*   solui] solus *W*   5 inmortalitatis *W*   uiderit *P*, uidere *Morellius; sed cfr. Tertull. ad Hermogenem c. 1:* sed uiderit persona, cum doctrina mihi quaestio est, *ad Valent. c. 9.:* uiderit soloecismus, *de uirg. uel. c. 7*   8 praetiis *S et sic saepius*   10 et] sed *v*   gratutum *S*   deo]dnī *S*   11 inber *S*   13 solo *W sed in marg. m. 2* sole   17 dō *ex* dnō *S m. 2*   18 d̄s *ex* d̄ns *S m. 2*   19 faciet] facit *S*   20 cum] cui *v*   21 saturauit *SWPv;*   22 scieres *ex* scires *S*   24 templum *P*[1]   29 habent *v*   veritatem] firmitatem *V*

hoc manet cultu iugiter uiuido, honore integro, splendore diuturno. aboleri non potest nec extingui, potest tantum in melius corpore redeunte formari.

16 Haec interim breuibus, Donate carissime. nam etsi facilem de bonitate patientiam, mentem in domino solidam, fidem tutam salutaris auditus oblectat, nihilque tam tuis auribus gratum est, quam quod in Dominum gratum est, moderari tamen dicenda debemus simul iuncti et saepius locuturi, et quoniam feriata nunc quies ac tempus est otiosum, quidquid inclinante iam sole in uesperam dies superest, ducamus hunc diem laeti nec sit uel hora conuiuii gratiae caelestis inmunis. sonet psalmos conuiuium sobrium: ut tibi tenax memoria est, uox canora, adgredere hoc munus ex more. magis carissimos pascis, si sit nobis spiritalis auditio, prolectet aures religiosa mulcedo.

1 hoc] haec *v* 2 abholeri *W* 4 breuibus *P* karissime *P* 5 in domino *S*, in dnm̄ *P*, in dm̄ *Wr*, *om. v* tutam] tuam *Pr* (facilem de bonitate patientiae mentem, in deum solida fide tutam *coni. Gronouius l. c. p. 579*) 7 quam....est *om. WPv* deo *v* in dicendo *coni. Faber* collocuturi *v; cfr. Gronov. l. c.* 8 quies *ex* qesses *S m. 2* 9 quicquid *WP* inclinate *S*, inclinato *v* dies *SWP*, diei *v* 10 hanc *v* 11 psalmus *WPr* (*'id est, canatur psalmus, sed ut in sobrio conuiuio solet. ut audiatur, cani a sobriis conuiuis' Gronouius Diatrib. in Statii Silu. p. 513 ed. Hand*) et ut *v* 13 k͠mo* *P* pasces *v*, pacis *P* si *om. P*
CAECILI CYPRIANI AD DONATUM EXPLICIT *SP* AD DONATUM EXPLICIT *W*.

II.

THASCI CAECILI CYPRIANI

QVOD IDOLA DII NON SINT.

C = codex Sangermanensis (720), nunc Parisinus 12126, saec. IX.
L = codex Laureshamensis, nunc Vindobonensis 962, saec. IX.
M = codex Monacensis 208, saec. IX—X.
P = codex Parisinus 1647 *A*, saec. X.
B = codex Bambergensis 476, saec. XI.
V = codex Veronensis, saec. VII., cf. p. 2
F = Minucii Felicis Octauius, ed. Halm Vindobonae 1867
r = editio princeps Romae 1471.
v = editiones uel omnes uel aliquot.

Codicum genera duo esse adparet: optimum unum, in quo sunt *LPM*[1], alterum interpolatum, cui sunt adscribendi *CBM*[2]. his codicibus ita usus sum, ut quae communia exhibeant, ea quam maxime genuina haberem, quae interpolatae sectae unus uel omnes contra reliquorum consensum haberent, maximam partem reicerem, pauca eaque dubitanter probarem.

QVOD IDOLA DII NON SINT.

Deos non esse, quos colit uulgus, hinc notum est. reges olim **1**
fuerunt, qui ob regalem memoriam coli apud suos postmodum
etiam in morte coeperunt. inde illis instituta templa, inde ad
defunctorum uultus per imaginem detinendos expressa simulacra
et immolabant hostias et dies festos dando honore celebrabant.
inde posteris facta sunt sacra, quae primis fuerant adsumpta
solacia. et uideamus, an sit et haec apud singulos ueritas.

Melicertes et Leucothea praecipitantur in maria et fiunt post- **2**
modum maris numina, Castores alternis moriuntur ut uiuant,
Aesculapius ut in deum surgat, fulminatur, Hercules ut ho-

incipit (incipit de eo *B*) qvod idola dii non sint (svnt *P*) *CLMPB; addunt LMPBv:* quod idola dii non sint et quod unus deus (deus unus *Pv*) sit et quod (quod per Christum salus *v*) credentibus (in credentibus *PB*) datum (datus *P*, data *v*) sit, *quae uerba titulo uulgato* de idolorvm vanitate *uel quem nos inscripsimus, adnectere solent editores; titulum quem restituimus esse genuinum confirmat Hieronymus ep. 84 ad Magnum:* Cyprianus 'quod idola dii non sint' qua breuitate, qua historiarum omnium scientia, quorum uerborum et sensuum splendore perstrinxit 3 fuerint *M* aput *L, ita fere semper* 4 coeperint *C*¹ 5 uultus] uulgus *C* 6 et (*ante* immol.) *LMPBV*, nam et *Cr*, quibus et *Pamelius* dando] indicendo *uel* tanto *coni. Vonck lect. lat. p. 72 (Trai. 1745)*, tanto *c 2. codd. recepit Routh (Scriptorum eccles. opusc. praecipua quaedam, Oxonii 1858)* honore *CLMPV*, honorem *B*, honores *Wower* celebrant *M*¹ 7 adsumta solatia sacra quae primis (*corr. m. 2 in* primitus) fuerant *C* 8 uidemus *M*¹ sit et *LP*, sit *B*, stet *CMr* 9 mericertes *C* (es *corr. 2 m. in* a), melicerthes *B* et] certe sed et *B* leucothea] leuata *C* mari *P* postea *B* 10 nomina *C*¹*M*¹ castores *PLMBV* = *F 22, 7*, Castor et Pollux *Cr* 11 escolapius *C*, ac aescolapius *L*, aesculaphius *B* surgant *C*, resurgat *Gronouius* haerculis *L* hominem ut *B*

minem exuat, Oetaeis ignibus concrematur. Apollo Admeto pecus pauit, Laomedonti muros Neptunus instituit nec mercedem operis infelix instructor accepit. antrum Iouis in Creta uisitur et sepulcrum eius ostenditur, et ab eo Saturnum fugatum manifestum est: inde Latium de latebra eius nomen accepit. hic literas inprimere, hic signare nummos in Italia primus instituit: inde aerarium Saturni uocitatur. et rusticitatis hic cultor fuit: inde ferens falcem pingitur. hunc fugatum hospitio Ianus exceperat. de cuius nomine Ianiculum dictum est et mensis Ianuarius institutus est. ipse bifrons exprimitur, quod in medio constitutus annum incipientem pariter et recedentem sectari uideatur. Mauri uero manifeste reges colunt nec ullo uelamento hoc nomen obtexunt.

3 Inde per gentes et prouincias singulas uaria deorum religio mutatur, dum non unus ab omnibus Deus colitur, sed propria cuique maiorum suorum cultura seruatur. hoc ita esse Alexander magnus insigni uolumine ad matrem suam scripsit, metu suae potestatis proditum sibi de diis hominibus a sacerdote secretum. quod maiorum et regum memoria seruata sit. inde colendi et

1 exsuat C^1 *P* oetaeis *F 22, 7*, oetae *LP*, et*neis *C*, *om. MB* concrema*tur *C* admeti *LMP*, admeto *C*, acmeto *B* pecora *C* 2 pascit *M* = *F 23, 5* laomedontis *C* neptunos L^1 M^1 instituit neptunus *B* sui operis *C* 3 infelix *om. B* instructor] structor *Mv* = *F 23, 5* in *om. C* uisitur *L* = *F 21, 8*, uisitor C^1, uisitator C^2, uidetur *P*, dicitur *M*, mittitur *B* sepulchrum BC^2, sepulchro ut C^1 4 *ab *C* (h *eras.*) Saturno C^1 fugatum esse *Cv* 5 latium *ex* latius *L m. 2* hic *om. B* 6 et signare *Gronouius* numminos *B* italiam C^1LM unde *Oxon.* 7 uocitatur] uocantur C^1, uocatur C^2v cultor primus *Grauius* 8 ferens falcem *LMP*, inferens falcem *B*, falcem ferens C^1, cum falce ferens C^2, falcem ferens senex *Pamelius* hinc C^1 hospicio *C*, *om. B* exceperant *L*, excepit *M* 9 ianuculum *C* 10 quod] *fortasse* quo 11 accipientem M^1 et] ac *LB* rece*dentem *C* sectari LM^1PB, spectare CM^2v (Ianus uero frontes duas gestat, quasi et auersus incedat *F 22, 5*) 12 manifesto *C* reges suos *V* 14 relegio *M* 15 mutatur] putatur *coni. Vonck l. c. p. 73* non unus] eunus *B* deus ab hominibus *C* 16 cuiquam *B* malorum *L* esse *om. Baluzius* 17 magnus macedo *V*, *quocum facit codicis scriptura apud F 21, 3* scribsit *CLMPB* = *F*, scribit *v* metu] m̄ti *B* 18 sibi] suae *B* de diis *C* = *F 21, 3*, deis M^1, diis *LPB*, de his M^2, de piis *r*, de iis *v* decretum. Quod *B* 19 et *om. M* reg*um *C* seruatis (sit *om.*) *B* inde] in se *B* colendi et *om. B*

sacrificandi ritus inoleuit. si autem aliquando dii nati sunt, cur non hodieque nascuntur? nisi forte Iuppiter senuit aut partus in Iunone defecit?

Cur uero deos putas pro Romanis posse, quos uideas nihil pro 4
suis aduersus eorum arma ualuisse? Romanorum enim uernaculos deos nouimus. est Romulus perierante Proculo deus factus, et Picus et Tiberinus et Pilumnus et Consus, quem deum fraudis uelut consiliorum deum coli Romulus uoluit, postquam in raptum Sabinarum perfidia prouenit. deam quoque Cloacinam Tatius inuenit et coluit, Pauorem Hostilius adque Pallorem. mox a nescio quo Febris dedicata et Acca et Flora meretrices. hi dii Romani. ceterum Mars Thracius et Iuppiter Creticus et Iuno uel Argiua uel Samia uel Poena et Diana Taurica et deum mater Idaea et Aegyptia portenta, non numina: quae utique si quid

1 sacrificandi] seruandi *V* inoleuit *PBL*^{2}, oleuit *L*^{1}, inoleuerit *CMv* autem *om. C* aut dii *C* 2 nascantur *C*^{1} nisi *LPB=F 21, 11,* si *C*. nisi si *Mv* aut] et *B = F* 3 deficit *CL* 4 putas] putat esse *B* posse quos] qm̃ sp̃s se *C* quos saepius uideas *Gronouius* nihil] nisi *r* pro suis *CM*^{2}*B = F 25, 7,* prorsus *LP*, pro suos *M*^{1} 5 ualuisse *ex* uallus *L m. 2*, uoluisse *C* enim] autem *C* Romanorum enim .... *l. 11* meretrices *uncis inclusit Rigaltius* 6 *post* Romulus *comma ponit Vonck l. c.* perierante *C*, peiierante *M sed* ii *ex corr.*, peierante *LP*, imperante *B* 7 Tiberinus *B*, tibenus *P*, uberînus *C* conssus *M*, consul *BC* 8 deum *om. B* 9 perfidia *om. B* peruenit *V* clocianam *P* T. Tatius *V* adinuenit *C*, et inuenit *F 25, 8* 10 et *om. B* pauore *C* hostilium *L* pallore *C* Hostilius atque Pallorem *om. B* a *om. C* a nescio *corr. in* nescio a *M m. 2* 11 febris *ex* feris *M m. 2* deducata *C* et] est *C* accia *C*^{2} *post* meretrices *inserunt Vv*, *in margine M add. m. rec.:* In tantum (interdum *Baluzius*) uero deorum uocabula apud Romanos finguntur, ut sit apud illos et Viduus deus, qui anima corpus uiduet, qui (quique *Vonck coni.*) quasi feralis et funebris intra muros non habetur, sed foris conlocatur et nihilominus (is *uel* deus *add. Vonck*), quia (*em. Pamelius*, quam *M*) extorris factus, damnatur potius Romana religione quam colitur (colatur *M*). Est et (et *om. M*) Scansus ab ascensibus dictus (dictus *om. Gronouius*) et Forculus a foribus et a liminibus Limentinus et Cardea a cardinibus et ab orbitatibus Orbona (suborbana *M*); *cf. Tertull. ad nationes II c. 15; hoc additamentum uncis inclusit Rigaltius, sustulit Baluzius* hii *CLMB* romanis *LP*, romana *C*^{1} 12 thrai*cus *M*, trachius *C* iupiter *LM* 13 uel (*ante* Samia) *om. B* samia] samara *C* et] uel *B* (*ante* diana) dm̃ *CLMB*, deorum *P* matri *C*^{1} 14 idea *B, om. C* et] de *C* egyptia s̄ *C sed* s̄ *add. m. 2* nomina *CM*^{1}; *cf. F 25, 9:* Mars Thracius uel Juppiter Creticus uel Juno nunc

potestatis habuissent, sua ac suorum regna seruassent. plane sunt apud Romanos et uicti penates, quos Aeneas profugus aduexit: est et Venus calua, multo hic turpius calua, quam apud Homerum uulnerata.

5 Regna autem non merito accidunt, sed sorte uariantur. ceterum imperium ante tenuerunt Syri et Persae: et Graecos et Aegyptios regnasse cognouimus. ita uicibus potestatum Romanis quoque ut et ceteris imperandi tempus obuenit. ceterum si ad originem redeas, erubescas. populus de sceleratis et nocentibus congregatur et asylo constituto facit numerum inpunitas criminum: nunc ut rex ipse principatum habeat ad crimina, fit Romulus parricida, adque ut matrimonium faciat, rem concordiae per discordias auspicatur. rapiunt, ferociunt, fallunt ad copiam ciuitatis augendam: nuptiae sunt illis rupta hospitii foedera et cum soceris bella crudelia. est et gradus summus in Romanis honoribus consulatus. sic consulatum coepisse uidemus

Argiua, nunc Samia, nunc Poena, uel (nunc *P*) Diana Taurica uel Mater Idaea uel Aegyptia illa non numina, sed portenta fuerunt

1 plane] plena *C* plane sunt *om.* P^1, *add.* P^2 2 **uincti *M* paenates *PM* quos *ex* quo *C m. 2* aduexit] atque *B* 3 est *om. V* calua *om. C* multo h. t. calua *om. B.* 4 uulneratã *B* 5 accedunt *C* 6 Syri *LP*, Syrii M^1, Tyri *B*, (*sed in margine 2. m. corr.:* syri), et assyrii CM^2Vv et persae (perses *C*) CLM^1PB, et Medi et Persae *v*, et medi et tyrii et persas (persae *M*) VM^2; *cfr. F 25, 12*: diu regna tenuerunt Assyrii. Medi. Persae, Graeci etiam et Aegyptii 7 cognoscimus *C* uicibus] ciuibus *L*, ut cibus *C* potestatum *r*, potestatem *LMPB*, potestate *C*, potestatum uariantibus *Baluzius* 8 et *om. C* imperandi] inp̄standi *B* aduenit *C* 9 erubescas *in C expunctum*, si erubescas *B*, erubescis *P* de *om. L* innocentibus *P* 10 constitutos *LP* numerr̃ *M* inpugnitas *P* 11 nunc] tunc *Manutius* fit] sit *M* romolus C^1, romulos M^1 12 parricide C^1 faciat LM^1PB, faciant CVM^2 13 discordias *ex* discordie *C m. 2* auspicatur $LPBM^1$. auspicantur VM^2, suspicantur *C* fallunt. Ad *P* 14 hospitiis *LPB* federa *LM* 15 cum *L s. l. m. 2* soceris *CLM = F*, sociis *PB*, *sed in margine* B^2: aliter soceris *super* crudelia *posuit* M^2 ciuilia (*cfr. F 25, 2—3*: ut ipse Romulus imperator et rector populum suum facinore praecelleret, parricidium fecit — mox alienas uirgines — rapuit, uiolauit, inlusit et cum earum parentibus, id est cum soceris suis bellum miscuit) et *om. V* Romanis *om. V* 16 consolatus *M*, conlatus *C* consolatum *L*, consolatus *M* uidemus. Regum *B*

ut regnum: filios interficit Brutus, ut crescat de suffragio sceleris commendatio dignitatis. non ergo de religionibus sanctis nec de auspiciis aut auguriis Romana regna creuerunt, sed acceptum tempus certo fine custodiunt. ceterum et Regulus auspicia seruauit et captus est, et Mancinus religionem tenuit et sub iugum missus est: pullos edaces habuit Paulus et apud Cannas tamen caesus est, Gaius Caesar, ne ante brumam in Africam nauigia transmitteret, auguriis et auspiciis retinentibus spreuit: eo facilius et nauigauit et uicit.

Horum autem omnium ratio est illa, quae fallit et decipit et 6
praestigiis caecantibus ueritatem stultum et prodigum uulgus inducit. spiritus sunt insinceri et uagi, qui posteaquam terrenis uitiis inmersi sunt et a uigore caelesti terreno contagio recesserunt, non desinunt perditi perdere et deprauati errorem prauitatis infundere. hos et poetae daemonas norunt et Socrates instrui se et regi ad arbitrium daemonii praedicabat, et magis

1 interfecit *CB* de] dum *B* 2 commendatio est *B* 3 aut de *B* 4 certum *C*¹ 5 captus est et uictus *recepit ex codice Fuxensi Baluzius* iugo *C* 6 est et *C* pullos edaces] Apollo sedaces et *B* Paulus habuit *v* tamen *om. CB* 7 ****cesus *C* africa *P* nauigia] nauta *C*, nauigio *coni. Cauchius* 8 retinentibus *CLMP*, retinendas *B*, renitentibus *v* = *F 26, 4* *ante* eo *add.* et *in M 2. m*; *cf. F 26, 3:* quid Regulus? nonne auguria seruauit et captus est? Mancinus religionem tenuit et sub iugum missus est et deditus, pullos edaces habuit et Paulus, aput Cannas tamen cum maiore populi Romani parte prostratus est. Gaius Caesar, ne ante brumam in Africam nauigia transmitteret, auguriis et auspiciis renitentibus, spreuit: eo facilius et nauigauit et uicit 10 horum *ex* horam *C m. 2* decepit *C*¹ 11 cercantibus *C* ueritatem *om. C* prodigum *LPM*¹*B*, crudelem *C*, credulum *v et M s. l. m. 2*; proditum *coni. Routh*, perditum *Rigaltius*, improuidum *Wopkens lect. Tullianae p. 142; cf. tamen Cypr. de opere et eleemosynis c. 16*: cuncta. .. prodiga et stulta uoluptatum frustrantium uanitate depereunt inducit] inludit *coni. Vonck l. c. p. 73* 12 spiritus sunt *Cv, s. l. m. 2 M;* sunt *om. LPB, post* uagi *ponit V (cf. F 26, 7:* spiritus sunt insinceri..... isti igitur spiritus, posteaquam etc.) 13 caelestis *C* 14 perditi *om. Gronouius*, perditi iam *F* 15 poete *CM*², poetas *M*¹, poeta *B* demonas *CMP* 16 instrui se et regi] introisse regia *B* daemonii *scripsi*, daemoniis *LMB*, daemonis *CPv; cf. Tertull. Apolog. adv. g. c. 22, 405:* Sciunt daemonas philosophi Socrate ipso ad daemonii arbitrium exspectante, *F 26, 9*: ad nutum et arbitrium adsidentis sibi daemonis.

inde est ad perniciosa uel ludicra potentatus: quorum tamen praecipuus Ostanes et formam ueri Dei negat conspici posse et angelos ueros sedi eius dicit adsistere. in quo et Plato pari ratione consentit et unum Deum seruans ceteros angelos uel daemonas dicit. Hermes quoque Trismegistus unum Deum loquitur eumque inconprehensibilem adque inaestimabilem confitetur.

7 Hi ergo spiritus sub statuis adque imaginibus consecratis delitescunt, hi adflatu suo uatum pectora inspirant, extorum fibras animant, auium uolatus gubernant, sortes regunt, oracula efficiunt, falsa ueris semper inuoluunt, nam et falluntur et fallunt, uitam turbant, somnos inquietant, inrepentes etiam spiritus in corporibus occulte mentes terrent, membra distorquent, ualitudinem frangunt, morbos lacessunt, ut ad cultum sui cogant, ut nidore altarium et rogis pecorum saginati remissis, quae constrinxerant, curasse uideantur. haec est de illis medella, cultorum cessat iniuria: nec aliud studium est quam a Deo homines auo-

1 ad *C* pernitiosa *CLM* ludrica C^1, ludibria *M* 2 Ostanes *LPB* (*cf. Plin. H. N. XXXI, 2, 8*), hostanes *Mv*, demosthenes *ex* hosthenes *C m. 2*, sosthenes *r F 26, 11* et *om. CB* ueri *B sed* i *ex corr.*, uerbi *L* 3 ueros] seruos *coni. Routh;* ueros *exhibet Augustin. de bapt. c. Don. IX p. 185* sedi] sed *LB; cf. F 26, 11:* eorum magorum et eloquio et negotio primus Hostanes et uerum deum merita maiestate prosequitur et angelos, id est ministros et nuntios dei sed ueri eius uenerationi nouit adsistere quo] quod *MBr* platio *C* 4 et ceteros *C* 5 ermes *M* trimegistus *CP et Augustinus l. c.* eum quem C^1, *corr. 2. m. in* eumque 6 inaestimalem *M* 7 hii *CB* adque] et *CV = F 27, 1* consecratis *LMPB=F*, conseruatis *C*, consecrati *v* delitiscunt *CLMP* 8 hii *CB* adflatu suo uatum *MP*, adflatus uo uatum *L*, adflatus uocatum *C*, adflatus uolatum *B* extarum *C*, extortum *B* fibras *ex* fabrias *C m. 2* 9 animant nauium *C* (nt *add. m. 2*) uolatum *P* officiunt *P* 10 falsa... falluntur *om. B* nam et] non ament *C* et fallunt *om. L* 11 in *delendum censet Wopkens et Vonck* 12 occulte *P*, occultae *LMB*, occulta *C*, occulto *V* mentes $C^1 M^2$, mentis $C^2 L M^1 P B$, mentem *V* ualitudines *C* 13 morbos] morbis *Routh coni.* lacescunt C^1, lacesgunt *M*; facessunt *coni. Vonck; cfr. F 27, 2:* inrepentes etiam corporibus occulte ut spiritus tenues morbos fingunt, terrent mentes etc. cogitant *C* ut *om. C*, *expunxit* M^2 14 nidorem *LPBM* pecudum *B; cfr. F l. c.*: nidore altarium uel hostiis pecudum saginati que *C* constrincxerant *B*, constrinserant *L* 15 uidentur L^1 illis] ipsis *B* medela *C* cultorum *LP*, cum ipsorum *B*, cum illorum *Cv*; cum ipsorum cessat cultorum *M* 16 aliud illis *Br*, aliut his *M*

care et ad superstitionem sui ab intellectu uerae religionis auertere, cum sint ipsi poenales, quaerere sibi ad poenam comites, quos ad crimen suum fecerint errore participes. hi tamen adiurati per Deum uerum nobis statim cedunt et fatentur et de obsessis corporibus exire coguntur: uideas illos nostra uoce et oratione maiestatis occultae flagris caedi, igne torreri, incremento poenae propagantis extendi, eiulare, gemere, deprecari, unde ueniant et quando discedant ipsis etiam, qui se colunt, audientibus confiteri, ut uel exiliant statim uel euanescant gradatim, prout fides patientis adiuuat aut gratia curantis adspirat. hinc uulgus in odium nostri nominis cogunt, ut nos odisse incipiant homines antequam nosse, ne cognitos aut imitari possint aut damnare non possint.

Vnus igitur omnium dominus Deus: neque enim illa sublimi- 8
tas potest habere consortem, cum sola omnem teneat potestatem. ad diuinum imperium etiam de terris mutuemur exemplum. quando umquam regni societas aut cum fide coepit aut sine cruore desiit? sic Thebanorum germanitas rupta, permanens rogis dis-

1 superstitione sui *B*; superstitionum sinum *coni. Vonck l. c. p. 74* intellectum *LM* uere *CM* auertere et *v* 2 ipse *P*¹ penales *C* querent *B* 3 fecerunt *B*, fecerit *L* terrore *B*, *quod recepit Routh* hii *CB* 4 nobis *om. B* = *F 27, 7*, a nobis *v* 5 exire coguntur *LMP*, eiciuntur *B*, abiciuntur *C*, exiguntur *F 27, 5* uides *B* illos *ex* illis *C m. 2* nostra uoce et] non nostra uoce sed *V* (nostra uoce ut operatione *Vonck l. c.)* oratione] operatione *Vv*; *cf. F 27, 5*: tormentis uerborum et orationis incendiis 6 maiestatis *om. C* occulte *CL* flagellis *CMB* ignẽ *M* (˜ *m. 2*) torqueri *MBr*; *cf. Firm. Mat. de errore prof. rel. c. 13, 6* 7 heiulare *CLMP*, et ululare ac *B* 8 discedant] eant *V* audientientibus *L*¹ 9 ut *LP*, et *CBMv*; *cf. F 27, 7* uel ut *M sed* ut *eras.* exiliant *LP*, exsiliunt *CMB*¹*v*, exiunt *B*² euanescunt *CMBv* 10 patiens *r* currentis *C* hic *LP* uulgus] uultus *B* 11 colunt *B* incipiat *B* homines *om. B* homines incipiant *P*; *cf. F 27, 8*: ut ante nos incipiant homines odisse quam nosse 12 nosse *om. B* cognitis *B* possint *tollendum censet Baluzius; sed cf. F* damnari *C* 13 possunt *C*¹ 14 dominus unus est deus *V et Gronouius*, dominus est deus *v* 16 ad] ac *B* mutuemus *ex* mutuemur *M m. 2* 17 cum *om. B* fidem caepit *B* 18 desiuit *ex* desinuit *B m. 2* sic] sit *B* Thebanorum] euanorum *B*, thebanorum fratrum *V* permanet *L*, et permanens *CMv*, et permanans *B* *super* rogis *in M m. 2* regibus

sidentibus etiam in morte discordia. et Romanos geminos unum non capit regnum, quos unum uteri cepit hospitium. Pompeius et Caesar adfines fuerunt nec tamen necessitudinis foedus in aemula potestate tenuerunt. nec tu de homine mireris, cum in hoc omnis natura consentiat. rex unus est apibus et dux unus in gregibus et in armentis rector unus. multo magis mundi unus est rector, qui uniuersa quaecumque sunt uerbo iubet, ratione dispensat, uirtute consummat.

9 Hic nec uideri potest, uisu clarior est, nec conprehendi, tactu purior est, nec aestimari, sensu maior est. et ideo sic eum digne aestimamus deum, dum inaestimabilem dicimus. quod uero templum habere possit Deus, cuius templum totus est mundus? et cum homo latius maneam, intra unam aediculam uim tantae maiestatis includam? in nostra dedicandus est mente, in nostro consecrandus est pectore. nec nomen Deo quaeras, Deus nomen est. illic uocabulis opus est, ubi propriis appellationum insignibus multitudo dirimenda est. Deo, qui solus est, Dei uocabulum totum est. ergo unus est et ubique ipse diffusus est. nam et uul-

1 mortem *M* discordiis *B*, discordie C^1 romanus *C* geminos *P s. l. m. 2*, geminus *C* 2 quos] qui *LP* unum *om. B* coepit *CLM*, caepit *B* hospicium *CM* Pompeius .... *l. 10* purior est *om. B* 3 cesar *ex* sesar *C m. 2* 4 nec hic *r*, nec hoc *Mv* tu *om. M*, tantum *ex* tum *C m. 2* in *om. CLP* 5 consentit *C* et rex *C (cf. F 18, 7)* 6 rector *ex* regitor *C m. 2* 7 et qui *C* 8 dispensatur *ex* dispensator *C m. 2* consumat *C* 9 nec *P s. l. m. 2* clariorem (est *om.*) *C* *actu *M* 10 purior est] priorem *C* censu (*pro* sensu) *coni. nescio quis in Marshalli interpretatione Cypr. anglica* sensum maiorem (est *om.*) *C* dignae *LM, om. C* 11 aestimamus deum dum *om. L* deum *om. CB* = *F 18, 8* estimabilem CL^1 dicimus] credimus *B* = *F 18, 8* 12 dei habere possit cuius *B* mundus] orbis *B* et *om. CB* 13 latium *B*, laxius *coni. Routh* maneat *CMBv* intro *C* 14 maiestatis] potestatis *C* includam LPM^2, includat CBM^1 (*cf. F 32, 1:* et cum homo latius maneam, intra unam aediculam uim tantae maiestatis includam) 15 est *om. B* deo *LPV* = *F 18, 10*, dei *MB*, domini *C* queras *CM* 16 est. illic *scripsi*, est illi *CLMPB*, est illi. Illic *v* (*cfr. F 18, 10:* Deus nomen est. illic uocabulis opus est) uocabulum *B* proprium *B* appellationē *LP*, appellantium *B* insignibus] ignibus *B* 17 deo qui] deus qui *P*, ne nomen dei quaeras qui *B* solus est deus, dei *V* 18 totum *om. B*, solum *coni. Routh* ergo unus est *om. CB* ipse *CLMPBV*, totus *v* nam] iam *coni. Vonck*, **** nam *M* (ipse *erasum*)

gus in multis Deum naturaliter confitetur, cum mens et anima sui auctoris et principis admonetur. dici frequenter audimus 'o Deus' et 'Deus uidet' et 'Deo commendo' et 'Deus mihi reddet' [et 'quod Deus uult'] et 'si Deus dederit.' at quae est haec summa delicti, nolle agnoscere quem ignorare non possis!

10 Quod uero Christus sit et quomodo per ipsum nobis salus uenerit, sic est ordo, sic ratio. Iudaeis [primum] erat apud Deum gratia. sic olim iusti erant, sic maiores eorum religionibus oboediebant. [inde illis et regni sublimitas floruit et generis magnitudo prouenit.] sed illi indisciplinati postmodum facti et fiducia patrum inflati, dum diuina praecepta contemnunt, datam sibi gratiam perdiderunt. quam fuerit illis profana uita, quae contracta sit uiolatae religionis offensa, ipsi quoque testantur, qui etsi uoce tacent, exitu confitentur: dispersi et palabundi uagantur, soli et caeli sui profugi per hospitia aliena iactantur.

1 dnõ *C* unum deum confitetur naturaliter *B* 2 sui] ui *LP* principis est *L²PM* (*sed* est *in M erasum m. 2*), p rincipalis est *L¹*, principii *coni. Vonck* audiuimus *LM, sed in M corr. ex* audimus (*cf. F 18, 11:* audio uulgus) uidet] scit *B* 3 mihi *CLM¹P*, tibi *BM²v* reddat *v* 4 et quod deus uult *BC, om. LPM¹*, et deus uult *M m. 2 s. l.*, et quod uult deus *v*, et quod duit deus *Vonck coni.*; *uncis inclusi* et si] quod *B* (*cfr. F 18, 11*: 'Deum' dicunt et 'Deus magnus est' et 'Deus uerus est' et 'si deus dederit') at quae est haec *LP*, atque est haec *M* atque haec est *CBv* 5 nolle *L s. l. m. 2* adcognoscere *L* possit *B* 6 quid *V* quomodo] quod homo *B* ipsum] illum *CBV* 7 est ratio *v* primum *om. LP*, *post* erat *s. l. m. 2 add. in M* erat] fuit *C* 8 sic] hii *B* maiores etiam *B* oboedibant *LM¹*, obaudiebant *B* 9 inde .... *l. 10* prouenit *om. LPM*, *sed add. in M m. 2 in margine* (*cfr. Tertulliani Apoleg. adv. Gentes cap. 21, 393:* unde illis et generis magnitudo et regni sublimitas floruit) 10 sed et *B* indisciplinati *LPM*, neglegentes disciplinam *B*, neglegentes disciplinae superbi *Cr*, negligentes et indisciplinati et superbi *v* (*cfr. Tertull. l. c.*: fiducia patrum inflati, deriuantes a disciplina in profanum modum) facti] tatui *B* 11 patruum *L* contempnunt *CL* 12 fuerit *LM*, fuerat *CP*, futura fuerunt *B*, uero fuerit *v* illis *C*, illis uero *LMP*, uero illis *B* quae] et unde *B*, quam *C* 13 uiolate *C* testantur. Quin *Vonck* 14 taceant *C* confitentur, dum dispersi *coni. Vonck* qui dispersi et palam omnibus etsi uoce taceant exitu confitentur uagantur *B* palabundi *CM*, *sed 2. m. corr. in C et M:* uagabundi (dispersi palabundi *Tertull. l. c.*) uagabantur *L¹*, uagantur '*fortasse a glossa natum*' *Vonck* 15 zeli *ex* sceli *C m. 2* aliena hospicia *C*

11 Nec non Deus ante praedixerat, fore ut uergente saeculo et mundi fine iam proximo [ex omni gente et populo et loco] cultores sibi adlegeret Deus multo fideliores, qui indulgentiam de diuinis muneribus haurirent [quam acceptam Iudaei contemptis religionibus perdidissent]. cuius igitur gratiae disciplinaeque arbiter et magister sermo et filius Dei mittitur, qui per prophetas omnes [retro] inluminator et deductor humani generis praedicatur. hic est uirtus Dei, hic ratio, hic sapientia eius et gloria: hic in uirginem delabitur, carnem Spiritus sanctus induitur, Deus cum homine miscetur. hic Deus noster, hic Christus est, qui mediator duorum hominem induit, quem perducat ad patrem. quod homo est, esse Christus uoluit, ut et homo possit esse quod Christus est.

1 ante deus *B* fore] forte *B* 2 proxime C^1, proxumo M^1 ex omni... loco *om.* LPM^1, *s. l. add. in M m. 2* 3 **elegeret *M*, adlegere *LP* deus *aut expungendum aut in* et eos *mutandum censet Vonck* multo fideliores *LPr*, multo fidelior ẽ *M*, fidei fortiores *C*, meliores obsequii et fidei fortiores *B*, multo fideliores et melioris obsequii *v*, multo meliores obsequio et fide fortiores *recepit Goldhorn ex codice Fuxensi (cfr. Tert. l. c.:* fore uti sub extimis curriculis saeculi ex omni iam gente et populo et loco cultores sibi allegeret deus multo fideliores, in quos gratiam transferret *etc.*) 4 quam.... perdidissent *om.* LPM^1, *sed add. s. l. m. rec. in M* contemptis] cũceptis *M*, cumtemptis *ex* contemptis *C m. 2; fortasse* cum contemptis 5 perdiderunt *B* cuius (huius *M*) igitur gratiae disciplinaeque arbiter *LMP* = *Tertull. l. c.*, indulgentiae igitur huius (fructus *pro* huius *B*) et gratiae arbiter (auctor *pro* arbiter *B*) *CBr*, indulgentiae gratiae disciplinaeque arbiter *Oxon.* et *add. m. 2 in M* 6 et sermo filius *Vonck* 7 retro *om. LPB* inluminatur *LM* deductor *LMPV*, deductor omnipotens *B*, doctor *Cv* (*cf. Tertull. l. c.*: illuminator atque deductor generis humani) humana C^1 praedicatur LPM^1, praedicabatur CBM^2v (*cfr. Tertull. l. c. 21, 399*: ut retro semper praedicabatur) 8 est *om. B* eius *om. B* gloria] gratia *V* uirgine *B* 9 delabitur *LMPBV* = *Tertull.*, ds̃ inlabitur *C*, illabitur *v* carne *C* carnem spiritu sancto cooperante *v* (*cfr. Nourrii obseru. ad. h. l. in Lumperi hist. patr. XI. p. 116 sqq.*) cum semper homine C^1, *m. 2 corr. in:* semper cum homine 10 deus] dñs *C* hic deus noster *om. B* est Christus *B* qui] hic est qui *B* 11 hominum induitur *C* per quem reducat *B* quod homo ...*l. 12* possit *om. B* 12 et *om. CLP* esse possit quod et *M*

Sciebant et Iudaei Christum esse uenturum: nam hic illis semper prophetis monentibus adnuntiabatur. sed significato duplici eius aduentu, uno qui exercitio et exemplo hominis fungeretur, altero qui Deum fateretur, non intellegendo primum aduentum, quod in passione praecessit occultus, unum tantum credunt qui erit in potestate manifestus. quod autem hoc Iudaeorum populus intellegere non potuit, delictorum meritum fuit: sic erant sapientiae et intellegentiae caecitate multati, ut qui uita indigni essent, haberent uitam ante oculos nec uiderent. 12

Itaque cum Christus Iesus secundum a prophetis ante praedicta uerbo et uocis imperio daemonia de hominibus excuteret, paralyticos restringeret, leprosos purgaret, inluminaret caecos, clodis gressum daret, mortuos rursus animaret, cogeret sibi elementa famulari, seruire uentos, maria oboedire, inferos cedere, Iudaei, qui illum crediderant hominem tantum de humilitate carnis et corporis, existimabant magum de licentia potestatis. hinc 13

1 esse] fuisse *BV* et hic *B*, hoc *CM* 2 admonentibus *v* sed] et *LP* significatio eius duplici *C* 3 unum qui .... non intellegendo *hoc loco om. C, ponit post* itaque cum Christus *l. 10* uno *B*, unum *CLMPr* qui *om. B* exertitio *P* et *P s. l. m. 2, om. B* 4 alterum *CLMPBr* qui dnm̄ *C*, quidem *B* fatentur *B*; uno.... fateretur *suspecta uidentur* non] inon *C* intellegentibus aduentum primum *B* 5 quod *LP*, qui *CBv*, qui* *M* (d *erasum)* occultums *C* 6 in] et *B* manifestum *C (cfr. Tertull. c. 21, 400*: duobus enim aduentibus eius significatis, primo qui iam expunctus est in humilitate conditionis humanae, secundo qui concludendo saeculo imminet in sublimitate diuinitatis exsertae, primum non intelligendo, secundum quem manifestius praedicatum sperant, unum existimauerunt) 8 et intellegentiae erant sapientiae cecitate *C* multati *C^2M^2 (cf. Tertull. l. c.)*, mulcati *B*, mutati *C^1LM^1P* ut *om. B* uitam *B* 10 iesus *om. CB* a *om. LP* prophetias *P* praedicata *B*, praedictum *C^1* 11 uerbo *P, sed* o *ex corr.* et daemonia *B* de] ab *V* excuterentur *ex* excuterent *C m. 2* 12 et paralyticos *L*, paracliticos *ex* paraclitos *C m. 2* leprosus *P* *super* et inluminaret *M m. 2*: semiuiuos animaret *(cfr. Tertull. l. c.*: mortuos denique uerbo redderet uitae) 13 claudis *Pv* gressim *C^1* 14 aclimenta *M* famulare *C^1* obaudire *B* inferos cedere *om. B* 15 hominum *C^1* 16 existimarunt *B*, existimauerunt *C* magum *CLP*, magnum *B*, ma*gum *M* de licentia] diligentia *CB (cf. Tertull.*: quem igitur solummodo hominem praesumpserant de humilitate, sequebatur, ut magum existimarent de potestate) hinc *B et Manutius*, hunc *CLMPv*

magistri eorum adque primores, hoc est quos et doctrina ille et sapientia reuincebat, accensa ira et indignatione prouocati, ut postremo detentum Pontio Pilato, qui tunc ex parte Romana Syriam procurabat, traderent, crucem eius et mortem suffragiis [uiolentis ac] pertinacibus flagitarent.

14 Hoc facturos et ipse praedixerat et prophetarum omnium testimonium sic ante praecesserat, oportere illum pati, non ut sentiret mortem sed ut uinceret, et cum passus esset, ad superos denuo regredi, ut uim diuinae maiestatis ostenderet. fidem itaque rerum cursus inpleuit. nam et crucifixus praeuento carnificis officio spiritum sponte dimisit et die tertio rursus a mortuis sponte surrexit. apparuit discipulis suis talis ut fuerat, agnoscendum se uidentibus praebuit simul iunctis et substantiae corporalis firmitate conspicuus ad dies quadraginta remoratus est, ut de

1 magistris *B et Man.*, magistos *M* primores] primordem *C*, primoribus *B et Man.* hoc est *om. B*, *expungendum censet Vonck* doctrine C^1 illa *B* 2 sapientie C^1 accensa *CLMPBV*, accensi *v* prouocati *v*, prouocata *LMP*, reuocata *C*, prouocata est *VB et Man.* ut postremo *LMB*, et postremo *P*, postremo *Cv*, insecuti sunt et postremo *scripsit Baluzius* detentum] deductum *B et Man.* 4 syria *LP* traderent *scripsi*; tradiderunt *M sed* erunt *ex corr.*, tradiderunt *CLPv*, offerrent *B et Man.* (*Manutius has omnes scripturas cum B consentientes ex Veronensi deprompsisse videtur)* 5 uiolentis ac *om. LP* ac *M s. l. m. 2* pertinatibus *M* flagitarent C^1LMPBr, flagitantes $C^{2?}v$ *(cfr. Tertull. l. c.*: Ad doctrinam uero eius, qua reuincebantur magistri primoresque Iudaeorum, ita exasperabantur, — ut postremo oblatum Pontio Pilato, Syriam tunc ex parte Romana procuranti, uiolentia suffragiorum in crucem dedi sibi extorserint) 6 hoc esse *BM*, hoc eos *v* (eos *om. etiam Tert. l. c.)* facturos] futurum *B* et *om. C* prophetare *B* testimonium *om. B*, *s. l. m. 2 P* 7 sentiret tantum *Oxon.* 7 mortem *ponit post* uinceret *B* ut *M s. l. m. 2* esset] fuisset *CBV* superos denuo] patrem deum *B* 9 denuo ad *M* regredi] ascenderet *B* ut *P, sed ex corr.*, et *B* diuinam maiestatem (uim *om.) B* fidem itaque] idem ita *B* 10 et] ut *BC* carnificis officio] carnificio *LP* 11 obortus spiritum *B* demisit C^1 tertia *CB* a* *M* 12 resurrexit BC^1 talis ut *LM*, ut *P*, talis ut ante *C*, qualis et *B*, talis qualis et *Baluzius* ad agnoscendum *M*, ut agnoscendum *C*, ad cognoscendum *L* 13 iunctis *V*, iunctus *CLPM*, intus *B*, uinctus *r (cfr. Luc. 24, 33: καὶ εὗρον συνηθροισμένους)* et] ut *B* substantia *LMP* 14 conspicuus *om. B* usque ad *B* rememoratus *M* de eo *ex* deo *M m. 2*, denuo *Cr*, de cetero *B*

eo ad praecepta uitalia instrui possent et discerent, quae docerent. tunc in caelum circumfusa nube sublatus est, ut hominem, quem dilexit, quem induit, quem a morte protexit, ad patrem uictor inponeret, iam uenturus e caelo ad poenam diaboli et ad censuram generis humani ultoris uigore et iudicis potestate: per orbem uero discipuli magistro et Deo monente diffusi praecepta in salutem dare, ab errore tenebrarum ad uiam lucis adducere, caecos et ignaros ad agnitionem ueritatis oculare.

15 Ac ne esset probatio minus solida et de Christo delicata confessio, per tormenta, per cruces, per multa poenarum genera temptantur. dolor, qui ueritatis testis est, admouetur, ut Christus Dei filius, qui hominibus ad uitam datus creditur, non tantum praeconio uocis sed et passionis testimonio praedicaretur. hunc igitur comitamur, hunc sequimur, hunc habemus itineris ducem, lucis principem, salutis auctorem, caelum pariter et patrem quaerentibus et credentibus pollicentem. quod est Christus, erimus [christiani], si Christum fuerimus secuti.

1 et discerent quae docerent *om. B* 2 in] ad *B* circumfusa *om. B* 3 morte] mortuis *C* protexit] produxit *B*, protraxit *coni. Vonck* 4 iam poneret et uenturus *C* ad patrem uictorem poneret, iam iam uenturus *coni. Vonck p. 76* e] ae *P*, de *C*, a *M sed s. l. m. 2* 5 in ultoris uigore *coni. Routh* 6 magistrato M^1, non magistro *LV* et] sed *V*, et *delendum censet Routh conlato Tertull. l. c.:* diffusi per orbem ex praecepto magistri dei paruerunt; id eos (*pro* et deo) *coni. Vonck l. c.* 7 in] ad *B*, dei in *C* dare $LPVM^2$, daret *C*, darent M^1Bv errorem C^1MB et tenebrarum *P* uiam] uitam *LP*, ultimum *B* adducere $CLPVM^2r$, adducerent BM^1v 8 et] ad *C* agnitione (ad *om.*) *LP* oculare *MPVr*, ocularet BC^1, oscularet C^2, ocularent *v, om. L* 9 ne esset *ex* nesset *C m. 2* minus *ex* munus *C m. 2* deligata *M*, delata *ex* delicta *C m. 2*, declinata *coni. Vonck* 11 temptantur *ex* temptator *M m. 2*, temptat *C* dolor *C, sed in margine:* pro dolor testis *om. C* ui admouetur *ex* uiuidmouetur *C*, admonetur *B* ut *om. B* ut christus ut *M* 12 datus *om. B* 13 praeconia *ex* praeconio *C m. 2* praedicaretur] probaretur *BV* 14 comitamur] imitamur *B* hunc sequimur *om. V* 15 patrem *om. B* 16 pollicente *B* christus est *B* 17 christiani *om. LP, s. l. m. 2 M* secuti *LMPr*, imitati *CBv* EXPLICIT QVOD IDOLA DII NON SINT *MP*. QVOD IDOLA DII NON SINT EXPLICAT *L*, DE EO QVOD IDOLA DII NON SINT EXP *B*, EXPLICIT EPISTOLA CAECILI CYPRIANI DE IDOLIS QVOD IDOLA DII NON SINT *C*

III.

THASCI CAECILI CYPRIANI

AD QVIRINVM

(TESTIMONIORVM LIBRI TRES).

A = codex bibliothecae Sessorianae saec. VII. (cfr. Mai bibl. patr. nou. I 2. p. IV) uel potius saec. VIII—IX. (cfr. Reifferscheid bibl. patr. ital. II. p. 129).

W = codex Würzeburgensis. *desunt in eo libri I cap. 1—15, libri II c. 9—19;* cf. p. 2.

L = codex Vindobonensis; cf. p. 18.

M = codex Monacensis; cf. p. 2.

B = codex Bambergensis; cf. p. 2.

V = codex Veronensis; cf. p. 2.

v = editiones uel omnes uel aliquot.

THASCI CAECILI CYPRIANI

AD QVIRINVM

(TESTIMONIORVM LIBRI TRES).

CYPRIANVS QVIRINO FILIO SALVTEM.

Obtemperandum fuit, fili carissime, desiderio tuo spiritali inpensissima petitione diuina magisteria poscenti, quibus nos Dominus per scripturas sanctas erudire et instruere dignatus est, ut a tenebris erroris abducti et luce eius pura et candida luminati uiam uitae per salutaria sacramenta teneamus. et quidem sicut petisti, ita a nobis sermo conpositus et libellus conpendio breuiante digestus est, ut quae scribebantur non copia latiore dif-

EXPLICIT TESTIMONIORVM (*add. m. 2:* Liber beati augusti contra donatistas et ydola. Item liber cypriani epi ac martyris de sacramentis XPI) INCIPIT AD QVIRINVM *A*, INCIPIT AD QVIRINVM LIBER (LIBER *om. M)* PRIMVS *LM*. Incipit epistula ad Quirinum *B*; *Augustin. contra duas epist. Pelag. l. IV, c. 21. p. 480 d:* Cyprianum etiam ipse haeresiarches istorum Pelagius cum debito honore commemorat, ubi testimoniorum librum scribens, eum se asserit imitari, 'hoc se' dicens 'facere ad Romanos, quod ille fecerit ad Quirinum', *et eiusdem libri c. 27:* merito et ad Quirinum de hac re absolutissimam sententiam proponit, cui testimonia diuina subiungeret; *Hieronym. Dialog. contra Pelag. c. 32:* quumque se imitatorem, immo expletorem operis beati Cypriani scribentis ad Quirinum esse fateatur. *inde non inmerito conicias genuinum operis titulum fuisse* AD QVIRINVM; *uulgo inscribitur:* testimoniorum libri aduersus Judaeos.

5 obteperandum *A*   kme *MB*   6 peticione *A*   7 scribturas *A et sic fere semper*   instruere *ALMBV*, instituere *Oxon.*   8 abducti et] adducti ad *B*   lucem *B*   illuminati *ex* luminati *M m. 2*   10 cumpositus *L*   11 utque *M*   scribebantur *ex* scribantur *M*

funderem, sed quantum mediocris memoria suggerebat, excerptis capitulis et adnexis necessaria quaeque colligerem, quibus non tam tractasse quam tractantibus materiam praebuisse uideamur. sed et legentibus breuitas eiusmodi plurimum prodest, dum non intellectum legentis et sensum liber longior spargit, sed subtiliore conpendio id quod legitur tenax memoria custodit. conplexus sum uero libellos duos pari qualitate moderatos: unum quo ostendere enisi sumus, Iudaeos secundum quae fuerant ante praedicta a Deo recessisse et indulgentiam Domini, quae sibi et pridem data et in posterum promissa fuerat, perdidisse, successisse uero in eorum locum Christianos fide Dominum promerentes et de omnibus gentibus ac de toto orbe uenientes. item libellus alius continet Christi sacramentum, quod idem uenerit, qui secundum scripturas adnuntiatus est, et gesserit ac perfecerit uniuersa, quibus intellegi et cognosci posse praedictus est: quae legenti interim prosint ad prima fidei liniamenta formanda. plus roboris tibi dabitur et magis ac magis intellectus cordis operabitur scrutanti scripturas ueteres ac nouas plenius et uniuersa librorum spiritalium uolumina perlegenti. nam nos nunc de diuinis fontibus inpleuimus modicum quod tibi interim mitteremus. bibere uberius et saturari copiosius poteris, si tu quoque ad eosdem diuinae plenitudinis fontes nobiscum pariter potaturus accesseris. opto te, fili carissime, semper bene ualere.

1 sucgerebat *L* exceptis *LM* 2 queque *A* 4 prodeest *A* 5 spargeret *V* subtiliore] utiliore *V* 6 custodiret *A* 7 qualitate *ALV*, aequalitate *B*, equalitatem *M* 8 eni*si *M*, nisi *LB* simus *v* enisi...secundum *om. A* quae] que *M*, neque *A* 10 et *AL*, iam *MBv* datam *L* fuerant *M* 11 loco *ex* locū *A m. 2* fidem *M* dominum *A*, dnī *LB*, dm̄ *M* m *in rasura* 14 est] esset *M* 15 posse praedictus est] potest, quod ipse sit, qui praedictus est *v* legenti *A*, legenti tibi *B*, legentibus *LMV* 16 prosint *B*, prosunt *ALM* primae *A* lineamenta *LMB* 17 roboris] laboris *A* tibi *om. L* 18 scrutantis *B* et *om. B* 20 f*ontibus *A* inplebimus *A* 21 saturare *L* 22 potaturus BL^2, potiturus *A*, poturus ML^1 23 kme *MB* opto...ualere *om. AL* explicit praefatio incipit libellus primus *M*, explicit epistula incipit cap̄ libri primi *B*, LIBELLVS PRIMVS *A*, *inscriptionem om. L*

LIBER PRIMVS.

CAPITVLA.

I. Iudaeos in offensam Dei grauiter deliquisse, quod Dominum reliquerint et idola secuti sint.

II. Quod prophetis non crediderint et eos interfecerint.

III. Ante praedictum, quod Dominum neque cognituri neque intellecturi neque recepturi essent.

IIII. Quod scripturas sanctas intellecturi Iudaei non essent, intellegi autem haberent in nouissimis temporibus, posteaquam Christus uenisset.

V. Nihil posse Iudaeos intellegere de scripturis, nisi prius crediderint in Christum.

VI. Quod Hierusalem perdituri essent et terram quam acceperant relicturi.

VII. Item quod essent amissuri lumen Domini.

VIII. Quod circumcisio prima carnalis euacuata sit et secunda spiritalis repromissa sit.

VIIII. Quod lex prior quae per Moysen data est cessatura esset.

X. Quod lex noua dari haberet.

XI. Quod dispositio alia et testamentum nouum dari haberet.

XII. Quod baptisma uetus cessaret et nouum inciperet.

XIII. Quod iugum uetus euacuaretur et iugum nouum daretur.

XIIII. Quod pastores ueteres cessaturi essent et noui inciperent.

XV. Quod domus et templum Dei Christus futurus esset et cessasset templum uetus et nouum inciperet.

XVI. Quod sacrificium uetus euacuaretur et nouum celebraretur.

3 offensa *MB* sed quod *A* 4 reliquerint *AB*, relinquerint *L*, derelinquerunt (unt *ex* int) *M* saecuti *A* *tales litterarum* e *et* ae *in ALMB confusiones posthac non omnes notauimus* sunt *AM* 5 item quod *LMBv* profetis *A et sic fere semper* crediderunt *M*[1] 6 item ante *B, et sic omnes deinceps tituli in B incipiunt ab:* Item 15 item *om. A* ammissuri *M* 18 prior *eras. in M* mosen *L* 20 dispositio] si positio *B* 24 domum *M* et (*post* esset) *om. B* 25 cessaret *Bv* et nouum . . . *l. 26* uetus *om. L* inciperet *A*, coepisset *M*, cepisset *B* 26 euacueretur *L*, uacuaretur *A* caelebretur *A*

XVII. Quod sacerdotium uetus cessaret et nouus sacerdos ueniret qui in aeternum futurus esset.

XVIII. Quod propheta alius sicut Moyses promissus sit, scilicet qui testamentum nouum daret et qui magis audiri deberet.

XVIIII. Quod duo populi praedicti sint, maior et minor, id est uetus Iudaeorum et nouus qui esset ex nobis futurus.

XX. Quod ecclesia quae prius sterilis fuerat plures filios habitura esset ex gentibus, quam quot synagoga ante habuisset.

XXI. Quod gentes magis in Christum crediturae essent.

XXII. Quod panem et calicem Christi et omnem gratiam eius amissuri essent Iudaei, nos uero accepturi, et quod christianorum nouum nomen benediceretur in terris.

XXIII. Quod ad regnum caelorum magis gentes quam Iudaei perueniant.

XXIIII. Quod solo hoc Iudaei accipere ueniam possint delictorum suorum, si sanguinem Christi occisi baptismo eius abluerint et in ecclesiam transeuntes praeceptis eius obtemperauerint.

Ivdaeos in offensam dei graviter deliqvisse, qvod dominvm reliqverint et idola secvti sint.

1 In Exodo populus ad Aaron: Exurge et fac nobis deos qui nos praecedant: quia Moyses uir hic, qui nos eiecit de

22 Exod. 32. 1.

1 XVII] XVI *L et ita omnes deinceps titulorum numeri uno minores exhibentur in L* uenisset *B* 3 propheta alius] profetadius *A* moses *L et sic fere semper* 5 praedicti *ex* perdicti *M m. 2* 6 nobis] nouis *M* 7 ste*relis *A* fuerit *AL* 8 quot] quod *AM sed in M deletum m. 2* sinagoga *AL*; *has litterarum* i *et* y *confusiones in ALMB non omnes adnotauimus* 10 christo *M* 13 benediceretur *ex* benedicetur *A* 16 quod] item *d *B* hoc *L s. l. m. 2* capitula libri primi exp̄. incip̄. eorum interpretationes *m. rec in M*, exp̄. cap̄ incipit liber primus de iudeis et christianis cap̄ I *B*, *inscriptionem om. AL*

20 iudaeo *A* offensa *MB* 21 reliquerint *AL*, dereliquerint *Bv*, **relinquerint *M* 22 aron *A*

Aegypto, quid ei acciderit, non scimus. Item illic Moyses ad Dominum: Precor, Domine, deliquit populus hic delictum grande. fecerunt sibi deos aureos et argenteos: et nunc si dimittis eis delictum, dimitte: sin autem, dele me de libro quem scripsisti. et Dominus dixit ad Moysen: si qui deliquit ante me, deleam eum de libro meo. Item in Deuteronomio: Sacrificauerunt daemoniis et non Deo. Item in libro Iudicum: Et fecerunt filii Israel malignum contra Dominum Deum patrum suorum, qui eiecit eos de terra Aegypti, et secuti sunt deos a gentibus, quae circa illos sunt, et offenderunt Dominum et reliquerunt Deum et seruierunt Baal. Item illic: Et adiecerunt filii Israel iterum facere malignum contra Dominum et seruierunt Baal et diis alienigenarum et reliquerunt Dominum et non seruierunt illi. [Apud Malachiam: Derelictus est Iuda, et abominatio facta est in Israel et in Hierusalem, quoniam profanauit Iudas sancta Domini, in quibus dilexit et affectauit deos alienos. exterminabit Dominus hominem qui facit haec et humilis efficietur in tabernaculis Iacob].

QVOD PROPHETIS NON CREDIDERINT ET EOS INTERFECERINT.

Apud Hieremiam Dominus dicit: Misi ad uos ser- **2**
uos meos prophetas. ante lucem mittebam, et non audiebatis

2 Ex. 32, 31 sq. 6 Deut. 32, 17. 7 Iud. 2, 11 sq. 14 Mal. 2, 11 sq. 20 Hier. 25, 4 sq.

2 dominum] dñ *B* precor ait *Mv* domine *om. A* deliquid *A et sic saepius* 3 dimittas *B* 4 eis *AM*, ei *Lv*, illis *B* demitte *A* 5 dixit dominus *LMBv* quis *MBv* 6 eum *ALB*, illum *Mv* 8 israel *M s. l. m. 2*, israhel *L (sic fere semper)*, istrahel *A (sic fere semper)* malignum *A*, ***malignum *M*, quod malignum *L*, quod malignum est (erat *v*) *Bv*; *τὸ πονηρὸν LXX* contra dn̄m dñ *ALB*, coram dn̄o dō *Mv*; *ἐνώπιον κυρίου LXX* (*ἐναντίον κυρίου cod. Alex.*) 9 qui eiecit] quid eicit *A* deos *om. M* a gentibus *ALBV*, gentium ritum *M sed* ritum *s. l. m. 2*, gentium *v*; *ἐπορεύθησαν ὀπίσω θεῶν ἑτέρων ἀπὸ τῶν θεῶν τῶν ἐθνῶν LXX*; deos alios a gentibus *legendum censet Pamelius* 10 que *A* quae..sunt *om. M* sunt *om. A* 11 bahal *AMB* 12 iterum] itē *B*, *om. A* contra] coram *Mv* dn̄m *ALM*[2], dō *M*[1], dn̄m dñ *B* 13 aliegenarum *A*[1] 14 apud Malachiam .... *l. 18* Iacob *om. ALMBV*; *L in margine signo* ⸓ *adposito deesse aliquid indicare uidetur* 19 item quod *LBv*, iterum quod *M* crediderunt *MB* interfecerunt *MB* 20 apūt *A*, *et ita saepius* misit *A*

me neque intendebatis auribus uestris, dicens: conuertatur unusquisque a uia sua mala et a nequissimis adfectationibus uestris, et habitabitis in terra ista quam dedi uobis et patribus uestris a saeculo usque in saeculum. nolite ambulare post deos alienos, ut seruiatis eis, et ne adoraueritis eos et ne incitetis me in operibus manuum uestrarum ad disperdendos uos: et non audistis me. Item in Regnorum tertio Helias ad Dominum: Aemulando aemulatus sum Domino Deo omnipotenti, quia dereliquerunt te filii Israel, altaria tua demolierunt et prophetas tuos interfecerunt gladio: et remansi ego solitarius, et quaerunt animam meam auferre a me. Item in Esdra: Desciuerunt a te et abiecerunt legem tuam post corpus suum et prophetas tuos interfecerunt, qui obtestabantur eos, ut reuerterentur ad te.

Ante praedictvm, qvod Dominvm neqve cognitvri neqve intellectvri neqve receptvri essent.

3 Apud Esaiam prophetam: Audi, caelum, et percipe auribus, terra, quoniam Dominus locutus est: filios genui et exaltaui, ipsi autem me spreuerunt. agnouit bos possessorem suum et asinus praesepium domini sui: Israel uero me non cognouit et populus me non intellexit. uae gens peccatrix, populus plenus peccatis, semen

7 I Reg. 19, 10. 11 Nehem. 9, 26. 16 Es. 1, 2 sq.

1 me neque intendebatis] mane quae indebatis *A* *(quod mihi corruptum uidetur ex:* mane, neque intendebatis; *cf. LXX)* dicentes *ex* dicens *M* conuerta*tur *L* 2 a *(ante* nequissimis) *om. B* affectionibus *B* 3 habitabitis *ex* habitatis *L* 4 usque *ALBM*², et usque *M*⁴*v* saeculum *A*, saecula *LMBr* item illic: nolite *M*, et iterum: nolite *v* ampulare *L*¹ ut… *l. 5* eos *om. B* 5 eos *om. M* 7 regnorum *A*, basilion *LMBr* libro tertio *Mv*; libro *om. ALBV* haelias *A*, elias *L*¹ 8 dūm dñ *M* 9 demollierunt *A* 10 solitarius] solus *MB* 11 a me *AB*, eam a me *M*, eam *L* hesdra *ALB* desciderunt *A* 12 corpus *ALB*, dorsum *Mv*; *ὀπίσω σώματος αὐτῶν LXX* post corpus suum legem tuam *B* 15 neque intellecturi neque cognituri *M* 16 apud] audi *L* ysaiam *ex* esaiam *M m. 2 ut passim* prophetam *om. LMBr* percipe auribus *AMB*, praebe aures *LV* 17 et filios *M* genui *AB*, generaui *LMv*; *cf. de domin. orat. c. 10; de zelo et liuore c. 15* 18 spreuerunt *AB*, reprobauerunt *LMv* suum *om. LB* asinus dnĩ *B* 19 praesepem *LV* uero *A*, autem *LMBr* agnouit *LM* *post* me *add. M*²: meus 20 genti peccatrici *LM* populo pleno *LM* peccatis] delictis *B*

pessimum, filii sine lege: dereliquistis Dominum et ad iracundiam prouocastis sanctum Israel. Item apud eundem Dominus dicit: Vade et dic populo isto: aure audietis et non intellegetis et uidentes uidebitis et non uidebitis. incrassauit enim cor populi eius, et auribus grauiter audierunt et oculos suos concluserunt, ne forte uideant oculis et auribus audiant et corde intellegant et reuertantur, et curem illos. Item apud Hieremiam Dominus dicit: Me dereliquerunt fontem aquae uiuae et effoderunt sibi lacus detritos, qui non poterunt aquam portare. Item apud eundem: Ecce sermo Domini factus est eis in maledictum, non uolunt eum. Item apud eundem Dominus dicit: Cognouit tempus suum turtur et hirundo, ruris passeres custodierunt tempora introitus sui, populus autem meus non cognouit iudicium Domini. quomodo dicitis: sapientes sumus et lex Domini nobiscum est? in cassum facta est metatura falsa, scribae confusi sunt, sapientes trepidauerunt et capti sunt, quia uerbum Domini reprobauerunt. Item apud Salomonem. Quaerunt me mali et non inuenient. oderunt enim sapientiam, sermonem autem Domini non receperunt. Item in psalmo XXVII: Redde eis retributionem eorum, quoniam non intellexerunt in operibus Domini.

3 Es. 6, 9 sq. 8 Hier. 2, 13. 10 Hier. 6, 10. 11 Hier. 8, 7 sq. 17 Prouerb. 1, 28 sq. 19 Ps. 27, 4 sq.

1 pessimum *AMB*, nequam *Lv et codd. optimi l. c. de domin. orat.* fili sine lege *A* (*υἱοὶ ἄνομοι LXX*). filii scelesti *LMB et optimi codd. l. c.* reliquistis *v* ad] in *LMv* iracundiam] indignationem *LMv* 2 prouocastis] misistis *Lv* illum sanctum *Lv* 3 isto *A*, isti *LB*, huic *M* intellegitis *LB* 4 uidentes uidetis *ALM*[1] incrassauit *AV*, ingrassauit *LB*, ingrassatũ ẽ *M* (ũ ẽ *in rasura*) 5 eius *A*, huius *LMBv* 6 et corde intellegant *om. L* 8 fo*tem *A* uiuae] uitae *V*; *ὕδατος ζωῆς LXX* (*ὕδατος ζῶντος cod. Alex.*) et *om. A* (*scribendum fortasse:* et foderunt; *cf. Mai Spicil. Rom. 9 p. 45*) 9 lacos *BM*[1] detritos *om. A* portari *B* 10 dei *L* et non *v* 11 eum *A*, illum *LMBv* cognouit miluus *v* 12**tempus *M* hyrundo (irundo *B*) ruris *LMB*, erundorum his *A* passeris *AL* 14 dicetis *L* 15 nouiscum *A* falsa] uestra *MB* 17 solomonem *A et sic semper* quaerent *L*, querent *MB*; *ζητήσουσι LXX* 18 oderunt enim *A*, odio enim habuerunt *LMBv* domini *om. B* 19 reciperunt *AL*[2], reciperent *L*[1] item *om. M* XXVII *A*, XXVI *MB*, uicessimo quinto *L* 20 dominum *V*, dnī *L* (i *in ras.*)

Item in psalmo LXXXI: Non cognouerunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Item in euangelio secundum Iohannem: In sua propria uenit, et sui eum non receperunt. quotquot eum receperunt, dedit illis potestatem, ut filii Dei fierent, qui credunt in nomine eius.

Qvod scriptvras sanctas intellectvri Ivdaei non essent, intellegi avtem haberent in novissimis temporibvs, posteaqvam Christvs venisset.

4 Apud Esaiam prophetam: Et erunt uobis hi omnes sermones sicut sermones libri, qui signatus est: quem si dederis homini scienti litteras ad legendum, dicet: non possum legere, signatus est enim. sed in illa die audient surdi sermones libri, et qui in tenebris et qui in nebula sunt, oculi caecorum uidebunt. Item apud Hieremiam: In nouissimo dierum cognoscetis ea. Item apud Danielem: Muni sermones et signa librum usque ad tempus consummationis, quoad discant multi et inpleatur agnitio: quoniam cum fiet dispersio, cognoscent omnia haec. Item in epistula Pauli ad Corinthios prima: Nolo enim uos ignorare, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt. Item ad Corinthios secunda: Obtunsi sunt sensus eorum usque in hunc diem hoc eodem uelamento in lectione ueteris testamenti manente, quod non reuelatur, quia in Christo euacuatur: et

1 Ps. 81, 5. 3 Io. 1, 11 sq. 9 Es. 29, 11 et 18. 14 Hier. 23, 20. 15 Dan. 12, 4 et 7. 18 I Cor. 10, 1. 20 II Cor. 3, 14 sq.

1 LXXXI *A*, LXXX *MB*, octuagessimo *L* 2 tenebris *A*, umbra *LMv*, umbram *B* ambulant *A*, deambulabunt *LMBv*; *cf. test. lib. II 6* sec̃ *A*, cata *LMBv* iohannis *ex* iohannen *M m. 2* 3 in *om. A* sui] sul *A* non receperunt] nonrunt *A* (*corruptum ex* non nouerunt?) quodquod *AML*² 4 reciperunt *A* fili *M* fierint *A* 6 scĩs *A* 9 prophetam *om. LMB* hii *ALB* 10 signatum *B* dederis *ex* desideris *M m. 2* 11 dicit *A* non possum legere *in margine add. in L* signatum *B* 12 surdi] dĩ *A* libri huius *M* 15 danihelum *A* muni] mani *A*, claude *M sed in ras. m. 2* signa] muni *V* 16 impleantur agnitione omnes *B* 17 omnia *om. A* item *om. MB* 18 aepistola *A et sic saepius* in epistula *om. BV* prima *om. M*¹, *post* pauli *add. M*² 19 fratres *om. A* item in epistula *Bv* 20 obtunsi *BV*, obtusi *ALM* 21 testamenti legentes. Mane te *B*

usque in hodiernum, si quando legitur Moyses, uelamen est super cor eorum. mox autem conuersus est ad Dominum, auferetur uelamen. Item in euangelio Dominus post resurrectionem: Isti sunt sermones, quos locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum, quia oportet adimpleri omnia scripta in lege Moysi et prophetis et psalmis de me. tunc adaperuit illis sensum, ut intellegerent scripturas, et dixit illis: quia scriptum est Christum pati et resurgere a mortuis tertia die, et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissa peccatorum usque in omnes gentes.

NIHIL POSSE IVDAEOS INTELLEGERE DE SCRIPTVRIS, NISI PRIVS CREDIDERINT IN CHRISTVM.

Apud Esaiam prophetam: Et si non credideritis, neque 5
intellegetis. Item Dominus in euangelio: Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis uestris. Fide autem stare iustitiam et illic esse uitam praedictum est apud Abbacuc: Iustus autem ex fide mea uiuit. Inde Abraham pater gentium credidit. In Genesi: Et credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad iustitiam. Item apostolus ad Galatas: Abraham credidit Deo, et reputatum est illi ad

4 Luc. 24, 44 sq. 12 Es. 7, 9. 13 Io. 8, 24. 16 Ab. 2, 4. 17 Gen. 15, 6. 19 Gal. 3, 6 sq.

1 inohodiernum *A*, inodiernum *M*[1] uelamen *A*, uelamentum *LMB* 2 autem *ALBVM*[1], autem ut *M*[2]*v* conuersus est *ALB*, conu. fuerit *M sed* fuerit *s. l. m. 2*, conuersi fuerint *v* auferetur *v*, aufertur *LMB*. aufer *A* uelamentum *LMB*, tegumentum *V* 3 item *om. LMBv* dixit post resurrectionem *V*, post resurrectionem dicit *Mv* 5 oportet adimpleri] post et impleri *A* omnia] omnem *B* scripta] scripturam *B*, quae scripta sunt *v*; πάντα τὰ γεγραμμένα *Graec.* legem *B* mosy *L* 6 de me tunc] idem et unde *A* illos *A* intellegeret *A* 7 scripturam *B* sic scriptum est et sic oportebat christum *v* 8 tertia *AM*[1]*B*, tertio *LM*[2] 9 remissa *ABM*[1], remissam *L*, remissionem *M*[2] 11 crederint *A* christo *LB* 12 prophetam *om. LMBv* si *A s. l.* neque] non *B* 13 intellegitis *LBM*[1] item] unde *LM* euangelio dicit *MB* 14 fidei *B* 15 iustitiam] iustum *V* 16 abacuc prophetam *B*, abacuc *M*[2], abacum *L*, abbacum *A*, ambacum *M*[1] uiuit *ALB* (*cf. testim. III 42*), uiuet *Mv*; ζήσεται *LXX* 17 in genesi *om. L* et credidit] credidit *v*; καὶ ἐπίστευσεν *LXX* 18 deputatum *MB*, deputatus *L* illi *A*, ei *LMB* apostolus *A*, paulus *LMBv* 19 galathas *AB* deputatum *LMBv* illi *A*, ei *LMB* ad] in *ex* ad *L*, in *B*

iustitiam. cognoscitis ergo, quia qui ex fide sunt, hi sunt filii Abrahae. prouidens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes Deus, praenuntiauit Abrahae, quia benedicentur in te omnes gentes. igitur qui ex fide sunt, benedicti sunt cum fideli Abraham.

QVOD HIERVSALEM PERDITVRI ESSENT ET TERRAM QVAM ACCEPERANT RELICTVRI.

6 Apud Esaiam prophetam; Terra uestra deserta, ciuitates uestrae igni conbustae: regionem uestram in conspectu uestro alieni comedent eam: et deserta et subuersa a populis alienis derelinquetur filia Sion, sicut casa in uinea et sicut custodia in cucumerario, quasi ciuitas quae expugnatur. et nisi Dominus sabaoth dereliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuissemus et sicut Gomorra similes essemus. Item in euangelio Dominus dicit: Hierusalem, Hierusalem, quae interficis prophetas et lapidas missos ad te, quotiens uolui colligere filios tuos sicut gallina pullos sub alas, et noluisti? ecce relinquetur uobis domus uestra deserta.

ITEM QVOD ESSENT AMISSVRI LVMEN DOMINI.

7 Apud Esaiam prophetam: Venite, ambulemus in lumine Domini. dimisit enim populum suum domus Israel. Item in euangelio suo: Fuit lumen uerum, quod inluminat omnem

7 Es. 1, 7 sq. 14 Matth. 23, 37 sq. 19 Es. 2, 5 sq. 21 Io. 1, 9 sq.

1 cognoscetis *A*, cognoscite *B* hii *AL* fili *M*[1] 2 habrahe *M et l. 3* scriptura diuina *v*; *ἡ γραφή Graec.* 3 benedicerentur *B* te *A*, illo *LMBv*; *ἐν σοί Graec.* 6 acceperunt *A* 7 prophetam *om. LMBv* 8 igue *ex* igni *M* exustae *LBv*, exuste** *M* 9 alieni] alienigenae *ex* alienigena *M m. 1*, alienigene *B* deserta et] deserta est *A* derelinquetur *L* 10 custodiarium *LMBv* cucomerario *A*, cucumeraria *LV* 11 et] ut *A* saboth *M* 12 reliquisset *LMv* sicut *A*, quasi *LMBv* 13 gomurra *A* similes essemus *A*, similaremur *Mv*, similaremus *LB* 14 hierusalem *alterum om. L* interficis *LMB*, interfecis *A*, occidis *v* 15 missus *A* quociens *M*, quoties *A* colligere *ALB*, congregare *Mv* gallina] aquila *M* 16 pullos suos *MB* alas suas *Mv* noluisti] non uoluistis *L*, noluistis *BV* relinquetur *AV*, remittetur *LM*, dimittetur *B* 17 deserta *om. BV* 19 prophetam *om. LMBv* 20 domus *AM*[2], domos *M*[1], dn̄s *B*, domum *Lv*; *cfr. Sabatier bibliorum sacrorum uersiones lat. ant. II p. 521* 21 suo] cata iohannem *MBv*, *om. L*

hominem uenientem in hunc mundum. in hoc mundo fuit, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non agnouit. Item illic: Qui non crediderit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine unici filii Dei. hoc autem est iudicium, quoniam lux uenit in saeculum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.

QVOD CIRCVMCISIO PRIMA CARNALIS EVACVATA SIT ET SECVNDA SPIRITALIS REPROMISSA SIT.

Apud Hieremiam prophetam: Haec dicit Dominus uiris 8
Iuda et qui inhabitant Hierusalem: renouate inter uos nouitatem et ne seminaueritis in spinis: circumcidite uos Deo uestro et circumcidite praeputium cordis uestri, ne exeat sicut ignis ira mea et exurat et non sit qui extinguat. Item Moyses dicit: In nouissimis diebus circumcidet Deus cor tuum et cor seminis tui ad Dominum Deum amandum. Item apud Iesum Naue: Et dixit Dominus ad Iesum: fac tibi cultellos petrinos nimis acutos et adside et circumcide secundo filios Israel. Item Paulus ad Colossenses: Circumcisi estis circumcisione non manufacta in expoliatione carnis sed in circumcisione Christi. Item quod Adam primus a Deo factus incircumcisus et Abel iustus et Enoch qui Deo placuit et translatus est et Noe qui in terris omnibus ob delicta pereuntibus solus, in quo humanum genus seruaretur, electus est, et Melchisedech sacerdos, secundum cuius ordinem Christus repromissus est:

3 Io. 3, 18. sq. 9 Hier. 4, 3 sq. 14 Deuteron. 30, 6. 16 Ios. 5, 2. 18 Col. 2, 11.

1 ueniens *MV* 2 agnouit *AL*M^2*BV*, cognouit M^1*v* 4 credit *B* fili *AB* 5 magis dilexerunt homines *M*, magis dilexerunt *LB*; *cf. test. III 31* 9 prophetam *om. LMBv* 10 in *ante* hierusalem *eras. in L* 11 reminaueritis *A* 14 dicat M^1 16 iesu *ALM* iesu *M*, *post* iesum *eras.* ue *in L* cultellos) cultros *M* 17 adside et *AL*, sede et *M*, adsidens et *B*, adsidens *v* circumcides *B* filios israel secundo *M* 18 colosenses *LMB*, *et sic saepius* 19 non *M s. l. m. 2* manus facta *A* expoliationem *ALB* 21 et (*ante* abel) *L s. l. m. 2* enoc *A* 22 in terris omnibus *ALMBV*, terris hominibusque *v* qui ob *M* 23 delecta *A*

tunc quod illud signaculum feminis non proficit. signo autem Domini omnes signantur.

Qvod lex prior qvae per Moysen data est cessatvra esset.

9 Apud Esaiam prophetam: Tunc manifesti erunt qui signant legem, ne discant. et dices: expecto Deum, qui auertit faciem suam a domo Iacob, et fidens ero in illum. Item in euangelio: Omnes prophetae et lex usque ad Iohannem prophetauerunt.

Qvod lex nova dari haberet.

10 Apud Micheam prophetam: Quoniam lex de Sion proficiscetur et sermo Domini ab Hierusalem. et iudicabit inter plurimos populos et reuincet et deteget ualidas nationes. Item apud Esaiam prophetam: De Sion enim procedet lex et uerbum Domini ab Hierusalem et iudicabit in gentes. Item in euangelio secundum Matthaeum: Et ecce uox de nube dicens: hic est filius meus dilectissimus, in quo bene sensi: ipsum audite.

Qvod dispositio alia et testamentvm novvm dari haberet.

11 Apud Hieremiam prophetam: Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, et consummabo domui Israel et domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus eorum in die, qua adprehendi manus eorum, ut educerem eos de terra Aegypti. [quia non permanserunt in testamento meo, et ego

5 Es. 8, 16 sq. 8 Matth. 11, 13. 10 Mich. 4, 2 sq. 13 Es. 2, 3 sq. 15 Matth. 17, 5. 19 Hier. 31, 31 sq.

1 tunc *ALMBV*. tum *v* feminis *AM*, seminis *LBv* profecit *A* 5 prophetam *om. LMBv* 6 dices *MB*, dicis *A*, dicent *V*, dicet *Lv* deum] dm̃ *A* 7 in illum] *om. B* 8 iohannen *M*[1] 10 michean *M*[1] prophetam *om. LMBv* proficiscitur *B* 11 sermo] uerbum *V* ab] de *v* iudicauit *AM* 13 ysaian *ex* esaeian *M*; item apud esaiam *L*, *quibus deletis m. saec. XIV in marg. add.*: Micheam prophetam *om. LMBv* 14 ab] de *v* iudicauit *AM*[1] euangelium *M* 15 sec̃ *A*, cata *LMBv* et *om. A* 16 sensi] pensi *A* 19 prophetam *om. LMBv* ueniunt *ex* uenient *M* 20 domum *LMB* domum *MB* 22 in *om. B* eos *om. V* 23 quia non — *p. 47 l. 7* memor amplius *om. ALMB*

neglexi eos, dicit Dominus. quia hoc testamentum, quod disponam domui Israel post dies illos, dicit Dominus. dans leges meas in sensum illorum scribam illas et ero illis in Deum, et ipsi erunt mihi in plebem, et non docebunt unusquisque fratrem suum dicentes: dinosce Dominum, quia omnes scient me a minimo usque ad maximum eorum, quia propitius ero iniquitatibus eorum et peccatorum eorum non ero memor amplius].

QVOD BAPTISMA VETVS CESSARET ET NOVVM INCIPERET.

Apud Esaiam prophetam: Nolite priora meminisse et **12**
antiqua nolite reputare. ecce facio noua, quae nunc orientur, et cognoscetis. et faciam in deserto uiam et flumina in loco inaquoso, adaquare genus meum electum, plebem meam quam adquisiui, ut uirtutes meas exponeret. Item apud eundem: Si sitierint per deserta, adducet illis aquam, de petra producet illis, findetur petra et fluet aqua et bibet plebs mea. Item in euangelio secundum Matthaeum Iohannes dicit: Ego quidem uos baptizo in aqua in paenitentiam. qui uenit autem, fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare. ipse uos baptizabit in Spiritu sancto et igni. Item secundum Iohannem: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum Dei. quod enim natum est de carne, caro est, et quod natum est de spiritu, spiritus est.

9 Es. 43, 18 sq. 13 Es. 48, 21. 16 Matth. 3, 11. 20 Io. 3, 5 sq.

9 prophetam *om. LMBv* nolite ergo *Mv* 10 omnia noua *B* 12 adquisibi *A* 13 ut] et *B* 14 desertam *B* adducam *V* illis *ALMBV*, illos *v*; *cfr. epist. 63 cap. 8* si sitierint, per deserta adducet illos, aquam *ita distinguit v* producet illis *om. MB*, producetur (*om.* illis) *V* 15 rupis (rupes *M*²) findetur *M* fluet *ex* fluenta *M* euangelium *M* sec̃ *A*, cata *LMBv* 16 iohannis *ALB* 17 in (*ante* aqua) *om. A* autem *ALMBV*, autem post me *v* 18 dignus] idoneus *Lv* calceamenta *LMB* baptizat *LM* 19 in *om. B* sancto *om. V* igne *ex* igni *M* sec̃ *A*, cata *LMBv* iohannen *M* 20 renatus *A (cf. test. III 25)*, natus *LMB* ex] et *A* 21 natum *ex* natus *L*

QVOD IVGVM VETVS EVACVARETVR ET IVGVM NOVVM DARETVR.

13 In psalmo secundo: Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania? adstiterunt reges terrae et principes conuenerunt in unum aduersus Dominum et aduersus Christum eius. disrumpamus uincula eorum et proiciamus a nobis iugum ipsorum. Item in euangelio secundum Matthaeum Dominus dicit: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris. iugum enim meum bonum est et onus meum leue est. [Apud Hieremiam: In illa die contribulabo iugum a ceruice illorum et uincula illorum disrumpam: et non operabuntur aliis, sed operabuntur Domino Deo, et Dauid regem suscitabo ipsis.]

QVOD PASTORES VETERES CESSATVRI ESSENT ET NOVI INCIPERENT.

14 Apud Ezechielem: Propterea haec dicit Dominus: ecce ego super pastores et inquiram oues meas de manibus eorum et auertam eas, ut non pascant oues meas: et iam non pascent eas, et extraham oues meas de ore eorum et pascam eas cum iudicio. Apud Hieremiam prophetam Dominus dicit: Et dabo uobis pastores secundum cor meum, et pascent uos pascentes cum disci-

3 Ps. 2, 1 sq. 8 Matth. 11, 28 sq. 12 Hier. 30, 8 sq. 17 Ez. 34, 10 sq. 21 Hier. 3, 15.

1 et *om. L* 3 secundo] . I . *LV*; *cf. Sabatier II p. 10* quare *AMB*, ad quid *Lv* fremuerunt *AMB*, tumultuatae sunt *Lv* 4 adsteterunt *AL* conuenerunt *ALB*, congregati sunt *M*, collecti sunt *v* 6 proitiamus *M*, abiiciamus *v* ipsorum *AMBL*[1], eorum *L*[2]*v*; *cf. testim. lib. III 119* 7 in euangelio *om. A* sec̃ *A*, cata *LMBv* 8 honerati *L*, honorati *AM* 9 reficiam *A*, requiescere faciam *MBv*, requiescam *L* discite] scitote *L* 10 animabus *LBM*[2], animis *AM*[1] 11 enim *A s. l.* bonus meum *A*, sarcina mea *LMB*, sarcina *v* leue *A*, leuis *LMBv* est *om. v; cfr. test. III 119* 12 Apud Hieremiam — *l. 14* suscitabo ipsis *om. ALMB* 17 ezechihelem *LB*[1], ezechiel *M* propterea] pro ea *A* 18 oues meas] eas *A* 19 etiam *AB* pascant *L* et *om. B* 20 eos *B* cum *om. B* iuditio *M* item apud *V* 21 prophetam *om. LMBv* 22 disciplinam *L*

plina. [Item apud Hieremiam: Audite uerbum Domini, gentes, et nuntiate insulis, quae longe sunt. dicite: qui dispergit Israel, congregabit illum et custodiet sicut pastor gregem suum: quia eruit Dominus Iacob et eruit de manu fortioris illius.]

Qvod domvs et templvm dei Christvs fvtvrvs esset et cessasset templvm vetvs et novvm inciperet.

In Regnorum secundo: Et fuit uerbum Domini ad Nathan **15**
dicens: uade et dic seruo meo Dauid: haec dicit Dominus: non tu aedificabis mihi domum ad inhabitandum, sed erit, cum inpleti fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, qui erit de utero tuo, et parabo regnum eius. hic aedificabit mihi domum nomini meo, et erigam thronum eius in saecula, et ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium, et fidem consequetur domus eius, et regnum eius usque in saecula in conspectu meo. Item in euangelio Dominus dicit: Non relinquetur in templo lapis super lapidem, qui non dissoluatur. Et: Post triduum aliud excitabitur sine manibus.

Qvod sacrificivm vetvs evacvaretvr et novvm celebraretvr.

Apud Esaiam prophetam: Quo mihi multitudinem sacri- **16**
ficiorum uestrorum? dicit Dominus. plenus sum, holocaustomata arietum et adipem agnorum et sanguinem taurorum et hircorum nolo. quis enim exquisiuit ista de manibus uestris? Item in

1 Hier. 31, 10 sq. 7 II Sam. 7, 4 et 5. 12—14 et 16. 15 Matth. 24, 2. 17 Marc. 14, 58. 20 Es. 1, 11 sq.

1 item apud.....*l. 4* fortioris illius *om. ALMBV* 6 cessaret *v; cf. p. 37 l. 25* inciperet] coepisset *LM*, caepisset *B*, caepisse *A* regnorum *A*, basilion *LMBVv* libro II. *M* 9 haedificabis *B* repleti *A* 12 aedificauit *AL*[1] nomini *LB*, nomine *AM*, in nomine *v*; *τῷ ὀνόματί μου LXX* erigam] statuam *M* 13 ipse] ille *M* 14 conseque*tur *M* 15 dicit dn̄s *B* 16 dissoluetur *Lv* 18 etur et nouum celebraretur *ab his incipit W* 19 celebraretur *ex* celebretur *A m. 1* 20 esaiam dicit *WB* prophetam *om. WLMBv* quo] quod *L* 21 holocausta *A* 22 et *om. B* adipem *A*, pinguamina *WLMBv* hyrcorum *ALB* *post* nolo *add. W*: ne sic ueniatis uideri mihi; *οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι LXX (cfr. Tertull. adu. Iud. cap. 5)* 23 exquisibit *A*

psalmo XLVIIII: Numquid manducabo carnes taurorum aut sanguinem hircorum potabo? immola Deo sacrificium laudis et redde Altissimo uota tua. inuoca me in die tribulationis tuae, et eripiam te, et glorificabis me. Item illic: Sacrificium laudis honorificabit me, illic est iter, quo ostendam illi salutarem meum. Item in psalmo IIII: Sacrificate sacrificium iustitiae et sperate in Domino. Item apud Malachiam: Non est mihi uoluntas circa uos, dicit Dominus, et sacrificium acceptum non habebo ex manibus uestris. quoniam a solis ortu et usque in occasum clarificatum est nomen meum apud gentes, et in omni loco odores incensi offeruntur nomini meo et sacrificium mundum, quoniam magnum est nomen meum apud gentes, dicit Dominus.

QVOD SACERDOTIVM VETVS CESSARET ET NOVVS SACERDOS VENIRET, QVI IN AETERNVM FVTVRVS ESSET.

17 In psalmo CVIIII: Ante luciferum genui te. iurauit Dominus, nec paenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Item in Regnorum primo Deus ad Heli sacerdotem: Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui omnia

1 Ps. 49, 13 sq. 4 Ps. 49, 23. 6 Ps. 4, 6. 7 Mal. 1, 10 sq. 15 Ps. 109, 3 sq. 18 I Sam. 2, 35 sq.

1 XLVIIII] XLVII *M*. XLVIII *B* numquid.....*l. 4* illic *om. L* numquid manducabo *A*, non edam *WMBv* aut] nec *M* 2 potabo *A*, bibam *WMBv* immola *A*, sacrifica *WMBv* laudis *ex* laudi *W* 3 altissimo] alsimo *W* et inuoca *W* diem *WM*[1] tribulationis tuae *A*, pressurae *WMBv* 4 eripiam *AWM*, eximam *BV*, eruam *v* clarificabis *WMv*, magnificabis *B* illic *A*, in psalmo eodem *WMBv* 5 honorificabit *A*, clarificabit *LB*, clarificauit *WM* et illic *WLMB* est iter *A*, uia est *WLMBv* quod *A*, in qua *WLMBv* salutarem meum *A* (*cfr. Mai Spicil. tom. IX. l. c.*), salutare dei *WLMBv*; *καὶ ἐκεῖ ὁδὸς ᾗ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον θεοῦ LXX* 6 IIII] III *M*[1] 7 dominum *MBv* aput *W sic saepissime* 8 uos *ex* nos *L* circa uos] in uobis *V* acceptum non] accepto non *A*, non accepto *V* 9 et *om. BM* occasu *L* 10 et *om. LB* 11 offreruntur *W* et *om. M* 12 apud *om. A* *post* dominus *add. L:* et sacrificium acceptum non habebo ex manibus uestris 14 ueniret num (qui in aeter *om.*) *A* 15 CVIIII] centesimo octauo *L* generaui *V* deus *M* 16 nec *A*, et non *WLMB* penitebis *A*, penitebitur *WLB* eum *om. WLB* 17 melchysedech *W et ita in eo saepius* y *et* i *confunduntur* reḡ *A*, basilion *WLMBv* primo *om. MB* eli *M* 18 fidelem] fidum *v* qui] quia *M* (uia *ex corr.*) qui omnia.....*p. 51. l. 1* fidelem *om. W*

quae sunt in corde meo faciet, et aedificabo ei domum fidelem, et transibit in conspectu christorum meorum omnibus diebus: et erit, qui remanserit in domo tua, ueniet adorare in obolo pecuniae et in pane uno.

QVOD PROPHETA ALIVS SICVT MOYSES PROMISSVS SIT, SCILICET QVI TESTAMENTVM NOVVM DARET ET QVI MAGIS AVDIRI DEBERET.

In Deuteronomio Deus ad Moysen: Et dixit Dominus **18**
ad me: prophetam excitabo eis de fratribus eorum sicut te et dabo uerbum meum in ore eius, et loquetur ad eos ea quae praecepero ei. et quisque non audierit quae loquetur propheta ille in nomine meo, ego uindicabo. De quo et Christus in euangelio cata Iohannem: Scrutamini scripturas, in quibus putatis uos uitam aeternam habere. haec sunt quae testimonio sunt de me: et non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. nolite putare, quia ego uos accuso apud patrem. est, qui uos accuset, Moyses, in quem uos speratis. si enim credidissetis Moysi, crederetis et mihi. de me enim ille scripsit. si autem illius scripturis non creditis, quomodo uerbis meis credetis?

QVOD DVO POPVLI PRAEDICTI SINT, MAIOR ET MINOR, ID EST VETVS IVDAEORVM ET NOVVS, QVI ESSET EX NOBIS FVTVRVS.

In Genesi: Et dixit Dominus Rebeccae: duae gentes in utero **19**
tuo sunt et duo populi de uentre tuo diuidentur, et populus populum superabit et maior seruiet minori. Item apud Osee pro-

8 Deut. 18, 17 sq. 13 Io. 5, 39. 40. 45 sq. 22 Gen. 25, 23.

1 et *om. A* domum fidelem] thronum meliorem *B* 2 transiuit *M*[1] et transibit....meorum *om. B* meorum] suorum *V* 3 tua *AM*, una *WLB* 4 in *om. A* 6 audire *L*[1] 9 me] moysen *M* prophaetam *W et sic saepius* e *et* ae *litterae confunduntur in W* fratribus] patribus *B* 10 loqueretur *W* 11 ei *om. A* quisque *AWLBM*[1], quisquis *M*[2]*v* que *W*, quecumquae *M*, quaecumque *v* loquetur *AWLB*, locutus fuerit *Mv* 13 scritamini *W*[1] 14 hae *M* testimonio (....ium *M*) sunt *AWLBVM*[1], testimonium perhibent *M*[2]*v* 16 accusabo aput rem est *A* 17 crededissetis *A* crederitis *A* 18 quomodo] quo momo *A* 19 creditis *AW* 20 sunt *A*[1] maiore minor *A* 21 nouus] alius *W* 22 duae *om. A* 23 tuo] suo *A* duo] adeo *A* diuitentur *W* 24 superauit *L*[1], superbit *A* oseae *WM*, osseae *A* prophetam *om. WLMBv*

phetam: Vocabo non populum meum populum meum et non dilectum dilectum. erit enim, quo loco dicetur non populus meus, illo loco uocabuntur filii Dei uiui.

Qvod ecclesia qvae prius sterilis fverat plvres filios habitvra esset ex gentibvs, qvam qvot synagoga ante habvisset.

20 Apud Esaiam prophetam: Laetare, sterilis, quae non paris, erumpe et exclama, quae non parturis, quia multi filii desertae magis quam eius quae habet uirum. dixit enim Dominus: dilata tabernaculum tuum et aulaeorum tuorum fige palos. ne parcas, prolonga funiculos tuos et palos confirma. adhuc in dexteram tuam et in sinistram extende, et semen tuum gentes possidebit et ciuitates quae desertae erant inhabitabis. ne timeas, quia praeualebis, neque uerearis, quod detestabilis fueris, quoniam confusionem aeternam obliuisceris. Sic et Abrahae cum de ancilla natus esset prior filius, Sarra sterilis diu mansit et sero in senecta de pollicitatione peperit filium Isaac, qui fuit typus Christi. sic et Iacob accepit uxores duas,

1 Os. 2, 25. 1, 10. 7 Es. 54, 1 sq.

1 et uocabo *W* dilectum dilectum *AWBM*^{2}, dilectam dilectam *LM*^{1}*v* 2 erit *add. M*^{2} *in marg.* in quo *WM* dicitur *AB* non *om. L* 3 illo loco] illic *B* fili *M* 4 eclesia *W*^{1} *et ita saepius* sterelis *AWM* fuerit *BL*^{1} 5 quot] quod *ABM*^{1}, *om. VM*^{2} ante *om. V* 7 prophetam *om. WLMBv* laetare *A*, iocundare *MB*, iucundare *WLv* sterelis *AWM* 8 clama *AB* fili *W*^{1}*M*^{1} 9 eius] illius *W* dominus] ds̃ *A* dilatabo *W* 10 tabernaculum tuum *A*, locum tabernaculi tui *WLMBv* auleorum tuarum *A*, auletuorum *M* fige palos *A*, et fige *W*^{1}*L*^{1}*Bv*, effige *W*^{2}*L*^{2}*M* ne parcas *A*, noli parcere *WLMBv* 11 prolonga *A*, longas fac *WLMBv* funiculos tuos *A*, mensuras et uasa *W*, mensuras tuas *LMv*, mensuras *B* palos tuos *WLMBv* dextram *AB* 12 sinestram *A*, sistram *W* possidebit *A*, possidebunt *WLMB* 13 quae desertae erant *A*, desertas *WLMBv* inhabitabunt *W*, inhabitabit *v* ne timeas *A*, noli timere *WLMBv* quoniam *A* praeualebis *A*, reuinces *WLMv*, reuincis *B*: *cfr. Sabat. II p. 612* 14 uerearis *LMv* quod detestabilis fueris *A*, quia maledicta es *WLMBv* 16 es et *W*^{1} sterelis *AM*, et *ita A locis proximis* permansit *B* 17 isac *AM*, ysaac *B* 18 duas] tuas *B*

maiorem Liam oculis infirmioribus typum synagogae, minorem speciosam Rachel typum ecclesiae, quae et sterilis diu mansit et postea peperit Ioseph, qui et ipse fuit typus Christi. et in Basilion primo Helcana habet uxores duas, Fenennam cum filiis et Annam sterilem, ex qua nascitur Samuel non secundum generandi ordinem, sed secundum Dei miserationem et promissionem, cum illa orasset in templo, et natus Samuel typus fuit Christi. Item in Regnorum primo: Sterilis septem peperit, et quae plurimos habebat, infirmata est. Filii autem sunt ecclesiae septem. unde et Paulus ecclesiis septem scribit, et Apocalypsis ecclesias septem ponit, ut seruetur septenarius numerus, ut dies septem, quibus Deus mundum fecit, et angeli septem, qui adsistunt et conuersantur ante faciem Dei, sicut Raphael angelus in Tobia dicit, et lucerna septiformis in tabernaculo martyrii et oculi Domini septem, qui mundum speculantur, et lapis cum oculis septem, ut Zacharias dicit, et spiritus septem et candelabra in Apocalypsi septem et columnae septem, super quas aedificat domum sapientia apud Salomonem.

10 I Sam. 2, 5.

1 et maiorem *W* lian *M* infirmibus *A* in typum *v* 2 rachiel *A* in typum *v*, typhum *M* 3 diu *ex* di *W m. 2* filium ioseph *M*. iosep *L* 4 elcana *A*, helchana *WBM*[1] 5 habet *AL*, habebat *WB*. habuit *M*; dicitur H. habuisse *v* fennenam *MB*, fennanam *WL*, gennanam *A* anna *B* 6 nascetur *W* samuehel *M* 7 ordinem generandi *v* miserationem] mīam *B* 9 typus] stypus *M*, *om. B* reḡ *A*, basilion *WMBv*, basion *L* primo *om. M* 10 habebat filios *WLMB* 11 fili *A* septem sunt *LBM*, sunt septem *W* ecclesie sunt *M* paulus postea *W* 12 septem ecclesiis *v* scripsit *WLBv* ecclesias *ex* ecclesiam *A* 13 septinarius *W* ut] et *A* 14 et] ut *Lv* 16 dñi s. rafahel *A* tobia dicit] tobi adscit *A* lucerne *M*, lucernas *B* 17 septifornes *BM* tabernaculum *L* *super* martyrii *M*[2] *scripsit:* testimonii 19 ut] *W s. l. m. 2, om. B*, et *A* cantelabra *W*, candalabra *M* 20 apocalypsin *B* columnae] colomnes *A* 21 aedificauit *WLMBv* sapientiae *A* solomonem *A W et ita fere semper uterque*

Qvod gentes magis in Christvm creditvrae essent.

21 In Genesi: Et dixit Dominus Deus ad Abraham: exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui et uade in illam terram quam tibi ostendero. et faciam te in gentem magnam et benedicam te et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus. et benedicam, qui te benedixerit, et maledicam, qui te maledixerit, et benedicentur in te omnes tribus terrae. Item illic: Et benedixit Isaac Iacob: ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus. et det tibi Deus a rore caeli et a fertilitate terrae multitudinem frumenti et uini et olei. et seruient tibi gentes et adorabunt te principes, et eris dominus fratris tui et adorabunt te filii patris tui; et qui maledixerit te, erit maledictus, et qui benedixerit te, benedictus erit. Item illic: Ubi uidit autem Ioseph, quoniam superposuit pater suus manum dexteram super caput Effraim, graue illi uisum est: et adprehendit Ioseph manum patris sui, auferre eam a capite Effraim ad caput Manasse. dixit autem Ioseph ad patrem suum: non sic, pater. hic est primitiuus meus, superpone dexteram tuam super caput eius. ille autem noluit et dixit: scio, fili, scio. et hic erit in populum, et hic exaltabitur, sed frater eius iunior maior illo erit, et semen eius erit in multitudinem gentium. Item in Genesi: Iuda, te laudabunt fratres tui, manus tuae super dorsum inimicorum

2 Gen. 12, 1 sq. 7 Gen. 27, 27 sq. 14 Gen. 48, 17 sq. 21 Gen. 49, 8 sq.

1 xp̃o *WM* 2 ad *om. W* 7 in te *W et L s. l. m. 2* De hoc ipso in genesi *WLMBv*, *item l. 13* et benedixit....*l. 13* illic *om.* M^1, *in marg. add.* M^2 8 isac AML^1 iacob et dixit *B* fili *AWML* 9 benedixit] benexit *A* dominus] d̃s *A* a] de *Bv* a *om. B* 11 et adorabunt.. *l. 12* patris tui *om. B* 12 te maledixerit *v* 13 te benedixerit *Wv*; te *om. L* erit benedictus *WMB* item de hoc ipso *B* 14 autem uidit *Mv* Iosep *L et sic saepius* superposuit] posuit *LM* suos M^1 15 dextram *B* capud *WLM* efrem *AWL*, effrem *B*, ephrem *M* est et] esset *A* 16 a *om. W* efrem *A*, effrem *WLMB* 17 et dixit *B* autem *om. B* 18 primitibus *A* dextram *B* tuam *om. B* 19 n *W s. l.* 20 eius *A*, illius *WLMB* illo] illi *A*, illius *B* 21 multitudine *WB* in genesi *om. A* 22 laudabunt $AMBL^2$, laudant WL^1 tuae *om. Lv; αἱ χεῖρές σου LXX*

tuorum. adorabunt te filii patris tui, catulus leonis Iuda. de frutice, fili mi, ascendisti, recubans obdormisti uelut leo et uelut catulus leonis. quis excitabit illum? non deficiet princeps de Iuda et dux de femoribus eius, quoadusque ueniant deposita illi. et ipse est spes gentium. deligans ad uitem pullum suum et ad cilicium pullum asinae suae. lauabit in uino stolam suam et in sanguine uuae amictum suum. formidolosi oculi eius a uino et candidi dentes eius magis quam lac. Inde in Numeris de populo nostro dictum est: Ecce populus quasi populus leoninus exurget. Item in Deuteronomio: Eritis gentes in caput, incredulus autem populus in caudam. Item in Ezechiel: Audite uocem tubae. et dixerunt: non audiemus. propter hoc audient gentes et qui pascent pecora in eis. Item in psalmo XVII: Constitues me in caput gentium. populus, quem non cognoui, seruiet mihi [, in auditu auris obediuit mihi]. Item in Hieremia propheta Dominus dicit: Priusquam te formarem in utero, noui te, et priusquam exires de uulua, sanctificaui te et prophe-

9 Num. 23, 24. 10 Deut. 28, 44. 11 Hier. 6, 17 sq. 14 Ps. 17. 44 sq. 16 Hier, 1, 5.

1 patris tui *L s. l. m. 2* catulus ...fili mi *om. L* de frutice] ad praedam *M m. 2 in ras.* |2 fili mi *M*, mihi filius *A*, mihi fili *B*, mi fili *W* obdormisti *ex* obdormis *W m. 2* et uelut catulus leo *om.* W^1, *s. l. add.* W^2 3 quis *ex* qui *W m. 2* excitauit *B*M^1, excitabit *ex* excibit *A* 4 eius *om. W* que adusquae *A* deposita *AL*, quae reposita (deposita *M*) sunt *WBM* ipse] iste *A* 5 spes] species *A*, aduentor *B* religans *WMB* uitem *W* ui *add. m. 2* suum....cilicium *om. B* cilitium *M*, helicem *edit. Grauii*, ilicem *coni. Erasmus* 6 lababit *A*, lauauit M^1 7 uuae] una ˜ *A (sic)* formidolosi *AWLBV*, formidulosi *M*, formosi *v ex Erasmi coniectura*; *χαροποιοί LXX* eius *ex* ei *W m. 2* 8 eius *M s. l. m. 2* lacte *B*, lactae *W* inde *om. B* 9 dictum] scriptum *v* et ecce *M* populus quasi *om. B* leonus *A*, leoni**s *W* 10 item *om. WLMBv* 11 in cauda *ALMB*; *σὺ δὲ ἔσῃ οὐρά LXX* (*εἰς οὐράν cod. Alex.*) item *om. WLMB* in] apud *WLMB* ezechiel *AWLMB*, hieremiam *v* 12 te audiemus *B* 13 et qui] quia *B* pascent siam *W* (ent *s. l.*) item *om. WLMBv* xvii] sexto decimo *L*, xvi *MB* 14 constituens *B* cognouit *L* seruiuit *WLMBv* 15 in auditu.....mihi *om. AWLMB*; *cfr. Sabat. II, p. 37* item in hieremia propheta *A*, de hoc (hoc *om. M*) ipso apud hieremiam *WLMBv* 16 priusquam....noui te et *om. A* 17 exi*res *A* sanctificabi *A*

tam in gentibus posui te. Item apud Esaiam prophetam: Ecce testem illum nationibus manifestaui, principem et imperantem gentibus. Item illic: Gentes quae non nouerant te inuocabunt te, et populi qui ignorabant te ad te confugient. Item illic: Et erit in illa die radix Iesse, qui surget imperare gentibus: in illum gentes sperabunt, et erit requies eius honor. Item illic: Terra Zabulon et terra Neptalim, uia maris et ceteri, qui maritima inhabitatis, et trans Iordanem gentium populus ambulans in tenebris, uidete lumen magnum: qui habitatis in regione umbrae mortis, lumen lucebit super uos. Item illic: Sic dicit Dominus Deus Christo meo Domino: cuius tenui dexteram, ut exaudiant eum gentes: fortitudinem regum disrumpam, aperiam ante illum portas, et ciuitates non cludentur. Item illic: Venio colligere omnes gentes et linguas, et uenient et uidebunt claritatem meam, et dimittam super eos signum et mittam ex his conseruatos in gentes, quae longe sunt, quae non audierunt nomen meum neque uiderunt gloriam meam, et nuntiabunt claritatem meam in gentes. Item illic: Et in omnibus his non sunt conuersi. igitur extollet signum in gentes, quae sunt longe, et adtrahet illos a summo terrae. Item illic: Quibus non est nun-

2 Es. 55, 4 sq. 5 Es. 11, 10. 7 Es. 8, 23; 9, 1. 10 Es. 45, 1. 14 Es. 66, 18 sq. 18 Es. 5, 25 sq. 20 Es. 52, 15.

1 gentibus] gentes *L* prophetam *om. WLMBr* 2 illum testem *WLM* ecce testem . . . l. 5 illic *om. B* 3 illic *A*, apud eundem *WLMr* nouerant *AW*, nouerunt *LMr*; οἴσασι *LXX* (ᾔδεισαν *cod. Alex.*) 4 ignorabant *A*, ba *s. l.* 5 illic *A*, apud eundem *WLMr* omnibus gentibus *WLMB*, gentes *A* 6 illum] illo *WB* 7 illic *A*, apud eundem *WLMBr* 8 maritimam *M* iordanen *LB*, iordanen galileae *M*, iordanem galilaea *Oxon.* 9 uidit *ex* uidete *M m. 2* 10 lucebit lumen *B* illic *A*, apud eundem *WLMBr* 11 domino] dn̄o cyro *M (cf. LXX)*, dom̄ *L* tenui] teneo *r* ut] et *W*, *om. B* 12 eum] illum *A*, eum *M in ras.* gentes et *MB* fortitudines *W* regum] suam *L* disrumpent *L*, disrumpet *M* 13 illum] ipsum *r* aperiam ante illum portas] et in illum gentes sperabunt *L* non cludentur] concludentur *LMBr*, non claudentur *r*; οὐ συγκλεισθήσονται *LXX* illic *A*, apud eundem *WLMBr* 15 dimittamus *M* his] eis *r* 16 longae *r* nomen . . . uiderunt *om. B* 18 in] inter *MB* illic *A*, apud eundem *WLMBr* his] hii *A* conuersi non sunt *W* 19 extollet *ex* extolle et *L*, extolletur *B*, extollitur *W* 20 item *om. B* illic *A*, apud eundem *WLMBr*

tiatum de eo, uidebunt, et qui non audierunt, intellegent. Item illic: Manifestus factus sum eis, qui me non quaerunt, inuentus sum ab eis, qui me non interrogabant. dixi: ecce sum, genti, quae non inuocauit nomen meum. Item in Actibus apostolorum Paulus: Vobis primum oportuerat indicari uerbum Domini. sed quia expulistis illud nec uos dignos uitae aeternae iudicastis, ecce conuertimus nos ad gentes. sic enim dixit per scripturam Dominus: ecce lucem posui te inter gentes, ita ut sis in saluationem usque ad fines terrae.

QVOD PANEM ET CALICEM CHRISTI ET OMNEM GRATIAM EIVS AMISSVRI ESSENT IVDAEI, NOS VERO ACCEPTVRI, ET QVOD CHRISTIANORVM NOVVM NOMEN BENEDICERETVR IN TERRIS.

Apud Esaiam sic dicit Dominus: Ecce qui seruiunt mihi **22**
manducabunt, uos autem esurietis. ecce qui seruiunt mihi bibent, uos autem sitietis. ecce qui mihi seruiunt iucundabuntur, uos autem confundemini: uos interficiet Dominus. eis autem, qui seruiunt mihi, nomen nominabitur nouum, quod benedicetur in terra. Item illic: Igitur extollet signum inter gentes quae sunt longe et adtrahet illos a summo terrae. et ecce cito leuiter uenient, non esurient neque sitient. Item illic: Ecce itaque dominator Dominus sabaoth auferet a Iudaea et ab Hierusalem ualentem et ua-

2 Es. 65, 1. 5 Act. 13, 46 sq. 13 Es. 65, 13 et 15 sq. 18 Es. 5, 26 sq. 20 Es. 3, 1.

1 uiderunt *B* et *om. B* 2 illic *A*, apud eundem *WLMBv* sum factus *W* querunt *AM* et inuentus *W* 3 dixi *om. W*, et dixi *MB* 4 inuocabat *M*, uocauit *A* item *A*, de hoc ipso *WBLvM*, *sed in M* hoc *s. l. m. 2* actibus *A*, actis *WLMB* 5 indicare *WB* dei *v* 6 nec] ne *B* uitae aeternae dignos *A*, dignos uita aeterna *B* iudicatis *L* 7 sic...*l. 8* gentes *om. W* scripturas *Mv* 8 ita ut sis] it*aut si sint *A* in *om. A* 11 essent *W* es *in ras.* 12 benediceretur] benedicere cor *A* 14 essurietis *A* mihi seruiunt *v* biuent *A*, uiuent *B*, bibunt *M* 15 sitietis.. .uos autem *om. B* seruiunt mihi *M* iucundabuntur *ex* iudicabuntur *L* 16 confundimini *BM*[1] et interficiet uos *W*, uos autem interficiet *B* seruient *B*[1] 17 benedicitur *B* 18 signum] lignum *Rigaltius* inter *A*, in *WLMBv* gentes *ex* dicentes *M m. 2* 19 adtrahit *M*, attrahet *v* illas *W* a summo terrae *om. B*, assumo terre *M* uenient *om. L* 20 et ecce *B* itaque *M s. l.*, *om. B* dominus dominator *W* 21 auferret *W*, aufe*ret *L* a idaea *A*, a iuda *v* ualentem] ualidum *B* ualidum *v* (*ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν LXX*)

lidam, ualentiam panis et ualentiam aquae. Item in psalmo XXXIII: Gustate et uidete, quoniam suauis est Dominus. beatus uir, qui sperat in eum. timete Dominum sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum. diuites eguerunt et esurierunt, inquirentes autem Dominum non deficient omni bono. Item in euangelio secundum Iohannem Dominus dicit: Ego sum panis uitae. qui uenerit ad me non esuriet, et qui in me crediderit non sitiet umquam. Item illic: Si quis sitit, ueniat et bibat, qui credit in me [, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquae uiuae]. Item illic: Nisi ederitis carnem filii hominis et biberitis sanguinem eius, non habebitis uitam in uobis.

Qvod ad regnvm caelorvm magis gentes qvam Ivdaei perveniant.

23 In euangelio Dominus dicit: Multi uenient ab oriente et occidente et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno caelorum, filii autem regni exient in tenebras exteriores. illic erit fletus et stridor dentium.

2 Ps. 33, 9 sq. 6 Io. 6, 35. 8 Io. 7, 37 sq. 10 Io. 6, 53. 15 Matth. 8, 11 sq.

1 ualentiam — ualentiam] fortitudinem — fortitudinem *M*, uirtutem — uirtutem *B* 2 tricessimo tertio *L* quoniam] quam *A* *fortasse rectius* suauis *AM*, dulcis *WLBv* (dns dulcis est *L*) beatus *AM*, felix *WLBv* 3 est uir *WLBv* est qui (uir *om.*) *M* eum] eo *M* dominum deum omnes *v*; *cfr. LXX* 4 nihil deest *A*, non est inopia eis *WLMBv* timentibus eum *A*, qui eum metuunt (meriunt *W*¹) *WLMBv* egerunt *A*, egurunt *W*¹ inquirentes autem *A*, qui autem inquirunt *WLMBv*; *cfr. testim. III c. 20* 5 deficient *A*, indigebunt *WLMBv* bono) modo *B* 6 sec̃. *A*, cata *WLMBv* 7 *post* uitae *inserit* *A*: qui de celo discendi uenit *v* essuriet *A* 8 item . . . . *l. 10* uiuae *om. B* illic ipse *WLMv* quis] qui *L* 9 qui]. Qui *v* (*cf. LXX*) sicut . . . . *l. 10* uiuae *om. AWLM* 10 illic] ipse *WLM* edederitis *W*, edideritis *B*, manducaueritis *A*; *cfr. test. III c. 25* carnem] panem *B* 11 fili *AM*¹ eius sanguinem *v*, eius sanguinem eius *W* 16 in regno] et *A* 17 exient *A*, ibunt *WM*², exibunt *M*¹*LBv* (expellentur *Cyprianus de domin. orat. c. 9*) 18 fletus *M*. fletus oculorum *A*, ploratio *WLBv*

QVOD SOLO HOC IVDAEI ACCIPERE VENIAM POSSINT DELICTORVM SVORVM, SI SANGVINEM CHRISTI OCCISI BAPTISMO EIVS ABLVERINT ET IN ECCLESIAM TRANSEVNTES PRAECEPTIS EIVS OBTEMPERAVERINT.

24 Apud Esaiam prophetam Dominus dicit: Iam non relaxabo peccata uestra. cum extenderitis manus, auertam faciem a uobis: et si multiplicaueritis preces, non exaudiam uos. manus enim uestrae sanguine plenae sunt. lauamini, mundi estote, auferte nequitias ab animis uestris a conspectu oculorum meorum, cessate a nequitiis uestris. discite bonum facere, exquirite iudicium, conseruate eum qui iniuriam patitur, iudicate pupillo et iustificate uiduam. et uenite, disputemus, dicit Dominus. et si fuerint peccata uestra quasi phoeniceum, ut niuem dealbabo: et si fuerint quasi coccum, ut lanam candidam efficiam. et si uolueritis et audieritis me, bona terrae edetis: si autem nolueritis et non audieritis me, gladius uos comedet. os enim Domini locutum est ista.

5 Es. 1, 14 sq.

2 sanguine *B* occidi *A* 3 abluerunt *W*¹ ecclesia *B* eius transeuntes *WLBv* 5 prophetam *om.* *WLMBv* dicit dn̄s *B* relaxabo *AL*, ēlaxabo *W*, laxabo *Mv*. dimittam *B* 6 manus uestras *AM* faciem meam *ABv* 8 sanguinem *AW*, sanguinis *L* sunt *om.* *L* 9 nequitia *B* a] e *B* 13 quasi *AV*, ut *WLMBv* foenicium *AL*, fenicium *WMB*, russeum *V* ut] et *W* exalbabo *LM*²*v*, exaltabo *M*¹ et si.... efficiam *om.* *L* coccum *AWMBV*, coccinum *v* candidam efficiam *A*, dealbabo *M*, inalbabo *WBv* 15 me audieritis *B*, obaudieritis me *M* 16 obaudieritis *WBM* gladios *M*¹ uos *ex* suos *M* comedet *A*, comedit *B*, consumet *WLMv*, *cf. test. III 52* loquutum *WL* 17 ipsa *B* ad quirinum liber prior explicit..... *W* *(quae secuntur legere non potui)*, ad quirinum liber primus explicit incipit eiusdem liber II *M*, caecilii cypriani ad quirinum liber I exp̄ incip̄ cap̄ lib. II *B*, incipit secundus *A*, incipit libellus .II. ad quirinum *L*.

LIBER SECVNDVS.

CAPITVLA.

I. Christum primogenitum esse et ipsum esse sapientiam Dei, per quem omnia facta sunt.

II. Quod sapientia Dei Christus, et de sacramento concarnationis eius et passionis et calicis et altaris et apostolorum, qui missi praedicauerunt.

III. Quod Christus idem sit et sermo Dei.

IIII. Quod Christus idem manus et brachium Dei.

V. Quod idem angelus et Deus.

VI. Quod Deus Christus.

VII. Quod Christus Deus uenturus esset inluminator et saluator generis humani.

VIII. Quod cum a principio filius Dei fuisset, generari denuo haberet secundum carnem.

VIIII. Quod hoc futurum esset signum natiuitatis eius, ut de uirgine nasceretur homo et Deus, hominis et Dei filius.

X. Quod et homo et Deus Christus ex utroque genere concretus, ut mediator esse inter nos et patrem posset.

XI. Quod de semine Dauid secundum carnem nasci haberet.

XII. Quod in Bethleem nasceretur.

XIII. Quod humilis in primo adventu suo ueniret.

XIIII. Quod ipse sit iustus, quem Iudaei occisuri essent.

XV. Quod ipse dictus sit ouis et agnus, qui occidi haberet, et de sacramento passionis.

XVI. Quod idem et lapis dictus sit.

XVII. Quod deinde idem lapis mons fieret et inpleret totam terram.

4 sint *L* 5 sapientiam *LM*[1] christus est *v* incarnationis *MBv* 7 qui] quid *A* 8 et *om.* *WM* 9 idem sit *v* 10 et deus *W s. l. m. 2* 11 et christus *B* 12 esse *A* 14 generari autem *M* 16 de] a *A* 18 et (*ante* homo) *om.* *WMv* christus] spiritus *A* concreatus *A* 19 esset *M* possit *W* 20 nasci *ex* asci *A m. 2* haberet et *M*, *sed* et *add. m. 2* 21 bethlem *A*, bethlehem *M* nasceretur] nasci haberet *W* 22 in *om.* *W* perueniret *M* 23 est *A* iustus *B*, christus *AWLM* occisuri* *A* (r *m. 2* et d *eras.*) 24 sit dictus ouis *A*, sit ouis dictus *M*, sit ouis *O.con.* 25 passionis eius *B* 27 lapis *A* (is *in ras. m. 2*)

XVIII. Quod in nouissimis temporibus idem mons manifestaretur, super quem gentes uenirent et in quem iusti quique ascenderent.

XVIIII. Quod ipse sit sponsus ecclesiam habens sponsam, de qua filii spiritaliter nascerentur.

XX. Quod cruci illum fixuri essent Iudaei.

XXI. Quod in passione crucis et signo uirtus omnis sit et potestas.

XXII. Quod in hoc signo crucis salus sit omnibus, qui in frontibus notentur.

XXIII. Quod medio die in passione eius tenebrae futurae essent.

XXIIII. Quod a morte non uinceretur nec apud inferos remansurus esset.

XXV. Quod ab inferis tertia die resurgeret.

XXVI. Quod cum resurrexisset, acciperet a patre omnem potestatem, et potestas eius aeterna sit.

XXVII. Quod perueniri non possit ad Deum patrem nisi per filium eius Iesum Christum.

XXVIII. Quod ipse iudex uenturus sit.

XXVIIII. Quod ipse sit rex in aeternum regnaturus.

XXX. Quod ipse sit et iudex et rex.

2 quique *om. v* 4 et ecclesiam *A* 7 uirtutis *W*B^1 omnisit *A* et *om. W* qui...notentur *om. B* 10 notantur *WM* 11 tenebras W^1 12 ammortē A^1 14 tertio *LMBv* resurrexit *A* 15 accipere *B* 17 XXVII. Quod.....*l. 18* christum *om. L* 19 XXVIII] XXVII *L* 20 XXVIIII] XXVIII *L* 21 XXX] XXVIIII *L* et *om. WM* (*ante* iudex) et rex *om. W* expliciunt capitula . I . *W*, expl. cap̄. I. incip̄. liber II de sacramento christi *B*

Christvm primogenitvm esse et ipsvm esse sapientiam dei, per qvem omnia facta svnt.

1 Apud Salomonem in Prouerbiis: Dominus condidit me initium uiarum suarum in opera sua, ante saeculum fundauit me: in principio antequam terram faceret et antequam abyssos constitueret, priusquam procederent fontes aquarum, antequam montes conlocarentur, ante omnes colles genuit me Dominus. fecit regiones et inhabitabilia et fines inhabitabiles sub caelo. cum pararet caelum, aderam illi, et cum secerneret suam sedem: cum super uentos ualidas faceret desuper nubes et cum confirmatos ponebat fontes sub caelo, quando fortia faciebat fundamenta terrae, eram penes illum disponens. ego eram, cui adgaudebat. cottidie autem iucundabar ante faciem eius in omni tempore, cum laetaretur orbe perfecto. Item apud eundem in Ecclesiastico: Ego ex ore Altissimi prodiui ante omnem creaturam. ego in caelis feci, ut oriretur lumen indeficiens, et nebula texi omnem terram. ego in altis habitaui et thronus meus in columna nubis. gyrum caeli circuiui et in profundum abyssi penetraui et in fluctibus maris ambulaui et in omni terra steti et in omni populo et in omni gente primatum habui et omnia excellentium et humilium corda uirtute calcaui. spes omnis in me uitae et uirtutis. transite

3 Prou. 8, 22 sq. 15 Sir. 24, 3—6. 19 (Vulg. 5—11. 25. 26).

1 et ipsum esse *om.* *W* 2 quem *W s. l. m. 2* sunt] sint *LM*, sunt et quod idem sit sapientia et uirtus dei *W* 3 prouerbiis *A*, paroemiis *WM*¹, procmiis *BM*², parhoemis *L*, parabolis *L*² *s. l.* 4 initium) in iuitio *v* 5 abysos *A*, abissos *W* 6 et priusquam *W* montes *ex* monte *W m. 2* 7 conlocarerentur *W* omnes *om. B* 8 et (*post* regiones) *om. B* habitabilia *V* finei *A* pararet *A sed alterum* a *in ras.* 10 validos *B* cum] eam *M* 11 fontes *ex* montes *M m. 2* 12 eram *ex* iam *W* 13 iocundabar *B* 14 item *om B* apud] in *W* apud eundem *om. A* 15 prodiui *L* ui *ex corr.* primogenita ante *Baluzius* 16 oreretur *WLM*¹ nebulam *A*, nubila *Oxon.* 17 inhabitaui *W* nubes *M*¹ 18 circuibi *A*, circumiui *M* profundo *A*; ἐν βάθει.. περιεπάτησα *LXX* penetraui et] penae tradet *A* 19 mari *W*¹ et (*post* steti) *om. AL* 20 gentē *M*, genere *A* et in *M*¹, in *expunxit M*² omnia *A*, omnium *WL*¹*MBv*, omne *L*² 21 propria uirtute *v* spes omnis in me *AWLM*, in me uia *B*, in me omnis spes *v*

ad me, omnes qui concupiscitis me. Item in psalmo LXXXVIII: Et ego primogenitum ponam illum et excelsum prae regibus terrae. in aeternum seruabo illi misericordiam meam et testamentum meum fidele illi et ponam in saeculum saeculi semen eius et thronum eius sicut dies caeli. si dereliquerint filii eius legem meam et in iudiciis meis non ambulauerint, si iustificationes meas profanauerint et mandata mea non custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorum et in flagellis peccata eorum: misericordiam autem meam non auertam ab eis. Item secundum Iohannem Dominus dicit: Haec autem est uita aeterna, ut cognoscant te solum uerum Deum et quem misisti Iesum Christum. ego te clarificaui in terra, opus perfeci quod dedisti mihi, ut faciam. et nunc tu clarifica me apud te ipsum claritate quam habui apud te, priusquam mundus fieret. Item Paulus apostolus ad Colossenses: Qui est imago Dei invisibilis et primogenitus totius creaturae. Item illic: Primogenitus a mortuis, ut fieret in omnibus ipse primatum tenens. Item in Apocalypsi: Ego *A* et *Ω*, initium et finis. ego sitienti dabo de fonte aquae uiuae gratis. Quod idem sit et sapientia et uirtus Dei. Paulus apostolus ad Corinthios prima: Quo-

2 Ps. 88, 28 sq. 10 Io. 17, 3 sq. 15 Col. 1, 15 et 18 18 Apoc. 21, 6 20 1 Cor. 1, 22 sq.

1 omnes ad me *L* 2 et *om. B* eum *WLMBv* et excelsum *A*, altissimum *WLMB v* 3 prae regibus *A*, apud reges *WLMBv* et in *A* 4 et *eras. in M* illi *om. B*, ipsi *A* saecula saeculorum *A* 5 et....caeli *om. LMBv* thronum *A*, sedem *W* 6 in *L s. l. m. 2* si] et *B* iustificationes] iustitias *W*, iustisi** *M* 7 mandata *A*, praecepta *WLMBv* custodierint *A*, obseruauerint *WLMBv* 8 iniquitates *A*, facinora *WLMBv* peccata *A et s. l. m. 2 W*, delicta *LMBv*; *cf. test. II 57* 9 auertam *A*, dispergam *WLMBv* item *om. W* secundum *A*, cata *WLMB*, in euangelio cata *v* 10 iohannen *M* est autem *B* 11 et uerum *WLM*, *τὸν μόνον ἀληθινόν Graec.* dnm̃ *W* missisti *A* 12 in terra] super terram *B* opus perfeci] opere consummato *B* 13 clarifica me tu pater apud temetipsum *B* claritatem *M*[1], *s. l. m. 2 A* 14 apud te *om. B* fieret] esset *B* 15 apostolus *om. WLMBv* qui ẽ *ex* quẽ *W m. 2* 17 in *alterum om. L* 18 ego sum *v* dabo de fontẽ *W*, de fonte dabo *M* 19 uiuae *A*, uitae *WLMBv*, *cf. test. II 6*, *II 10* et (*post* sit) *om. W* sapientiae (et *om.*) *A* 20 apostolus *om. WLMBv* corithyos *W*

niam Iudaei signa desiderant et Graeci prudentiam quaerunt, nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem uocatis, Iudaeis et Graecis, Christum Dei uirtutem et Dei sapientiam.

Qvod sapientia Dei Christvs, et de sacramento concarnationis eivs et passionis et calicis et altaris et apostolorvm, qvi missi praedicavervnt.

2 Apud Salomonem in Prouerbiis: Sapientia aedificauit sibi domum et subdidit columnas septem. mactauit suam hostiam, miscuit in cratere uinum suum et parauit suam mensam et misit seruos suos conuocans cum excelsa praedicatione ad craterem, dicens: qui est insipiens, declinet ad me. et egentibus sensu dixit: uenite, edite de meis panibus et bibite uinum quod miscui uobis. derelinquite stultitiam et quaerite prudentiam et corrigite scientia intellegentiam.

Qvod Christvs idem sit sermo Dei.

3 In psalmo XLIIII: Eructauit cor meum uerbum bonum, dico ego opera mea regi. Item in psalmo XXXII: Verbo Domini caeli firmati sunt et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Item apud Esaiam prophetam: Verbum consummans et breuians in iustitia: quoniam sermonem breuiatum faciet Deus in toto

8 Prou. 9, 1 sq. 17 Ps. 44, 2. 18 Ps. 32, 6. 20 Es. 10, 23.

1 desiderant] petunt *WB* prudentiam *ALBM²*, sapientiam *WM¹* 3 ipsis *ex* ipsi *A* uocatis *ex* uocitis *L* 5 dei christus sit *M*, *sed* dei *et* sit *add. m. 2* incarnationes *M*, incarnationis *v* 8 apud salomonem *om. A* prouerbiis *A*, paroemiis *WLMB* 9 subdit *M¹* suas hostias *Mv* 10 cratera *v*, gratere* *M* (m *eras.*) parabit *A* suas *om. B* 11 suos seruos *MB* excelsa] excisa *W* graterem *L¹* 12 quis *LM* 13 et edite *WB*, aedite *M* 14 corrigite *ALM¹B*, corripite *W*, percipite *M²* 15 scientia *L*, scientiam *AWMv*, inscientiam *B* intellegentiam *AL*, et intellegentiam *B*, et in intel***entiam *W*, et intellectum *M*, in intellectu *v*; κατορθώσατε ἐν γνώσει σύνεσιν *LXX* 16 quod christus idem sit *bis exhibet A* et sermo *L* 17 XLIIII *ex* XLVIII *B* eructuauit *A* uerbum] sermonem *Lv; cf. l. 16* 18 XXXII] XXXI *B*, tricessimo primo *L* uerbo] sermone *LMBv* domini *A et s. l. m. 2 W*, dei *LMBv* 19 firmati *AW*, solidati *LMBv* oris *om. LB* uirtus eorum *W s. l. m. 2* 20 prophetam *om. WLMBv* consumans *AW* 21 iustitiam *WMB*

orbe terrae. Item in psalmo CVI: Misit uerbum suum et curauit eos. Item in euangelio secundum Iohannem: In principio erat uerbum et uerbum erat apud Deum et Deus erat uerbum. hoc erat in principio apud Deum. omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil quod factum est. in eo uita est et uita erat lux hominum: et lux lucet in tenebris et tenebrae eam non conprehenderunt. Item in Apocalypsi: Et uidi caelum apertum, et ecce equus albus, et qui sedebat super eum uocabatur fidelis et uerus, aequum iustumque iudicat et proeliatur, et erat coopertus uestem sparsam sanguineam: et dicitur nomen eius sermo Dei.

Qvod christvs idem manvs et brachivm dei.

Apud Esaiam: Numquid non ualet manus Domini, ut sal- 4
uos faciat, aut grauabit aurem, ut non exaudiat? sed peccata uestra inter uos et Deum separant, et propter peccata uestra auertit faciem a uobis, ne misereatur. manus enim uestrae inquinatae sunt sanguine et digiti uestri in peccatis. labia autem uestra locuta sunt facinus et lingua uestra iniustitiam meditatur. nemo loquitur uera neque est iudicium uerum. fidunt in uanis et lo-

1 Ps. 106, 20. 2 Io. 1, 1 sq. 7 Apoc. 19, 11 et 19. 13 Es. 59, 1 sq.

1 CVI] CV *AB*, CDCCV *M* uerbum] sermonem *LMBv* curauit] sanabit *A* 2 eos] illos *LMBv* secundum] cata *WLMB* 3 erat] fuit *LB* uerbum] sermo *LB utroque loco* erat] fuit *L* 4 uerbum] sermo *LB* hoc] hic *Lv* erat] fuit *B* 5 eo *A*, illo *WLMB* est *ALMBV*, erat *W* 6 erat] fuit *LB* et lumen (*pro* lux) in tenebris lucet *A* 7 eam *A*, illam *WB*, illum *LM* apocalipsin *M* et *om. W* 8 aequus *M* qui *W s. l. m. 2* 9 iustum quae *AW* iudicat *A*, iudicans *WLMB* procliatur *L*, praeliatur *AMB*, praeliabatur *Wr*, praeliaturus *r* 10 et erat] eratque *v* ueste *WB* consparsam *M*, consparsa *B*, adspersa *W* sanguineam *A*, sanguinem *M*, sanguine *WLBv*; *περιβεβλημένος ἱμάτιον βεβαμμένον αἵματι Graec.* (*cf. test. II 30*) 11 sermo] uerbum *Cypr. eiusdem libri cap. 30* 12 sit manus *B*, *manus *M* (ē *eras.*) bracchium *A* dei sit *v; cf. p. 60 l. 9* 13 domini *WM (et Cypr. test. III 47)*, dei *ALBv* 14 grauauit *LMv*; *ἐβάρυνε LXX* peccata] delicta *B* 16 faciem suam *WLBv*; *cf. Cypr. l. c.* inquinatae] plenae *AM*; *cf. Cypr. l. c.* 17 sanguinem plenae sunt *A* 18 iniustitia *B* 19 confidunt *ex* fidunt *M m. 2*

cuntur inania, qui parturiunt dolorem et pariunt facinus. Item illic: Domine, quis credidit auditui nostro, et brachium Dei cui reuelatum est? Item illic: Sic dicit Dominus: caelum mihi thronus et terra subpedaneum pedum meorum. quam domum aedificabitis mihi aut quis locus ad requiem meam? omnia enim ista fecit manus mea. Item illic: Domine Deus, excelsum est brachium tuum, et nescierunt: cum autem cognouerint, confundentur. Item illic: Reuelabit Deus brachium suum illud sanctum in conspectu omnium gentium. et uidebunt omnes gentes ipsa suprema terrae salutem a Deo. Item illic: Ecce feci te sicut rotas uehiculi triturantis nouas in serram tornatas: et triturabis montes et extenuabis colles et ut puluerem pones et uentilabis, et uentus occupabit illos et procella disparget. tu autem iucundaberis in sanctis Israel, et exultabunt inopes et egeni. quaerent autem aquam, et non erit. lingua enim illorum a siti siccabit. ego Dominus Deus, ego exaudiam Deus Israel et non derelinquam eos, sed aperiam inter montes flumina et in mediis campis fontes,

2 Es. 53, 1. 3 Es. 66, 1 sq. 6 Es. 26, 11. 8 Es. 52, 10. 10 Es. 41, 15 sq.

1 inania] uana *B* dolore *M* facinos *L* 2 illic] apud eundem *WLMB; item l. 3, 6 et 8* credit *M*[1] dei] dnĩ *W* 4 tronum est et *A* subpedaneum] scabellum *M* quam mihi sedem aedificabitis *WLMBv* 5 meam *A*, mihi *WLMBv* omnia *M in ras. m. 2* 6 ista enim *M* item illic . . . . *l. 7* confundentur *om. M* excelsum *A*, altum *WLBv* 7 et *om. B* nescierunt *A*, nesciebant *W*, non sciebant *Lv*, non sciebam eum *B* eum] qui *B* cognouerint autem *WL* confundantur *B* 8 reuelauit *Mv; ἀποκαλύψει LXX* deus] dominus *v* bracchium *AM* illum *WLMBv* 9 et *om. v* ipsa *M s. l. m. 2* 10 supprema *WM*, supprima *A* salutem] salutare *WM*[1], salutarem *LM*[2] a deo] dei *M* illic] apud eundem *WM* item illic . . . *p. 67 l. 5* ostendit *om. LBVv. add. primus Morellius* ecce] et te *A* feci *om. W* te *om. AW* 11 triturantes *M*[1] in serram tornatas *scripsi*, *om. A*, in se fornatas *W*, inseres firmatas *M*, in serram (serras *Oxon.*) formatas *coni. Pamelius*, in se retornatas *v; πριστηροειδεῖς LXX* 12 et (*ante* extenuabis) *om. M* sicut *WM* puluerem *A*, lanuginem *WLM*[2]*v*, languinem *M*[1] ponis *AW* 13 illos *ex* illo *W m. 2* dispargit *M, om. A* 14 sancto *AM; ἐν τοῖς ἁγίοις LXX* 15 autem *A*, enim *Wv*, *om. M* eorum *W* a *om. A* sitim *W* siccabit] aruit *M in ras. m. 2* 17 et in . . . *p. 67 l. 1* aquosa *W s. l., sed eadem manu*

faciam deserta in nemora aquosa et sitientem terram in aquaeductus. ponam in inaquosam terram cedrum et buxum et myrtum et cyparissum et ulmum et populum, ut uideant et cognoscant et sciant et credant simul, quia manus Domini fecit ista et sanctus Israel ostendit.

Qvod idem angelvs et devs.

In Genesi ad Abraham: Et uocauit eum angelus Domini 5
de caelo et dixit illi: Abraham, Abraham. ille autem dixit: ecce ego. et dixit: noli inponere manum tuam super puerum neque feceris illi quicquam. nunc enim cognoui, quoniam times Deum tuum et non pepercisti filio tuo dilectissimo propter me. Item illic ad Iacob: Et dixit mihi angelus Domini in somnis: ego sum Deus, quem uidisti in loco Dei, ubi unxisti mihi titulum lapideum et uouisti mihi uotum. Item in Exodo: Deus autem praeibat eos, die quidem per columnam nubis ostendere illis iter, noctu autem in columna ignis. Item illic: Promouit autem angelus Dei, qui praecedebat exercitum filiorum Israel. Item illic: Ecce ego praemitto angelum meum ante faciem tuam ad custodiendum te in itinere, ut te inducat in terram, quam tibi praeparaui. obserua eum et obaudi eum, ne fueris inobaudiens ei: non enim deerit tibi: nomen enim meum est in illo. Unde ipse in euangelio dicit: Ego ueni in nomine patris mei, et non

7 Gen. 22, 11 sq. 12 Gen. 31, 13. 14 Ex. 13, 21. 16 Ex. 14, 19. 18 Ex. 23, 20 sq. 22 Io. 5, 43.

1 desertam *MW* inaquosam *A* et sitientem *om. A*; *in archetypo codicis A uidetur fuisse*: nemora aquosa et inaquosam terram in aquaeductus...terram *M s. l. m. 2* 2 in *om. AWM* chedrum *M*, caedi uim *A* myrtam *M*[1], myriam *W*, myrhum *Pamelius* 3 cyparissum] cupidissum *A*, cypressum *WM* 5 ostendit *om. W* 6 idem sit *B* deus christus *Lv* 7 ad abraham *om. B* 8 *alterum* abraham *om. AW*[1] at ille *B* 9 neque] et nec *M* 10 quacquam *M*[1] dūm deum *WMB* 11 dilecto *M* 12 mihi] illi *W* 13 deus *om. L* dei *om. M* 15 in**die *M* equidem *W*[1] nubes *M*[1] illis *ex* illi *W* 16 nocte *M sed ex corr.* item] et postea *WLBv* promouebit autem illu *W* 19 inducam *M* praeparabi *A* 20 **audi *M* ob *eras.* et ne *WMB* inobaediens *B* ei *LMB*, et *AW*, ei et *v* 21 enim *om. v* nomen enim *AM*[2]*L*, nomen. Nomen enim *B*, nomen nouum nomen enim *W*, nomen quia nomen *M*[1] in illo est *Mv* 22 ueńio *W*

recepistis me. cum alius uenerit in nomine suo. illum accipietis. Et iterum in psalmo CXVII: Benedictus est, qui uenit in nomine Domini. Item in Malachiel propheta: Testamentum meum fuit cum uita et pace, et dedi illi timorem timere me, a facie nominis mei proficisci illum. lex ueritatis fuit in ore eius, et iniustitia non est inuenta in labiis eius. in pace corrigens ambulauit nobiscum et multos auertit ab iniustitia. quoniam labia sacerdotis seruabunt scientiam, et legem exquirent ab ore eius, quoniam angelus Domini omnipotentis est.

Qvod devs christvs.

6 In Genesi: Dixit autem Deus ad Iacob: exurge et ascende in locum Bethel et habita illic et fac illic altare illi Deo, qui tibi apparuit, cum fugeres a facie Esau fratris tui. Item apud Esaiam prophetam: Sic dicit Dominus Deus sabaoth: fatigata est Aegyptus, et negotiatio Aethiopum et Sabaim uiri alti ad te transgredientur et tui erunt serui et post te ambulabunt uincti conpedibus et adorabunt te et in te precabuntur: quoniam in te Deus est, et non est Deus alius praeter te. tu enim es Deus, et non sciebamus, Deus Israel saluator. confundentur et reuerebuntur omnes qui aduersantur tibi et cadent in confusione. Item

2 Ps. 117, 26. 3 Mal. 2, 5 sq. 11 Gen. 35, 1. 14 Es 45, 14 sq.

1 recipisti *W*, accepitis *A* alius *M in ras.* recipietis *B* 2 psalamo *W* est *om. W* 3 item in....*l.* 9 omnipotentis est *om. LB*, *add. primus Morellius* item] et *W* propheta *om. WMv* malachia *v* 4 cum Leui uitae et pacis *v; cf. LXX:* ἡ διαθήκη μου ἦν μετ' αὐτου τῆς ζωῆς καὶ τῆς εἰρήνης dedi] tedit *W* illi *ex* ali *M* timere] ut timeret *v*, *om. M* me *om. W* 6 et *om. M* pace linguae *WMv* corrigens] corregis *W* ambulabit *W* 7 uobiscum *AM* auertet *WM* 8 sacerdotis] corum *A* et legem...quoniam *om. A* 9 domini *om. v* omnipotenti sit *A* 10 *ante Manutium cap. VI cum V coniunctum erat et libri II cap. XXVIIII numerabantur* christi *W*, et christi *L*, et christus *B* 12 bethel] bethleem *W* altarem *A*, altere *W* illi *om. M* tibi] ibi *A* 13 apperuit *W*[1] apud *om. A* 14 prophetam *om. WLMBv* deus *om. B* 15 sabain *AW*, sabanu *M*[1], sabam *BM*[2] uiri *M s. l. m. 2* alti] excelsi *W* 16 tui *om. B* post te] poste *A* 17 praecabuntur] laetabuntur *B* 18 alius *om. W* es] et *A* 19 reuerebantur *A* 20 confusionem *LMBv*

illic: Vox clamantis in deserto: parate uiam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. omnis uallis inplebitur et omnis mons et collis humiliabitur, et erunt omnia tortuosa in directum et aspera in uias planas, et uidebitur claritas Domini, et uidebit omnis caro salutare Dei, quoniam Dominus locutus est. Item apud Hieremiam prophetam: Hic Deus noster, et non deputabitur alius absque illo, qui inuenit omnem uiam prudentiae et dedit eam Iacob puero suo et Israel dilecto suo. post haec in terris uisus est et cum hominibus conuersatus est. Item apud Zachariam prophetam Deus dicit: Et transibunt per mare angustum et percutient in mari fluctus, et arefient omnes altitudines fluminum et confundetur omnis iniuria Assyriorum, et sceptrum Aegypti auferetur, et confortabo eos in Domino Deo ipsorum, et in nomine eius gloriabuntur, dicit Dominus. Item apud Osee prophetam Deus dicit: Non faciam iuxta iram indignationis meae, non sinam deleri Effraim, quoniam Deus ego sum, et non homo in te sanctus, et non introibo in ciuitatem, post Dominum ibo. Item in psalmo XLIIII: Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi, uirga recta est uirga regni tui. dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem: propterea unexit te Deus Deus

1 Es. 40, 3 sq. 6 Baruch 3, 35 sq. 9 Zach. 10, 11 sq. 15 Os. 11, 9 sq. 18 Ps. 44, 7 sq.

1 illic] apud eundem *WLMBv* deserto] heremo *LB* domini] dño *LB* 2 omnes *L* uallis *A*, riuus *WLMBv* 3 colles *W* tortuosa] pr*na *A*; *σκολιά LXX* 4 uias planas] campum *LMBv*; *εἰς πεδία LXX* (*εἰς ὁδοὺς λείας cod. Alex.*) et . . domini *om. A* uidebit *L* omnis claritas *WLM* 5 salutarē *A*, *om. L* dñi *L* 6 prophetam *om. WLMBv*; *item l. 10 et 15* hic est *WM* hic deus noster *om. B* computabitur *B* 7 illum *AL* prouidentiae *M* 8 d. suo *A*, dilecto sibi *WLMBv* 9 cum *M s. l. m. 2* 10 dominus *WM* mare *om. W* 11 mari *W* (ri *add. m. 2*), mare *A* arefacient *WLMB*; *ξηρανθήσεται πάντα τά βάθη LXX* omnem altitudinem *M* 12 confundentur *WM* omnes *WM* iniurias *W*, in iniuria *M* 13 aegiptiorum *W* 15 dñs dicit *MB*, dicit dñs *W* 16 indignationes irae *W* efrem *ALB*, effrem *WM* 17 ego deus *M* in te sanctus] inter sanctos *WB* non *om. A* intribo *W* 18 deum *WLB*; *ὀπίσω κυρίου LXX* sedes tua *A*, thronus tuus *WLMBv* 19 deus *om. M* saecula saeculorum *WLMBv* recta est *A*, aequitatis *WLMBv* 20 et *om. LB* odisti *A*, odio habuisti *WLMB* iniquitatem *AM*, iniustitiam *WLB* deus deus *A*, dñs deus *WLMB*

tuus oleum laetitiae prae consortibus tuis. Item in psalmo XLV: Vacate et uidete, quoniam ego sum Deus, exaltabor in gentibus et exaltabor in terra. Item in psalmo LXXXI: Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Item in psalmo LXVII: Cantate Deo, psallite nomini eius, iter facite ei, qui ascendit ad occasum, Dominus nomen est ei. Item in euangelio secundum Iohannem: In principio erat uerbum et uerbum erat apud Deum et Deus erat uerbum. Item illic Dominus ad Thomam: Inice huc digitum tuum et uide manus meas et noli esse incredulus sed fidelis. et respondit Thomas et dixit illi: Dominus meus et Deus meus. dicit illi Iesus: quia uidisti, credidisti. beati qui non uiderunt et credunt. Item Paulus ad Romanos: Optabam ego ipse anathema esse a Christo propter fratres meos qui sunt cognati secundum carnem, qui sunt Israelitae, quorum adoptio est et claritas et testamentum et legis constitutio et famulatus et promissiones, quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Item in Apocalypsi: Ego *A* et *Ω*, initium et finis. ego sitienti dabo de fonte aquae uitae gratis. qui uicerit possidebit ea et eorum hereditatem: et ero eius Deus, et ille erit

2 Ps. 45, 11. 3 Ps. 81, 5. 5 Ps. 67, 5. 7 Io. 1, 1. 9 Io. 20, 27 sq. 13 Rom. 9, 3 sq. 18 Apoc. 21, 6 sq.

1 tuus *om. M* oleu**M*, oleo L^2*Bv* laetitiae *A*, exultationis *WLMBv* prae consortibus tuis *A*, super participes tuos *WLMBv* 2 uidete *AM*, cognoscite *WLBv* quia *A* 3 nescierunt *A*, non cognouerunt *WLMBv*; *cf. test. I 3* 4 tenebris *A*, umbra *WLMBv* deambulabunt *WLMv*, deambulauerunt *B* 5 LXVII] LXVI *MB* dn̄o *M* iter *A*, uiam *WLMBv* 6 ei] et *W* ad *A*, in *WLMBv* occasu *L* deus *LMBv* est *om. LBv* ei *A*, illi *WLMBv* 7 secundum *A*, cata *WLMB* erat] fuit *LB* uerbum] sermo *LB et ita locis proximis* 8 et uerbum *A s. l. m. 2* illic] in eodem *WLMBv* 9 thoman *WLM* huc *ex* hoc *L* uidete A^1 10 includulus W^1 et *om. WLMBv* 11 illi *om. W* dixit *WM*, et dixit *B* 12 uidisti me *Mv* credisti *W* beati *A*, felices *WLMBv* crediderunt *WLMBv* Palus *W* 13 ipse *om. WMB, post* esse *ponit L* 14 propter fratres meos *A*, pro fratribus *WLMBv* qui sunt cognati *A*, et cognatis meis qui sunt *W*, cognatisque (que *om. LB*) meis qui sunt *LMB*, cognatisque meis *v* 15 adeptio BL^1 est et *A*, et *LBv*, est *WM* et (*ante* legis) *om. B* 16 constitutiones *B* et ex] ex *WMv*; *cf. Gr.* 17 christus] sp̄s *A* 18 ego sum *v* 20 ea] eam *B* hereditate *A* et (*ante* ero) *A s. l. m. 2* erit ille *B*, illi erint *W*

mihi filius. Item in psalmo LXXXI: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernens. Item illic: Ego dixi: dii estis et filii excelsi omnes, uos autem sicut homines moriemini. Quodsi iusti qui fuerint et praeceptis diuinis obtemperauerint, dii dici possunt, quanto magis Christus Deus Dei filius: sicut ipse in euangelio secundum Iohannem: Non est scriptum in lege, quoniam ego dixi: dii estis? si illos dixit deos, et non potest solui, quod pater sanctificauit et misit in saeculum, uos dicitis, quoniam blasphemat, quia dixi: filius Dei sum. si non facio facta patris, nolite mihi credere: sed si facio et mihi non uultis credere, factis credite et cognoscite, quoniam in me est pater et ego in illo. Item in euangelio secundum Matthaeum: Et uocabitis nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus.

QVOD CHRISTVS DEVS VENTVRVS ESSET INLVMINATOR ET SALVATOR GENERIS HVMANI.

Apud Esaiam prophetam: Confortamini, manus reso- **7**
lutae, et genua debilia, exhortamini. qui estis pusillo animo, nolite timere. Deus noster iudicium retribuet, ipse ueniet et saluos faciet nos. tunc aperientur oculi caecorum et aures surdorum audient. tunc saliet clodus sicut ceruus et plana erit lingua mutorum: quia rupta est in deserto aqua et riuus in terra sitienti.

1 Ps. 81, 1 et 6 sq. 7 Io. 10, 34 sq. 13 Matth. 1, 23. 17 Es. 35, 3 sq.

1 fili *W* 2 deorum] dei *L* autem *om. L* deos *LB*, d̃s *AM, om. W* item] et iterum *WLMBv* dixi *A s. l. m. 2* 3 excelsi *AM*, altissimi *WLBv* 4 iusti quis *L*, qui iusti *A* diuini *L* 6 sicut] sic *v* secũ *A*, cata *M*, dicit cata *WLB* 7 ioannem dicit *v* nonne scriptum est *Mv* 8 illos *ex* illis *L* *post* deos *inserit Pamelius et v*: ad quos sermo dei factus est *post* solui *add. m. 2 in M*: scriptura quod] scriptura quem *Pamelius* 9 quia *B* blasfemat *A*, phemat *W*, blasphemo *B*, blasphemas *v* 10 si *AL*, quodsi *WMBv* 11 sed si *AL*, et si *MB*, quodsi *v* sed si.... credere *om. W* facio et *om. AML* factis] operibus *A* 13 secundum] cata *WLMBv* 17 prophetam *om. WLMBv* confortiamini *M* 18 pusillo animo *A*, pusillianimes *WL*, pusillanimes *MBv* nolite timere nolite metuere *AL*, nolite metuere *Mv*; confortamini nolite metuere *legendum censet Pamelius* 20 nos faciet *A* adaperientur *M* 21 clodos AW^1, claudos L^1

Item illic: Non senior neque angelus sed ipse Dominus liberabit eos, quia diliget eos et parcet eis, ipse redimet eos. Item illic: Ego Dominus Deus uocaui te in iustitia, ut teneam manum tuam, et confortabo te: et dedi te in testamentum generis mei, in lumen gentium, aperire oculos caecorum, producere a uinculis uinctos et de domo carceris sedentes in tenebris. ego Dominus Deus, hoc mihi nomen est. claritatem meam alii non dabo neque uirtutes meas sculptilibus. Item in psalmo XXIIII: Vias tuas, Domine, notas fac mihi et semitas tuas edoce me. dirige me in ueritate tua et doce me, quoniam tu es Deus salutaris meus. Vnde in euangelio secundum Iohannem Dominus dicit: Ego sum lumen mundi. qui me secutus fuerit, non ambulabit in tenebris sed habebit lumen uitae. Item secundum Matthaeum Gabriel angelus ad Ioseph: Ioseph fili Dauid, ne metueris adsumere Mariam coniugem tuam. quod enim ex illa natum fuerit, de Spiritu sancto est. pariet autem filium, et uocabis nomen eius Iesum. hic enim saluum faciet populum a peccatis. Item secundum Lucam: Et Zacharias inpletus est Spiritu sancto et prophetabat dicens: benedictus Deus Israel, qui fecit redemptionem populo suo et suscitauit nobis cornu salutis in domo Dauid pueri sui. Item illic angelus ad pastores:

1 Es. 63, 9. 3 Es. 42, 6 sq. 8 Ps. 24, 4 sq. 12 Io. 8, 12. 14 Matth. 1, 20 sq. 18 Luc. 1, 67 sq.

1 liberauit *W* 2 eos] illos *WLMBv* diligit *MB* et ipse *WMBv* 3 ut] et *AL* 4 confortaui *M* 5 producere] procedere *B* 6 tenebris et in umbra mortis *W* 9 notas fac *A*, ostende *WLMBv* et *om. A* semita *W* doce *LMB* dirige *A*, deduc *LM*, et deduc *v*; dirige . . . *l. 10* doce me *om. WB* 10 ad ueritatem tuam *LMv* quia *A* deus *om. W* salutaris *A*, saluator *WLMBv* 11 secundum] cata *WLMBv; item l. 13* 12 sequitus *W* 14 angelos *M*[1] ioseph] iospeh *W* 15 metueris *AL sed in L* tu *in ras*, timueris *MB*, timeas *W* adsumeret *A* coniuge *W*, uxorem *LMBv* 16 fuerat *M*[1], erit *B* est sancto *LB*; est *om. W* 17 populum suum *WLMBv* 18 peccatis eorum *WMBv* Item . . . *l. 21* pueri sui *om. L* secundum] cata *WBv* cata lucam *M*[2] *s. l.*, angelos ad pastores *M*[1] 19 spō *A* profetabat *A*, prophetauit *WMBv* dominus deus *v* 20 fecit *A*, prospexit *WMBv*; *ὅτι ἐνεσκέψατο καὶ ἐποίησε Gr.* suscitabit *A*, excitauit *WMBv* nouis *A* cornum *AW*[1]*M*[1] 21 illic *W s. l. m. 2* illic a. a. pastores] cata Lucan *M* pastores ait *B*

Ne timueritis. ecce enim adnuntio uobis, quoniam natus est uobis hodie saluator, qui est Christus Iesus, in ciuitate Dauid.

Qvod cvm a principio filivs dei fvisset, generari denvo haberet secvndvm carnem.

In psalmo secundo: Dominus dixit ad me: filius meus es **8**
tu, ego hodie genui te. pete a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae. Item in euangelio: Et factum est, quomodo audiuit salutationem Mariae Elisabeth, exultauit infans in utero eius: et inpleta est Spiritu sancto et exclamauit uoce magna et dixit: benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus uentris tui. et unde hoc mihi contigit, ut ueniat mater Domini mei ad me? Item Paulus ad Thessalonicenses II.: At ubi uenit adinpletio temporis, misit Deus filium suum natum de muliere. Item in epistula Iohannis: Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse, de Deo est. qui autem negat in carne uenisse, de Deo non est, sed est de antichristi spiritu.

Qvod hoc fvtvrvm esset signvm nativitatis eivs, vt de virgine nasceretvr homo et devs, hominis et dei filivs.

Apud Esaiam prophetam: Et adiecit Dominus loqui ad **9**
Achaz dicens: pete tibi signum a Domino Deo tuo in altitudinem

1 Luc. 2, 10 sq. 5 Ps. 2, 7 sq. 8 Luc. 1, 41 sq. 13 Gal. 4, 4. 15 I Io. 4, 2 sq. 20 Es. 7, 10 sq.

1 uobis gaudium magnum *W* 2 est *om. L* 3 cum *om. W* princio *A* 5 dominus d. ad me *om. B* 6 generaui *L* pete *AW*, posce *LB*, postula *Mv* 8 euangelio] cata Lucam *add. WM*, lucae primo *L s. l. m. rec.* quomodo] quando *M*, ut *v* 9 elisabeth *om. L* exultabit *W* 12 contigit *ALMBW*², contegit *W*¹, contingit *v* 13 thessalonicenses . II . *AML*¹*B*, thessalonī *W*, galatas *L*²*v* at] ad *AW* uenit] aduenit *v* adinpletio *ALWM*², impletio *M*¹*v*, plenitúdo *B* temporum *B* 14 muliere] uirgine *WMB* 15 omni *A*¹ 16 carnem *WB* *post* de deo est *exhibet W*: qui medio urm̃ stat quem etc. *quae uerba sunt cap. XVIIII, interm. om.* est . . . *l. 17* de deo *om. A* carnem *B* 17 natus non *M* de antichristi spiritu] antichristus *M* 18 et quod *M* 19 et (*ante* dei) *om. A* 20 prophetam *om. LMBv* 21 achaz *A* z *m. 2 add.*, achoz *B*, ahas *M* dicens *om. LB* expete *B* ad dño *M* altitudine* *M* (m *eras.*)

susum et in altitudinem deorsum. et dixit Achaz: non petam nec temptabo Dominum Deum meum. et dixit: audite itaque, domus Dauid. non pusillum uobis certamen cum hominibus, quoniam Deus praestat agonem. propter hoc dabit Deus ipse uobis signum: ecce uirgo in utero accipiet et pariet filium, et uocabis nomen eius Emanuel. butyrum et mel manducabit: priusquam cognoscat aut proferat mala, conmutat bonum. Hoc semen praedixerat Deus de muliere procedere, quod calcaret caput diaboli. In Genesi: Tunc dixit Deus ad serpentem: quia tu hoc fecisti, maledictus tu ab omni pecore et ab omni genere bestiarum terrae. pectore tuo et uentre repes, et erit tibi terra cibus in omnibus diebus uitae tuae. et ponam inimicitiam inter te et mulierem et inter semen tuum et semen eius. ipse tuum calcabit caput et tu obseruabis calcaneum eius.

QVOD ET HOMO ET DEVS CHRISTVS EX VTROQVE GENERE CONCRETVS, VT MEDIATOR ESSE INTER NOS ET PATREM POSSET.

10 Apud Hieremiam prophetam: Et homo est, et quis cognoscet eum? Item in Numeris: Orietur stella ex Iacob et exurget homo ex Israel. Item illic: Procedet homo de semine eius et dominabitur multarum gentium, et exaltabitur † quam

9 Gen. 3, 14 sq. 17 Hier. 17, 9. 18 Num. 24, 17 et 7 sq.

1 sursum *Lv* susum in altitudinem *om. B* altitudine *M* ad Achaz *A* (d *et* z *add. m. 2*), achas *M* 2 nec] et non *Bv* audite *v* (*ἀκούσατε δή LXX*), audi *ALMB* itaque *M* ita *in ras.* 3 dauid] iacob *MB* pussillum *A*, pusillum erit *MB* nobis *A* 5 utero *AMBL*[1], uterum *L*[2]*v* uocabis *M*, uocabit *A*, uocabitis *LBv*; *καλέσεις LXX* 6 emmanuhel *AL*, iesum *M* buturum *A*[1] 7 aut] ut *v* properat *L*[1], praeferat *v*; *προελέσθαι LXX* conmutat *AB*, conmutate *L*, commottet *M*, commutato *V* (priusquam sciat reprobare malum et eligere bonum *v*, priusquam cognoscat, ut praeferat mala, commutabit bonum *Oxon.*) 8 procedere *om. A* 9 caput *om. B* 10 pecore et ab omni *om. v* 11 bestiarum. Terra* *M* (e *eras.*) repis *A* 12 in *om. M* 13 tuum et semen] tuum et inter semen *M*, *om. v* ipsa *M* 14 calcauit *AB*, obseruabit *L*, obseruauit *M*; *cf. tamen LXX* 16 concreatus *A* ut] et *M in ras. m. 2* 17 hieremiam profetam *A*, hieremiam *Lv*, hieremian dicit *MB* coguoscit *M* 19 surget *M* illic *om. A* procedit *A* 20 et *om. M* multorum *A* quam *ALB*, tanquam gygans *M s. l. m. 2*, tanquam *v*

Gog ipsum regnum, et augebitur regnum eius, et Deus eduxit eum ex Aegypto: quasi claritas unicornis ei, et edet gentes inimicorum suorum et crassitudines eorum emedullabit et balistis suis configet inimicum. recubans requieuit quasi leo et quasi catulus leonis. quis suscitabit eum? qui benedicunt te, benedicti sunt, et qui maledicunt te, maledicti sunt. Item apud Esaiam: Spiritus Domini super me. propter quod uncxit me bene nuntiare pauperibus, misit me curare contribulatos corde, praedicare captiuis remissionem et caecis uisum, uocare annum Domini acceptabilem et diem retributionis. Vnde in euangelio Gabriel ad Mariam: Et respondens angelus dixit ad illam: Spiritus sanctus superueniet in te et uirtus Altissimi obumbrabit te. quapropter quod nascetur sanctum, uocabitur filius Dei. Item in epistula Pauli ad Corinthios prima: Primus homo de terrae limo, secundus homo de caelo. qualis ille de limo, tales et qui de limo, et qualis caelestis, tales et caelestes. quomodo portauimus imaginem eius, qui de limo est, portemus et imaginem eius, qui de caelo est.

Qvod de semine David secvndvm carnem nasci haberet.

In Regnorum secundo: Et fuit uerbum Domini ad Nathan dicens: uade et dic seruo meo Dauid: haec dicit Dominus: non tu aedificabis mihi domum ad inhabitandum: sed erit, cum inpleti fuerint dies tui et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te qui erit de utero tuo, et parabo regnum II

7 Es. 61, 12 sq. 11 Luc. 1, 35. 14 I Cor. 15, 47 sq. 20 II Sam. 7, 4. 5. 12—14 et 16.

1 gog] gens *B* ipsum regnum] regnum ipsius *v* eduxit deus (et *om.*) *B* seduxit *A*, duxit *L* 2 claritus *A* ei] eius *M*, et *B*, *om.* *A* edet] edei *A* 3 grassitudines *ALM* eorum] illorum *Mv* ballistis *L* 4 configet *L*, consiget *A*, conficiet *B*, confringet *M post ras.* secubans *A*, recumbens *O.con.* quasi] sicut *M* 5 quis] qui *A* suscitauit *M*[1] benedicent *MB* te *ex* et *L* benedic*ti *M* 6 maledicent *MB* 7 dñi dñi *B* 9 uisum restituere *A* dño *M* 10 in euangelio *om.* *B*, in euangelio cata Lucam *v*, gabriel in euang. *M* 11 respondit *B* 12 obumbrauit *L*, inumbrabit *M*, obumbrae *A* te *om.* *A* quia propter *A* 13 nascetur ex te *M v* 14 prima *om.* *B*, priore *v* 15 de (*ante* limo)] e *LB et M s. l.* talis *L* 17 portabimus *A* 20 regnorum *A*, basilion *LMBv* secunda *L*[1] natham *A*

eius. hic fabricabit domum nomini meo, et erigam thronum eius usque in saeculum, et ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium: et fidem consequetur domus eius, et regnum eius usque in saeculum in conspectu meo. Item apud Esaiam: Et exiet uirga de radice Iesse, et flos de radice ascendet: et requiescet super eum spiritus Dei, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, inplebit eum spiritus timoris Dei. Item in psalmo CXXXI: Iurauit Dominus ipsi Dauid ueritatem et non frustrabitur eum: de fructu uentris tui ponam super sedem meam. Item in euangelio secundum Lucam: Et dixit angelus ad illam: ne timeas, Maria. inuenisti enim gratiam ante Deum. ecce concipies in utero et paries filium et uocabis nomen eius Iesum. hic erit magnus et filius Altissimi uocabitur, et dabit illi Dominus Deus thronum Dauid patris sui, et regnabit super domum Iacob in saecula, et regni eius non erit finis. Item in Apocalypsi: Et uidi librum in dextera Dei sedentis super thronum scriptum intus et retro, signatum signis septem: et uidi angelum fortem praedicantem uoce magna: quis dignus est accipere librum et aperire signa eius? nec quisquam poterat neque in caelo neque super terram neque sub terra aperire librum sed neque perspicere eum. et ego flebam multum, quod nemo dignus inuentus esset, qui aperiret librum aut uideret illum. et unus ex senioribus dixit mihi: ne

4 Es. 11. 1 sq. 8 Ps. 131. 11. 11 Luc. 1. 30 sq. 16 Apoc. 5. 1 sq.

1 fabricabit *A*, aedificabit mihi *LBMv* nomine *L*, in nomine *v* 4 et *om. A* exiet *A*, exibit *Mv*, exiuit *LB* 5 de radice *om. B* iessae *L* radice eius *vM. sed add.* eius *in M s. l. m. 2* ascendit *B*, ascendent *A* 6 domini *LBv* 7 fortitudinis et consilii *M*[1] scientiae *ex* sapientiae *M* et inpleuit *M*[2]*v* 8 eum] illum *LMB* domini *Bv* CXXXI] CXXV *B*, CXXX *M sed C add. m. 2* 9 deus *LMv* frustrabitur eum *A*, reprobauit eam *LMBv*; *οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτὴν* (*αὐτόν cod. Alex.*) *LXX* 10 sedem meam *A*, thronum meum *MBv*, thronum tuum *Lv* 11 secundum] cata *LMBv* 12 enim *L s. l.* dn̄m *B* 13 magnum *A* 17 et scriptum *LMB* intus *A* (*s m. 2 add.*) et retro] secreto *A*; *super* et retro *posuit m. 2 in M*: forris 18 sigillis *B* 20 super terram] in terra *MB* 21 sub terram *BM*[1] prospicere *M* 22 inuentus *A*, repertus *LMBv*

fleueris, ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum et septem signacula eius.

QVOD IN BETHLEEM NASCERETVR.

Apud Micheam: Et tu Bethleem domus illius Effrata num- 12
quid exigua es, ut constituaris in milibus Iuda? ex te mihi procedet, ut sit princeps apud Israel, et processiones eius a principio, a diebus saeculi. Item in euangelio: Et cum Iesus natus esset in Bethleem Iudaeae in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente uenerunt Hierosolymam dicentes: ubi est, qui natus est rex Iudaeorum? uidimus enim stellam eius in oriente et uenimus adorare illum.

QVOD HVMILIS IN PRIMO ADVENTV SVO VENIRET.

Apud Esaiam: Domine, quis credidit auditui nostro, et bra- 13
chium Dei cui reuelatum est? adnuntiauimus coram ipso sicut pueri, sicut radix in terra sitienti. non est figura eius neque claritas: et uidimus illum, et non habuit figuram neque speciem, sed figura eius sine honore et deficiens praeter ceteros homines. homo in plaga positus et sciens ferre inbecillitatem: quia auersa est facies eius. inhonoratus est et non est conputatus. hic peccata nostra portat et pro nobis dolet, et nos putauimus esse illum in dolore et in plaga et in uexatione: ipse autem uulneratus est propter facinora nostra et infirmatus est propter peccata nostra. doctrina pacis nostrae super illum, liuore eius nos sanati sumus.

4 Mich. 5, 1. 7 Matth. 2, 1 sq. 13 Es. 53, 1 sq.

2 soluere septem *Bv* signacula] signa *LMv* 3 betlem *A*, bethlem *ML* (*item l. 4*), bethlehem idem *B* 4 michean *M* illius *om. Mv* ephratha *LMB*, efretanum *A* numquid *MB*, quid *A*, num *L*, non *v* 5 procedit *A* 6 processionis *AB, in margine m. 2 add. in M* 7 a *om. L* 8 iudeae *B*, iudaee *L*, iudae *AM; cf. test. II 29* herodes *M*[1] 9 uenerunt *M*, aduenerunt *ALB; cf. l. c.* hierusolima *A*, ierosolima *B*. **hierusolymam *M* (ab *eras.*) 11 et ecce *A* uenimus cum muneribus *v* 14 domini *Lv*; *κυρίου LXX* adnuntiatum est *B* 18 ferre] terrae *L* infirmitatem *B* 19 conputatus conputatus *A* 20 portauit *ex* portat *M m. 2* doleuit *ex* dolet *M m. 2* esse *ex* illum *B* illum esse *v* 22 fatinora *M* 23 doctrine *M* et liuore *v* nos sanati *A* (*ἡμεῖς ἰάθημεν LXX*), omnes sanati *B*. sanati *LMv*

omnes sicut oues errauimus, homo uia sua errauit. et Deus tradidit illum pro peccatis nostris, et ipse propterea, quod uexatus est, non aperuit os suum. Item apud eundem: Non sum contumax neque contradico: dorsum meum posui ad flagella et maxillas meas ad palmas, faciem autem meam non auerti a foeditate sputorum, et fuit Dominus auxiliator meus. Item illic: Non clamabit, neque audiet quisquam in plateis uocem eius. arundinem quassatam non confringet et linum fumigans non extinguet sed in ueritate proferet iudicium. fulgebit et non quassabitur, quoadusque ponat in terra iudicium, et in nomine eius gentes credent. Item in psalmo XXI: Ego autem sum uermis et non homo, obprobrium hominum et abiectio plebis. omnes qui uidebant me subsannabant me et locuti sunt labiis et mouerunt caput: sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam uult eum. Item illic: Exaruit uelut testum uirtus mea et lingua mea adhaesit faucibus meis. Item apud Zachariam: Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem illum magnum stantem ante faciem angeli Domini, et diabolus stabat ad dexteram eius aduersari ei. et Iesus erat indutus uestimenta sordida et stabat ante faciem ipsius angeli et respondit et ait ad eos qui stabant ante faciem eius dicens: auferte uestimenta sordida ab eo. et dixit ad eum: ecce abstuli iniquitates tuas. et induite eum poderem et inponite cidarim mundam super caput eius. Item Pau-

3 Es. 50, 5 sq. 6 Es. 42, 2 sq. 11 Ps. 21, 7 sq. 15 Ps. 21. 16. 16 Zach. 3, 1 et 3 sq.

1 omnes *om. B* a uia *MBv* dominus *LMBv* 6 deus *LMB; κύριος LXX* illic] apud eundem *LMBv* 7 clamauit *M* quisquam *A*, quis *LMBv* harundinem *MB* 8 linum] lignum *BM*[1] fumigantem *AB* 11 credunt *B*[2] XXI] uicessimo *L* 12 obprobrium *AB*, maledictum *LMv* hominis *Mv* plebis] populi *Lv* me uidebant *LMv* 13 subsannabant *AB*, despiciebant *LMv* et *om. B* in labiis *Lv* 14 eripiet *B*, liberet *M*; eripiat eum *om. L* saluum faciet *B*, saluet *L*; saluum f. eum *om. M* quoniam] quam *A* 15 illic] ille *A* aruit *LMv* tamquam *B* testa *LMv* uirtus] fortitudo *L* 16 adhaesit *AB*, adglutinata est *LMv* 19 auersari *M*[1] erat *om. M* sordida**** *M* (ab eo *eras.*) stabant *scripsit Baluzius* et stabat...*l. 21* ab eo *om. M*[1], *add. in margine m. rec.* 20 ipsius] eius *M* stabat *L* 21 uestimenta eius *M* 22 indulte *A* eum *eras. in M* poderem *BL*[2]*M*[2], podorem *L*[1]*A*, pudorem *M*[1] 23 in ponite *t inponite *A* (e *eras.*). cidarem *A*

lus apostolus ad Philippenses: Qui in figura Dei constitutus non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo, sed se exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominis factus, et habitu inuentus ut homo humiliauit se, factus obaudiens usque ad mortem, mortem autem crucis. propter quod et Deus exaltauit illum et donauit illi nomen, ut sit super omne nomen, ut in nomine Iesu omnes genu curuent caelestium et terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris.

QVOD IPSE SIT IVSTVS, QVEM IVDAEI OCCISVRI ESSENT.

In Sapientia Salomonis: Circumueniamus iustum, quo- **14**
niam inutilis est nobis et contrarius est operibus nostris et exprobrat nobis peccata legis. promittit scientiam Dei se habere et filium Dei se nominat. factus est nobis in traductione cogitationum nostrarum, grauis est nobis etiam ad uidendum: quoniam dissimilis est aliis uita illius, et mutatae sunt uiae eius. tamquam nugaces aestimati sumus ab illo, continet se a uiis nostris quasi ab inmunditiis et praefert nouissima iustorum et gloriatur patrem Deum. uideamus ergo, si sermones eius ueri sunt, et temptemus, quae euentura sunt illi. contumelia et tormento interrogemus eum, ut sciamus reuerentiam illius et probemus patientiam eius. morte turpissima condemnemus eum. haec cogitauerunt et errauerunt: excaecauit enim illos malitia ipsorum et nescierunt sacramenta Dei. Item apud Esaiam: Videte, quomodo iustus perit, et nemo intellegit, et uiri iusti tolluntur, et

1 Phil. 2, 6 sq. 11 Sap. 2, 12—17. 19—22. 24 Es. 57, 1 sq.

1 apostolus *om.* *LMBv* 2 rapina *A* semet ipsum *Lv; cf. test. III 39* 3 inaniuit *MB* similitudinem *MBv* hominum *Lv* 4 ut *L et M s. l. m. 2* obaediens *A*, obediens *Bv* 6 ut sit *** *L*, quod est *v* 7 omnes *ALBM*¹. omne *M*²*v* genus *A* curuentur *M*, flectatur *v* et (*ante* terrestrium) *om.* *LBv* 8 iesus christus *Bv* 9 dei patris est *B* 10 iustus *ABM*² *s. l.*, christus *LM*¹ 11 solomonis dicit *MB* 12 inutilis *A*, insuauis *LMBv*: *δύσχρηστος LXX* traductionem *B* 16 uiae *ex* uitae *L* eius *A*, illius *LMBv* 17 et continet *MBv* 18 profert *M* 19 habere *M s. l. m. 2 ante* patrem, patrem se habere *Bv* eius *A*, illius *LMBv* sint *B*¹ 20 uentura *LBv* tormenta *L*¹ 21 et prob. pat. eius *om.* *M* 22 eius *A*, illius *LBv* 23 et excaecauit *L*

nemo recognoscit. a facie enim iniustitiae sublatus est iustus, erit in pace sepultura eius. De hoc ipso in Exodo ante praedictum: Innocentem et iustum non occides. Item in euangelio: Iudas paenitentia ductus sacerdotibus et senioribus dixit: peccaui tradens sanguinem iustum.

Qvod ipse dictvs sit ovis et agnvs, qvi occidi haberet, et de sacramento passionis.

15 Apud Esaiam: Sicut ouis ad uictimam adductus est et sicut agnus coram tondente sine uoce, sic non aperuit os suum. in humilitate iudicium eius sublatum est: natiuitatem autem eius quis enarrabit? quoniam auferetur a terra uita eius, a facinoribus populi mei abductus est ad mortem, et dabo malos pro sepultura eius et ipsos diuites pro morte eius, quia facinus non fecit neque insidias ore suo. propterea ipse consequetur multos et fortium diuidet spolia, propterea quod tradita est ad mortem anima eius, et inter facinerosos deputatus est. et ipse peccata multorum pertulit et propter facinora illorum traditus est. Item apud Hieremiam prophetam: Domine, significa mihi, et cognoscam, tunc uidi meditationes eorum. ego sicut agnus sine malitia perductus sum ad uictimam: in me cogitauerunt cogitatum dicentes: uenite, mittamus lignum in panem eius et eradamus a terra uitam eius, et nomen eius non erit in memoria amplius. Item in Exodo dixit Dominus Deus ad Moysen: Accipiant sibi singuli ouem per domos tribuum, ouem sine uitio, perfectum, masculum, anniculum erit uobis. ab agnis et haedis

3 Ex. 23, 7. 4 Matth. 27, 3 sq. 8 Es. 53, 7—9 et 12. 18 Hier. 11, 18 sq. 23 Ex. 12, 3 et 5 sq.

1 iustitiae *B* saluatus *L* et erit *Lv*, erit enim *MB* 3 in euangelio *om. B* 4 paenitentia ductus iudas *B* ductus] actus *A* 6 qui *ex* quod *L* 7 passionis eius *B* 8 oues *A* ductus *MB* 9 tondente se *MBv*, tondentem *A sed* m *eras* aperit *L*, apperuit *M* in humilitate *add. m. 2 in M* 10 autem *om. Bv* 11 ennarabit *A*, enarrauit *MB* 12 abductus *LM, ex* adductus *A m. 1*, adductus *Bv* seppultura *A*[1] 13 quia] qui *B* 14 insidias ore suo] dolus fuit in ore eius *M* deuidet *A* 17 facinorũ *A* 18 prophetam *om. LMBv* 20 ad uictimam *om. B* 21 in panem] pane *A; cf. test. II 20* eradicemus *B*, tollamus *M* a] de *M* terram *L* 22 memoriam *ALM*[1] 23 dixit dominus *om. LMBv* 24 domos *om. M*, domum *B* tribum *M* 25 anniculus *M*[1] et *om. L* ab haedis *MBv*

accipietis, et occident illum omne uulgus synagogae filiorum Israel ad uesperam et accipient de sanguine et ponent super duos postes et super limen in domibus, in quibus eum edent in ipsis: et edent carnes ista nocte assatas igni et azyma cum picridibus edent. non edetis de eis crudam neque coctam in aqua, nisi assatas igni, caput cum pedibus et interaneis: nihil derelinquetis ex his in mane et ossum non confringetis ab eo. quae autem relicta fuerint de eo usque in mane, igni crementur. sic autem comedetis eum: lumbi uestri praecincti et caligae uestrae in pedibus uestris et bacula uestra in manibus uestris: et edetis eum festinanter. pascha est Domini. Item in Apocalypsi: Et uidi in medio throni et quattuor animalium et in medio seniorum agnum stantem tamquam occisum, habentem cornua septem et oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei missi per orbem terrae. et uenit et accepit librum de dextera Dei sedentis in throno. et cum accepisset librum, quattuor animalia et uiginti quattuor seniores prostrauerunt se ante agnum habentes singuli aureas citharas et pateras aureas plenas odoramentis supplicationum, quae sunt orationes sanctorum, et cantauerunt canticum nouum dicentes: dignus es accipere librum et aperire signacula eius, quoniam occisus es et emisti nos de sanguine tuo ex omni tribu et lingua et populo et natione. et eos regnum Deo nostro sacerdotesque fe-

11 Apoc. 5, 6 sq.

1 omnis *MB* uulgus] populus *M* 2 uesperum *B* accipiant *M* sanguine eius *Mr* pones *A* 3 in quibus *om. B* edent *ex* dent *L* in *om. B* 4 istas *A*, ipsas *MB*, ipsa *v* azima *A* pigridibus *L*, amaritudine *MB*, lactucis agrestibus *scripsit Erasmus* 5 edetis] edentis *A* eo *ex* eis *M m. 2* cruda *B*, crudam carnem *M* cocta *B* aquam *M*¹ assatas] assas *A*, assata *LB*, assatam *Mv* 6 iteraneis *A* relinquetis *M*, derelinquentes *A* 7 his] eis *Br* ossum *BM*¹, os *ALM*²*r* ab] ex *v* derelicta *M* 8 usque *om. B* comedetis] manducabitis *B* 9 caligae] calciamenta *MB* uestra *MB* 10 baculi *M* et bacula... uestris *om. B* 11 est enim *Br* in (*post* uidi) *om. AL* 12 et (*ante* in) *om. B* 13 tamquam *A*, quasi *LMBv* 14 orbem terrae] omnem terram *A* 15 dextra *B* dei] *om. MB*, de *in L eras.* in throno] supra thronum *B* 17 aureas *om. Mr* 18 phateras *M* susplicationum *A* 19 nouum canticum *LMB* 20 es domine *v* accipere] aperire *L* signacula *A*, signa *LMBv* 21 redemisti *Mr* de] deo *L, om. v* 22 eos *AL*, fecisti nos *MBr* dnō *A* sacerdotes quae *AL*, et sacerdotes quae *B*, et sacerdosque *M*

cisti, et regnabunt super terram. Item in euangelio: Altera die uidit Iohannes Iesum uenientem ad se et ait: ecce agnus Dei, ecce qui auferet peccata mundi.

Qvod idem et lapis dictvs sit.

16 Apud Esaiam prophetam sic dicit Dominus: Ecce ego inmitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, summum, angularem, honoratum: et qui crediderit in eum non confundetur. Item in psalmo CXVII: Lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli. a Domino factus est hic et est mirabilis in oculis nostris. hic est dies, quem fecit Dominus: exultemus et laetemur in eo. o Domine, saluum me fac. o Domine, bene prospera. benedictus qui uenit in nomine Domini. Item apud Zachariam: Ecce ego adduco puerum meum. ortus nomen est ei: quoniam lapis, quem dedi ante faciem Iesu. super lapidem ipsum unum septem oculi sunt. Item in Deuteronomio: Et scribes super lapidem omnem legem hanc manifeste nimis. Item apud Iesum Naue: Et accepit lapidem magnum et statuit eum illic contra Dominum et ait Iesus ad populum: ecce lapis iste erit in testimonium, quia iste audiuit omnia quae dicta sunt a Domino, quanta locutus est ad nos hodie: et erit ipse uobis in testimonium in nouissimo dierum, quando recesseritis a Deo uestro. Item in Actibus apostolorum Petrus: Principes populi et seniores Israel: ecce nos hodie interrogamur a uobis super benefacto hominis infirmi, in

1 Io. 1, 29. 5 Es. 28, 16. 8 Ps. 117, 22 sq. 13 Zach. 3, 8 sq. 16 Deut. 27, 8. 17 Ios 24, 26 sq. 23 Act. 4, 8 sq.

2 uidet *L*, uidi *A*[1] iohannis *A* iesu *M*[1] ecce agnus dei *om. A* 3 et ecce *v* aufert *Bv*, tollit *M* 5 prophetam *om. LMBv* 6 sion *om. A* 7 mundum summum *A* 8 lapidem *AB*, lapis *LMv* reprobarunt *L*[1] 10 factum *M* hic] iste *Lv*, istud *M sed* ud *in ras.* et est *om. A in ras.* mirabilis *AM*[1], mirabile *M*[2]*B*, admirabilis *Lv* hic est] haec est *AM*, iste *LBv* quam *M* 11 laetemur] iucundemur *Lv* eo *M*[1]*LB*, ea *AM*[2] saluum ... prospera *om. M* saluum me fac *AB*, salua igitur *Lv* 12 bene prospera *A*[1]*B*, bene prosperare *A*[2], dirige igitur *Lv* benedictus est *LMB* 14 ortus] oriens *Mv* ei est *LB* 15 oculis *B* 16 scribe *B* 17 iesu *ALM* 20 audit *AL* deo *B* 21 et *om. L* 22 actis *LMB* 23 petrus petrus princeps *A* israel audite *Mv*

quo iste saluatus est. sit uobis omnibus notum et omni populo Israel, quia in nomine Iesu Christi Nazareni, quem uos crucifixistis, quem Deus suscitauit a mortuis, in illo iste in conspectu uestro sanus adstat, in alio autem nullo. hic est lapis qui contemptus est a uobis qui aedificabatis, qui factus est in caput anguli. non est enim nomen aliud sub caelo datum hominibus, in quo oportet saluari nos. Hic est lapis in Genesi, quem ponit Iacob ad caput suum, quia caput uiri Christus, et dormiens uidet scalam ad caelum pertingentem, in qua constitutus erat Dominus, et angeli ascendebant et descendebant: quem lapidem consecrauit et uncxit sacramento unctionis Christum significans. hic est lapis in Exodo, super quem sedit Moyses in cacumine collis, quando Iesus Naue contra Amalech dimicabat, et sacramento lapidis et stabilitate sessionis Amalech superatus est ab Iesu, id est diabolus a Christo uictus est. hic est lapis magnus [in Basilion primo], super quem posita est arca testamenti, quando eam ab allophylis remissam et redditam in plaustro boues reportauerunt. hic est lapis [in Basilion primo], quo Dauid frontem Goliae percussit et occidit, significans diabolum et seruos eius inde prosterni uictos scilicet ea capitis parte, quam signatam non habent: quo signo nos et tuti sumus semper et uiuimus. hic est lapis, quem cum alienigenas Israel ui-

1 saluus *B* omnibus uobis no*tum *A* o *eras.* 2 quia *ex* quique *B* nazarei *LMB*, nazorei *A*¹ 3 excitauit *LBM*, *sed* ex *in ras. in M* 5 quem aedificabitis *M*, aedificantibus *Br* factus] positus *MB* 6 nomen enim *B* caelo] saeculo *L* 7 nos saluos fieri *B* 9 uidit *A*, uidens *M* pertinguentem *A*, pertinentem *L*¹ 10 constitus *L* 11 discendebant *A*¹*L* 13 sedet *M*¹ cacuminem *M*¹ 14 collis] montis *B* hiesum nauae *A* 15 dimicauit *v* et (*ante* sacr.) *om. A* 16 ab...uictus est *om. L* 17 in basilion primo *uncis inclusi* 18 prima *L*, libro I. *BM*² quem] quae *A* archa *B* 19 allofilis *A* 20 portauerunt *B* Item hic *v* lapis item *AL*, ille lapis *B* basilion] regnorum *A* prima *L*, *om. v* 21 et *M s. l. m. 2* et occidit *om. A* 23 uictos *A*, uicto *LMB*, uicta *v* eam c. partem *BM*¹ *et Oxon.* 24 haberet *MB* uirtuti *ex* tuti *A m. 2* semper sumus *v* 25 cum *ponit post* istrahel *A* alienigena *LBM*¹ uicissent *M*

cisset, statuit Samuel et appellauit nomen eius Abennezer id est lapis auxiliator.

Qvod deinde idem lapis mons fieret et inpleret totam terram.

17 Apud Danihelem: Et ecce imago nimis magna, et contemplatio eius imaginis metuenda et elata stabat contra te: cuius caput fuit ex auro bono, pectus et brachia eius argentea, uenter et femora aerea, pedes autem ex parte quidem ferrei, ex parte autem fictiles, quoadusque abscisus est lapis de monte sine manibus concidentium et percussit imaginem super pedes ferreos et fictiles et comminuit eos minutatim, et factum est simul ferrum et testa et aeramentum et argentum et aurum, facta sunt minuta quasi palea aut puluis in area aestate, et uentilauit illa uentus, ita ut nihil remanserit in illis, et lapis qui percussit imaginem factus est mons magnus et inpleuit totam terram.

Qvod in novissimis temporibvs idem mons manifestaretvr, svper qvem gentes venirent et in qvem ivsti qviqve ascenderent.

18 Apud Esaiam: Erit in nouissimis temporibus manifestus mons Domini et domus Dei super uertices montium et exaltabitur super colles, et uenient super illum omnes gentes, et ambulabunt multi et dicent: uenite, ascendamus in montem Domini et in domum Dei Iacob, et nuntiabit nobis uiam eius, et ambulabimus in illa. de Sion enim prodiet lex et uerbum Domini ab Hierusalem: et iudicabit inter gentes et redarguet populum mul-

5 Dan. 2. 31 sq. 19 Es. 2. 2 sq.

5 danihelum *A*M^{1}, danihel *LB* etcce *M* 6 eius] huius *M* lata *MB* cuius *A s. l.* 7 bono auro *A* 8 faemora eius *MB* ex parte] partim *M*. parte *B et sic loco proximo* 9 abscissus *LMB* 10 ferreos et] *om. A*, ferreos *B* 11 comminuet *M* eos *om. B* comminutatim *B* factum] fractum *O.con.* 12 testae *A* et facta *MBv* 13 in aera estate *M*, intrā aestate *B* uentilabit *A* 14 ita *om. A* remanserint *L* in *A*, *om. B*, ex *Lv et s. l. m. 2 M* 18 quisque *L* ascenderent *M m. 2 ex* acciderent 19 et erit *B* manifestum L^{1} 20 dnī *ex* dnō *L* 23 nuntiauit M^{1}, annuntiabit *B* eius *om. A* ambulauimus M^{1} 24 prodiet *A*, procedet *LMBv* 25 indauit *M* populos *B*

tum, et concident gladios suos in aratra et lanceas suas in falces et iam non discent pugnare. Item in psalmo XXIII: Quis ascendit in montem Domini aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus et mundo corde, qui non accepit in uano animam suam nec iurauit proximo suo in dolo. hic accipiet benedictionem a Domino et misericordiam a Deo salutari suo. haec est generatio requirentium illum, quaerentium faciem Dei Iacob.

QVOD IPSE SIT SPONSVS ECCLESIAM HABENS SPONSAM, DE QVA FILII SPIRITALES NASCERENTVR.

Apud Iohel: Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium et **19**
indicite curationem, adgregate populum, sanctificate ecclesiam, excipite maiores natu, colligite paruulos lactantes, procedat sponsus de cubiculo suo et sponsa de thalamo suo. Item apud Hieremiam: Et auferam de ciuitatibus Iuda et de quadriuiis Hierusalem uocem laetantium et uocem gaudentium, uocem sponsi et uocem sponsae. Item in psalmo XVIII: Et ipse tamquam sponsus procedit de thalamo suo: exultauit ut gigans ad currendam uiam. a summo caelo egressio eius et occursus eius usque ad summum eius, nec est qui se abscondat a calore eius. Item in Apocalypsi: Veni, ostendam tibi nouam nuptam uxorem agni. et duxit me in spiritu in montem magnum et ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de caelo, a Deo ha-

2 Ps. 23, 3 sq. 10 Ioel. 2, 15 sq. 14 Hier. 16, 9. 16 Ps. 18, 6 sq. 20 Apoc. 21, 9 sq.

1 lancias *A* 2 etiam *LB* non non *L* pugnare] belligerare *B* XXIII] XXII *L* 3 adscendet *LBv*; *cfr. test. III 79* aut] et *L* qui *M*[1] 4 mundus *L* qui] quia *M* 5 nec] et non *LMv* in dolo proximo suo *MB*, subdole proximo sibi *Lv* hic] iste *LMv* accepiet *A*[1] 6 salutare *LM* haec est] ista *LMv* generatio] natiuitas *LMv* 7 requirentium illum (eum *B*) querentium *AB*, eorum qui eum quaerunt, qui quaerunt *LMv* 8 et ecclesiam *A* *post* ecclesiam *eras.* suam *in M* 9 spiritaliter *MB* 10 scīte *L* 11 congregate *MB* 12 lactentes *v* 13 cubiculo *AML*[2], cubi* *L*[1], cubili *Bv* ieremian *M* 14 quadruuiis *B*, quadruum *A* 16 tamquam] uelut *LMv* 17 procedit *A*, procedens *B*, egrediens *LMv* uelud *LM* gigas *v* ad currendam uiam *AMB*, uiam̃ currere *Lv* 18 caelo] caeli *Lv* egressio] profectio *L* decursus *M*, decur*sio *Lv* 19 nec] et non *LM* se abscondat] lateat *LMv* calorem (a *om.*) *L*

bentem claritatem Dei. Item in euangelio secundum Iohannem: Vos mihi testes estis, quoniam dixi eis qui missi sunt ab Hierosolymis ad me, quia non sum Christus, sed quoniam missus sum ante ipsum. qui habet enim sponsam sponsus est: amicus autem sponsi est qui stat et audit eum et gaudio gaudet propter uocem sponsi. Huius rei mysterium ostensum est apud Iesum Naue, quando iussus est excalciare se, quod scilicet sponsus non ipse esset — erat enim in lege, ut quisque nuptias recusaret calciamentum deponeret, calciaretur uero ille qui sponsus futurus esset —: Et factum est, quomodo fuit Iesus in Ierico, circumspexit oculis et uidit hominem stantem ante faciem suam et frameam haerentem in manu eius et dixit: noster es aut aduersariorum? ille autem dixit: ego sum dux uirtutis Domini, nunc adueni. et Iesus cecidit in faciem ad terram et ait illi: Domine, quid imperas famulo tuo? et ait dux uirtutis Domini: solue calciamentum de pedibus tuis. locus enim, in quo stas, terra sancta est. Item in Exodo Moyses iubetur calciamentum deponere, quod nec ipse sponsus esset: Et adparuit ei angelus Domini in flamma ignis de rubo: et uidit, quoniam rubus ardebat igni, rubus autem non cremabatur. et dixit Moyses: transiens uidebo hoc grande uisum, cur utique non crematur rubus. ut uidit autem, quoniam accedit uidere, uocauit eum Dominus Deus de rubo dicens: Moyses, Moyses. qui dixit: quid est? et dixit: ne accesseris huc nisi solueris calciamentum de pedibus tuis. locus enim, in quo stas, terra sancta est. et dixit

2 Io. 3, 28 sq. 11 Ios. 5, 13 sq. 19 Ex. 3, 2 sq.

1 claritatem *M sed* clari *in ras.* sec̃ *A*, cata *LMBv et ita semper* 3 hierusolimis *AM*, hierosulimis *L* 4 ipsum] illum *v* enim habet *v* 7 iesu *ALM* iustus *L* 9 quisquis *v* 11 quomodo *ALBVM*[1] (*cf. p. 73, 8*), quando *M*[2], cum *v* fuit *ALBV*, uenit *M*, esset *v* hiericho *ALM*[2], iericho *B* 12 circum inspexit *A* 13 haerentem] habentem *M*, tenentem *v* aut] an *MBv* 14 autem *om. B* 15 tunc *M* adueni. et] aduenict *A*, aduenicns *MB* procidit *M* 16 imperas] dicis *M* 17 tu stas *M* 19 deponere] soluere *M* 20 uidet *LBM*[1] 21 ardebat *AM*[2], ardet *LM*[1]*B*, arderet *v* 22 quur *L* utique] utroq. *L* 23 accidit *L* 24 eum *L s. l. uoce* autem *expuncta* mose mose *L* 25 ne] nec *A* hoc *LM*[1] 26 tu stas *M*

ei: ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Iacob. Hoc autem manifestum est in euangelio secundum Iohannem: Et respondit illis Iohannes: ego quidem baptizo in aqua: in medio autem uestrum stat, quem uos ignoratis: ipse est enim, de quo dixi: post me ueniens homo ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere. Item secundum Lucam: Sint lumbi uestri adcincti et lucernae ardentes et uos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando ueniat a nuptiis, ut cum uenerit et pulsauerit, aperiant illi. beati serui quos adueniens dominus inuenerit uigilantes. Item in Apocalypsi: Regnauit Dominus Deus omnipotens, gaudeamus et exultemus et demus ei claritatem, quoniam uenerunt nuptiae agni et uxor eius se praeparauit.

QVOD CRVCI ILLVM FIXVRI ESSENT IVDAEI.

20 Apud Esaiam: Expandi manus meas tota die ad plebem contumacem et contradicentem mihi, qui ambulant uias non bonas sed post peccata sua. Item apud Hieremiam: Venite, mittamus lignum in panem eius et eradamus a terra uitam eius. Item in Deuteronomio: Et erit pendens uita tua ante oculos tuos, et timebis die et nocte et non credes uitae tuae. Item in psalmo XXI: Effoderunt manus meas et pedes, dinumerauerunt omnia ossa mea. ipsi uero considerauerunt et conspexerunt me,

3 Io. 1, 26 sq. 7 Luc. 12, 35 sq. 11 Apoc. 19, 6 sq. 15 Es. 65, 2. 17 Hier. 11, 19. 19 Deut. 28, 66. 21 Ps. 21, 17 sq.

1 patris tui *LMBr*; *cf. LXX*: *ἡ θεὸς τοῦ πατρός σου* abraham et *LMv* 2 et (*ante* deus) *om. LBv* hac *A* manifestum *AL*[1] *B*, manifestatum *L*[2] *Mv* 3 illi *B* iohannis *A* 4 uos baptizo *MB* qui medio uestrum stat *et sqq. exhibet W* in (*ante* medio) *om. WM* uestro *L* uos *om. L* 5 ignoratis *A*, non nostis *WLMB*, nescitis *v* ueniet *ex* ueniens *M* qui ante *WM*, *sed* qui s. *l. m. 2 in M* 6 corrigiam *om. A* calciamenta *AB* 7 lucan *WM* praecincti *v* 9 ut] et *W* 10 illi] ei *v* beati] felices *WL* illi *om. W* 11 apocalypsis *B* regnabit *W* 12 ei *om. B* gloriae claritatem *Wv* 13 nuptiae eius et uxor agni *M* praeparauit se *M*, parauit se *B* 14 illum *om. L* 15 tota die expandi m. m. *M* 18 pane *AWL*; *cf. test. II 15* eradamus] euellamus *M* terram *A* uitam *om. A* 20 credis *AWM*[1] dies *ante* uitae *eras. in M* 21 et foderunt *L* pedes meos *WLv* 22 uero] autem *WLMv* considerauerunt *AB*, contemplati sunt *WLMv* conspexerunt *AB*, uiderunt *WLMv*

diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestem meam miserunt sortem. tu autem, Domine, ne elongaueris auxilium tuum a me, ad defensionem meam respice. eripe a framea animam meam et de manu canis unicam meam. libera me de ore leonis et a cornibus unicornuorum humilitatem meam. narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te. Item in psalmo CXVIII: Confige clauis de metu tuo carnes meas. Item in psalmo CXL: Eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. De quo sacrificio Sophonias dixit: Metuite a facie Domini Dei, quoniam prope est dies eius: quia parauit Dominus sacrificium suum, sanctificauit uocatos suos. Item apud Zachariam: Et intuebuntur in me, in quem transfixerunt. Item in psalmo LXXXVII: Et clamaui ad te, Domine Deus meus, tota die, expandi manus meas ad te. Item in Numeris: Non quasi homo Deus suspenditur neque quasi filius hominis minas patitur. Vnde in euangelio Dominus dicit: Sicut Moyses exaltauit serpentem in eremo, ita exaltari oportet Filium hominis, ut omnis qui crediderit in eum habeat uitam aeternam.

7 Ps 118, 120. 8 Ps. 140, 2. 9 Soph. 1, 7. 12 Zach. 12, 10. 13 Ps. 87, 10. 15 Num. 23, 19. 17 Io. 3, 14 sq.

1 et diuiserunt *Mv* sibi *ponit post* uestim. mea *WLMv* sortem miserunt *WLv* 2 elonginquaueris *WL*² a me *om. WL* 3 ad defensionem meam respice *AB*, in auxilium meum intende (adtende *L*) *WLv*, *om. M* eripe *A*, erue *B*, libera *WLMv* framea *AB*, gladio *WLMv* et de . . . meam *om. M* 4 meam] natiuitatem meam *W* ui *s. l. m. 2* libera *A*, salua *WLMBv* de *A*, ex *WLMBv* 5 unicornuorum *A*, unicornium *MBv, sed in M* um *m. 2 s. l.*, unicornis *W*, unicornius *L* enarrabo *WLMv* 6 media *WMB* ecclesia *WMB*. ecclesiarum *L* 7 claues *M* metu tuo] meturio *W*, timore tuo *B* carni meae *M* 8 CXL] CXXVIII *B* alleuatio *WLMv* manum *AWM* 9 soffonias *AB*, sofonias *W* 10 faciem (a *om.*) *W* apparauit *v* 11 suum *om. W* uocitos *A*, electos *WLMBv* 12 intuebantur *WM* 13 LXXXVII] LXXXVI *ALB* et clamaui *A*, exclamaui *WLMBv*; *cf. LXX*: *καὶ ἐκέκραξα* 14 deus meus *om. WLMv* expandi *A*, extendi *WLMBv*; *cf. LXX*: *διεπέτασα* ad te manus meas *WLMv* 16 minas *om. B* patiturum *A* deinde *A* 17 heremo] deserto *B* oportet et *L* 18 homines *W* eum *A*, filium *WLMBv*: *cf. Graec.*

Qvod in passione crvcis et signo virtvs omnis sit et potestas.

Apud Abbacuc: Texit caelos uirtus eius, et laudis eius 21
plena est terra: et splendor eius ut lux erit, cornua in manibus eius erunt. et illic constabilita est uirtus gloriae eius, et constituet dilectionem ualidam. ante faciem suam ibit uerbum et praecedet in campum secundum gressus suos. Item apud Esaiam: Ecce natus est nobis puer, datus est nobis filius, cuius imperium super humeros eius: et uocatum est nomen eius magnae cogitationis nuntius. Hoc signo crucis et Amalech uictus est ab Iesu per Moysen. Item in Exodo dixit Moyses ad Iesum: Elige tibi uiros et exi et constitue cum Amalech in crastinum. et ecce ego stabo in cacumine collis et uirga Dei in manu mea. et factum est, cum leuabat manus Moyses, praeualebat Israel. ubi autem submiserat manus, inualescebat Amalech. sed manus Moysi graues, et accepto lapide subposuerunt sub eo, et sedebat super eum, et Aaron et Ur sustinebant manus hinc et inde, et factae sunt manus Moysi stabiles usque in occasum solis, et fugauit Iesus Amalech et omnem populum eius. et dixit Do-

3 Ab. 3, 3 sq. 8 Es. 9, 6. 12 Ex. 17. 9 sq.

1 uirtus *LW*², uirtutis *AMB*, *sed add. in B*: aliter uirtus, uirtutes *W*¹ omnis *om. A* sit *om. L* et *om. WLM*, *s. l. m. 2 B* 3 apud] item in *M* abbacum *A*, ambacum *WM*¹, abucuc *M*² texit] operuit *M* caelo *B* laudes *L*¹, laudem *W* 4 erit *om. Oxon.* cornus *A*, cornua sunt (erunt *om.*) *M* 5 et] ei *AL* illic c. e. uirtus *om. B* gloria *A*, et gloria *W* constituit *v*, constitutionem *B*; *cf. LXX*: *καὶ ἔθετο* 6 delectionem *W*, dilectionum *A*, *om. B* iuit *B*¹ procedit *Br*, exiet *M* 7 campos *WLBr*, campis *M* gressus] gregus *W*, greges *L* 8 nobis *v* et datus *WLMB* 9 magnae cogitationis] magni consilii *M* 11 super *WM*¹ item *om. WLMBv* dixit iesus dn̄s ad mosen *L sed* dn̄s *s. l. m. 2* 12 exii* *L* 13 et (*ante* ecce) *om. WMBv* dn̄i *A* 14 manum *A* mea *om. A* leuabit *L*¹ 15 sūmiserat *WLM* manus moyses *Lv* inualiscebat *A* 16 sed factae sunt *W* mosei *L*, moysei *W* graue *A*, erant graues *Mv*, *sed* erant *add. in M m. 2*, graues erant *B* et] sed *A* 17 eum *om. A* ur *L*, *in ras. M*, hur *B*, or *AW* sustinebant *A*, tenebant *M sed* te *in ras.*, sustentabant *WLBv* manuus *A*, manus eius *WBv* 18 mosei *ex* moses *L* 19 exfugauit *M*

minus ad Moysen: scribe hoc, ut sit memoriae in libro, et da in aures Iesu, quoniam deletione deleam memoriam Amalech de sub caelo.

Qvod in hoc signo crvcis salvs sit omnibvs qvi in frontibvs notentvr.

22 Apud Ezechiel dicit Deus: Transi mediam Hierusalem et notabis signum super frontes uirorum qui ingemunt et maerent ob iniquitates quae fiunt in medio ipsorum. Item illic: Vadite et caedite et nolite parcere oculis uestris. nolite misereri seniores aut iuuenes et uirgines et paruulos et mulieres interficite, ut perdeleantur. omnem autem, super quem signum scriptum est, ne tetigeritis, et ab ipsis sanctis meis incipite. Item in Exodo Deus ad Moysen: Et erit sanguis in signo uobis super domos, in quibus ibi eritis: et uidebo sanguinem et protegam uos, et non erit in uobis plaga diminutionis, cum percutiam terram Aegypti. Item in Apocalypsi: Et uidi et ecce agnum stantem in monte Sion et cum eo centum quadraginta quattuor milia habentes nomen eius et nomen patris ipsius scriptum in frontibus. Item illic: Ego *A* et *Ω*, primus et nouissimus, initium et finis. felices eos qui faciunt praecepta eius, ut sit potestas eorum super lignum uitae.

6 Ez. 9. 4 sq. 13 Ex. 12, 13. 16 Apoc. 14, 1. 19 Apoc. 22, 13 sq.

1 ad *W s. l. m. 2* ut sit *om. M* memoria in libro *WBr*, in libro in memoria *M* 2 iesu] eius *B* deletionem eius *W* memoriam *om. M*, memoriam eius *W* 5 notautur *M* 6 ezechielem *v* ds̃ dicit *WB*, dñs dicit *L*, dicit *M* 7 super frontes] in frontibus *M* uirorum . . *l. 8* ipsorum *om. W* merent *ALM*, gement *B* 8 iniquitate* *A* r *eras.* 9 cedite *AM* 10 seniores *A*, senioribus *W*, seniori *M*, senioris *LBv* aut] et *r* iuuenes *A*, iuuenibus *W*, iuueni *M*, iuuenis *LBv* interfecite *A* 12 tetigeritis eos *M* et ab . . . incipite *om. W* a *B* ipsis sanctis *om. B* incipiam *A* 15 deminutionis *WLBM*[1] 16 uide et ecce *AWM*, uidi ***** *B*, uidi *Lv* 17 montem *ALM*[1] 18 milia *om. M* habentes *A*, habebant *WLMB*, et habebant *r*; *cf. Gr.*: ἔχουσαι et nomen patris ipsius *om. M* ipsius *A*, eius *WLBv* 19 frontibus suis *Bv* ego sum *r* et (*ante Ω*) *om. A* 21 uitae *om. WM*

Qvod medio die in passione eivs tenebrae fvtvrae essent.

Apud Amos: Et erit in illo die, dicit Dominus, occidet sol 23
meridie, et obtenebrabitur dies lucis: et conuertam dies festos uestros in luctum et omnia cantica uestra in lamentationem. Item apud Hieremiam: Exterrita est quae parit et taeduit anima eius. subiit sol ei, cum adhuc medius dies esset, confusa est et maledicta. reliquos eorum in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum. Item in euangelio: A sexta autem hora tenebrae factae sunt per totam terram usque in horam nonam.

Qvod a morte non vinceretvr nec apvd inferos remansvrvs esset.

In psalmo XV: Quoniam non derelinques animam meam in 24
infernum nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Item in psalmo XXVIIII: Domine, eduxisti ab inferis animam meam. Item in psalmo III: Ego dormiui et quieui et exurrexi, quoniam Dominus suscipiet me. Item in euangelio secun-

3 Am. 8, 9 sq. 6 Hier. 15, 9. 9 Matth. 27, 45. 13 Ps. 15, 10. 15 Ps. 29, 3. 16 Ps. 3, 6. 18 Io. 10, 18.

3 occidit *AM*[1] 4 die *AL fortasse rectius; cfr. Sabat. ad h. l. II, p. 929: συσκοτάσει ἐν ἡμέρᾳ τὸ φῶς LXX* festo *A*[1]*L* 5 lamentatione *A*, lamendationem *W* 6 taedet *M* animae *M*[1] 7 subiuit *L*[1], subis *A* sol ei] solet *AMB* 8 maledicam *W* gladio *WMBv* 9 eorum] meorum *AM*, *om. W*; *cf. LXX: ἐναντίον τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν* 10 per] super *LMv* in] ad *v* 11 Quod . . . *l. 12* esset *om. L* 13 item in *WL* XV] XIIII *L* quoniam *om. WLMBv* derelinquas *M*[1], derelinquens *L* 14 in infernum *A*, apud inferos *v*, ad inferos *WLMB* neque *WLMBv* corruptionem] interitum *L* 15 XXVIIII] XXIIII *A*, XXVIII *B* domine *om. B* eduxisti *A*, extraxisti *W*, reuocasti *B*, reduxisti *Mv* inferno *v* in psalmo . . . meam *om. L*, *post* remansurus esset *l. 12 ponit Mv, in fine capituli praecedentis posuerat v ante Costerium* 16 quieui *A*, somnum (somnium *M*) cepi (coepi *W*) *WMLv*, soporatus sum *B*: *cfr. August. in. Ps. 3 col. 8. f.*: Ego dormiui et somnum cepi etc. nonnulli autem codices habent: 'dormiui et soporatus sum', et alii aliter quomodo interpretari potuerunt quod graece positum est: *ἐγὼ δὲ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα* esurrexi *A*, surrexi *L*, resurrexi *v* 17 suscipiet (suscepit *WB*) me *AWB*, auxiliatus (auxiliator *M*) est mihi *LMv*; *cfr. August l. c. col. 9. a:* Hoc magis animaduertendum est, quemadmodum in una sententia et praeteriti temporis uerbum posuit et futuri: et 'exsurrexi' enim dixit, quod est de praeterito et 'suscipiet' quod est de futuro in euangelio om. *Lv*

dum **Iohannem**: Nemo aufert animam meam a me, sed ego a me pono eam: potestatem habeo ponendi eam et potestatem habeo iterum sumendi eam: hoc enim mandatum accepi a patre meo.

Qvod ab inferis tertio die resvrgeret.

25 Apud Osee: Viuificabit nos post biduum die tertio. Item in Exodo: Et dixit Dominus ad Moysen: descende et testificare populum et sanctifica illos hodie et cras, et lauent uestimenta sua et sint parati in perendinum diem. die enim tertio descendet Dominus in montem Sina. Item in euangelio: Progenies nequam et adultera signum quaerit, et signum non dabitur illi nisi signum Ionae prophetae. quomodo enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus et tribus noctibus, ita erit et filius hominis tribus diebus et tribus noctibus in corde terrae.

Qvod cvm resvrrexisset, acciperet a patre omnem potestatem et potestas eivs aeterna sit.

26 Apud Danihelem: Videbam in uisu nocte: et ecce in nubibus caeli quasi filius hominis ueniens uenit usque ad ueterem dierum et stetit in conspectu eius, et qui adsistebant ei obtulerunt eum: et data est ei potestas regia et omnes reges terrae per genus et omnis claritas seruiens ei, et potestas eius aeterna quae non auferetur et regnum eius non conrumpetur. Item apud Esaiam: Nunc exurgam, dicit Dominus, nunc clarificabor, nunc

4 Os. 6, 2. 5 Ex. 19, 10 sq. 8 Matth. 16, 4. 15 Dan. 7. 13 sq. 21 Es. 33, 10 sq.

1 auferet *WMB* 2 ponam *W* eam a me *B* et potestatem . . . eam *om. W* 6 uiuificauit *AB*, uiuicabit *L* tertio resurgemus *scripsit Erasmus* 7 discende *A* et *om. W* 8 populo *v* et (*ante* sanctifica) *om. A* uestem suam *WLBv* 9 perennum *W* diem *om. B* enim *om. B* 10 monte *M* progentes nequa *W* 12 signum *om. B*, *s. l. m. 2 A* uentrem *A* coeti *AW* 13 et *ex* est *A* et (*ante* filius) om. *v*, *s. l. posuit L* 14 in corde terrae *ponit post* hominis *v* 16 potestas eius potestas *B* 17 daniel *B*, danielum *M*[1] noctes *L*[1], noctis *B* 18 ueterem] uenerem *A* 19 ei *om. WLMB* 21 seruient *B* 22 corrumperetur *B*

exaltabor: nunc uidebitis, nunc intellegetis, nunc confundemini, uana erit fortitudo spiritus uestri, ignis uos consumet. Item in psalmo CVIIII: Dicit Dominus Domino meo: sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. uirgam uirtutis tuae emittet Dominus ex Sion, et dominaberis in medio inimicorum tuorum. Item in Apocalypsi: Et conuersus respexi, ut uiderem uocem quae mecum loquebatur. et uidi septem candelabra aurea et in medio candelabrorum similem Filio hominis uestitum poderem et erat praecinctus supra mamillas zonam auream: caput autem eius et capilli erant albi uelut lana aut nix, et oculi eius ut flamma ignis et pedes eius similes aurichalco sicut de fornace ignea et uox eius ut sonus aquarum multarum. et habebat in dextera sua septem stellas et ex ore eius gladius utrimque acutus exiebat et facies eius splendebat ut sol in uirtute sua: et cum uidissem eum, cecidi ad pedes eius tamquam mortuus, et inposuit super me dexteram suam dicens: noli timere, ego sum primus et nouissimus et uiuus qui fueram mortuus et ecce sum uiuens in saecula saeculorum et habeo claues mortis et inferorum. Item in euangelio Dominus dicit post resurrectionem: Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra: ite ergo et docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, docentes eos obseruare omnia quaecumque praecepi uobis.

3 Ps. 109. 1 sq. 6 Apoc. 1. 12 sq. 20 Matth. 28, 18 sq.

1 nunc *om.* *A* intellegitis *ALM* non confundemini *W* 3 dixit *WLv* ad *ex* a *W* 4 donec] quoadusque *LMv* scabillum *A*, subpedaneum *WLv* 5 emittit *A*, mittet *LBv* d̃s *ML*² ex] a *Lv* dominaueris *A* 6 medio *ex* dio *W* conuersus *ex* conuersi *A m. 2* 7 respexit *L*¹ 8 uidi *ex* ud *W* aureorum (et in m. candelabrorum *om.*) *B* simile *W* 9 filium *M*¹ poderem *M*, podere *W*²*B*, phoderẽm *A*², pudorem *LA*¹, pudore *W*¹ mammas *LMB* 11 lana alba *W* aut nix *ex* aux *W* similis *L* 12 auricalco *A*²*M*, aurocalco *A*¹, aurochalco *WL* igne *B*, ignis *Wv* **ut *M* 13 VII stelas *W* 14 utrimque *WBL*², utrisque *A*, utrumque *L*¹, ex utraque parte *Mv* exibat *v* et *om.* *A* ut] et *W* ut sol *om.* *M*; sol *om.* *L* 15 ad] ante *M* 16 et *om.* *L* posuit *WMB*, exposuit *L* dextram *B* 18 clabes *M*¹ 20 post res. discipulis dicit *v* potestas omnis *A* 21 gentes omnes *W* baptizantes] tinguentes *B*; tingentes eos *L s. l. m. 2* 22 fili *M* seruare *B* 23 praecepi *W sed* ce *ex corr.*, mandaui *B*

Qvod perveniri non possit ad devm patrem nisi per filivm eivs iesvm christvm.

27 In euangelio: Ego sum uia et ueritas et uita. nemo uenit ad patrem nisi per me. Item illic: Ego sum ianua: per me si qui introierit, saluabitur. Item illic: Multi prophetae et iusti concupierunt uidere quae uidetis et non uiderunt et audire quae auditis et non audierunt. Item illic: Qui credit in filium habet uitam aeternam: qui non dicto audiens est filio non uidebit uitam, sed ira Dei manebit super eum. Item Paulus apostolus ad Ephesios: Et cum uenisset, adnuntiauit uobis pacem his qui longe et pacem his qui prope, quia per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Item ad Romanos: Omnes enim peccauerunt et egent claritatem Dei, iustificantur autem dono ipsius et gratia per redemptionem quae est in Christo Iesu. Item in epistula Petrus apostolus: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo. Item illic: In hoc enim et mortuis praedicatum est, ut suscitentur. Item in epistula Iohannes apostolus: Qui negat filium neque patrem habet: qui confitetur filium et filium et patrem habet.

Qvod ipse ivdex ventvrvs sit.

28 Apud Malachiam: Ecce dies Domini uenit ardens uelut clibanus: eruntque omnes alienigenae et omnes iniqui stipula, et

3 Io. 14, 6. 4 Io. 10, 9. 5 Matth. 13, 17. 7 Io. 3, 36. 10 Eph. 2, 17 sq. 12 Rom. 3, 23 sq. 15 I Petr. 3, 18. 17 I Petr. 4, 6. 18 I Io. 2, 32. 22 Mal. 4, 1. (LXX)

1 peruenire *M*¹ 2 iesum *om. A* 3 et (*ante* ueritas) *om. M* 4 ianua] ostium *WLBv* si *om. WB* 5 quis *AMr* siquis per me *M* 6 cupierunt *WMBr* 7 audistis *M* illic *om. B* 8 non dicto *scripsi*, indicto *ALMB*, dicto non *r*, non *W* audiens est] inobaudiens est *M*, credit *W* in filium *v* uidebit *A*, habebit *LMB*, habet *Wv* 9 apostolus *om. WLMBr* 10 ad] apud *v* effesios *A*, epheseos *L* his *om. L*, iis *M*¹ 11 hiis *L*, iis *M*¹ qui *om. L* accessum] pacem *WMB*, *om. L* 13 claritate *WLM*²*v* iustificatur *W*, iustificati *B* 14 redemptione *L* christum iesum *B* 15 item *om. M* petrus apostolus *A*, petri *WLMB* 16 nostris *om. LM* ut] et *W* ut nos *M s. l. m. 2* 17 item illic *om. B* 18 apostolus *om. WLMBr* 19 qui... habet *om. B* 22 malachym *W*, malachian *M* 23 alieniginae *AW*

succendet illos aduenieus dies, dicit Dominus. Item in psalmo XLVIIII: Deus deorum Dominus locutus est et uocauit terram a solis ortu usque ad occasum, ex Sion species decoris eius. Deus manifeste ueniet Deus noster et non silebit. ignis in conspectu eius ardebit et in circuitu eius tempestas ualida. aduocauit caelum susum et terram discernere populum suum. congregate illi iustos eius qui ordinant testamentum eius super sacrificia: et adnuntiabunt caeli iustitiam eius, quoniam Deus iudex est. Item apud Esaiam: Dominus Deus uirtutum prodibit et comminuet bellum: excitabit certamen et clamabit super inimicos suos cum fortitudine: tacui, numquid semper tacebo? Item in psalmo LXVII: Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius et fugiant qui oderunt eum a facie eius. sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei, et iusti epulentur et exultent in conspectu Dei et delectentur in laetitia. cantate Domino, psalmum dicite nomini eius, iter facite ei qui ascendit ad occasum, Dominus nomen est ei. turbabuntur a facie eius patris orphanorum et iudicis uiduarum. Deus in loco sancto suo, Deus qui habitare facit unanimes in domo. qui educet

2 Ps. 49, 1 sq. 9 Es. 42, 13 sq. 12 Ps. 67, 2 sq.

1 succendent *A* 2 loquitus *W*, loquutus *L* 3 ob ortu (hortu *W*) solis *WLM* ad] in *WL* ex] a *WLM* 4 manifestus *L* in conspectu eius] ante eum *WLMv* 5 tempestas ualida] procella nimia *LMv* uocauit *WLM* 6 sursum *ALv* discernere] ut separet *Mr*, ut separaret *WL* congregate] colligite *WLMv* 7 iustos] scos *A* eos qui *LMv* ordinant] disponunt *WLMv* super sacrificia] in sacrificiis *WLMv* 8 adnuntiauerunt *A* 9 dnẽ *L* deus *om. W* prodiuit *ALMB* et *om. L* 10 excitauit *LM* clamauit *M* 11 taeui quidem *M* 12 dissipentur] dispargantur *WL*, dispaergantur *M* 13 eum oderunt *WLM* a facie eius *ponit post* fugiant *Bv* sicut] quomodo *LM* defecit *AW* sicut] quomodo *WLM* 14 fluit] tabescit *WLMr* a facie dei *M s. l. m. 2* 15 aepulentur *A*, iocundentur *MB*, iucundentur *WLv* et *om. A* delectentur *A*, laetentur *WMBr* laetitia *AB*, iocunditate *WMv* et delectentur. .domino *om. L* 16 deo *WMr* psalmum dicite *AB*, psallite *WLMv; cf. testim. II 6* iter] uiam *WLM* ei] et *W* 17 ad] in *WLMv*, super *B* deus *WLr* est *om Lv* ei] illi *WLMB* *post* ei *inserunt AB*: gaudete (et laetamini *B*) in conspectu eius 18 patres *WBM*[1] iudices *WBM*[1] dns *B* 19 inhabitare *LMv* fecit *A* unianimes *AW*, unius moris *B* qui educit *B*. producens *WLMv*

uinctos in fortitudine, similiter eos qui in iram prouocant, qui habitant in sepulchris. Deus, cum egredieris coram populo tuo, dum transgredieris in deserto. Item in psalmo LXXXI: Exurge, Deus, iudica terram, quoniam tu disperdes in omnibus gentibus. Item in euangelio secundum Matthaeum: Quid nobis et tibi, fili Dei? quid huc uenisti ante tempus perdere nos? Item secundum Iohannem: Nihil pater iudicat sed omne iudicium filio dedit, ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. qui non honorificat filium non honorificat patrem qui misit eum. Item Paulus apostolus ad Corinthios secunda: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut reportet unusquisque sui corporis propria secundum quae egit siue bona siue mala.

Qvod ipse sit rex in aeternvm regnatvrvs.

29 Apud Zachariam: Dicite filiae Sion: ecce rex tuus uenit tibi iustus et saluans, mitis, sedens super asinum indomitum. Item apud Esaiam: Quis nuntiabit uobis locum illum aeternum? ambulans in iustitia et manus abstinens a muneribus, grauans aures, ut non audiat iudicium sanguinis, et conprimens

4 Ps. 81, 8. 5 Matth. 8, 29. 7 Io. 5, 22 sq. 11 II Cor. 5, 10. 15 Zach. 9, 9. 17 Es. 33. 14 sq.

1 uictos *W*[1] fortitudine] uirtute *WLMv* qui....prouocant *om. WLM* ira *A* 2 inhabitant *WLMv* in *om. M* sepulchris] monumentis *WLMv* cum] dum *Bv* egredieris] prodires *LMv*, prodieris *W* coram populo tuo] in conspectu populi tui *WLMv* 3 dum transgrederis *A*, in transeundo *WLMv* deserto] eremo *M*, heremum *WL* LXXXI] LXXX *LM* 4 terra *B* disperdes *A*, exterminabis *LMBv*, hereditabis *W*: *cf. August ad h. l.:* Nec praetereundum, quod nonnulli codices habent: 'quoniam tu hereditabis' omnes gentes *M* 6 tibi iesu *M* dei *A*, dauid *WLMBv* quod *B*, qui *W* hoc *LBM*[1] perdere *AM*, punire *WLBv* 7 omnem iudicium *L*, iudicium omne *v* 8 dedit filio *B* 9 honorifica*t *A* n *eras* eum misit *WLMBv* 10 item *om. B* paulus apostolus *A*, paulus *B*, in epistula pauli *WLMv* 11 secunda] . II . *L s. l. m. 2* ante...reportet *L s. l. m. 2* 12 propria *om. A* egit; *cfr. testim. III 56* 15 zacchariam *A*, zacharian *WM* 16 supra *B* 17 qui *W* quis nuntiauit uobis quia ignis ardet quis nuntiauit *LMB nisi quod L* nuntiabit *exhibet utroque l.* sanctum aeternum *W* 18 iustitiam *WLM*[1] 19 sanguis *A*

oculos suos, ne uideat iniustitiam, hic habitabit in alta spelunca petrae fortis: panis illi dabitur et aqua eius fidelis. regem cum claritate uidebitis. Item apud Malachiam: Rex magnus sum ego, dicit Dominus, et nomen meum inlustre est apud gentes. Item in psalmo secundo: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius praedicans praeceptum Domini. Item in psalmo XXI: Reminiscentur et conuertentur ad Dominum uniuersi fines terrae et adorabunt in conspectu eius omnes patriae gentium: quoniam Domini est regnum et ipse dominabitur gentium. Item in psalmo XXIII: Tollite portas, principes, uestri et eleuamini, portae aeternales, et introibit rex gloriae. quis est iste rex gloriae? Dominus fortis et potens, Dominus potens in proelio. tollite portas, principes, uestri et eleuamini, portae aeternales, et introibit rex gloriae. quis est iste rex gloriae? Dominus uirtutum ipse est rex gloriae. Item in psalmo XLIIII: Eructauit cor meum uerbum bonum, dico ego opera mea regi. lingua mea calamus scribae uelociter scribentis. speciosus forma prae filiis hominum, diffusa est gratia in

3 Mal. 1, 14. 5 Ps. 2, 6 sq. 7 Ps. 21, 28 sq. 10 Ps. 23, 7 sq. 16 Ps. 44, 2 sq.

1 uideant *B* iniustitia *W* hic *om. W* habitauit *W*, inhabitauit *L*, inhabitabit *MBv* 3 claritatem *M*[1] apud *om. B* malachian *M*, malachiel *B* 4 meum] magnum *M* 5 item *om. M* 6 praedicans praeceptum dni *A*, adnuntians imperium eius (ipsius *Lv*) *WLMBv* 7 XXI] XX *v* reminiscentur *A*, commemorabuntur *WLMBv* 8 deum *W* uniuersae fines *A*, omnes termini *WLMBv* eius *A*, tuo *W*[2] *LMBv*, tu *W*[1] 9 ipse *om. WLMB* 10 omnium gentium *WLMBv* tollite] auferte *LBv* 11 principis *BW*[2] uestri *AWB*, uestrum *L*, uestras *Mv* eleuamini *AM*, extollimini *LB*, extollemini *W* aeternae *L* 12 gloriae] claritatis *Lv* istae *W*[1] gloriae] claritatis *Lv* potens et fortis *B* dominus...potens *om. M* 13 potens *AB*, fortis *WLMv* tollite *AM*, auferte *WLv*; tollite...*l. 15* iste rex gloriae *om. B* uestri *AW*, uestrum *L*, uestras *Mv* 14 eleuamini *AM*, extollimini *Lv*, extollemini *W* aetertanales *W*, aeternae *L* gloriae] claritatis *Lv* quis e. i. r. gloriae *om. LM*, *s. l. m. 2 W nisi quod* iste *om.* 15 gloriae] claritatis *v* deus *B* gloriae] claritatis *LMv* 16 XLIIII] XLIII *L*, XIIII *B* eructuabit *B* uerbum] sermonem *Lv* bonum *om. A* 17 scribae] scriptoris *Lv* uelociter] acute *Lv* scribens *L* 18 speciosus forma] decorus specie *LMv* prae filiis] super filios *LMv* diffusa] diffasa *W*, effusa *LMv*

labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum. adcingere gladium tuum circa femur, potentissime specie et pulchritudine tua, et intende et prospere procede et regna propter ueritatem et mansuetudinem et iustitiam. Item in psalmo V: Rex meus et Deus meus, quoniam ad te orabo, Domine, mane et exaudies uocem meam, mane adstabo tibi et uidebo. Item in psalmo XCVI: Dominus regnauit, exultet terra, laetentur insulae multae. Item in psalmo XLIIII: Adstitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato, circumamicta uarietatem. audi, filia, et uide et inclina aurem tuam et obliuiscere populum tuum et domum patris tui, quoniam concupiuit rex speciem tuam, quia ipse est Dominus Deus tuus. Item in psalmo LXXIII: Deus autem rex noster ante saecula, operatus est salutem in medio terrae. Item in euangelio secundum Matthaeum: Et cum Iesus natus esset in Bethleem Iudaeae in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente uenerunt Hierosolymam dicentes: ubi est qui natus est rex Iudaeorum? uidimus enim stellam eius in orientem et uenimus adorare eum. Item secundum Iohannem dixit Iesus: Regnum meum non est de isto saeculo: si

4 Ps. 5, 3 sq. 7 Ps. 96, 1. 8 Ps. 44, 10 sq. 12 Ps. 73, 12. 14 Matth. 2, 1 sq. 19 Io. 18, 36 sq.

1 te *om. L* aeternum] saecula *WLMv* 2 gladium tuum] ensem tuum *WLM*, ense tuo *v* circum *B*, ad *WLMv* specie et (et et *B*) pulchritudine tua *AB*, decori (decores *M*[1], decore *M*[2]) et speciei (specie *WLM*[2], species *M*[1]) tuae (tua *M*[2]) *WLMv* 3 et prospere procede *B*, procede *A*, et dirige *WLMv* lenitatem et ueritatem *WLM* et mansuetudinem *om. WML* 4 Item in...*l. 6* uidebo *om. M* V] IIII *L* 5 mane *om. A* et *om. v* 6 adstabo] adsistam *WLv* uidebo] contemplabor te (te *om. L*) *LWv* 7 XCVI] **XCIII *A*, LXXXV *LB* laetentur *A*, iocundentur *WLMBv* 8 adstetit *AL*, adsistit *M* a dextris tuis] ad dexteram tuam *WLMv* uestitu deaurato] ueste inaurata *WLMv* 9 circumamicta *A*, circumornata *B*, amicta est *WMv*, *om. L* uarietatem *W*, uarietate *AMv*, et uariata *B*, *om. L* 10 populi tui *Lv* domus *Lv* 11 concupiuit] desiderauit *WLMv* 12 deus *om. LMB* LXXIII] LXXII *L* 13 saeculum *LMBv* 15 esset et *W* bethlem *AWL*, bethlehem *B* iudae *WMv* 16 hierussolimam *W*, hierosolima *AL* 17 uidemus *W*[1] orientem *AWM*[1], oriente *LBM*[2]*v* 18 eum] illum *WB* item *om. M* in euangelio cata *WMB*

de isto saeculo esset regnum meum, ministri mei turbarentur ne traderer Iudaeis: nunc autem regnum meum non est hinc. dixit Pilatus: ergo rex es tu? respondit Iesus: tu dicis quoniam rex sum: in hoc natus sum et in hoc ueni in saeculum, ut testimonium dicam ueritati. omnis qui est de ueritate audit uocem meam.

QVOD IPSE SIT ET IVDEX ET REX.

Item in psalmo LXXI: Deus, iudicium tuum regi da et 30
iustitiam tuam filio regis iudicare populum tuum in tua iustitia. Item in Apocalypsi: Et uidi caelum apertum, et ecce equus albus, et qui sedebat super eum uocabatur fidelis et uerus. aequum iustumque iudicat et proeliatur: oculi autem eius erant tamquam flamma ignis et super caput eius diademata multa et portabat nomen scriptum nemini alii nisi sibi notum: et erat coopertus uestem sparsam sanguineam et dicitur nomen eius uerbum Dei: et exercitus qui sunt in caelo sequebantur eum in equis albis induti byssinum album mundum, et de ore eius exiebat gladius acutus, ut ex eo percuteret nationes quas ipse pasturus est in uirga ferrea, et ipse calcabit torcular uini irae Dei omnipotentis. habet etiam in ueste et in femore suo nomen scriptum: rex regum et dominus dominorum. Item in euangelio: Cum uenerit filius hominis in claritate sua et omnes angeli cum

8 Ps. 71, 1 sq. 10 Apoc. 19, 11 sq. 22 Matth. 25, 31 sq.

1 de seculo esset *L*, esset de hoc mundo *W* 2 hinc non est *B* 3 quoniam ego *WMB* 4 in] ego in *v* et] ego *Oxon.* 5 dicam] perhibeam *v* ueritatis *LB* 7 et *post* sit *om. MBv* 8 LXXI] LXX *L* da regi *B* 9 tua *om. LMv*, tuam *W* iustitiam *W* 10 aequus *W* 12 iustum quae *AWL* iudicans *WB; cfr. testim. II 3* proeliator *BA*[1] 14 est nemini *W*[2] 15 ueste *B* sparsam] adspersam *v*, conspersa *B* sanguine *WLMBv* 17 aequis *AL* et induti *LM* mundum *om. A* album *om. L* eius *W m. 2 in margine* exibat *v* 18 utrimque (exutrimque *B*, ex utraque parte *M*) acutus *WMBv* percuteres *A* qua *W*; quas....ferrea *om. B* pasciturus *Mv* 19 est] et *A*, esset *M* calcauit *MB* torcolar *W* 20 et iam *W* uestitu *M* faemore *A* 21 regnum *W* dominorum] dominantium *MBv* 22 et *om. W*

eo, tunc sedebit in throno claritatis suae et colligentur ante eum omnes gentes: et segregabit illos ab inuicem, quemadmodum pastor segregat oues ab haedis, et statuet oues a dextera sua, haedos autem a sinistra. tunc dicet rex eis qui a dextera sua sunt: uenite, benedicti patris mei, percipite quod uobis paratum est regnum ab origine mundi: esuriui enim et dedistis mihi manducare, sitiui et potastis me, hospes fui et abduxistis me, nudus et texistis me, infirmatus sum et uisitastis me, in carcere fui et uenistis ad me. tunc respondebunt ei iusti dicentes: Domine, quando te uidimus esurientem et pauimus, sitientem et potauimus? quando te uidimus hospitem et abduximus, nudum et uestiuimus? quando autem te uidimus infirmari aut in carcere et uenimus ad te? et respondens rex dicet eis: amen dico uobis, quamdiu fecistis uni horum ex fratribus meis minimis, mihi fecistis. tunc dicet illis qui a sinistra sunt: discedite a me, maledicti, in ignem aeternum quem parauit pater meus diabolo et angelis eius. esuriui enim et non dedistis mihi manducare, sitiui et non potastis me, hospes fui et non abduxistis me, nudus et non uestistis me, infirmus et in carcere et non uenistis ad me. tunc respondebunt et ipsi dicentes: Domine, quando te uidimus esurientem aut sitientem aut hospitem aut nudum aut infirmum aut in carcere et non ministrauimus tibi? et respondebit illis: amen dico

1 tunc *W sed* t *et* c *ex corr.* 2 segregauit *L* 3 et *om. L* a *A*, ad *WLMBv* dexteram suam *WMBv* 4 ad sinistram (senestram *A*) *AWMBv* dicit *WB* a *AL*, ad *WMBv* dexteram suam *WMB*, dexteram eius *v* sunt] erunt *Mv* 5 regnum] *om. M*, *post* percipite *ponit Wv* 6 esuri AW^1 7 abduxistis] adduxistis *Mv* me *om. AL* nudus et tex. me *om. M* 8 me *om. AL* infirmus (sum *om.*) *v* carcerem *A* 9 ei] et ABM^1, *expunxit* M^2 10 et...sitientem *om. A* putabimus *A* quando autem *WMBv* 11 hospitem...*l. 12* te uidimus *om. W* adduximus *Mv* uestituimus *A* quando ..uidimus *om. M* 12 infirmum *v*, infirmari et uisitauimus *WMB* aut] et *WLB*, *om. M* carcerem *AW* inuenimus *W* 13 respondet *M* et dicet *M sed* et *s. l. m. 2*, dicit *AW* amen amen *B* 14 eorum *B* dicit *WB* eis *M* 15 a] ad *AWLMB* sinistram WBL^2, sinistram suam *M*, sinistram eius *v* sunt] erunt *v*, *om. LB* 16 praeparauit *L sed* prae *exp. m. 2* eius] eis *B* 18 adduxistis *Mv* 19 carcerem *A* uenistis ad] uisitastis *Lv* 20 aut sitientem *om. B* 21 carcerem ABM^1 22 ministrauimus tibi *A*, uisitauimus te *WLMB* respondet *M*, respondit *B* illis rex *W*

uobis, quamdiu non fecistis uni ex minimis his, neque mihi fecistis. et ibunt isti in ignem aeternum, iusti autem in uitam aeternam.

LIBER TERTIVS.

CYPRIANVS QVIRINO FILIO SALVTEM.

Pro fide ac deuotione tua, quam Domino Deo exhibes, fili carissime, petisti, ut ad instruendum te excerperem de scripturis sanctis quaedam capitula ad religiosam sectae nostrae disciplinam pertinentia, lectionis diuinae succinctam diligentiam quaerens, ut animus Deo deditus non longis aut multis librorum uoluminibus fatigetur, sed eruditus breuiario praeceptorum caelestium habeat ad fouendam memoriam suam salubre et grande conpendium. et quia tibi plenum dilectionis obsequium debeo, feci quod petisti, ut laborarem semel, ne tu semper laborares. quantum potuit itaque mediocritas nostra conplecti, collecta sunt a me quaedam praecepta dominica et magisteria diuina quae esse et facilia et utilia legentibus possint, dum in breuiarium pauca digesta et ueIociter perleguntur et frequenter iterantur. opto te, fili carissime, semper bene ualere.

1 his] istis *A* 2 abibunt *LMBv* isti] hi *B* ignem aeternum *A*, ambustionem aeternam *WLMBv* ad Quirinum de sacramento christi explicit liber II incipit liber III *A*, ad Quirinum liber II explicit *W*, ad Quirinum liber II de sacramento exp̄. incip̄. ad eundem liber III. breuiarii de capitulis mandatorum dei ad christianae religionis disciplinam pertinentibus incip̄. epla XIIII *B*, Caecili Cipriani ad Quirinum liber II exp̄ incip̄ ad eundem excerpta capitulorum numero LXX *M*, incipit liber tertius *L*

5 quirino] cyrino *V* 7 exercerperem *L* 9 succintam *A*[1] 12 fouendum *B* 13 feci *ex* fecisti *L* 17 et (*ante* facilia) *om.* *WMBv* legentibus] gentibus *B* 18 leguntur *B* 19 fili *om.* *W* k͠mi *B* exp̄ epistola incip̄ cap̄ CXX *B*

CAPITVLA.

I. De bono operis et misericordiae.
II. In opere et eleemosynis, etiamsi per mediocritatem minus fiat, ipsam uoluntatem satis esse.
III. Agapem et dilectionem fraternam religiose et firmiter exercendam.
IIII. In nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit.
V. Humilitatem et quietem in omnibus tenendam.
VI. Bonos quosque et iustos plus laborare sed tolerare debere, quia probantur.
VII. Non contristandum Spiritum sanctum quem accepimus.
VIII. Iracundiam uincendam esse, ne cogat delinquere.
VIIII. Inuicem se fratres sustinere debere.
X. In Deum solum fidendum et in ipso gloriandum.
XI. Eum qui fidem consecutus est exposito priore homine caelestia tantum et spiritalia cogitare debere nec adtendere ad saeculum, cui iam renuntiauit.
XII. Non iurandum.
XIII. Non maledicendum.
XIIII. Numquam mussitandum, sed circa omnia quae accidunt benedicendum Deum.
XV Ad hoc temptari homines a Deo, ut explorentur.
XVI. De bono martyrii.
XVII. Minora esse quae in saeculo patimur quam sit praemium quod promissum est.
XVIII. Dilectioni Dei et Christi nihil praeponendum.
XVIIII. Voluntati non nostrae sed Dei obtemperandum.
XX. Fundamentum et firmamentum spei et fidei esse timorem.

3 aelemosynis *AW*, elemosinis *LM* 5 agapen *B* 6 exercenda *W* 7 inullo *A* sint *W* 8 et *om.* *W* 9 quoque *AW*[1]*M* sed tolerare *om.* *W* 10 deberem *W*[1] 13 ne] non *L*, ut non *B* 15 deo *B* glorificandum *A* 16 expositio *B* 18 renuntiauimus *WLMB* 21 numq. mussit. *om.* *W* circa] ad *V* 22 accedunt *A*, accidant *L* benecendum *W* 23 dño *W* a deo homines *L* ut *om.* *W* explorentur *A*; *cfr. h. l. c. 15,* probentur *WLMBv* 27 et] ac *W* perperonendum *W* (u *corr. m. 2*) 28 uoluntate dei non nostrae *A*

XXI. Non temere de altero iudicandum.
XXII. Accepta iniuria remittendum et ignoscendum.
XXIII. Vicem malis non reddendam.
XXIIII. Non posse ad patrem ueniri nisi per Christum.
XXV. Ad regnum Dei, nisi baptizatus et renatus quis fuerit, peruenire non posse.
XXVI. Parum esse baptizari et eucharistiam accipere, nisi quis factis et opere proficiat.
XXVII. Baptizatum quoque gratiam perdere quam consecutus sit, nisi innocentiam seruet.
XXVIII. Non posse in ecclesia remitti ei qui in Deum deliquerit.
XXVIIII. De odio nominis ante praedictum.
XXX. Quod quis Deo uouerit cito reddendum.
XXXI. Eum qui non crediderit iam iudicatum esse.
XXXII. De bono uirginitatis et continentiae.
XXXIII. Nihil patrem iudicare sed filium et patrem ab eo non honorificari, a quo non honorificetur filius.
XXXIIII. Fidelem gentiliter uiuere non oportere.
XXXV. Deum ad hoc patientem esse, ut nos paeniteat peccati nostri et reformemur.
XXXVI. Mulierem ornari saeculariter non debere.
XXXVII. Fidelem non oportere ob alia delicta nisi ob nomen solum puniri.
XXXVIII. Seruum Dei innocentem esse debere, ne incidat in paenam saecularem.
XXXVIIII. Datum nobis esse exemplum uiuendi in Christo.
XL. Non iactanter nec tumultuose operandum.
XLI. Inepte et scurriliter non loquendum.

1 timere *AW* 2 dimittendum *A*, praetermittendum *V* 3 reddendam] referendam *AVLB* 4 uenire *WLMB*, perueniri *v* 5 et quis *L*, qui *M*[1] 7 eucharisteam *A* 8 opera *A*, operibus *B* 11 eclesiam *W* ei] et *W s. l. m. 2* dño *WM*, deo *B* delinquerit *W* 13 ante praedictum] at terra edictum *W* 14 quis] quia *W* 17 patre *B* iudicari *W* patre *W*[1] 18 honorificatur *B*, honorificaetur *W* 19 gent. uiuere] gentiliuere *W* oportere] debere *W* 20 peccatis nostris *B* 22 seculariter ornari *W* 23 oportere] debere *W* delecta *AW*[1] nisi] sed *B* 24 puniri] occidi *V* 25 innocente *W* incedat *A* 26 poenam *W sed* am *s. l. m. 2* 27 esse *om. W* christum *B* 28 tumultuse *W* 29 scur*iliter *L*

XLII. Fidem in totum prodesse et tantum nos posse quantum credimus.

XLIII. Posse eum statim consequi qui uere crediderit.

XLIIII. Fideles inter se disceptantes non debere gentilem iudicem experiri.

XLV. Spem futurorum esse et ideo fidem circa ea quae promissa sunt patientem esse debere.

XLVI. Mulierem in ecclesia tacere debere.

XLVII. Delicto et merito nostro fieri, ut laboremus nec Dei opem in omnibus sentiamus.

XLVIII. Non faenerandum.

XLVIIII. Inimicos quoque diligendos.

L. Sacramentum fidei non esse profanandum.

LI. Quod nemo in opere suo extolli debeat.

LII. Credendi uel non credendi libertatem in arbitrio positam.

LIII. Dei arcana perspici non posse et idcirco fidem nostram simplicem esse debere.

LIIII. Neminem sine sorde et sine peccato esse.

LV. Non hominibus sed Deo placendum.

LVI. Deum nihil latere ex his quae geruntur.

LVII. Fidelem emendari et reseruari.

LVIII. Neminem contristari morte debere, cum sit in uiuendo labor et periculum, in moriendo pax et resurgendi securitas.

LVIIII. De idolis quae gentiles deos putant.

LX. Ciborum nimiam concupiscentiam non adpetendam.

LXI. Possidendi concupiscentiam et pecuniam non adpetendam.

LXII. Matrimonium cum gentilibus non iungendum.

LXIII. Grauius delictum esse fornicationis.

1 fide *B* in *om.* *AWLB* prodeesse *A* nos] non *L* 6 fidelem *W* eam quae *L*, eaq. *A* 8 deberem *W* 9 non uene dilecto W^1, delicto W^2 14 operae *W* 17 archana LBM^2 idcirco] ideo *M* 19 esse et si peccato *W* 21 gerentur *B*, gerantur M^1 22 fidele* *M* m *eras.* 23 nemini *B* mortem *WB* uidendo M^1 24 in *om.* *W* resurgendo L^1 26 putent *L* 30 cum gentibus *WB*, gentibus *A* ***iungendum *M* (con *erasum*) 31 grauem *W*, graue *Bv* fornicationem *W*

LXIIII. Quae sint carnalia quae mortem pariant et quae spiritalia quae ad uitam ducant.

LXV. Omnia delicta in baptismo deponi.

LXVI. Disciplinam Dei in ecclesiasticis praeceptis obseruandam.

LXVII. Praedictum quod disciplinam sanam aspernaturi essent.

LXVIII. Recedendum ab eo qui inordinate et contra disciplinam uiuat.

LXVIIII. Non in sapientia mundi nec in eloquentia esse regnum Dei sed in fide crucis et uirtute conuersationis.

LXX. Parentibus obsequendum.

LXXI. Patres quoque asperos esse circa filios non oportere.

LXXII. Seruos, cum crediderint, plus dominis carnalibus seruire debere.

LXXIII. Item dominos mitiores esse debere.

LXXIIII. Viduas probatas quasque honorandas.

LXXV. Suorum et maxime fidelium curam plus unumquemque habere debere.

LXXVI. Maiorem natu non temere accusandum.

LXXVII. Peccantem publice obiurgandum.

LXXVIII. Cum haereticis non loquendum.

LXXVIIII. Innocentem fidenter petere et inpetrare.

LXXX. Nihil licere diabolo in hominem, nisi Deus permiserit.

LXXXI. Mercedem mercennario cito reddendam.

LXXXII. Non augurandum.

LXXXIII. Cirrum non habendum.

LXXXIIII. Non uellendum.

2 ducunt *L* 8 et *om. W* 9 uiuant *W* 10 insipientia *A* in (*ante* eloq.) *om. M* 14 esse *om. L* circa filios asperos esse *A* oportet *ALv* 15 LXXII] LXXIII *W* 17 LXXIII.... debere *om. W* item *om. B* 18 quas *W* 19 LXXV] LXX *W* 20 debere habere *AW* 22 peccandum *W* 24 innocentiam *LMB*W^2*v*, innocentia W^1 inpetrare] interpretare *W* 25 diaboli *A* homine *WMB* 27 mercennarii *A* 28 oigorandum *A*, agurandum W^1, auguriandum *B* 29 circum *A* non *AWVLB*. in capite non *Mv* 30 uallendum *A*

LXXXV. Surgendum, cum episcopus aut presbyter ueniat.

LXXXVI. Schisma non faciendum, etiamsi in una fide et in eadem traditione permaneat qui recedit.

LXXXVII. Fideles simplices cum prudentia esse debere.

LXXXVIII. Fratrem non circumueniendum.

LXXXVIIII. Subito uenire finem mundi.

XC. Vxorem a uiro non recedere aut, si recesserit, innuptam manere.

XCI. Tantum unumquemque temptari quantum potest sustinere.

XCII. Non quicquid licet esse faciendum.

XCIII. Praedictum quod haereses futurae essent.

XCIIII. Cum timore et cum honore eucharistiam accipiendam.

XCV. Bonis conuiuendum, malos autem uitandos.

XCVI. Factis, non uerbis operandum.

XCVII. Ad fidem et ad consecutionem properandum esse.

XCVIII. Catechumenum peccare iam non debere.

XCVIIII. Iudicium secundum tempora futurum uel aequitatis ante legem uel legis post Moysen.

C. Gratiam Dei gratuitam esse debere.

CI. Spiritum sanctum in igne frequenter apparuisse.

CII. Correptionem bonos quosque libenter audire debere.

CIII. A multiloquentia temperandum.

CIIII. Non mentiendum.

CV. Frequenter emendandos qui delinquunt in domestico ministerio.

CVI. Iniuria accepta patientiam tenendam et ultionem Deo relinquendam.

1 episcopis *M*[1] presbier** *M* (is *erasum*) 2 scisma *AW*, scismatha *M* 3 eandem *A* recedit] credit *W* 5 frater *W* circumueniundum *L* 6 fine *A* 7 inuptam *A*[1] 9 temptare *WM*[1] 12 heresis *LBM*, heres *A* 13 cum (*ante* honore) *om. MBv* eucharistia accipiendam *W* 15 conuiuendum *AWVLMB*, conueniendum *v* 17 et ad *LM* et consecutionem et *A* esse *om. M* 18 catecuminum *A*, cathecuminum *L*, cathicuminum *W* iam *om. M* 19 tempore *W*[1] uel *om. v* aequitate *W* 21 C] *om. M* gratuita *W* 22 igni *L*, ignem *W*[1] frequentem *A* 25 metiendum *L* 27 mynisterio *ex* mysterio *L* 28 iniuriam acceptam *WM*[1] ***patientiam *M* (per *erasum*)

CVII. Non detrahendum.
CVIII. Non esse proximo insidiandum.
CVIIII. Infirmos uisitandos.
CX. Susurrones maledictos esse.
CXI. Sacrificia malorum acceptabilia non esse.
CXII. Grauius iudicari de his qui in saeculo plus habuerint potestatis.
CXIII. Viduam et pupillos protegi oportere.
CXIIII. Dum in carne est quis, exomologesin facere debere.
CXV. Adulationem perniciosam esse.
CXVI. Plus ab eo diligi Deum, cui in baptismo plura peccata dimittuntur.
CXVII. Fortem congressionem esse aduersus diabolum et ideo fortiter nos stare debere, ut possimus uincere.
CXVIII. De antichristo quod in homine ueniat.
CXVIIII. Graue fuisse iugum legis quod a nobis abiectum est et leue esse iugum Domini quod a nobis susceptum est.
CXX. Orationibus insistendum.

1 detrahendam *A* 2 infidiandum *A* 4 susurrones et bilingues *A* 5 acceptauilia deo *A* 6 iudicare *M* dehisaeculo *A* 8 uiduas *r* pusillos *A* oporteret *W* 9 cum *B* est] esset *B* exhomologesin *LM*, exolomogesin *A* 10 adolationem *AL* 11 ab eo] a dõ *ex* adeo *A* *m. 2* 12 dimittantar *W* 15 anchristo *A* hominem *M*¹*B* excerpta capitula Rome expliciunt incipit liber III *W*, Caecili Cypriani ad Quirinum excerpta capitulorum libri secundi explicit incipit ad Quirinum liber tertius ~ AXIIM ~ *M*, exp̃. cap̃. incip̃ liber III *B*, incipit liber tertius ad Quirinum *L*

De bono operis et misericordiae.

1 Apud Esaiam: Exclama in fortitudine et noli parcere, sicut tuba exalta uocem tuam, adnuntia plebi meae peccata ipsorum et domui Iacob facinora eorum. me de die in diem quaerunt et cognoscere uias meas concupiscunt, quasi plebs quae iustitiam fecerit et iudicium Dei non deseruerit. postulant a me nunc iudicium iustum et adpropinquare Deo concupiscunt dicentes: quid quia ieiunauimus, et non uidisti, humiliauimus animas nostras, et non cognouisti? in diebus enim ieiunii inueniuntur uoluntates uestrae. aut enim subiectos uobis conpungitis aut ad iudicia et lites ieiunatis aut proximos caeditis pugnis. ut quid mihi ieiunatis, ut hodie audiatur uox uestra in clamore? non hoc ieiunium quod ego elegi et diem humiliare hominem animam suam. tametsi contorseris quasi circulum collum tuum et saccum et cinerem substraueris, nec sic uocabis ieiunium acceptum. non tale ieiunium elegi, dicit Dominus: sed solue omnem nodum iniustitiae, resolue suffocationes inpotentium conmerciorum, dimitte quassatos in requiem et omnem consignationem iniustam dissipa. frange esurienti panem tuum et egenos sine tecto induc in domum tuam. si uideris nudum, uesti et domesticos seminis tui non despicies. tunc erumpet temporaneum lumen tuum et uestimenta tua cito orientur. et praeibit ante te iustitia et claritas Dei circumdabit te. tunc exclamabis, et Deus exaudiet te. dum adhuc loqueris, dicit: ecce adsum. Item in Iob: Conser-

2 Es. 58, 1 sq. 24 Iob. 29, 12 et 13. 15 et 16.

2 exclama inquit *WMBv* 3 exalta *W s. l. m. 2* et annuntia *B* 4 de die in diem] die de die *L* 5 cupiunt *B* 6 et *om. A* deseruerit] dereliquerit *B* a me *AM*², me *WLBM*¹*v* 8 uidisti] audisti *A* 9 enim *om. W* ieiunii uestri *W* uoluptates *WM* 10 subiectos] subditos *B* subpungitis *WLMBv* ad *ex* a *M m. 2* 11 ceditis *AM* pugnus *A* 13 quod *om. Mv* et (in *W*) diem humiliare hominem *AWLB*, nisi humiliet homo *Mv; cf. LXX* 14 tametsi *ALB*, nam et si *W*, et si *Mv* 15 substraueris tibi *A* sic *ex* si *W* uocabit' *W*, uocabitur *MBv* 16 elegi] accepi *W* omne *WL* 17 in potentiam *A* 19 tectu *AW* 21 dispicies *AWL; cfr. h. l. cap. 75* erumpent *L*¹ temporanum *AL* 23 dns *A* 24 dicet *LMBv* item *A*, de hoc ipso *WLMB; tales discrepantias posthac omisi* in *A*, apud *WLMBv*

uaui egenum de manu potentis et pupillo cui non erat adiutor auxiliatus sum. os uiduae benedixit me, cum essem oculus caecorum, pes quoque clodorum ego essem et inualidorum pater. Item in Tobia: Et dixi Tobiae filio meo: uade et adduc quemcumque pauperem inueneris ex fratribus nostris, qui tamen in mente habeat Deum ex toto corde suo. hunc adduc et manducabit pariter meum prandium hoc: ecce sustineo te, fili, donec uenias. Item illic: Omnibus diebus uitae tuae, fili, Deum in mente habeto et noli praeterire praecepta eius. iustitiam fac omnibus diebus uitae tuae et noli ambulare uiam iniquitatis: quoniam agente te ex ueritate erit respectus operum tuorum. ex substantia tua fac eleemosynam et noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. ita fiet, ut nec a te auertatur facies Dei. quomodo habueris, fili, sic fac: si tibi fuerit copiosa substantia, plus ex illa fac eleemosynam: si exiguum habueris, ex hoc ipso exiguo communica. et ne timueris, cum facis eleemosynam: praemium bonum repones tibi in diem necessitatis: quoniam eleemosyna a morte liberat et non patitur ire in tenebras. munus bonum est eleemosyna omnibus qui faciunt eam coram summo Deo. Item in Sapientia Salomonis: Qui pauperum miseretur, Deo faenerat. Item illic: Qui dat pauperibus, non egebit: qui autem auertit oculum suum, in magna inopia erit. Item illic: Eleemosynis et fide peccata purgantur. Item illic: Si esurit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. hoc enim fa-

4 Tob. 2, 2. 8 Tob. 4, 5 sq. 20 Prou. 19, 17. 21 Prou. 28, 27. 23 Prov. 16, 6. 23 Prou. 25, 21 sq.

2 sum *om.* *WB* os] hos *W*[1], *om.* *A* uidiae *W*[1] oculos *AW*[1] caecarum *A* 3 et inu. pater *om.* *B* 4 apud tobiam *WLMB* dix̃ *MB* tobias *M* adduc] adhuc *L* 5 quem *W* 6 habeat *A*, habet *WMB*, habent *L* ex *om.* *A* et] ut *B* manducet *B* 7 meum] mecum *LB* te] et *A* 9 habe *WLMv* preterire *W s. l. m. 2* 10 noli] non *A* 11 ex ueritate ex ueritate *A* 12 elemosinas *B* tuam *om.* *Lv* 13 nec] ne* *W* et habueris *AL* 14 fili *om.* *A* 15 si enim *M* hoc *om.* *A* communia *A*[1] 17 reponis *WLBv* 18 irae *AW*[1] 20 apud solomonem in paroemiis *WMB* paupero *W*, pauperem *L* misetur *A*[1] 21 dñi *AL* non aegebit *A*, numquam indigebit *WLMBv* 22 auertet *A* suum *om.* *WB* magna inopia *A*, multa penuria *WLMBv* 23 peccata] delicta *MB* esurierit *WBv* 24 cibae *M*, pasce *B*, pasces *L* illum] eum *LMBv* et si *WLBv*, *sed in W* si *s. l. m. 2* sitierit *WLMBv* potum da illi *A*, pota eum *W*, potabis eum *LMBv*

ciens carbones ignis superfundes capiti eius. Item illic: Sicut aqua extinguet ignem, sic eleemosyna extinguet peccatum. Item in Prouerbiis: Ne dixeris: uade et reuertere, cras ego dabo, cum possis statim bene facere. non enim scis quid contingat sequenti die. Item illic: Qui obturat aurem ne audiat inbecillum, et ipse inuocabit Deum et non erit qui exaudiat eum. Item illic: Qui conuersatur sine uituperatione in iustitia, beatos filios relinquet. Item in Ecclesiastico: Fili, si habes, bene fac tecum et Deo dignas oblationes offeres, memorare, quoniam mors non tardat. Item illic: Conclude eleemosynam in corde pauperis, et haec pro te exorabit ab omni malo. Item in psalmo XXXVI misericordiam et posteris prodesse: Iuuenior fui et senui et non uidi iustum derelictum nec semen eius quaerens panem. tota die miseretur et faenerat, et semen eius in benedictione erit. Item in psalmo XL: Beatus qui intellegit super egenum et pauperem, in die malo liberabit eum Dominus. Item in psalmo CXI: Disparsit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in saeculum saeculi. Item in Osee: Misericordiam malo quam sacrificium, et agnitionem Dei quam holocaustomata. Item in euangelio secundum Mat-

1 Sir. 3, 30. 3 Prou. 3, 28. 5 Prou. 21, 13. 7 Prou. 20, 7. 8 Sir. 14, 11 sq. 10 Sir. 29, 12. 13 Ps. 36, 25 sq. 15 Ps. 40, 2. 17 Ps. 111, 9. 19 Os. 6, 6.

1 ignis *AW*, uiuos *LMBv* superfundens $M^1 B^1$ capiti] in caput *Mv* 2 extinguit *WBv* sic et *M* extinguit *WLBv*, *om. A* apud eundem in paroemiis *WLMB* 3 uade *A*, abi *WLMBv* reuertere cras. Ego *B* 4 statim *A*, continuo *WLMBv* 5 obdurat *A* aures *WLM*, aures suas *Bv* inbecille *A* 6 inuocabit] inuobit *W* 8 relinquit LMW^2v 9 et] ut *A* dignans *W*, donas *L* offers AM^1, offer *LBv* 10 elemosina *B* 11 orabit *Bv* 12 XXXVI] XXXI *M* misericordiam . . prodesse *om. B* postero *M* prodeesse *A* 13 iunior AL^2v etenim senui *v* 14 neque *WLMB* 15 erit *A*, est *WLMBv* beatus] felix *L* 16 egentem *L* mala *WB* liberauit *A* 17 eum] illum *WLMv* deus *LMv* item *om. B* CXI] centesimo undecimo *L* un *add. m. 2* dispersit *WLB*, distribuit *Mv* 18 manebit *Lv* saeculum saeculi] aeternum *WM* 19 osseae *A*, oseae . I . *L* mallo *L*, magis uolo *WM sed* magis *in Ms. l. m. 2*, uolo magis *v* adagnitionem *L* dei plus *v* 20 holochaustomata *L*

thaeum: Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. Item illic: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Item illic: Thesaurizate uobis thesauros in caelo, ubi neque tinea neque comestura exterminat et ubi fures non effodiunt. ubi enim fuerit thesaurus tuus, illic erit et cor tuum. Item illic: Simile est regnum caelorum homini negotianti quaerenti bonas margaritas: ubi autem inuenerit pretiosam margaritam, uadit et uendit omnia quae habuit et emit illam. Etiam modicum opus prodesse. Item illic: Et qui potauerit unum ex minimis istis calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli, amen dico uobis, non peribit merces eius. Nemini negandam eleemosynam. Item illic: Omni petenti te da et ab eo qui uoluerit mutuari ne te auertas. Item illic: Si uis in uitam uenire, serua mandata. dicit ille: quae? ait illi Iesus: non occides, non moechaberis, non falsum testimonium dices, honora patrem et matrem et diliges proximum tuum tamquam te. dicit illi iuuenis: omnia ista obseruaui. quid adhuc mihi deest? dicit illi Iesus: si uis perfectus esse, uade et uende bona tua et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo et ueni sequere me. Item illic: Cum uenerit filius hominis in claritate sua et omnes angeli cum eo, tunc sedebit in throno cla-

1 Matth. 5, 6 sq. 3 Matth. 6, 20 sq. 6 Matth. 13, 45 sq. 9 Matth. 10, 42. 12 Matth. 5, 42. 14 Matth. 19, 17 sq. 20 Matth. 25, 31 sq.

1 beati...*l. 2* item illic *om. B* beati] felices *L* qui esuriunt (essuriunt *A*) et sitiunt *AM*, sitientes et esurientes *WL* 2 beati] felices *LB* quoniam] quia *M* 3 thensaurizate *A* thensauros *A*, thensaurum *M* 4 neque *ante* commistura *om. W* et *om. B* 5 effodiunt et furantur *Mv* enim *om. A* thensaurus *AM* 6 simile] fili me *A* 7 bonam margaritam *M* inuenit *WLB* 8 uadit *A*, abiit *WLMBv* uendit *A*, uendidit *WLMBv* 9 etiam...prodesse *om. W* opus *om. B* 10 aq* *M* tantum *om. WLMBv* 11 mercis *AW* 12 negandum *A* 13 potenti *A*, poscenti *WMBv*, poscente *L* te *om. L* mutuare *W* te auertas *A*, auersatus fueris (ab eo *add. L*) *WLBv*, auersus fueris *M* 14 in] ad *Mv* **ille *M et erasum* 15 ait *A*, dicit *WLMBv* occidis *W* moecharis *W* 16 diligis *W* 17 tuum *A*, tibi *WLMBv* illi *om. A* 18 dixit *A* 19 bona] omnia *MBv* pauperibus] egenis *LB* thensaurum *A* 20 Item illic...*p. 113 l. 1* uitam aeternam *om. A* 21 claritate *WL*, maiestate *MBv*

ritatis suae et colligentur ante eum omnes gentes. et segregabit illos ab inuicem, quemadmodum pastor segregat oues ab haedis. et statuet oues a dextera sua, haedos autem a sinistra. tunc dicet rex eis qui a dextera sua sunt: uenite, benedicti patris mei, percipite quod uobis paratum est regnum ab origine mundi: esuriui enim et dedistis mihi manducare, sitiui et potastis me, hospes fui et abduxistis me, nudus et texistis me, infirmatus sum et uisitastis me, in carcere fui et uenistis ad me. tunc respondebunt ei iusti dicentes: Domine, quando te uidimus esurientem et pauimus, sitientem et potauimus? quando te uidimus hospitem et abduximus, nudum et uestiuimus? quando autem te uidimus infirmari aut in carcere et uenimus ad te? et respondens rex dicet eis: amen dico uobis, quamdiu fecistis uni horum ex fratribus meis minimis, mihi fecistis. tunc dicet illis qui a sinistra sunt: discedite a me, maledicti, in ignem aeternum quem parauit pater meus diabolo et angelis eius. esuriui enim et non dedistis mihi manducare, sitiui et non potastis me, hospes fui et non abduxistis me, nudus fui et non uestistis me, infirmus et in carcere et non uenistis ad me. tunc respondebunt et ipsi dicentes: Domine, quando te uidimus esurientem aut sitientem aut hospitem aut nudum aut infirmum aut in carcere et non ministrauimus tibi? et respondebit illis: amen dico uobis, quamdiu non fecistis uni ex minimis his, neque mihi fecistis. et ibunt isti in ambustionem aeternam. iusti autem in

2 segregat pastor *WM* hedis et statuet oues *in M m. 2 add. in margine* 3 a] ad *WLMBv* dexteram suam (suam *om. v*) *WL²MBv; cf. test. II 30* ad sinistram *WMBv* 4 dicit *W* a] ad *WLMBv* dexteram suam *WMBv* 5 regnum *ponit post* percipite *Mv* 6 potastis me] dedistis mihi potum *WB* 7 hospis *W* adduxistis *Mv* me *om. L* nudus et texistis me *om. M* me *om. L* 8 me (*post* uisitastis) *om. v* 9 ei] et *B*. ei et *W* quando te uidimus *om. V* esurientem . . . *l. 10* uidimus *om. v* 10 pauimus te *B* potauimus] dedimus tibi potum *B* 11 abduximus *WVB*. adduximus *LMv* quando . . . uidimus *om. B* 12 infirmari] infirmum *Mv* aut *M*, et *WLB* et *om. M* respondit *B* 13 eis et dicit *B*. eis dicit *W*, et dicet *M* 14 minimis *om. WB* et mihi *Mv* dicit *WB* ad sinistram *WMB*, a sinistris *v* 15 sunt *om. LB*, eius sunt *v* 16 praeparauit *v* esuribi *M* 18 adduxistis *LMv* fui *om. L* uestitis *W* 19 uenistis ad] uisitastis *LMv* 21 carcerem *B* 22 administrauimus *LB* 24 abibunt *LMBv* isti *ex* iusti *L* ambostionem *L¹*

uitam aeternam. Item in euangelio secundum Lucam: Vendite quae possidetis et date eleemosynam. Item illic: Qui fecit quod est intus, fecit et quod foris est. uerum date eleemosynam, et ecce uobis omnia munda. Item illic: Ecce dimidium ex substantia mea do pauperibus et si cui quid fraudaui quadruplum reddo. dixit autem Iesus: quia salus hodie domui huic facta est, quoniam et ipse filius est Abrahae. Item Paulus apostolus ad Corinthios secunda: Vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut et illorum abundantia uestrae inopiae sit supplementum et sit aequalitas, sicut scriptum est: qui multum habuit non abundauit et qui modicum non indiguit. Item illic: Qui parce seminat parce et metet: et qui seminat in benedictione de benedictione et metet. unusquisque autem sicut corde proposuit, non quasi ex tristitia uel ex necessitate. hilarem enim datorem diligit Deus. Item illic: Sicut scriptum est: distribuit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in aeternum. Item illic: Qui administrat semen seminanti, et panem ad edendum tribuet et multiplicabit seminationem uestram et augebit incrementa frugum iustitiae uestrae, ut in omnibus locupletemini. Item illic: Administratio huius officii non tantum supplebit ea quae sanctis desunt, sed abundabit per multam gratiarum actionem in Deum. Item in epistula Iohannis: Qui habuerit substantiam mundi et uiderit fratrem suum desiderantem et cluserit uiscera

1 Luc. 12, 33. 2 Luc. 11, 40 sq. 4 Luc. 19, 8 sq. 8 II Cor. 8, 14 sq. 11 II Cor. 9, 6—7 et 9—12. 22 I Io. 3, 17.

1 in euangelio *om. A* 2 uendite quae possidetis *A*, res uestras uendite *WLMBv* 3 et *om. B* uerum tamen *v* elemosina *B* 24 uobis] uocabis *M* munda omnia *WLB* 5 pauperibus *A*, egenis *WLMBv* si cui] sicut *W* 6 iesus *om. B* 7 quoniam] nam *A* iste *A* est *om. A* 9 et ut *M* uestra *M*[1] inopiae sit *ex* inopia est *A m. 2* 10 et] ut *MBv* 12 benedictionem *LBM*[1] de benedictione *A s. l. m. 2*, in benedictione *B* 13 et *om. M* 16 qui autem *v* 17 ad] et ad *M* tribuit *A*, praestabit *WLMBv* et mult. s. u. *om. B;* et mult. . . *l. 20* officii *om. A* 18 multiplicauit *L*[1]*M*[1] seminationem uestram *WVLM*, semen uestrum *v* 20 suppleuit *LMv* 21 sed et *LMB* habundauit *WLMBv* multa *W*, multarum *M* 22 abuerit *W* 23 desiderantem aliquid *V* clauserit *ALM*[2]*v*

sua, quomodo caritas Dei manet in illo? Item in euangelio secundum Lucam: Cum facis prandium aut cenam, noli uocare amicos tuos aut fratres neque uicinos neque diuites, ne forte et illi reinuitent te: et erit retributio tibi. sed cum facis prandium aut cenam, uoca mendicos, debiles, caecos, clodos, et beatus eris, quoniam non habent unde retribuere tibi: restituetur autem tibi in resurrectione iustorum.

In opere et eleemosynis, etiamsi per mediocritatem minvs fiat, ipsam volvntatem satis esse.

2 In epistula Pauli ad Corinthios secunda: Si uoluntas prompta est, secundum quodcumque habuerit, acceptabilis est, non secundum quod non habuerit: neque ut aliis refrigerium, uobis pressura sit.

Agapem et dilectionem fraternam religiose et firmiter exercendam.

3 Apud Malachiam: Nonne Deus unus condidit nos? nonne pater unus est omnium nostrum? quid utique dereliquistis unusquisque fratrem suum? Item in euangelio secundum Iohannem: Pacem meam do uobis, pacem meam demitto uobis. Item illic: Hoc est mandatum meum ut diligatis inuicem, quemadmodum dilexi uos. maiorem hac caritatem nemo habet,

2 Luc. 14, 12 sq. 10 II Cor. 8, 12 sq. 16 Mal. 2, 10. 19 Io. 14, 27 20 Io. 15, 12.

1 sua ab eo *WLv* caritas] agape *V. L m. 2 super* dilectio in euangelio *om. A* 3 aut *A*, neque *WLMBv* ne] neque M^1 4 redinuitent *L* erit *A*, fiet *WMB*, fieret *L*, fiat *v* tibi retributio *v* facies *LMB* prandium aut caenam *A*, epulum *WLMBv* 5 conuoca *W* mendicos] pauperes *Mv* et claudos *v* 6 beatus] felix *WLB* unde *om. WLMBv* restituetur] retribuetur *MBv* 7 resurrectionem *W*, retributione *B* iustorum] eius *W* 9 uoluntate *W* esse] fiat *B* 11 acceptauilis *A*, acceptabile *WLMBv* 12 ut aliis *AL*, uitalis *B*, ut sit aliis *WM sed in M* ut *s. l.*, sit aliis *v* 13 uobis autem *Wv* sit *om. Wv* 14 agapen *Lv*, caritatem *A*; *sed cfr. p. 102 l. 1* fraternum *A* religiosa *A* et] est *A* 16 unus *om. W* 17 pater unus] paternus *A* est unus *M* est...dereliquistis unus *om. A* quod *W* 19 pacem uobis remitto (dimitto *W*), pacem meam do uobis *WLMBv* 21 hanc ALW^1M^1

quam ut animam suam ponat pro amicis suis. Item illic: Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei uocabuntur. Item illic: Dico uobis, quoniam si duobus ex uobis conuenerit in terra, de omni re quamcumque petieritis continget uobis a patre meo qui in caelis est. ubicumque enim fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum. Item ad Corinthios prima: Et ego quidem, fratres, non potui uobis loqui quasi spiritalibus sed quasi carnalibus, quasi infantibus in Christo. lacte uos potaui, non cibo. nondum enim poteratis, sed neque nunc potestis: adhuc enim estis carnales. ubi enim in uobis aemulatio et contentio et dissensiones, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis? Item illic: Et si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum. et si in cibos distribuero omnia mea et si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil proficio. caritas magnanima est, caritas benigna est, caritas non aemulatur, caritas non agit perperam, non inflatur, non inritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniustitiam, conlaetatur autem in ueritate. omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. caritas numquam excidit. Item ad Galatas: Diliges proximum tuum tamquam te. si autem mordetis et incusatis inuicem,

1 Matth. 5, 9. 2 Matth. 18, 19. 6 I Cor. 3, 1 sq. 12 I Cor. 13. 2 sq. 20 Gal. 5, 14 sq.

1 quis ponat *Wv*, ponat quis *B*, ponam *M* beati] felices *LB* 2 ipsi *om. B* amen dico *Mv* 3 duo *B et ex* duobus *M m. 2* conuenerĩt *M˜ m. 2* 4 contingit *M*¹ 6 *super* prima *posuit L*²*:* secunda et *om. B* 8 tamquam infantibus *B* lacte (lac *W*) uos (uobis *B*) potaui *AWVLB*, lac uobis potum dedi *Mv* 9 cibo *WVLB*, escam *Mv*; non cibo *om. A* nondum enim *AVL*, dum enim *W*, nec dum enim *B*, dum enim adhuc pusilli eratis, non *v* nec *B* nunc] nun *W*, dum quidem *B* 10 ubi] cum *W* et contentio *om. M* 11 dissensio *B*, dissessiones *A* nonne *ex* non *L m. 2* 12 omnem *om. M* 13 caritatem] agapen *BL*¹, dilectionem *L*² haberem *L*¹ sum] proficio *M* si *om. A* 14 in cybo *A*, *om. M* cibos pauperum *L*² meus *W* ardeat *V* 15 caritatem] agapem *VBL* proficio] sum *B* caritas] agape *LB*, *et ita constanter* magnaanima *L*, magna enim *A* 16 caritas ben. est *om. A* 17 flatur *W*¹ non inritatur *om. A* 18 ueritatem *AB* 20 excedit *M*¹, excidet *WLv* diligis *W* 21 tuum] tibi *Mv* incussatis *A*

uidete ne consumamini ab inuicem. Item in epistula Iohannis: In hoc apparent filii Dei et filii diaboli. omnis qui non est iustus non est de Deo et qui non diligit fratrem suum. Item illic: Qui fratrem suum odit homicida est: et scitis quia omnis homicida non habet in se uitam manentem. Item illic: Si qui dixerit quoniam diligit Deum et fratrem suum odit, mendax est. qui enim non diligit fratrem suum quem uidet, Deum quem non uidet non potest diligere. Item in Actibus apostolorum: Turba autem eorum qui crediderant anima ac mente una agebant nec fuit inter illos discrimen ullum nec quicquam suum iudicabant ex bonis quae eis erant, sed fuerunt omnia communia. Item in euangelio secundum Matthaeum: Si obtuleris munus tuum ad altare et illic recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque illic munus tuum ante altare et uade prius, reconciliare fratri tuo et tunc ueniens offeres munus tuum ad altare. Item Iohannes apostolus: Deus caritas est, et qui manet in caritate in Deo manet et Deus in illo manet. Item illic: Qui dicit se in luce esse et fratrem suum odit in tenebris est usque adhuc.

IN NVLLO GLORIANDVM, QVANDO NOSTRVM NIHIL SIT.

4 In euangelio secundum Iohannem: Nemo potest quicquam accipere, nisi datum fuerit illi de caelo. Item in epistula Pauli ad Corinthios prima: Quid enim habes,

2 I Io. 3, 10 et 15. 6 I Io. 4, 20. 9 Act. 4. 32. 12 Matth. 5 23 sq. 16 I Io. 4, 16. 18 I Io. 2, 9. 21 Io. 3, 27. 23 I Cor. 4, 7.

1 consumemini *M*² inuice *L* 2 omnis] *ex* omni *A m. 2*, *ex* omnes *W* 3 fratrem suum] patrem suum aut matrem suam *M* item illic *om. Mv* 4 qui enim *Mv* item illic q. f. suum *W s. l. m. 2* quia] quoniam *W* 5 uitam aeternam *Mv* in se manentem *v*, *om. M* 6 quis *AMBv* 7 quem uidet *om. LM* 8 non] quomodo *WMv* actis *WLMB* 11 eis] eius *B* erat *L* fueruut illis *WLMBv* 12 in euangelio *om. WLB* 14 aduersum *WB* aliquid *ponit W ante* habet, *A post* te 15 prius et *M* reconciliari *WM*²*B*²*v* ueniens] ueni et *LBv* offer *LBv*, offers *W*² 16 ad] ante *B* in epistula iohannis *WLMBv* ds̃ *ex* dĩ *A m. 2* 17 caritas] agape *LB* et *om. A* caritate] agape *LB* 18 illo] eo *v* manet *om. WLv* 19 odit] odit homicida est et *M*. odit mendax est et *v* est] ambulat *Mv* adhuc *L s. l. m. 2* 22 quiquam *W*, quidquam *MB* illi fuerit *W* 23 prima *om. W*

quod non acceperis? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Item in Regnorum primo: Nolite gloriari neque loquamini elata, et non procedat magniloquentia ex ore uestro, quia Deus scientiarum dominus. Item illic: Inualidus factus est arcus potentium, et infirmi accincti sunt uirtute. Item in Machabaeis: Iustum est subditum Deo esse et mortalem non paria Deo sentire. Item illic: Et uerba uiri peccatoris ne timueris, quia gloria eius in stercora erit et in uermes. hodie extolletur et cras non inuenietur: quoniam conuersus est in terram suam et cogitatio eius peribit.

HVMILITATEM ET QVIETEM IN OMNIBVS TENENDAM.

Apud Esaiam sic dicit Dominus Deus: Caelum mihi 5
thronus et terra subpedaneum pedum meorum. quam mihi sedem aedificabitis aut quis locus ad requiem mihi? omnia enim ista fecit manus mea et sunt mea omnia ista. et super quem aspiciam alium nisi super humilem et quietum et trementem uerba mea? Item in euangelio secundum Matthaeum: Beati mites, quoniam ipsi hereditabunt terram. Item secundum Lucam: Qui minimus est in omnibus uobis hic erit magnus. Item illic: Qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. Item ad Romanos: Noli altum sapere sed time. si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Item in

2 I Sam. 2, 3 sq. 6 II Macc. 9, 12. 7 I Macc. 2, 62 sq. 12 Es. 66. 1 sq. 17 Matth. 5, 5. 19 Luc. 9, 48. 20 Matth. 14, 11. 21 Rom. 11. 20 sq.

1 acciperis *WA*[1] si autem] quodsi *B* 2 acciperis *A* regnorum *A*, basilion *WLMBv* primo] *om. B*, prima *L*, libro . I . *M* 3 elata *om. A* . *ex* ilatae *W m. 2* 4 dominus est *W* 5 Item in macchabeorum ...sentire *ponit post* peribit *l. 10 A* 6 in machabaeis *om. W* subditum deo esse *om. B* 8 timueritis *M*[2]*v* stercore *WMB* in *om. B* 10 periit *v* 12 caelorum *A* 13 thronus] sedis *W* et] est *A* subpedaneum *AWLBV*, scabellum *Mv* 15 et s. m. o. ista *om. B* omnia mea (ista *om.*) *M* aspiciam ad *A* 16 quietem *M* trementem] timentem *M* uerba mea *A*, sermones meos *WLMBv* 17 in euangelio *om. A* beati] felices *LB* 19 est *A*, erit *WLBv*, fuerit *M* 20 exaltat *A*, extollit *WLMBv* se humiliat *A*, humiliauerit se *WL*[2], se humiliauerit *MBL*[1]*v* item in apostolo *A*, de hoc ipso *WLMBv* 21 time. si] times *W*

psalmo XXXIII: Et humiles spiritu saluabit. Item ad Romanos: Reddite omnibus quae debentur, cui tributum, tributum, cui uectigal, uectigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honorem. nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem uos diligatis. Item in euangelio secundum Matthaeum: Diligunt primum recumbendi locum in cenis et primam sessionem in synagogis et salutationem in foro et uocari ab hominibus Rabbi. uos autem ne uocemini Rabbi: unus est enim uobis magister. Item in euangelio secundum Iohannem: Non est seruus maior domino suo neque apostolus maior eo qui misit eum. haec scientes beati eritis, si ea feceritis. Item in psalmo LXXXI: Humilem et pauperem iustificate.

Bonos quosque et iustos plus laborare, sed tolerare debere, quia probantur.

6 Apud Salomonem: Vasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio tribulationis. Item in psalmo L: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum Deus non spernit. Item in psalmo XXXIII: Prope est Dominus omnibus tribulatis corde et humiles spiritu saluabit. Item illic: Multae tribulationes iustorum, sed de his omnibus liberabit eos Dominus. Item in Iob: Nudus exiui de matris utero,

1 Ps. 33, 19. 2 Rom. 13, 7 sq. 6 Matth. 23, 6 sq. 9 Io. 13, 16 sq. 12 Ps. 81, 3. 15 Sir. 27, 5. 16 Ps. 50, 19. 18 Ps. 33, 19 sq. 21 Iob. 1, 21 sq.

1 humilem *L* saluauit *LM* 3 cui uectigal uectigal *om. W* timorem *W s. l. m. 2* *alterum* honorem *om. W* 4 uos *om. LMBv* 7 salutationes *WLMv*, salutationibus *B* hominibus] omnibus *A* 8 ne uocemini *A*, nolite uocari *B*, ne uocaueritis *WLMv* 11 misit eum *A*, illum misit *W*, se misit *LMBv* beati] felices *WLB* 12 LXXXI] LXXI *MB* 13 quoque *AM*[1] iustus *A* 14 debere *om. A* 15 uas *M* propat *W* 16 et tribulationes *B* item *om. L* 18 spernit *AB*, despicit *W*, despiciet *Lv* prope *A*, proximus *WLMBv* 19 omnibus *om. WLMBv* tribulatis *A*, contribulatis *WVLMB*, contritis *v* s͠pus *L* 20 multa *M* tribulationes *AW*, flagella *M*, pressurae *LBv* sed et *M* de *A*, ex *WLMBv* his omnibus *A*, omnibus illis *WLMBv* eos] illos *W* 21 dominus *om. LB* item in *A*, de hoc ipso apud *WLMBv* utero matris meae *Mv*

nudus etiam ibo in terram. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino uisum est, ita factum est. sit nomen Domini benedictum. in his omnibus quae contigerunt ei nihil peccauit Iob labiis suis in conspectu Domini. Item in euangelio secundum Matthaeum: Beati qui lugunt, quoniam ipsi consolabuntur. Item secundum Iohannem: Haec locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis, in saeculo autem pressuram: sed fidite, quoniam ego uici saeculum. Item apostolus ad Corinthios secunda: Datus est mihi stimulus carnis meae angelus satanae qui me colaphizet, ut non extollar. propter quod ter Dominum rogaui, ut discederet a me, et dixit mihi: sufficit tibi gratia mea. nam uirtus in infirmitate perficitur. Item ad Romanos: Gloriamur in spe claritatis Dei: non solum autem, sed et gloriamur in pressuris scientes quoniam pressura tolerantiam operatur, tolerantia autem probationem, probatio autem spem. spes autem non confundit, quia dilectio Dei infusa est cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Item in euangelio secundum Matthaeum: Quam lata et spatiosa uia est quae ducit ad interitum, et multi sunt qui introeunt per eam. quam arta et angusta uia est quae ducit ad uitam, et pauci sunt qui inueniunt eam. Item in Tobia: Vbi sunt iustitiae tuae? ecce quae pateris. Item in Sapientia Salomonis: In locis im-

5 Matth 5, 4. 6 Io. 16, 33. 9 II Cor. 12, 7 sq. 13 Rom. 5, 2 sq. 18 Matth. 7, 13 sq. 21 Tob. 2, 14 (22, 23. v. lat.). 22 Prou. 28, 28.

1 in] sub *MBv* terra *L* dominus dedit *om. A* dedit et *LM* abstullit *W* 2 uisum est] placuit *Mv* 3 contingerunt *B* 5 beati] felices *LB* qui lugunt *A*, lugentes *W*, plangentes *LMBv* consulabuntur *A* 7 saeculum *B* pressuram habebitis *v* fidete *AWLBM*[1], confidite *M*[2] 8 saeculum] mundum *Mv* item apostolus *A*, de hoc ipso *WLMBv* 9 sathanae *B* 10 colafizet *AW* ut *om. A* extollor *A* ter *om. B* deum *B* 11 sufficiat *V* 12 mea *om. W* in *M s. l. m. 2* in infirmitate *om. B* 13 caritatis *A* et *om. B* 14 tolerantiam] pacientiam *W* 15 tolerantia] patientia *W* probationem autem *M*[1] probationem prob. autem *om. B* 16 confudit *B* diffusa *W* in cordibus *WMBv* 17 in euangelio *om. WLMBv* 18 quam *WM*, quia *A*, quid *VLB* 19 introeunt] introeant *LV*, intrant *Mv* per *om. A* quam] qui *A*, quid *LVB* 20 uia est et angusta *A* 21 eam inueniunt *WLMBv* tobiam *B*, tobian *M* u*bi *A*

piorum gemunt iusti: in illorum autem perditione abundabunt iusti.

NON CONTRISTANDVM SPIRITVM SANCTVM QVEM ACCEPIMVS.

7 Paulus apostolus ad Ephesios: Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis. omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia auferentur a uobis.

IRACVNDIAM VINCENDAM ESSE NE COGAT DELINQVERE.

8 Apud Salomonem in Prouerbiis: Melior est uir patiens quam fortis. qui enim iracundiam continet melior est quam qui ciuitatem capit. Item illic: Inprudens eadem die enuntiat iram suam, abscondit autem inhonorationem suam astutus. Item apostolus ad Ephesios: Irascimini et nolite peccare. sol non occidat super iracundiam uestram. Item in euangelio secundum Matthaeum: Audistis quoniam dictum est antiquis: non occides, qui autem occiderit reus erit iudicio. ego autem dico uobis quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa reus erit iudicio.

INVICEM SE FRATRES SVSTINERE DEBERE.

9 Paulus apostolus ad Galatas: Considerans te ipsum, ne et tu tempteris. alter alterius onera sustinete et sic inplebitis legem Christi.

4 Eph. 4, 30. sq. 9 Prou. 16, 32. 11 Prou. 12, 16. 13 Eph. 4, 26. 15 Matth. 5. 21 sq. 20 Gal. 6, 1 sq.

1 perditionem *WLBM*¹ *v* 4 paulus apostolus *om. WLMB;* apostolus *om. V* ad] apud *WLM* 5 die *Mv* 6 omnis *om. M* blasphemiae *M* 7 auferatur *WB* uobis cum omni malitia *B* 8 uincenda *W* ne] ut non *B* 9 paroemiis *WMLB* est *om. B* 10 quam sortis *A*, forti *WLMBv* continet] contempnit *WB*, contemnit *M* 11 ciuitatem *A*, urbem *LMv*, orbem *WB* die *om. A*, diem *B* dinuntiat *A*, nuntiat *LB* 12 inorationem *W*¹ suam *om. B* 13 apostolus *om. WLMBv* irascemini *W* peccare] delinquere *LB* 15 quoniam] quia *Mv* 16 iudicio *om. B* 17 sine causa *erasum in L* 20 paulus apostolus *om. WLMBv* calathas *A* considerans te ipsum *A*, in contemplatione (...em *MB*) habentes unusquisque *WLMBv* 21 tu tempteris *A*, uos temptemini *WLMBv*; *cf. Gr.*: σκοπῶν σεαυτόν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς alter alterius *A*. alter alterutrum *B*, alterutrum *WMBv* onera ura *W* adinplebitis *WLMBv; cf. epist. 52 c. 16*

In devm solvm fidendvm et in ipso gloriandvm. **10**

In Hieremia: Non glorietur sapiens in sapientia sua nec glorietur fortis in fortitudine sua nec glorietur diues in diuitiis suis, sed in hoc glorietur qui gloriatur intellegere et nosse quoniam ego sum Dominus, qui facio misericordiam et iudicium et iustitiam super terram, quoniam in his est uoluntas mea, dicit Dominus. Item in psalmo LV: In Domino sperabo: non timebo quid faciat mihi homo. Item in psalmo LXI: Non nisi solo Deo subiecta est anima mea. Item in psalmo CXVII: Non timebo quid faciat mihi homo: Dominus mihi adiutor est. Item illic: Bonum est confidere in Domino quam confidere in homine. bonum est sperare in Domino quam sperare in principibus. Item in Danihele: Responderunt autem Sidrac, Misac, Abdenago et dixerunt regi Nabuchodonosor: rex, non opus est nobis de hoc uerbo respondere tibi. est enim Deus, cui nos seruimus, potens eripere nos de camino ignis ardentis et de manibus tuis, rex, liberabit nos. et si non, notum sit tibi quoniam diis tuis non seruimus et imaginem auream quam statuisti non adoramus. Item apud Hieremiam: Maledictus homo qui spem habet in hominem: et benedictus homo qui fidit in Deum, et erit in Domino spes eius. Item in Deuteronomio: Dominum Deum tuum adorabis et illi solo

2 Hier. 9, 22 sq. 7 Ps. 55, 12. 9 Ps. 61, 2. 10 Ps. 117, 6 sq. 13 Dan. 3, 16 sq. 20 Hier. 17, 5 et 7. 22 Deut. 6, 13.

1 deo solo *W* esse et *M* gloriandum esse *v* 2 apud Hieremiam *WLMBv* neque gloriaetur *W*, *om. M* 3 et fortis in fort. sua *ponit post* in diuitias suas *M* nec] ne *W*, neque *v* 6 est *om. W* 7 LIV *WMv* deum *LWM* 8 speraui *WLMBv* mihi *L s. l. m. 2;* mihi faciat *WB* in psalmo LXI *A*, illic *WLMBv* 9 soli *WLMBv* dei *L* subiecta] subdita *M* 10 timebo *A*, metuam *WLMBv* mihi faciat *WL* 11 adiutor *A*, auxiliator *WLMBv* est *alterum W s. l. m. 2* fidere *LMB* 12 deum *WLM* fidere *WLMBv* homines *LB*, hominem *M* deum *WM* 13 principes *LB* item in danihelo *A*, de hoc ipso apud danihelem (danielum *M*[1]) *WLMBv* 14 sedrac *AM*[1], sedrach *B* misach *B*, misac et *Wv* nabucodonosor *AW* 15 uerbo] sermone *M* 17 rex *om. M* liberauit *W*[1]*LB*, liberare *M* si non *om. W* 18 tibi sit rex *M* quia *WLMBv* deseruimus *LB* et] nec *L* 19 quam *ex* quem *W m. 2* 20 homine *Lv* 21 fidet *WLMB* deum] domino *v* erit spes *A* deo *WMBv* 22 illi] ipsi *W* soli *LMBv*

seruies. Item apostolus ad Romanos: Et coluerunt et seruierunt creaturae relicto creatore. propter quod et tradidit illos Deus in passiones ignominiae. Item apud Iohannem: Maior est qui in uobis est quam qui in hoc mundo.

EVM QVI FIDEM CONSECVTVS EST EXPOSITO PRIORE HOMINE CAELESTIA TANTVM ET SPIRITALIA COGITARE DEBERE NEC ADTENDERE AD SAECVLVM, CVI IAM RENVNTIAVIT.

11 Apud Esaiam: Quaerite Dominum et mox inueneritis, inuocate eum. cum autem adpropinquauerit uobis, relinquat impius uias suas et uir iniquus cogitationes suas et conuertatur ad Dominum et misericordiam consequetur, quia relinquet multum peccata uestra. Item apud Salomonem: Vidi uniuersa opera quae facta sunt sub sole, et ecce omnia uanitas. Item in Exodo: Sic autem comedetis eum. lumbi uestri praecincti et caligae uestrae in pedibus uestris et bacula uestra in manibus uestris et edetis eum festinanter. pascha est Domini. Item in euangelio secundum Matthaeum: Nolite cogitare dicentes: quid edemus aut quid bibemus aut quid uestiemur? haec enim nationes quaerunt. scit enim pater uester quia horum omnium indigetis. quaerite primum regnum et iustitiam Dei, et haec omnia adponentur uobis. Item illic: Nolite cogitare de crastino. crastinus enim dies ipse cogitabit pro se. sufficit diei malitia sua. Item

1 Rom. 1, 25 sq. 3 I Io. 4, 4. 8 Es. 55, 6 sq. 12 Eccl. 1, 14. 14 Ex. 12, 11. 17 Matth. 6, 31 sq.

1 apostolus *om. WLMB* 2 tradidi W^1 3 deus *om. W* 7 ad *om. B* 8 deum *LB* mox *A*, cum *WLMBv* inueneritis*** *B* eum *erasum* 9 derelinquat *A*, relinquat uerit W^1 10 iniquis *A*, facinerosus *LM*, facinorosus *Wv* cogitationes suas] consilia sua *B* conuertantur *A* 11 deum *B* consequentur *A* quia] qui *M* relinquet multum *A*, multum (multa M^2, in multum *LBv*) remittet *WLMBv* 12 apud *om. A* 14 commedetis *A*, comeditis *B* eum] cum *W* uestri uestri *A* caligae uestrae *AWVLMB*, calciamenta uestra *v*; *cfr. test. II 15* 15 et bacula... uestris *om. AB* uestra *om. L* 16 est enim *WBv* in euangelio *om. L* 19 quaerunt] inquirunt *v* scit *W s. l. m. 2* enim *A*, autem *WLMBv* 20 primo *VB* et iustitiam dei *AWVLMB*, dei et iustitiam eius *v* haec omnia *A*, omnia ista *WLMBv* 21 de crastino *A*, in crastinum *WLMBv* 22 dies *om. L* cogitauit *M* pro se *A*, sibi *WMBv*, *om. L* sufficiat *V*

illic: Nemo inponens manum suam in aratro respiciens retro aptus est regno Dei. Item illic: Aspicite uolatilia caeli, quoniam non seminant neque metunt neque colligunt in horrea, et pater uester caelestis pascit illa. nonne uos plus estis illis? Item secundum Lucam: Sint lumbi uestri adcincti et lucernae ardentes et uos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando ueniat a nuptiis, ut cum uenerit et pulsauerit, aperiatis illi. beati serui illi quos adueniens dominus inuenerit uigilantes. Item secundum Matthaeum: Vulpes cubilia habent et uolucres caeli diuersoria, filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Item illic: Qui non renuntiat omnibus quae sunt eius, non potest meus discipulus esse. Item apostolus ad Corinthios prima: Non estis uestri. empti enim estis pretio magno. clarificate et portate Deum in corpore uestro. Item illic: Tempus collectum est. reliquum est ergo ut et qui habent uxores quasi non habentes sint, et qui flent quasi non flentes, et qui gaudent quasi non gaudentes, et qui emunt quasi non possidentes, et qui hoc mundo utuntur quasi non utantur. praeterit enim figura huius mundi. Item illic: Primus homo de terrae limo, secundus homo de caelo. qualis ille e limo, tales et qui de limo, et qualis caelestis, tales et caelestes. quomodo portauimus imaginem eius qui de limo est, portemus et

1 Luc. 9, 62. 2 Matth. 6, 26. 5 Luc. 12, 35 sq. 9 Matth. 8, 20. 11 Luc. 14, 33. 13 I Cor. 6, 19 sq. 15 I Cor. 7, 29 sq. 19 I Cor. 15, 47 sq.

1 inponens m. s. i. a. r. retro *A*, retro adtendens et superponens manum suam (suam *om. B*) super aratrum *WLMBv*; *cf. Graec.* 3 seminant *ex* senant *W m. 2* 4 pascet *A*, alit *WVLMB* plus *A*, plures *WL*[1]*M*[1], pluris *BL*[2]*M*[2] illis (illi *B*) estis *WLB* 7 ut] et *LM* uenerit a nubtiis *B* et pulsauerit *om. A* aperiant *WLMBv* 8 beati] felices *WLMB* 9 in euangelio sec̃ *A*, cata *LB*, apud *WMv* uolpes *A*[1] cubilia *AWVLB*, foueas *Mv* 10 deuersoria *L*[1]*M*[1] filios *W*[1] 11 suum *om. WLB* inclinet *LMBv* 12 eius] illis *B* discipulus meus *A* item apostolus *A*, de hoc ipso *WLMBv* 13 prima] secunda *M* pretio] *om. WLB*, *s. l. m. 2 M* 15 est *om. M*[1]*v* reliquum est *A*, superest *WLMBv* 16 flent] plangent *M*, plangunt *v* flentes] plangentes *Mv* 17 emit *B* quasi non] *add. Mv:* ementes et qui possident quasi non et *om. A* 18 praeteribit *MB* 20 ille *om. B* talis *W* 21 de] e *B* talis et caelestis *W*

imaginem eius qui de caelo est. Item ad Philippenses: Omnes sua quaerunt et non quae sunt Christi: quorum finis est interitus, quorum Deus uenter est, et gloria in confusionem eorum qui terrena sapiunt. nostra autem conuersatio in caelis est: unde et saluatorem expectamus Dominum Iesum Christum qui transformabit corpus humilitatis nostrae conformatum corpori claritatis suae. Item ad Galatas: Mihi autem absit gloriari nisi in crucem Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo. Item ad Timotheum: Nemo militans Deo inplicat se negotiis saecularibus, ut possit placere ei qui se probauit. sed et si certabit quis, non coronabitur, nisi legitime pugnauerit. Item ad Colossenses: Si mortui estis cum Christo ab elementis eius mundi, quid tamquam uiuentes in hoc mundo uana sectamini? Item de hoc ipso: Si conresurrexistis in Christo, quae susum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quae susum sunt sapite non quae terrena sunt. mortui enim estis et uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. cum autem Christus apparuerit uita uestra, tunc et uos apparebitis in gloria. Item ad Ephesios: Exponite prioris conuersationis ueterem hominem qui conrumpitur secundum concupiscentias deceptionis. innouamini autem spiritu sensus uestri et induite nouum hominem, eum qui secundum Deum constitutus est in iustitia et sanctitate et ueritate. De hoc ipso in epistula Petri: Quasi hospites et peregrini

2 Phil. 2, 21 et 3, 19 sq. 7 Gal. 6, 14. 10 II Tim. 2, 4 sq. 13 Col. 2, 20. 15 Col. 3, 1 sq. 20 Eph. 4, 22 sq. 24 1 Petr. 2, 11 sq.

2 querunt *W*, quaerent *A* iesu christi *B* 3 est uenter *WLB* confusione *WB* 5 expectamus *om. A* dominum nostrum *Mv* 6 transformauit *AWMB* corpori* *M* s *erasum* 7 calatas *W* 8 cruce *MBv* 10 inplicat *A*, obligat *WLMBv* negotiis *AB*, molestiis *WLMv* 11 ei *om. B* qui *AL*, cui *WMBv; cf. ad Fortun. c. 8* prouabit *A* certauerit *Mv*, certauit *B* 12 pugnauerit] certauerit *W* item *AV*, de hoc ipso *WLMBv* 13 eius *A*, huius *L*, *om. WMBv* qui *B* 14 in *om. B* hoc *om. WLMBv* de hoc ipso] illic *V* 15 consurrexistis *WLMv* in] cum *WB*, *om. L* sursum *WLBv; item l. 16* 17 et] sed *B* 19 uos cum eo *WMv* 20 qui* *M* d *eras* 21 concupiscentiam *B* 22 eum *om. WM* 23 et (*ante* sanct.) *om. L*

abstinete uos a carnalibus desideriis quae militant aduersus animam, conuersationem habentes inter gentiles bonam, ut dum retractant de uobis quasi de malignis, bona opera uestra aspicientes magnificent Dominum. Item in epistula Iohannis: Qui dicit se in Christo manere debet, quomodo ille ambulauit, et ipse ambulare. Item illic: Nolite diligere mundum neque ea quae in mundo sunt. si qui dilexerit mundum, non est caritas patris in illo: quoniam omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et ambitio saeculi quae non est a Patre sed ex concupiscentia saeculi: et mundus transibit et concupiscentia eius. qui autem fecerit uoluntatem Dei manebit in aeternum, quomodo et ipse manet in aeternum. Item apostolus ad Corinthios prima: Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua consparsio, sicut estis azymi. nam et pascha nostrum immolatus est Christus. itaque festa celebremus non in fermento ueteri neque in fermento malitiae et nequitiae sed in azymis sinceritatis et ueritatis.

NON IVRANDVM.

Apud Salomonem: Vir multum iurans inplebitur iniquitate **12**
et non discedet a domo eius plaga: et si uane iurauerit, non iustificabitur. Item in euangelio secundum Matthaeum: Dico uobis non iurare in totum. sit autem sermo uester: est est,

5 I Io. 2, 6 et 15 sq. 13 I Cor. 5, 7 sq. 19 Sir. 23, 11. 22 Matth. 5, 34 et 37.

2 conuersationem autem *Mv* gentiles] gentes *WMv* bonum *A* 3 retractant *AL*, uniuersa retractant *M*, detractant *WB*, uniuersi detrectant *scripsit Erasmus* de (*ante* mal.) *om. L* 4 deum *WMBv* 5 in *om. A* 6 huc mundum *A* 7 hoc mundo *A* quis *AMBv* hunc mundum *A* 8 hoc mundum *A* 10 ex *ex* eius *W m. 2* 11 manet *WLMBv* 12 et ipse *AW*, ipse *LB*, et deus *M*, deus *v* quomodo... aeternum *L s. l. m. 2* apostolus *A*, in epistula pauli *WLMBv* 14 conspersio *v* azyma *V* pasca *W* 15 feste *W*[1] celepremus *W* 16 ueteri n. in fermento *om. A* et nequitiae *om. B* 19 salomon *B* uir *om. LM* replebitur *Lv* 20 *post* iustificabitur *Oxon. addit*: et si frustra iurauerit, dupliciter punietur 21 item in euangelio sec̄ *A*, de hoc ipso cata *WLMBv* *Baluzius e 2 codd. integrum Matthaei locum v. 33—37 exeripsit* 22 in totum] omnino *v*

non non. Item in Exodo: Non accipies nomen Domini Dei tui in uano.

Non maledicendvm.

13 In Exodo: Non maledices neque principi populi tui detraxeris. Item in psalmo XXXIII: Quis est homo qui uult uitam et cupit uidere dies bonos? cohibe linguam tuam a malo et labia tua ne loquantur dolum. Item in Leuitico: Et locutus est Dominus ad Moysen dicens: produc eum qui maledixerit foras extra castra, et inponent omnes qui audierunt manus suas super caput eius et lapidabunt eum omnis synagoga filiorum Israel. Item apostolus ad Ephesios: Omnis sermo malus de ore uestro non procedat, sed si quis bonus est ad aedificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Item ad Romanos: Benedicite et nolite maledicere. Item in euangelio secundum Matthaeum: Qui dixerit fratri suo: fatue, reus erit gehennae ignis. Item secundum Lucam: Dico autem uobis, quia omne uerbum uacuum quod locuti fuerint homines, reddent pro eo rationem in die iudicii. de sermonibus enim tuis iustificaberis et de sermonibus tuis condemnaberis.

1 Ex. 20, 7. 4 Ex. 22, 27. 5 Ps. 33, 13 sq. 7 Leuit. 24, 13 sq. 11 Eph. 4, 29. 14 Rom. 12, 14. 15 Matth. 5, 22. 17 Matth. 12, 36 sq.

1 exodo XX *L*^{2} dei *om.* *WL*, dei tui *om.* *B* 2 uanum *Mv* 4 exodo XXII *L*^{2} maledicis *W* principem *M*^{1} 5 Item *om.* *WM* 6 cupit] amat *WLBv* bonos] obtimos *W*, optimos *LB* cohibe *A*, contine *WLMBv* 7 dolum] insidiose *VLB* 8 producet *A* foras qui *M* maledixit *A* 9 foras *om.* *M* audierint *MB* 10 suas *om.* *B* lapidabt *W*^{1}, lapidabit *W*^{2}*v* 11 item apostolus *A*, item paulus *B*, de hoc ipso in epistula pauli *WLMv* 12 prodeat *LB* si quis bonus est *A*, bonus *WLMBv* 13 grã *B* item *AB*, de hoc ipso *WLMv*; *item l. 14* 14 benedicentes et non maledicentes *WLMBv* 16 fatuae *AM* gehennae *AW*, in gehenna *LB*, in gehennam *Mv* de hoc ipso cata eundem *v* lucanum *W*, matthaeum *v* 17 uacuum] otiosum *v* 18 pro eo rationem] procurationem *A* 19 enim *om.* *B* iustificaueris *A* de sermonibus] ex uerbis *A* damnaberis *LBM*

NVMQVAM MVSSITANDVM, SED CIRCA OMNIA QVAE ACCIDVNT BENEDICENDVM DEVM.

Apud Iob: Dic uerbum aliquod in Dominum et morere. at 14
ille intuitus eam dixit: tamquam una ex ineptis mulieribus locuta es. si bona excepimus de manu Domini, mala non tolerabimus? in his omnibus quae acciderunt ei nihil peccauit Iob labiis suis in conspectu Domini. Item illic: Animaduertisti puerum meum Iob? non enim est similis illi quisquam in terris, homo sine querella, uerus Dei cultor, abstinens se ab omni malo. Item in psalmo XXXIII: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Item in Numeris: Desinat murmuratio eorum a me, et non morientur. Item in Actibus apostolorum: Circa mediam autem noctem Paulus et Sileas orantes gratias agebant Deo. audiebant autem eos uincti. Item Paulus apostolus ad Philippenses: Omnia autem pro dilectione facite sine murmurationibus et reputationibus, ut sitis sine querella et inmaculati filii Dei.

AD HOC TEMPTARI HOMINES A DEO VT EXPLORENTVR.

In Genesi: Et temptauit Deus Abraham et dixit ad illum: 15
accipe filium tuum illum unicum quem dilexisti Isaac et uade in terram altam et inpones illum hostiam in uno ex montibus, de quo tibi dixero. Item in Deuteronomio: Temptat Dominus

3 Iob. 2, 9 sq. 7 Iob. 1, 8. 10 Ps. 33, 2. 11 Num. 17, 10. 13 Act. 16, 25. 15 Phil. 2, 14 sq. 19 Gen. 22, 1 sq. 22 Deut. 13, 4.

1 musitandum *WM* sed] se *W* accedunt *A* 3 aliquid *A* domino *WM* morere] memore *A* at] ad *A*, et *W* 4 induitus *W* unam *A* 5 excipimus *WM* cur non *Mv* tolerauimus M^1 6 accederunt *A* 8 puerum] in puerum *MB*, ad puerum *v* est homo *W* similis est *MB* quicquam *B* 9 quaerila W^1, querela W^2v *et ita l. 17* 10 item *AB*, de hoc ipso *WLv*, *om. M*; *item l. 11 et 12* deum *L* 11 semper] in sempiternum *L* item . . . . *l. 12* morientur *om. L* 12 murmoratio *W* actis *WLMB* 13 silas M^2v 14 agentes dn̄o *B* 15 paulus apostolus *A*, paulus *B*, in epistula pauli *WLMv* 16 dilectione] delectatione *LMB* facite] facientes *v* murmurationem *B* ut *ex* in *W m. 2* 17 filii dei] fidei *B* 18 a deo] *om. W*, deo *L* explorentur] probentur *WMBv* 19 ad *om. B* 20 illum] *om. MBv*, *post* dilexisti *ponit W* diligis *MBv* illum isac *L* 21 altam] *om. M*, aliam *W* et inponens WM^1, imponens *v* hostiam] ibi in holocaustum hostiam M^1v unum *Mv* temtat uos *W*

Deus uester uos ut sciat, si diligitis Dominum Deum uestrum ex toto corde uestro et ex tota anima uestra. Item in Sapientia Salomonis: Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes eorum inmortalitate plena est: et in paucis uexati in multis bene disponentur, quoniam Deus temptauit illos et inuenit illos dignos se. tamquam aurum in fornace probauit illos et quasi holocaustam hostiam accepit illos. et in tempore erit respectus illorum, iudicabunt nationes et dominabuntur populis, et regnabit dominus eorum in perpetuum. Item in Machabaeis: Abraham nonne in temptatione inuentus est fidelis et deputatum est ei ad iustitiam?

De bono martyrii.

16 In Sapientia Salomonis: Liberat de malis animam martyr fidelis. Item illic: Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustauerunt et qui labores eorum diripuerunt. uidentes turbabuntur timore horribili et mirabuntur in subitatione insperatae salutis dicentes inter se, paenitentiam habentes et per angustiam spiritus gementes: hi sunt quos habuimus aliquando in risum et in similitudinem inproperii. nos insensati uitam illorum aestimabamus insaniam et finem illorum sine honore. quomodo conputati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est? ergo errauimus a uia ueritatis et iusti-

3 Sap. 3, 4 sq. 9 I Macc. 2, 52. 13 Prou. 14, 25. 14 Sap. 5, 1 sq.

1 uos *om.* *W* deum *om.* *A* 2 uestra et ex tota uirtute uestra *A* 3 et *om.* *B* 5 dominus *A* 6 et tamquam *B* prouabit *A* holocaustum *W*, holocausta *Mv* 7 hostiae M^2v; *ὁλοκάρπωμα θυσίας LXX* illorum] *om.* *L*, eorum *W*, *qui addit*: fulgebunt tamquam scintille in arundineto discurrunt 8 regnauit *M* 9 illorum *B* 10 temptationem M^1 13 sapientia] prouerbiis *v* animam suam *W* martyri *A*, martyris *LM*, testis *W* 14 tunc stabunt iusti *B in rasura* 15 angustiauerunt *WLv* qui *M s. l. m. 2* labores eorum diripuerunt] abstulerunt labores eorum *v* 16 turbabunt *A* 17 inspirate *AL* dicent *L* 18 hii *AWLB* aliquando habuimus *WBv* 19 risu *L*, derisum *v* in *om.* *B* similitudine *AL*; *ἔσχομέν ποτε εἰς γέλωτα καὶ παραβολήν LXX; cf. ad Fortun. c. 12* 20 uita *W* et *ex* in *A m. 2* 22 est *A s. l. m. 2* iniustitie *W*

tiae lumen non luxit nobis et sol non est ortus nobis. lassati sumus in iniquitatis uia et perditionis et ambulauimus solitudines difficiles, uiam autem Domini ignorauimus. quid nobis profuit superbia aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? transierunt omnia illa tamquam umbra. Item in psalmo CXV: Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Item in psalmo CXXV: Qui seminant in lacrimis in gaudio metent. euntes ibant et flebant mittentes semina sua, uenientes autem uenient in exultatione portantes manipulos suos. Item in euangelio secundum Iohannem: Qui amat animam suam perdet illam et qui odit animam suam in isto saeculo in uitam aeternam conseruabit illam. Item illic: Veniet hora, ut omnis qui uos occiderit putet se officium Deo facere. sed hoc facient, quoniam non cognouerunt patrem neque me. Item secundum Matthaeum: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Item illic: Cum autem uos tradiderint, nolite cogitare quid loquamini. dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Item illic: Ne timueritis eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, magis autem timete

6 Ps. 115, 15. 7 Ps. 125, 5 sq. 10 Io. 12, 25. 12 Io. 16, 2 sq. 15 Matth. 5, 10. 17 Matth. 10, 19 sq. 20 Matth. 10, 28.

1 hortus *W* 2 in *om. WLB* iniquitatibus *M* uiae *W*, in uia *M* et *om. WM* ambulabimus *A* 5 transierunt omnia *om. W* illa] ista *M* 6 CXV] CXXV *MB* item . . . sanctorum eius *om. W* sanctorum] iustorum *L* 7 in psalmo CXXV] illic *M* gaudio] exultatione *Lv* 8 metent et *M* euntes] ambulantes *LMBv* ibant] ambulabant *LMv* flebant] plorabant *LM*¹*v*, plorabunt *M*² 9 exultationem *B* portantes] tollentes *LMv* manipulos suos] gremia sua *LM*¹*v* 11 perdit *B* suam *A s. l.* 12 conseruabit *AWVLB*, inueniet *Mv* *post* illam *praecipit Matthaei locum 10, 19. 20 Mv* 13 uos o. putet] interficit uos arbitretur *v* officium se *v* facere] placere *W* 14 sed et *Mv* quia *A* 15 in euangelio cata *M* beati] felices *LB* persecutiones *B* passi sunt *LB*, p. fuerint *Mv* 16 propter i.] causa iustitiae *WLB* quoniam] quorum *A* 17 tradiderint uos *v* 18 dabitur . . . loquamini *om. WLMBv* 19 qui* loquemini *W* d *eras.* uestri est *W* loquetur *W* 21 timete *A*, metuite *WLMBv*

eum qui potest animam et corpus occidere in gehennam. Item illic: Quicumque confessus fuerit me coram hominibus, et ego confitebor illum coram patre meo qui est in caelis. qui autem me negauerit coram hominibus, et ego negabo eum coram patre meo qui est in caelis. qui autem sustinuerit usque ad finem, hic saluus erit. Item secundum Lucam: Beati eritis, cum uos oderint homines et separauerint uos et expulerint et maledixerint nomini uestro quasi nequam propter filium hominis. gaudete in illa die et exultate. ecce enim merces uestra multa est in caelis. Item illic: Amen dico uobis, nemo est qui reliquerit domum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios propter regnum Dei et non recipiat septies tantum in isto tempore, in saeculo autem uenturo uitam aeternam. Item in Apocalypsi: Et cum aperuisset quintum signum, uidi sub ara Dei animas occisorum propter uerbum Dei et martyrium suum, et clamauerunt magna uoce dicentes: quousque, Domine sanctus et uerus, non iudicas et uindicas sanguinem nostrum de his qui in terris inhabitant? et data est eis singulis stola alba et dictum est eis ut requiescerent breui adhuc tempore, donec inpleatur numerus conseruorum et fratrum eorum quique postea occidentur exemplo ipsorum. Item illic: Post haec uidi turbam multam quam dinumerare nemo poterat ex omni gente et ex omni tribu et populo et lingua stantes in conspectu throni et agni et erant amicti stolas albas et palmae

2 Matth. 10, 32. 33. 22. 6 Luc. 6, 22 sq. 10 Luc. 18, 29 sq. 13 Apoc. 6. 7 sq. 21 Apoc. 7, 9 et 10. 13—17.

1 et corpus et animam *B* gehenna *WL* 2 me confessus fuerit *Mv*, confu*sus (confessus *L*) fuerit in me *WL* 3 illum] eum *B*, in ipso *L*, *om. W* qui *om. L* in caelis est *WMBv*, in caelis *L*; *item l.* 5 5 qui est *om. L* sustinuerit] perseuerauerit *B* ad] in *MBv* saluus erit] saluabitur *WL* 7 oderint uos *WLM* expulsauerint *W*, expuluerint *A* 9 mercis *AW* est *om. LB* 10 relinquat *WLMBv* 12 uenturo] futuro *v* 13 aperuissem *M* 15 uoce magna *B* 16 quousque] usque *B* et uindicas *om. B* 17 habitant *B* et data...alba *om. A* datae *Mv* 18 est] sunt *WMv* singulae *M* stolae albae *WMv* adhuc breui *M* 20 ipsorum sicut et ipsi *B* 21 denumerare *M* ex his nemo *WLMv* 22 gente] genere *A* ex *om. LB* ex omni *om. A* tribu *W* et ex omni *Mv* populi *A*[1] et lingua et populo *V* 23 et agni] *om. B*, et in conspectu agni *WLMv* stolis albis *M*[2]

erant in manibus eorum et magno clamore dicebant: salus Deo nostro sedenti super thronum et agno. et respondit unus ex senioribus dicens mihi: qui amicti sunt stolas albas, qui sunt et unde uenerunt? et dixi ei: Domine, tu scis. et ait mihi: hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione et lauerunt stolas suas et candidas eas fecerunt in sanguine agni. propter hoc sunt in conspectu throni Dei et seruiunt ei diebus et noctibus in templo eius, et is qui sedet in throno inhabitabit super eos. neque esurient neque sitient umquam, sed neque sol super eos cadet neque ullum aestum patientur: quia agnus qui in medio throni est teget eos et deducet eos ad fontes uitae aquarum. et absterget Deus omnem lacrimam ex oculis eorum. Item illic: Qui uincit, dabo illi edere de ligno uitae quod est in paradiso Dei mei. Item illic: Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam uitae. felices eos qui uigilabunt et seruabunt uestimenta sua ne nudi ambulent et uideant turpitudinem suam. Item apostolus ad Timotheum secunda: Ego iam immolor et tempus adsumptionis meae instat. bonum agonem certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. iam superest mihi corona iustitiae quam mihi reddet Dominus in illa die ille iudex iustus, non solum autem

12 Apoc. 2, 7. 14 Apoc. 2, 10 et 16, 5. 17 II Tim. 4, 6 sq.

1 fuerunt *WLMBv* salus] laus *B* 2 respondens *WM* 3 mihi *ante* unus *ponit B* dixit *ex* dicens *M m. 2* stolis albis *v* 4 ei] illi *B*, *om. A* domine mi *v* hii *AWLB* 5 de tribulatione magna *B* 6 sanguinem *B* propter hoc] ideo *MBv* in consp. thr.] ante sedem *B* 7 die ac nocte *B* eius] ipsius *B* 8 is] his *A* W^1, *om. B* in throno] supra sedem *B* inhabitauit *L*, habitabit BM^2, habitauit M^1 eos] illos *B* neque] non *B* 9 neque sitient *om. B* umquam] amplius *B* sed *om. B* cadet super illos sol *B* 10 ullum] omnis *B* aestus *B* patientur] *om. B*, patiuntur *W* quoniam *WLMv* qui in m. th. est] quem inter media sedem *B* reget *WMB* 11 eos] illos *B* ducet *L*, ducit *M* eos] illos *B* uite fontes aquarum *B*, fontem aquae uiuae *M* absterget] delebit *B* 12 omnem deus *B* ex] de *WB* uincet *LMBv* 13 illi] ei *B* de] ex *WMB* dei *om. B* 15 felices eos] beati erunt *Mv* 16 apostolus *A*, paulus *L*, *om. WMB* 17 in secunda *Bv* immolor *A*, delibor BM^2v, libor WLM^1 18 meae resolutionis instat *W*, instat meae (meae *om. LM*) adsumptionis *LMBv* consummaui *A*, perfeci *WLMBv* 19 iam *om.* BM^1 iustitiae coronam BM^1 20 illo *W* ille *om. WMBv* iustus iudex *Wv*

mihi, sed et omnibus qui diligunt aduentum eius. Item ad Romanos: Sumus filii Dei. si autem filii, et heredes, coheredes autem Christi: siquidem conpatiamur, ut et conmagnificemur. Item in psalmo CXVIII: Beati inmaculati in uia, qui ambulant in lege Domini. beati qui perscrutantur testimonia eius.

Minora esse qvae in saecvlo patimvr qvam sit praemivm qvod promissvm est.

17 Paulus apostolus ad Romanos: Non sunt condignae passiones huius temporis ad superuenturam claritatem quae reuelabitur in nobis. [De hoc ipso in Machabaeis: Domine, qui sanctam habes scientiam, manifestum est, quia cum possem a morte liberari, durissimos dolores corporis tolero flagellis uapulans, animo autem propter tui ipsius metum libenter haec patior. Item illic: Tu quidem, impotens, ex hac praesenti uita nos perdis. sed mundi rex defunctos nos pro suis legibus in aeternam uitae resurrectionem suscitabit. Item illic: Potius est ab hominibus morti datos exspectare spem a Deo iterum ab ipso suscitandos. tibi enim resurrectio in uitam non erit. Item illic: Potestatem inter homines habens, cum sis corruptibilis, facis quod uis. noli autem putare genus nostrum a Deo esse derelictum. sustine et uide, magna potestas eius qualiter te et semen tuum torquebit. Item illic: Noli frustra errare, nos enim propter nosmet ipsos haec patimur peccantes in Deum nostrum. tu autem ne te existimes impunitum futurum aggressus pugnare cum Deo].

2 Rom. 8, 16 sq. 4 Ps. 118, 1 sq. 8 Rom. 8, 18. 10 II Macc. 6, 30. 14 II Macc. 7, 9 et 14. 16—19.

1 mihi reddet *B* dilexerunt *B*, dilexerint *LMv* 2 heredes dei *WLMBv* coheredes *W sed* es *add. m. 2* 3 conpatimur *A* ut *om. B, s. l. m. 2 M* cummagnificemur *L* 4 CXVIII] CXVII *AM* beati] felices *LB* qui immaculati sunt *LMBv* in uia *om. W*, in lege *B* 5 et qui *LMBv* ambulabant *L* lege] uia *L*, uiis *M* beati] felices *LB* testimonia *AW*, martyria *LMBv* 8 paulus apostolus *A*, in epistula pauli *WLMBv* 9 passionis *L* temporis] saeculi *B* 10 De hoc ipso ....*l. 26* cum deo *om. AWLMB* 11 possim morte *V* 13 tui *om. V* 17 suscitari *V* 24 futurum *om. V*

DILECTIONI DEI ET CHRISTI NIHIL PRAEPONENDVM.

In Deuteronomio: Diliges Dominum Deum tuum de toto 18
corde tuo et de tota anima tua et de tota uirtute tua. Item in euangelio secundum Matthaeum: Qui amat patrem aut matrem super me non est me dignus, et qui amat filium aut filiam super me non est me dignus: et qui non accipit crucem suam et sequitur me non est meus discipulus. Item Paulus apostolus ad Romanos: Quis nos separabit a caritate Christi, pressura an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius? sicut scriptum est: quoniam propter te mortificamur tota die, aestimati sumus ut oues occisionis. sed in his omnibus supervincimus pro eo qui dilexit nos.

VOLVNTATI NON NOSTRAE SED DEI OBTEMPERANDVM.

In euangelio secundum Iohannem: Non descendi de 19
caelo ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui me misit. Item secundum Matthaeum: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste: uerum tamen non quod ego uolo, sed quod tu. Item in prece cottidiana: Fiat uoluntas tua in caelo et in terra. Item secundum Matthaeum: Non omnis qui mihi dicit: Domine Domine, introibit in regnum caelorum, sed is qui facit uoluntatem patris mei qui in caelis est, ipse introibit in regnum caelorum. Item secundum Lucam: Ille autem seruus qui cognoscit uoluntatem domini sui et non paruerit uoluntati eius uapulabit multas. Item in epistula Io-

2 Deut. 6, 5. 4 Matth. 10, 37 sq. 8 Rom. 8, 35 sq. 14 Io. 6, 38. 16 Matth. 26, 39. 18 Matth. 6, 10. 19 Matth. 7, 21. 22 Luc. 12, 47.

2 diligis *W* 3 de tota uirtute et anima tua *M* item *om. WLMB (item l. 7)* 4 aut matrem *om. WL* 5 super] plus quam *B* et] aut *B* 6 accepit A^1 7 meus discipulus] me dignus *B* paulus apostolus *A*, in epistula (....is *L*) pauli *WLMBv* 8 caritate] agape *L*, *sed s. l. m. 2*: dilectione 9 angustiae *L* famis *AW* 10 propter te] causa tui *WLMBv* mortificamur *A*, occidimur *WLMBv* 11 aestimati *A*, deputati *WLMBv* sicut *B* occisionis *A*, uictimae *WLMBv* 12 pro eo] propter eum *W* qui] quod *MLB* 14 discendi *AL* 18 coctidiana A^1 tua sicut *v* 19 in euangelio secundum *A*, cata *WLMBv* 20 dicit mihi *M* regno B^1 21 is] his AW^1B et ipse *L* introiuit *A* 22 item *om. LM* 23 cognuscit *A*, cognoscet *B* 24 uapulauit *A* multis *v* item *om. WMBv*

hannis: Qui autem fecerit uoluntatem Dei manet in aeternum, quomodo et ipse manet in aeternum.

FVNDAMENTVM ET FIRMAMENTVM SPEI ET FIDEI ESSE TIMOREM.

20 In psalmo CX: Initium sapientiae timor Domini. Item in Sapientia Salomonis: Initium sapientiae metuere Deum. Item in Prouerbiis: Beatus homo qui metuit omnia per timorem. Item apud Esaiam: Et super quem alium respiciam, nisi super humilem et quietum et trementem uerba mea? Item in Genesi: Et uocauit eum angelus Domini de caelo et dixit illi: Abraham Abraham. ille autem dixit: ecce ego. et dixit: noli inponere manum tuam super puerum neque féceris illi quicquam. nunc enim cognoui quoniam times Deum tuum et non pepercisti filio tuo dilectissimo propter me. Item in psalmo secundo: Seruite Domino in timore et exultate ei cum tremore. [Item in Deuteronomio Dei uox ad Moysen: Conuoca ad me populum, et audiant uerba mea ut discant amare me omnes dies quos ipsi uiuent super terram. Item in Hieremia: Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, et consummabo in domum Israel et in domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposueram patribus eorum in die cum adprehendi manum illorum educere illos de terra Aegypti, quia

1 1 Io. 2, 17. 4 Ps. 110, 11. 6 Prou. 28, 14. 7 Es. 66, 2, 9 Gen. 22, 11 sq. 14 Ps. 2, 11. 15 Deut. 4, 10. 18 Hier. 38 31—34. 37 et 39, 37—41.

3 timorem dei *A*, in timore *M* 4 CX] CVIIII *M* sapientiae] patientiae *B* dei *LB* 5 metuere] timere *ex* timore *W m. 2* dominum *M* 6 item *om. WLMB* paroemiis eius *W*, parhoemiis eiusdem *LMr*, parhoemiis *B* homo est *WLMBv* metuit *A*, ueretur *WLMBv* timorem *A*, metum *WLMBv* 7 aput *W s. l. m. 2* 8 quietem *M*[1], mansuetum *B* uerba mea *A*, sermones meos *WLMBv; cfr. test. III 5* 9 eum] illum *W* 10 *alterum* abraham *om. M* 11 imponere] inicere *M* super] in *M* 12 dum̄ dñ *W* et *om. L* 14 ei] *om. LMB*, i *W* cum *AW*, in *LMBv* tremore *A sed* re *add. m. 2* 15 item....*p. 138 l. 21* nominis mei *quae e duobus codd. primus recepit Baluzius solus exhibet W* 16 amare *W*, timere *v*; *φοβεῖσθαι LXX* 17 omnibus diebus *v* in *W*, apud *v* hieremiam *Wv* 18 consumabo *W* in domum — in domum *W*, super domum — in domo *v* 21 illos] eos *v* quia] qui *W*

non permanserunt in testamento meo, et ego neglexi eorum, dicit Dominus, quia hoc testamentum quod disponam domui Israel. post dies illos, dicit Dominus, dans leges meas in sensum illorum et in corda illorum scribam illas, et ero illis in Deum, et ipsi erunt mihi in plebem, et non docebunt unusquisque fratrem suum dicentes: cognosce Dominum, quia omnes me scient a minimo usque ad maximum illorum, quia propitius ero iniquitatibus illorum et peccatorum eorum non ero memor amplius. si exaltatum fuerit caelum in sublime, dicit Dominus, et si humiliata fuerit terra deorsum, at ego non reprobabo genus Israel, dicit Dominus, pro omnibus quae fecerunt. ecce ego congregabo eos ex omni terra qua disparsi illos in ira et in furore meo et in exacerbatione magna et conteram illos in locum istum et relinquam eos in pauore, et erunt mihi in plebem, et ego ero illis in Deum, et dabo illis uiam alteram et cor aliud ut timeant me omnibus diebus in bonum illis cum filiis suis, et consummabo eis testamentum aeternum quod non auertam post illos, et timorem meum dabo in cor illorum ut non discedant a me et uisitabo super illos benefacere illis et plantare eos in terra sua in fide et in omni corde et in omni animo. Item in Apocalypsi: Et uiginti quattuor seniores in conspectu Dei sedentes in thronis suis ceciderunt supra facies suas et adorauerunt Deum dicentes: gratias agimus tibi, Domine Deus omnipotens, qui es et qui fuisti, quod accepisti potestatem tuam magnam et regnasti, et gentes iratae sunt, et uenit ira tua et tempus quo de mortuis iudicetur et detur merces seruis tuis prophetis et sanctis et timentibus nomen tuum pusillis et magnis et disperdere eos qui corruperunt terram.

20 Apoc. 11, 16 sq.

1 non *om.* *W* 2 quod disponam *om.* *W* 3 legem meam in sensu eorum scribam illam *v* 5 non *om.* *W* 6 scient me *v* minore *v* 7 eorum *v* proprius *W* 8 eorum' *v* 10 at] ante *W* 12 dispersi *v* 13 exacerbatio *W* 14 eos] illos *v* ego *om.* *v* 16 bonum illis *W*, bono *v*; *cf. LXX* 18 meum *om.* *v* eorum *v* ut *ex* et *W* 19 eos] illos *v* 20 omni corde...animo *m. 2 add. in W* item] et *W* 21 dei *om.* *v* sedentis *W* 26 mercis *W* et (*ante* tim.) *om.* *v* 27 pussillis *W*

Item illic: Et uidi alium angelum uolantem medio caelo habentem euangelium perenne euangelizare sedentibus super terram et in omnes nationes et tribus et linguas et populos dicentem uoce magna: timete Deum et date ei honorem, quoniam uenit hora iudicii eius, et adorate eum qui fecit caelum et terram et mare et fontes aquarum. Item illic: Et uidi quasi mare uitreum mixtum igni, et uictores bestiae et imaginis eius, et numerus nominis eius CXLIIII stantes supra mare uitreum habentes citharas Dei et cantantes canticum Moysi serui Dei et canticum agni dicentes: magna et mirabilia opera tua, Domine Deus omnipotens. iustae et uerae uiae tuae sunt, rex gentium. quis non timeat et det honorem nomini tuo, quia solus pius et quoniam omnes nationes uenient et adorabunt in conspectu tuo, quoniam iustitiae tuae manifestatae sunt. Item in Daniele: Fuit uir habitans in Babylone, cui nomen erat Ioachim, et accepit uxorem nomine Susannam filiam Helchiae formosam ualde et timentem Dominum: et erant parentes eius iusti et docuerunt filiam suam secundum legem Moysi. Item in Daniele: Et sumus humiles in omni terra hodie propter peccata nostra, et non est hoc tempore princeps neque propheta neque potestas neque dux neque holocausta neque hostia neque oblatio neque thus neque locus sacrificare coram te hodie et inuenire misericordiam a te, sed in anima et spiritu humilitatis acceptos nos habe ut holocaustos uictimas arietum et taurorum et quasi multa milia agnorum qui sunt pinguissimi. sic fiat hostia nostra coram te hodie, et consumetur potestas haec, quoniam non erubescent qui confidunt in te. et nunc sequimur te ex toto corde nostro et timemus te et quaerimus faciem tuam. ne nos in obprobrium tradas, sed fac nobis-

1 Apoc. 14, 6 sq. 6 Apoc. 15, 2 sq. 15 Susanna 1—3. 18 Preces Asar. 13 sq.

1 illic] ibi *W* per medium caelum *v* 3 dicens in uoce *W* 6 illic] ibi *W* 7 uictores] pascentes *v* et imaginis] cum agnis *v* 9 cantant *v* canticum moisi serui dĩ *W s. l. m. 2* 14 manifeste *W*[1] item] et *W* danielum *W* 15 babylonia *v* 16 celchiae *W* 17 deum *v* 18 danielo *W* 20 prophetes *v* neque potestas *om. v* 21 neque oblatio neque hostia *v* 22 hodiae *W*, *om. v* sed] et *v* 23 habere *W* holocausti *v* 25 consummetur *W* 26 haec] illorum *v* 27 te ex *om. v* te *om. v* 28 tuam uidere *W*

cum secundum tranquillitatem tuam et secundum amplitudinem misericordiae tuae. Et iterum: Et rex uehementer gauisus est et iussit Danielem de lacu leonum eici, et nihil illi nocuerunt leones, quia confidebat et credebat Deo suo. et iussit rex: et duxerunt illos homines qui accusauerant Danielem et miserunt illos in lacu leonum et uxores eorum et natos eorum. et antequam peruenirent in pauimentum lacus, adprehensi sunt a leonibus et omnia ossa eorum comminuerunt. tunc Darius rex scripsit: omnibus gentibus, tribubus, linguis, qui sunt in regno meo: pax sit uobiscum a facie mea. censeo ego ut omnes qui sunt in regno meo sint timentes et trementes Deum summum cui seruit Daniel, quia ipse est Deus uiuus et permanet in saecula, et regnum eius non transibit, et dominatio eius in perpetuum ambulabit, et saluos faciet et facit signa et prodigia et mirabilia in caelo et in terra, qui eripuit Danielem de lacu leonum. Item in Michaea: In quo adsequar Dominum et adprehendam Deum meum sublimem. si adprehendam illum in sacrificiis, in holocaustomatis, in uitulis anniculis, si accepto fauet Dominus in milibus arietum aut in decem milibus caprarum pinguium, aut dabo primitiua mea impietatis fructum uentris mei, peccatum animae meae. renuntiatum est tibi, homo, quod bonum aut quid Dominus exquirat aliud nisi ut facias iudicium et iustitiam et diligas misericordiam et paratus sis ut eas cum Domino Deo tuo. uox Domini in ciuitate inuocabitur, et timentes nomen eius saluabit. Item in Michaea: Pasce populum tuum in uirga tua, oues

2 Dan. 6, 24—28. 16 Mich. 6, 5—9. 25 Mich. 7, 14—18.

1 tranquillitatem] misericordiam *W* amplitudinem] multitudinem *v* 2 tuae libera nos *v* et iterum] item illic *v* 3 danihelum *W* ei *v* 4 crediderat in *v* perduxerunt *v* 5 accusauer̃ danihelum *W* 6 lacū W^2 9 tribus W^1 et linguis quae *v; cfr. LXX* 10 ego] et ago *v* hi omnes *v* 11 summum deum *v* 12 dominus *v* permanens *v* 13 ambulabit *scripsi*, ambulabat *W*, ambulat *v* 14 saluos faciet et] solus *v* et (*ante* mir.) *om. W* 15 danihelum *W* micheam *W* 16 deum . . . *l. 17* adprehendam *om. v* 19 arietum . . . milibus *om. v* 21 tibi est *v* quid] quod *v* 22 exquirit *v* 24 saluabit] *add. W*: in oratione ambacum: dnẽ exaudiui auditu tuum et timui: consideraui opera tua et expaui in medio duorum animalium (*Hab. 3, 2*) 25 michean *W* tuum *om. W*

hereditatis tuae, inhabitantes conualle in medio Carmelo. parabunt Basanitin et Galaditin secundum dies saeculi et secundum dies profectionis eorum a terra Aegypti ostendam illis mirabilia. uidebunt gentes et confundentur ex omni fortitudine sua, et superponent manus in os suum. aures eorum exsurdabuntur, et lingent puluerem quomodo serpentes trahentes terram, conturbabuntur in conclusione sua, ad Dominum Deum suum expauescent et timebunt abs te. quis Deus quomodo tu eleuans iniustitiam et transgrediens impietates? Et in Nahum: Montes commoti sunt ab eo et colles contremuerunt et denudata est terra ante faciem eius et omnes qui inhabitant illam. a facie irae eius quis sustinebit et quis resistit in ira animi ipsius? animatio ipsius fluere facit principatus et petrae dissolutae sunt ab illo. bonus Dominus illis qui eum sustinent in die pressurae et cognoscens illos qui eum timent. Item in Aggaeo: Et audiuit Zorobabel filius Salathiel de tribu Iuda et Iesus filius Iosedech sacerdos magnus et omnes qui superfuerunt de populo uocis Domini Dei sui et uerbum Aggaei prophetae, quoniam misit illum Dominus ad illos, et timuit plebs a facie Dei. Item in Malachiel: Testamentum meum fuit cum uita et pace, et dedi illis timorem timere me a facie nominis mei]. Item in psalmo XXXIII: Timete Dominum, sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum. Item in psalmo XVIII: Timor Domini sanctus permanens in saeculum saeculi.

9 Nah. 1, 5 sq. 15 Agg. 1, 12. 19 Mal. 2, 5. 21 Ps 33, 10. 23 Ps. 18, 10.

1 et habitantes separatim *v* conualle *scripsi*, conuelle *v*, (co u) nielli *W* co *et* u *m. 2; cf. LXX. κατασκηνοῦντας καθ' ἑαυτοὺς δρυμὸν ἐν μέσῳ τοῦ καρμήλου* 2 basanim et galadim *v* 3 et mirabilia *W* 5 eorum] illorum *v* 6 conturbabuntur et lingent puluerem *v* 7 expauiscunt *W* 8 leuans *W*[1] 9 naum *W* 11 illa *W* qui *W* 12 animatio ipsius *W s. l. m. 2* 14 cognoscent *W* 15 item] et *W* 16 salathiel filius *W* iusus iosadech (filius *om.*) *W* 17 uoces *v* 18 et u. a. prophetae *om. v* 19 item *om. W* 20 meum *om. v* uitate pace *W* dedit *W* 21 item *om. W* 22 deum *A* omnes sancti *Bv* nihil deest *A*, non est inopia (inopiā *B*) *WLMBv* timentibus eum *AB*, eis qui eum metuunt (metuunt eum *W*) *WLMv* 23 dei *B* sanctus permanens *A*, castus perseuerans *WLMBv* 24 saecula saeculorum *LMBv*

Non temere de altero ivdicandvm.

In euangelio secundum Lucam: Nolite iudicare ne 21
iudicemini: nolite condemnare ne condemnemini. Item ad Romanos: Tu quis es qui iudices alienum seruum? domino suo stat aut cadit. stabit autem: potens est enim Deus iterum statuere eum. Item illic: Quare inexcusabilis es, o homo. in quo enim de alio iudicas, te ipsum condemnas: eadem enim agis qui iudicas. speras autem tu qui iudicas eos qui talia agunt et eadem facis, quia ipse effugies iudicium Dei? Item ad Corinthios prima: Et qui se putat stare uideat ne cadat. Item illic: Si quis se putat scire aliquid, nondum scit, quemadmodum oporteat eum scire.

Accepta inivria remittendvm et ignoscendvm.

In euangelio in prece cottidiana: Remitte nobis debita 22
nostra, sicuti et nos remittimus debitoribus nostris. Item in euangelio secundum Marcum: Et cum steteritis ad orationem, remittite si quid habetis aduersus aliquem, ut et pater uester qui in caelis est remittat peccata uobis. si autem uos non remiseritis, neque pater uester qui in caelis est remittet uobis pec-

2 Luc. 6, 37. 4 Rom. 14, 4. 6 Rom. 2, 1 et 3. 10 I Cor. 10, 12. 11 I Cor. 8, 2. 14 Matth. 6, 12. 16 Marc. 11, 25 sq.

1 timere *A* 2 *super* lucan *posuit* matheum *in M m. 2* 3 **iudicemini *L* 4 quis] qui *LMv* iudicas *LMBv* 5 cadet *B* iterum *om. WLMBv* 6 illum *B* item illic *AB*, et iterum *WLMv* inexcusabilis *A*, excusationem habes (es *om.*) *M*, sine excusatione *WBv*, sine causatione *L* o *om. W* homo omnis qui iudicas *v* 7 de alio iudicas *A*, iudicas alium *WLMBv* enim *om. B* 8 qui *AW*, quae *LMBv* qui (*post* tu) *M s. l. m. 2* talia *AW*, mala *LMBv* 9 facis] agis *W*, et tu agis *B* fugies *B* item in epistula pauli (pauli *om. M*) *WLMv* 10 se putat] sperat *M* gadat *M* item illic *AB*, et iterum *WLMv* 11 qui *B* se *om. L* 12 oporteat] debeat *B* eum *om. LMB* 14 debita et peccata *A* 15 sicut *WMBv* dimittimus *WB* item *om. LM* 16 in euangelio *om. WLMBv* marcum] math. *A* et cum sum aliquem (steteritis ....aduer *om.*) *A* 17 si quid] quae *B* 18 uestra peccata uobis *v*, uobis peccata uestra *M* si autem...*p. 140 l. 1* uestra *om. M* 19 dimiseritis *v* remittit *L*, dimittet *v* peccata uobis (uestra *om.*) *B*

cata uestra. Item illic: In qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur uobis.

Vicem malis non reddendam.

23 In epistula Pauli apostoli ad Romanos: Nemini malum pro malo reddentes. Item illic: Noli uinci a malo, sed uince in bono malum. Item in Apocalypsi: Et dixit mihi: ne signaueris uerba prophetiae libri huius, quia iam tempus in proximo est. et hi qui perseuerant nocere noceant et qui in sordibus est sordescat adhuc, iustus autem iustiora faciat adhuc, similiter et sanctus sanctiora. ecce uenio cito, et merces mea mecum reddere unicuique secundum facta sua.

Non posse ad patrem veniri nisi per christvm.

24 In euangelio secundum Iohannem: Ego sum uia et ueritas et uita. nemo uenit ad patrem nisi per me. Item illic: Ego sum ianua. per me si quis introierit, saluabitur.

Ad regnvm dei, nisi baptizatvs et renatvs qvis fverit, pervenire non posse.

25 In euangelio secundum Iohannem: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum Dei. quod enim natum est de carne caro est, et quod natum est de spiritu spiritus est. Item illic: Nisi ederitis carnem filii hominis et biberitis sanguinem eius, non habebitis uitam in uobis.

1 Marc. 4, 24. 4 Rom. 12, 17 et 21. 6 Apoc. 22, 10 sq. 13 Io. 14, 6. 15 Io. 10, 9. 18 Io. 3, 5 sq. 21 Io. 6, 53.

1 mensura mensura *A* mensi eritis *L*, metieritis *B* eadem *WB* 2 remetietur] remediatur *A*, metietur *L* 4 apostoli *om. WLMBv* 5 noli] non *Lv* uince *A*[1] 6 bonum *M*[1] 7 tempus iam *B* 8 hii *AWL* perseuerauerant *A* in *W s. l. m. 2* 9 sordiscat *W*, sordescas *A* adhuc (*post* sord.) *om. M* adhuc (*post* faciat) *om. B*, *ante* iustiora *ponit MLv* 10 et ecce *B* mercis *AW* meam *A* mecum est *WLMBv* 11 facta] opera *A* 12 uenire *AWLMB*, perueniri *v* filium eius iesum christum *Mv* 13 et *om. MBv* 14 uita] uia *M* 15 ianua *AM*, ostium *LBv*, hostium *W* qui *L*[1] 17 non posse peruenire *ponit post* dei *l. 16 W* perueniri *L* 20 natus *WL* 21 ederetis *A*, edideritis *W* 22 sanguinem eius biberitis *AB*; *cfr. test. I 22*

PARVM ESSE BAPTIZARI ET EVCHARISTIAM ACCIPERE, NISI QVIS FACTIS ET OPERE PROFICIAT.

In epistula apostoli Pauli ad Corinthios prima: 26
Nescitis quia qui in stadio currunt omnes quidem currunt, unus tamen accipit coronam? sic currite, ut omnes conprehendatis. et illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Item in euangelio secundum Matthaeum: Omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Item illic: Multi mihi dicent in illa die: Domine, Domine, nonne in tuo nomine prophetauimus et in tuo nomine daemonia exclusimus et in tuo nomine uirtutes multas fecimus? et tunc dicam illis: non uos noui, recedite a me, operarii iniquitatis. Item illic: Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant bona opera uestra et clarificent patrem uestrum qui est in caelis. Item Paulus apostolus ad Philippenses: Lucete sicut luminaria in mundo.

BAPTIZATVM QVOQVE GRATIAM PERDERE QVAM CONSECVTVS SIT, NISI INNOCENTIAM SERVET.

In euangelio secundum Iohannem: Ecce sanus factus 27
es: iam noli peccare ne quid tibi deterius fiat. Item Paulus

4 I Cor. 9, 24 sq. 8 Matth. 3, 10. 9 Matth. 7, 22 sq. 13 Matth. 5, 16. 15 Phil. 2, 15. 19 Io. 5, 14.

2 operibus perficiat *B* 3 in epistola a. pauli *om. B* apostoli *om. WLMv* prima *om. LB* 4 qui] duo *A*, *om. W* omnes quidem currunt *bis exh. B* 5 tamen] quidem *B* coronam *A*, palmam *WLMBv* omnes conpraehendatis *A*, occupetis *WLMBv* 6 autem] tamen *B*, uero *v* 7 item *om. WLMv* in euangelio *om. B* 8 igne *L* 9 mittitur *L* 10 nomine tuo *Bv* profetabimus *A* nomine tuo *Wv* 11 exclusemus *A*[1], eiecimus *W* nomine tuo *LM* multas *AB*, magnas *WLMv* 12 non *AB*, numquam *WLMv* noui uos *B* noui] cognoui *WL*, uidi *M sed s. l. m. 2*: noui operarii *A*, qui operamini *WLMBv* iniquitatem *WLMBv* 13 lux uestra *A*, lumen uestrum *WLMBv* 14 bonas operas uestras *B*, opera uestra bona* *W* (m *eras.*) 15 in caelis est *WLMBv* apostolus *om. WLMBv* 16 inmundo *M* 17 baptizatos *A* perdere gratiam *W* consecuti sint *A sed* con *s. l. m. 2* 18 seruent *A*; *cfr. p. 103 l. 8* 20 item *om. WLM* paulus apostolus *B*, paulus *B*, in epistula (epistulis *L*) pauli *WLMv*

apostolus ad Corinthios prima: Nescitis quia templum Dei estis et spiritus Dei habitat in uobis? si quis templum Dei uiolauerit, uiolabit illum Deus. Item in Paralipomenon: Deus uobiscum est, dum estis uos cum ipso. si dereliqueritis eum, derelinquet uos.

Non posse in ecclesia remitti ei qvi in devm deliqverit.

28 In euangelio secundum Matthaeum: Qui dixerit uerbum aduersus filium hominis remittetur illi: qui autem dixerit aduersus Spiritum sanctum non remittetur illi neque in isto saeculo neque in futuro. Item secundum Marcum: Omnia peccata remittentur filiis hominum et blasphemiae. qui autem blasphemauerit Spiritum sanctum non habet remissionem, sed reus erit aeterni peccati. Item in Regnorum primo: Si delinquendo peccet uir aduersus uirum, orabunt pro eo Dominum: si autem in Deum peccet homo, quis orabit pro eo?

De odio nominis ante praedictvm.

29 In euangelio secundum Lucam: Et eritis odibiles omnibus propter nomen meum. Item secundum Iohannem: Si saeculum uos odit, scitote quoniam me primo odit. si de saeculo essetis, saeculum quod suum esset amaret: sed quia de saeculo non estis et ego elegi uos de saeculo, propterea odit uos saeculum. mementote sermonis quem dixi uobis: non est maior

1 I Cor. 3, 16 sq. 4 II Paral. 15, 2. 8 Matth. 12, 32. 11 Marc. 3, 28 sq. 14 I Sam. 2, 25. 18 Luc. 21, 17. 20 Io. 15, 18 sq.

1 prima *om. ALB* dei templum *B* 2 qui *L* 3 uiolabit] disperdet *Wv* 4 est dum *om. W* dum] quamdiu *B* ipso] illo *W* derelinquaeritis *A* 5 eum] illum *B* ecclesiam *B* 9 *et* 10 aduersum *B* redemittetur *A* dixerit *om. A* 10 saeculum *W* 11 futurum *A* item *om. WM* 12 demittentur *A* plasmauerit *B*[1] 13 in spiritum *LMBv* habet remissa (remissam *L*) *LB*, remittetur illi *Mv* sed] et *B* 14 regn̄ *A*, basilion *WLMBv* primo *om. A*, prima *L* 15 pecat uir *B*, peccatur *W*, peccetur *M* aduersum *B* uirum orabunt pro eo] murmurabunt prosacerdos eo *A* 16 in *A s. l. m. 2* deo *B* exorabit *M* 18 omnibus hominibus *Mv* 19 item *om. WLM* 20 odiit *LM*[1], odiuit *M*[2] de saecula *A* 21 sed et *L* 22 non *A s. l. m. 2* et] sed *B* elego uos *A*, uos elegi *B* 23 sermonem *WM* quem] que *A*

seruus domino suo. si me persecuti sunt, et uos persequentur. [Item in Baruch: Veniet enim tempus, et quaeretis me et uos et qui post uos uenerint, audire uerbum sapientiae et intellectus, et non inuenietis. nationes autem cupient uidere sapientem praedicantem, et non obtinget eis: non quia deerit aut deficiet sapientia huius saeculi terrae, sed neque deerit sermo legis saeculo. erit enim sapientia in paucis uigilantibus et taciturnis et quietis, sibi confabulantes et in cordibus suis meditantes, quoniam quidam eos horrebunt et timebunt ut malos: alii autem nec credunt uerbo legis altissimi: alii autem ore stupentes non credent et credentibus erunt contrarii et inpedientes spiritum ueritatis. alii autem erunt sapientes ad spiritum erroris et pronuntiantes sicut altissimi et fortis edicta. alii autem personales fidei. alii capaces et fortes in fide altissimi et odibiles alieno.]

QVOD QVIS DEO VOVERIT CITO REDDENDVM.

Apud Salomonem: Prout uoueris uotum Deo, ne moram **30**
feceris reddere illud. Item in Deuteronomio: Si autem uoueris uotum Domino Deo tuo, non tardabis reddere illud: quia inquirens requiret illud Dominus Deus tuus a te, et erit in peccatum. ea quae egredientur per labia tua obseruabis et facies donum quod locutus es ore tuo. Item in psalmo XLVIIII: Immola Deo sacrificium laudis et redde altissimo uota tua. inuoca me in die tribulationis tuae et eripiam te et glorificabis me.

1 Bar. ? ? 16 Eccl. 5, 3. 17 Deut. 23, 22 et 24. 21 Ps. 49, 14 sq.

1 seruus maior B dn̄o suo seruus M 2 item. . .*l. 14* alieno *solus exhibet* W; *ea nec inueniuntur in scripturae sanctae archetypo nec in uersione graeca* barach W 3 uenerint] fuerint v 4 praedicantem *om.* v 5 continget v 8 et in cordibus suis meditantes *om.* v 9 ut] ut mebunt ut W 10 credent] credunt W credentibus] credent et contradicentes v 12 erant W^{1} 15 uouerit deo M cito] totum A 16 deo uotum WB mora B 17 item ABM, de hoc ipso WL si] sic A 18 domino *om.* AB 19 inquires W^{1} requiret A, quaeret $WLMBv$ erunt A, erint W (*legendum fortasse:* et erunt in peccatum ea quae *etc.*) tibi in W 20 ea quae] et a que W 21 es* L ex ore M, de ore B XLVIIII AWL^{2}, XLVIII MBL^{1} immola A, sacrifica $WLMBv$ 22 laudis *om.* A altissimi W 23 tribulationis tuae A, pressurae $WLMBv$ eripiam A, eximam $WLMBv$ te *om.* B clarificabis $WLMBv$

Item in Actibus apostolorum: Inpleuit Satanas cor tuum, mentiri te apud Spiritum sanctum, cum esset fundus in tua potestate? non hominibus mentitus es sed Deo. Item in Hieremia: Maledictus qui facit opera Dei neglegenter.

EVM QVI NON CREDIDERIT IAM IVDICATVM ESSE.

31 In euangelio secundum Iohannem: Qui non crediderit iam iudicatus est, quia non credidit in nomine unici filii Dei. hoc autem est iudicium, quoniam lux uenit in saeculum, et magis dilexerunt tenebras quam lucem. Item in psalmo I: Propterea non resurgunt impii in iudicio neque peccatores in consilio iustorum.

DE BONO VIRGINITATIS ET CONTINENTIAE.

32 In Genesi: Multiplicans multiplicabo tristitias tuas et gemitus tuos: in tristitia paries filios, et conuersio tua ad uirum tuum, et ipse tui dominabitur. Item in euangelio secundum Matthaeum: Non omnes capiunt uerbum istud, sed illi quibus datum est. sunt enim spadones qui ex utero matris nati sunt sic, et sunt spadones qui coacti sunt ab hominibus, et sunt spadones qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum. qui potest capere capiat. Item secundum Lucam: Filii saeculi huius generant et generantur. qui autem habuerint dignationem saeculi illius et resurrectionis a mortuis, non nubunt neque nu-

1 Act. 5, 3 sq. 4 Hier. 48, 10. 6 Io. 3, 18 sq. 10 Ps. 1, 5. 13 Gen. 3, 16. 16 Matth. 19, 11 sq. 20 Luc. 20, 34 sq.

1 actis *WLMB* cur impleuit *Mv* 2 mentire *A* aput spiritum sanctum *AVLB*, spiritui sancto *WMv* *post* fundus *add. M*[2] uenditus cum ..potestate] nonne manens tibi manebat et fundus in tua erat potestate *W*, cum esset fundus uenditus in tua erat potestate *Oxon.* 3 es hominibus mentitus *W* item *om. WLM* apud hieremiam *WLMBv* aput ...neglegenter *W s. l. m. 2* 5 crediderint *M*[1] esse] est *B* 7 crediderit *L*, credit *WB* fili *AW*[1] 8 saeculo *W* 9 dilexerunt homines *Mv; cfr. test. I 7* 10 resurgent *LMv* iudicium *L* 13 si multiplicans *A* gemitos *B* 14 tuus *L* et in tristitia *WLMBv* et] et erit *Mv* 16 capiunt] capit uno *A* istud *om. WLMBv* illis *AM*[1] 18 nati sunt sic *ALB*, suae sic nati sunt *W*, nati sunt *Mv* 21 huius *om. A* generunt et generuntur *A* habuerit *W*[1]*LM*, habuerunt *v* 22 nubent neque nubentur *M*

buntur: neque enim incipient mori: aequales enim sunt angelis Dei, cum sint filii resurrectionis. resurgere autem mortuos Moyses significat, quomodo dicit in rubo Dominum Deum Abraham et Deum Isaac et Deum Iacob. Deus non est mortuorum sed uiuorum. omnes enim illi uiuunt. Item in epistula Pauli apostoli ad Corinthios prima: Bonum est homini mulierem non tangere. propter fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat et unaquaeque suum uirum habeat. uxori uir debitum reddat, similiter et uxor uiro. uxor corporis sui potestatem non habet sed uir. similiter et uir corporis sui potestatem non habet sed uxor. nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tempus ut uacetis orationi: et iterum ad id ipsum reuertimini, ne uos temptet Satanas propter incontinentiam uestram. hoc dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. nam uolo omnes homines sic esse ut me. sed unusquisque proprium habet donum a Deo, alius sic, alius autem sic. Item illic: Caeleps cogitat ea quae sunt Domini, quomodo placeat Deo. qui autem matrimonium coniuncxit, cogitat ea quae sunt huius mundi, quomodo placeat uxori. sic et mulier et uirgo innupta cogitat ea quae sunt Domini, ut sit sancta et corpore et spiritu. quae autem nupsit cogitat de his quae sunt mundi, quomodo placeat uiro.

6 I Cor. 7, 1—7. 32—34.

1 incipiant *M*[1] sunt] erunt *W* 3 significat] scripsit *W* quomodo] cum *v* in] uidi in *W* dominus deus-deus-deus *LMBv* 4 non est deus *MBv* 5 in...apostoli *om. B* apostoli *om. WLMv* 6 prima *om. A* hominem *M* contingere *WLMBv* 7 fornicationes *LB*, incontinentiam *W* suam uxorem *B* habeat suam *M* 8 uirum suum *LMBv* 10 sui corporis *W* 11 uxor] mulier *B* forte *om. WLMBv* consensu *AW*, conuentione *LMBv* et ad *LB*, ut ad *W* 12 ut *om. W* id *om. W* reuertemini *A*, redite *W*, *om. LMB* 13 temptet uos *LMBv* continentiam *A* uestram *om. LMB* hoc autem *W* 14 indulgentiam *AW*, ueniam *LBv*, consilium *VM* imperium] iussum *VLB* nam uolo *A*, uolo autem *WLMBv* 15 sic esse ut me *A*, esse sicut et me *WLMBv* 16 donum] karisma *B*, charisma *M*, carissima *L* 17 ea *om. WMB* 18 matrimonio *W* coniuncxit *A*, coniunctus est *W*, contraxit *LMBv* ea] *om. B*, de his *L*, *sed s. l.*: ea huius *om. B* mundi huius *WLMv* 19 sicut et *B* innupta *om. A* tacea *A*, *sed s. l. m. 2*: cogitat ea *om. A* 20 quae sunt... *l. 21* de his *W m. 2 in marg.* et *om. M* et corpore *om. A* 21 nubit *M*, nupta est *W* his] iis *Lv* mundi huius *WLMv*

Item in Exodo cum praecepisset Deus Moysi, ut sanctificaret populum in diem tertium, sanctificauit ille et adiecit: Estote parati tribus diebus: non accedetis ad mulieres. Item in Regnorum primo: Et respondit sacerdos ad Dauid et dixit: non sunt panes profani in manu mea, nisi panis sanctus unus. si obseruati sunt pueri a muliere, manducabunt. Item in Apocalypsi: Hi sunt qui cum mulieribus se non coinquinauerunt: uirgines enim permanserunt. hi sunt qui secuntur Agnum, quocumque uadit.

Nihil patrem iudicare sed filium et patrem ab eo non honorificari, a quo non honorificetur filius.

33 In euangelio secundum Iohannem: Nihil pater iudicat, sed iudicium omne filio dedit, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. qui non honorificat filium non honorificat patrem qui misit eum. Item in Genesi: Et Dominus pluit super Sodomam et Gomorram sulphur et ignem de caelo a Domino. Item in psalmo LXXI: Deus iudicium tuum regi da et iustitiam tuam filio regis, iudicare populum tuum in tua iustitia.

Fidelem gentiliter viuere non oportere.

34 Apud Hieremiam: Haec dicit Dominus: secundum uias gentium ne ambulaueritis. De hoc ipso quod segregare

3 Ex. 19, 15. 4 I Sam. 21, 5. 7 Apoc. 14, 4. 12 Io. 5, 22 sq. 15 Gen. 19, 24. 17 Ps. 71, 1 sq. 20 Hier. 10, 2.

1 dominus *Mv* 2 die tertio *B* sanctificabitur illae *A* 3 et *om. B* adiecit dicens *B* in diem tertium *B* acceditis *B*, adcedentes *M* 4 regn̄ *A*, basilion *WLMBv* prima *L* 5 profani] nisi panes propositionis *W* mea manu *L*, ma mea *W* 6 nisi panis *om. W* scīs *A*, scī *W* unus *om. W* si] et *W* mulieribus *W* et manducabunt *WL* 7 item] et *W*, *om. LM* hii *AWL* 8 inquinauerunt L^1 permanserint *L* hii *AWL* 9 quodcumque *A* uadit] it *L*, ierit *v* 10 patre *B* ab eo *ex* habeo *A m. 2* 11 honorificatur *WLMv* et filius *WM* 13 iudicio *B* sicut . . . *l. 14* filium *om. A* 14 honorificent *B* honorificant *W* honorificant W^2 15 eum misit *WLMBv; cfr. test. II 28* item . . . *l. 16* domino *ponit v post* iustitia *l. 18* item *om. WLM* pluit dominus *Mv* 16 sodoma *A* gomurra *A* sulphor *A*, sulpur *M* de] ae *A*, e *L* de caelo *om. B* a domino *om. M* 17 LXXI] septuagesimo *L* 18 iudicare . . . iustitia *om. B* tuum *om. M*, suum *L* tua *om. WLBv*, tuam M^2 iustitiam M^2 19 oportere] debere *W* 20 uiam *MBv* 21 gentium] gentilium *LMv* ambulaueritis] abieritis *B*

se quis debeat a gentibus ne sit socius culpae et fiat particeps plagae item in Apocalypsi: Et audiui aliam uocem de caelo dicentem: exi de ea, populus meus, ne particeps sis delictorum eius et ne perstringaris plagis eius: quoniam delicta eius usque ad caelum peruenerunt et meminit Dominus Deus iniquitates eius. ideo reddet ei dupla, et in quo poculo miscuit, duplum remixtum est ei: et in quantum se clarificauit et deliciarum habuit, in tantum dabitur ei cruciatus et luctus. quoniam in corde suo dicit: regina sum et uidua non sum nec luctum uisura sum, propterea una hora plagae eius aduenient, mors, luctus et fames, et igni cremabitur, quia fortis Dominus Deus qui eam iudicabit. et flebunt et plangent se in ea reges terrae qui cum ea fornicati sunt et in deliciis conuersati sunt. Item apud Esaiam: Exite de medio eorum, qui portatis uasa Domini.

Devm ad hoc patientem esse vt nos paeniteat peccati nostri et reformemvr.

Apud Salomonem in Ecclesiastico: Ne dixeris: pec- **35**
caui, et quid accidit mihi triste? est enim altissimus patiens redditor. Item apostolus ad Romanos: An numquid opulentiam bonitatis eius et sustinentiam et patientiam contemnis ignorans quia bonitas Dei in paenitentiam te adducit? tu autem secundum duritiam tuam et cor inpaenitens thesaurizas tibi iram

2 Apoc. 18, 4 sq. 14 Es. 52, 11. 18 Sir. 5, 4. 20 Rom. 2, 4 sq.

1 se] si *A* gentilibus *LMBv* 2 plagae eorum *Wv* item *om. WLMBv* 4 particeps sis] participes *A* delectorum *W* praestringaris *M*, perfringaris *A* a plagis *B* 5 deus dominus *L*, dominus *B* 6 iniquitatis *LM*, iniquitatum *v* reddit *L*, reddite *W*, reddidit *v* duppla *A* et *om. B* 7 mixtum *B* ei *om. W* et in *m. 2 add. in W* 8 delicias *B* datur *WLMB*, datus est *v* ei] ei et *LMv* 9 non sum *A*, esse non possum *WLMBv* 10 nec..sum *om. B* plaga *M* aduenit *M* 11 et luctus et *B* famis *ALM* igne *B*, in igni *L* quoniam *v* fortis est *WLMBv* 12 iudicauit *L* se *om. A* 13 deliciis *A*M^2, delictis *LB*M^1*v* et in d. c. sunt *om. W* 14 portatis *A*, fertis *WLMBv* 16 ut] at *A* 17 et sic *B* 19 accedit *AW* 20 apostolus *A*, paulus *W*L^2*v*, *om. MB*L^1 an] at *B* 21 et patientiam *om. B* contemnis] contestinis *L* 22 ignoras L^2 quoniam *B* in] ad *WB* 23 inpaenitens] inpatiens *L* thensaurizas *AM*

in die irae et reuelationis iusti iudicii Dei qui reddet unicuique secundum opera sua.

Mvlierem ornari saecvlariter non debere.

36 In Apocalypsi: Et uenit unus ex septem angelis habentibus phialas et adgressus est me dicens: ueni, ostendam tibi damnationem meretricis magnae sedentis super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terrae. et uidi mulierem sedentem super bestiam. et mulier illa amicta erat pallium purpureum et coccineum et adornata erat auro et lapidibus pretiosis et margaritis tenens poculum aureum in manu sua plenum exsecrationum et inmunditiae et fornicationis totius terrae. Item ad Timotheum: Sint mulieres uestrae cum uerecundia et pudicitia, conponentes se non in tortis crinibus neque auro neque margaritis aut ueste pretiosa, sed ut decet mulieres promittentes castitatem per bonam conuersationem. Item Petrus apostolus ad Ponticos: Sit in muliere non exterior ornamenti aut auri aut uestis cultus sed cultus cordis. Item in Genesi: Thamar cooperuit se pallio et adornauit, et cum adspexisset eam Iudas, uisum est ei meretricem esse.

Fidelem non oportere ob alia delicta nisi ob nomen solvm pvniri.

37 Petrus apostolus ad Ponticos: Nec quisquam uestrum tamquam fur aut homicida patiatur aut tamquam maleficus aut curas alienas agens, sed tamquam christianus.

4 Apoc. 17, 1 sq. 12 I Tim. 2, 9 sq. 16 I Petr. 3, 3 sq. 18 Gen. 38, 14 sq. 23 I Petr. 4, 15 sq.

1 diem *L* 2 operam suam *B* 5 fialas *AWL* 8 purporeum *M* 9 coccinum *WB* 10 manum suam *B* 13 puditicia *W* tortis] ornatis *B* 15 conuersationem per bonam castitatem *B* 17 scultus *A* 19 cum adspexisset] conspex̃ *B* eam] illa *B* iudas *ex* iudicas *A m. 2* 21 delicta nisi ob] delectaus iob *A* 22 puniri] pati *W* 23 in epistula petri ad *WLMBv* quicquam *B* 24 tamquam ter *A*, *item bis in seqq.* pateatur *B* maledicus *W*

Servvm dei innocentem esse debere ne incidat in poenam saecvlarem.

Paulus apostolus ad Romanos: Vis non timere pote- 38
statem? quod bonum est fac, et habebis laudem ex ea.

Datvm nobis esse exemplvm vivendi in christo.

In epistula Petri apostoli ad Ponticos: Christus pas- 39
sus est pro uobis relinquens uobis exemplum, ut sequamini uestigia eius qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius: qui cum malediceretur, non remaledixit, cum pateretur, non minabatur, tradebat autem se iudici iudicanti iniuste. Item Paulus apostolus ad Philippenses: Qui in figura Dei constitutus non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed se exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominis factus et habitu inuentus ut homo. humiliauit se factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis. propter quod Deus exaltauit illum et donauit illi nomen, ut sit super omne nomen, ut in nomine Iesu omnes genu curuent caelestium et terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris. Item in euangelio secundum Iohannem: Si ego laui pedes uestros magister et dominus, et uos debetis aliorum pedes lauare, exemplum enim dedi uobis, ut sicut ego feci et uos aliis faciatis.

3 Rom. 13, 3. 6 I Petr. 2, 21 sq. 11 Phil. 2, 6 sq. 20 Io. 13, 14 sq.

1 incedat *A*[1] 3 in epistula pauli ad *WLMBv* 4 quod bonum est *A*, bonum *WLMBv* habebit *A* ex] ab *WLM* ea] illa *v* ex ea *om. B* 5 nobis esse *Mv*, est nobis *W*, nobis *AWLB* exempla *B* 6 apostoli *om. WLMBv* christus enim *v* 7 pro nobis *WML*[1]*v* uobis] nobis *L* sequamur *M* 9 maledixit *MB* 10 autem *om. B* iudici *om. WLMBv* iucanti *A* 11 apostolus *om. WLMBv* in figura dei] cum in forma dei esset *W* 12 rapina *W* 13 semet ipsum *W* inaniuit *LMB* similitudinem *Wv* 14 ut *om. L*, est *MB* factus *A s. l. m. 2* 15 obaudiens *WLM* 16 et deus *MBv* ut sit] quod est *A* 17 omne *WBv* curuetur *v*, flectant *A*; *cf. test. II 13* et *om. v* 19 iesus christus *Bv* dei *om. B* patris est *B* 21 aliorum] alterutrum *W* 22 et] sic et *A*

Non iactanter nec tvmvltvose operandvm.

40 In euangelio secundum Matthaeum: Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in abscondito, et pater tuus qui uidet in absconso reddet tibi. Item illic: Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt in uicis et synagogis, ut clarificentur ab hominibus. amen dico uobis, perceperunt mercedem suam.

Inepte et scvrriliter non loqvendvm.

41 Paulus apostolus ad Ephesios: Stultiloquium et scurrilitas quae ad rem non pertinet nec nominetur in uobis.

Fidem totvm prodesse, et tantvm nos posse qvantvm credimvs.

42 In Genesi: Et credidit Abraham Deo, et deputatum est illi ad iustitiam. Item apud Esaiam: Et si non credideritis, neque intellegetis. Item in euangelio secundum Matthaeum: Modicae fidei, ad quid dubitasti? Item illic: Si habueritis fidem tamquam granum sinapis, dicetis monti huic: transi hinc illuc, et transibit, et nihil inpossibile erit uobis. Item secundum Marcum: Omnia quaecumque oratis et petitis credite quia accipietis, et erunt uobis. Item

2 Matth. 6, 3. 4 Matth. 6, 2. 9 Eph. 5, 3 sq. 13 Gen. 15, 6. 14 Es. 7, 9. 16 Matth. 14, 31. 16 Matth. 17, 20. 19 Marc. 11, 24.

3 tua *om. WB, in A et L add. m. 2* quid *ex* tua *B m. 2* scondito *W*, absconso *M* 4 absconso] abscondito *LBv* tibi in palam *W*, tibi palam *B* illic] de hoc *L*, de hoc ipso *W* 5 facies *M* tuba canere *AB*, tubiceuare *W*, bucinare *Lv*, tumultuari *M*, tumultuare *V* sicut *A*, quomodo *WLMBv* 6 et] et in *B* ab *om. A* 7 perciperunt *A*, conpensauerunt *WLBV*, compleuerunt *Mv* 8 scuriliter *A¹WL* eloquendum *B* non loquendum . *.l. 10* scurilitas *W s. l. m. 2* 9 in epistula pauli ad *WLMBv* 10 quae] quem *B* pertinent *LM²v* nec] ne *LB* nominentur *LM¹v* quidem in *LMBv* nobis *A* 11 in totum *r.* tantum *W*, *om. B* et *om. A* 13 Et] *om. B* deputatum *W sed* de *add. m. 2*, reputatum *B* 14 illi] ei *Mv* ad] in *L* 15 intellegitis *L* item *om. WLMB* 16 modice *A* ad quid *L*, ut quid *AW*, quare *MBv*, *εἰς τί ἐδίστασας Graec.* item illic] et iterum *WLM* 17 tamquam *A*, sicut *B*, ut *W*, quasi *LMv* 18 illoc *L¹*, illo *Br* transiit *A* 19 erit] esset *A* 20 item illic] et iterum *M*, item rursum *LB*, item in eodem *W*

illic: Omnia possibilia credenti. Item apud Abbacuc: Iustus autem ex fide mea uiuit. Item in Daniele Ananias, Azarias, Misahel credentes liberati sunt de flamma.

POSSE EVM STATIM CONSEQVI QVI VERE CREDIDERIT.

In Actibus apostolorum: Ecce aqua: quid est quod me **43**
inpediat tingui? tunc dixit Philippus: si credis ex toto corde tuo, licet.

FIDELES INTER SE DISCEPTANTES NON DEBERE GENTILEM IVDICEM EXPERIRI.

Paulus apostolus ad Corinthios prima: Audet quis- **44**
quam uestrum aduersus alterum negotium habens disceptare apud iniustos et non apud sanctos? nescitis quia sancti mundum iudicabunt? Item illic: Iam quidem in totum delictum in uobis est, quia iudicia habetis inuicem. quare non magis iniuriam sustinetis? quare non magis fraudem patimini? sed uos iniuriam facitis et fraudatis et hoc fratribus. aut nescitis quoniam iniusti regnum Dei non consequentur?

SPEM FVTVRORVM ESSE, ET IDEO FIDEM CIRCA EA QVAE PROMISSA SVNT PATIENTEM ESSE DEBERE.

Paulus apostolus ad Romanos: Spe saluati sumus. spes **45**
autem quae uidetur non est spes. quod enim uidet quis, quid

1 Marc. 9, 23. 2 Ab. 2, 4. 5 Act. 8, 36 sq. 10 I Cor. 6,1. 2. 7—9. 20 Rom. 8, 24 sq.

1 item *om.* *v* abbacum *A*, ambacum *WLM*¹ 2 mea *om.* *B* uiue *L* item *om.* *LM* danielo *WML*², machabeis *ABL*¹ annanias *AWL* 3 credentibus *B*, credentes deo *LMv* flamma ignis *v*, flamma ignis ardentis *W* 5 actis *WLM* 6 inpediat *ALV*, impedit *Mv*, prohibet *W*, prohibet me *B* tingui *LV*, ingui *A*, baptizari *WMBv* 7 tuo corde *B* licet] dicet *A* 9 iudicem gentilem *B* 10 in epistula (...lis *L*) pauli ad *WLMBv*; *item l. 20, p. 151 l. 4* audet] habet *A* 11 aduersos alium *A* disceptare] iudicari *W* 12 an nescitis *v* hunc mundum *Mv* 13 item illic *A*, et iterum *WLMBv* delectum *A* est uobis (in *om.*) *W* 14 cum inuicem *MBv*, aduersus inuicem *L* 15 sustinetis *A*, patemini *W*, patimini *LMBv* aut quare *v*, et quare *M* fraudem patimini (patemini *WA*¹) *AWLB*, fraudamini *Mv* 16 fratribus] frs̃ *LB* aut] an *Wv* 17 non consequentur *om.* *W* consequuntur *L*, possidebunt *B* 18 fidem nostram *v* 20 saluati *ex* saluti *LM*

sperat? si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus.

Mvlierem in ecclesia tacere debere.

46 Paulus apostolus ad Corinthios prima: Mulieres uestrae in ecclesiis taceant. si quae autem quid discere uolunt, domi uiros suos interrogent. Item ad Timotheum: Mulier cum silentio discat in omni subiectione. docere autem mulieri non permittitur neque dominari uiro suo [sed esse in silentio]. Adam enim primus formatus est, deinde Eua: et Adam seductus non est, mulier autem seducta est.

Delicto et merito nostro fieri, vt laboremvs nec dei opem in omnibvs sentiamvs.

47 Apud Osee: Audite sermonem Domini, filii Israel: quia iudicium est Domino aduersus incolas terrae, quod neque misericordia neque ueritas neque agnitio Dei sit super terram: exsecratio et mendacium et caedes et furtum et adulterium diffusum est super terram: sanguinem sanguini supermiscent. idcirco terra lugebit cum uniuersis incolis suis, cum bestiis agri, cum serpentibus terrae, cum uolatilibus caeli, et deficient pisces maris, ut nemo iudicet, nemo reuincat. Item apud Esaiam prophetam: Numquid non ualet manus Domini ut saluos faciat, aut grauabit aurem ut non exaudiat? sed peccata uestra inter uos et Deum separant, et propter peccata uestra auertit faciem a uobis ne mi-

4 I Cor. 14, 34 sq. 6 I Tim 2, 11 sq. 13 Os. 4, 1 sq. 21 Es. 59, 1 sq.

1 patientiam expectamus *AWB*, expectationem (spectationem *M*) speramus *LMV* 3 mulieres *A* 5 uestrae *om. v* ecclesia *WMBv* taceat *W*[1] quae] quid *W*, *om. M* quid] quae *B*, *om. A* discere] dicere *A* 7 subiectione] summissione *LB*, humilitate *V* doceri *B* mulierem *v* 8 permitto *WLMBv* dominari *AW*, praepositam (...ta *L*) esse *LMBv* in uiro *W* suo *om. WLMBv* sed esse in silentio *om. AWLMB* 9 primo *B* euua *A*, eu*ua *W* 10 non est seductus *M* 13 domini *om. A* 14 domino] dn̄i *AL*, *sed L m. 2 ex* domi 15 dei *L s. l. m. 2* sed exsecratio *Wv* 16 caedis *A* 17 et idcirco *M* 18 agri et *M* 19 uolatilibus *A*, uolucribus *WLMBv* 20 sit qui iudicet *B* nemo] nemo qui *B*, neque *W* prophetam *om. WLMB* 21 non *W s. l. m. 2* dei *WL* saluos faciat] saluet *A; cfr. test. II 4* grauauit *LMv* 23 separant *ponit l. 22 post* uestra *A* peccata] delicta *v* uertit *B*

sereatur. manus enim uestrae inquinatae sunt sanguine et digiti uestri in peccatis: labia autem uestra locuta sunt facinus, et lingua uestra iniustitiam meditatur. nemo loquitur uera, neque est iudicium uerum. fidunt in uanis et locuntur inania, qui parturiunt dolorem et pariunt facinus. Item apud Sophoniam: Defectione deficiat a facie terrae, dicit Dominus. deficiat homo et pecudes, deficiant uolucres caeli et pisces maris, et auferam iniquos a facie terrae.

Non faenerandvm.

In psalmo XIIII: Qui pecuniam non dedit ad usuram et **48**
munera super innocentes non accepit: qui facit haec non mouebitur in aeternum. Item apud Ezechielem: Homo autem qui erit iustus hominem non opprimet et pignus debitoris reddet et rapinam non rapiet: panem suum esurienti dabit et nudum operiet et pecuniam suam in usuram non dabit. Item in Deuteronomio: Non faenerabis fratri tuo usuram pecuniae et usuram ciborum.

Inimicos qvoqve diligendos.

In euangelio secundum Lucam: Si diligitis qui uos **49**
diligunt, quae est uobis gratia? et peccatores enim diligunt eos qui se diligunt. Item in euangelio secundum Matthaeum: Diligite inimicos uestros et orate pro his qui uos persecuntur,

6 Soph. 1, 2 sq. 10 Ps. 14, 5. 12 Ez. 18, 7 sq. 16 Deut. 23, 20. 19 Luc. 6, 32. 22 Matth. 5, 44 sq.

1 inquinatae] coinquinate *A*, plenae *M* sanguini *L*, sanguinem *B* (sang. coinq. sunt *A*) 3 nemo] nequi *A* 4 uanum *B* 5 dolorem] dolum *A* parient *M* 6 deficiant *B* dominus] deus meus *B* 8 iniquos] inimicos *W* 10 in *om. W* XIII] XIIII *WL* qui *om. LB* pecunia *W* suam non *WMBv* ad usuram *AW*, faenori *L*, faenore *M*, in foenore *Bv* 11 facit haec *AW*, ista fecerit *LMBv* commouebitur *LMv* 12 ezechiel *M*, ezechiam *B* autem *om. WB* 13 hominem] homo *A*, homines *B* non *om. B* opprimit *M* debitori* *L* 14 rapiet] faciet *v* et panem *Wv* 15 usuras *WLM* 16 ad (in *B*) usuram *WB*, usura *v*; *cfr. LXX*: *οὐκ ἐκτοκιεῖς τῷ ἀδελφῷ σου τόκον ἀργυρίου καὶ τόκον βρωμάτων* usura *v* 19 eos qui *W* 20 uobis gratia est *M* et] *om. B*, nonne et *W* enim *om. W* 21 se digunt *W* in euangelio secundum *A*, cata *WLMBv* 22 his] eis *A*

ut sitis filii patris uestri qui est in caelis, qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos.

Sacramentvm fidei non esse profanandvm.

50 Apud Salomonem in Prouerbiis: In aures inprudentis noli quicquam dicere, ne quando audierit, inrideat sensatos sermones tuos. Item in euangelio secundum Matthaeum: Ne dederitis sanctum canibus neque miseritis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis et conuersi elidant uos.

Qvod nemo in opere svo extolli debeat.

51 Apud Salomonem in Ecclesiastico: Noli te extollere in faciendo opere tuo. Item in euangelio secundum Lucam: Quis uestrum habens seruum arantem aut pastorem uenienti de agro dicit: continuo transi, recumbe? sed dicit illi: para aliquid quod cenem et adcingere et ministra mihi, donec manducem et bibam, et postea tu manducabis et bibes. numquid habet gratiam seruo illi, quia fecit quae ei imperata sunt? sic itaque et uos, cum feceritis quae uobis imperata sunt, dicite: serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus.

Credendi vel non credendi libertatem in arbitrio positam.

52 In Deuteronomio: Ecce dedi ante faciem tuam uitam et mortem, bonum et malum. elige uitam ut uiuas. Item apud Esaiam: Et si uolueritis et audieritis me, bona terrae edetis:

4 Prou. 23, 9. 7 Matth. 7, 6. 11 Sir. 10, 26. 13 Luc. 17, 7 sq. 22 Deut. 30, 19. 24 Es. 1, 19 sq.

1 in caelis est *WLMBv* 2 pluet *M* et iniustos *W s. l. m. 2* 4 paroemiis *WLMB*, parabolis *V* 5 quando] cum *W* inrideat] subsannet *L* sensatus *L* 7 ne dederis *B*, nolite dare *W* canibus *om. A* 8 forte *om. B* conculcet *M*, inculcent *LBv* eas] ea *Bv* 9 elidant] disrumpant *W* 11 te *om. A* extollere *ex* extolle *W m. 2* 12 in euangelio *om. B* 13 qui *W* est uestrum *A* orantem *A* pastorem] oues pascentem *W* et uenienti *Mv* 14 transi et *WB* 15 cenam *W* 16 manducas *W* bibis *WM* 17 habet] agit *W* gratias *W* ei *om. AL* imperata sunt ei (illi *B*) *MB* 18 perfeceritis *v* imperata sunt uobis *B* 19 seruis M^1 inutiles *AW*, superuacui *LMBv* debuimus] habuimus M^1v 21 posita *B* 22 uitam tibi *v* 23 ut] et *M* 24 obaudieritis *B* et audieritis . . . *p. 155 l. 1* me *W s. l. m. 2* editis *A*

si autem nolueritis et non audieritis me, gladius uos comedet. os enim Domini locutum est ista. Item in euangelio secundum Lucam: Regnum Dei intra uos est.

Dei arcana perspici non posse, et ideo fidem nostram simplicem esse debere.

Paulus apostolus ad Corinthios prima: Videmus nunc **53**
per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum. Item apud Salomonem in Sapientia: Et in simplicitate cordis quaerite Deum. Item apud eundem: Qui ambulat simpliciter ambulat confidenter. Item illic: Noli esse sapiens multum et noli argumentari plus quam oportet. Item apud eundem: Altiora te ne quaesiueris et fortiora te ne perscrutaueris. Item apud Esaiam: Vae qui arguti sunt in semet ipsis. Item in Machabaeis: Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum. Item Paulus apostolus ad Romanos: O altitudo diuitiarum et sapientiae et scientiae Dei! quam inexcrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae eius! quis enim cognouit sensum Domini aut quis consiliarius eius fuit aut quis prior dedit ei, et retribuetur illi? quoniam ex ipso et per

3 Luc. 17, 21. 6 1 Cor. 13, 12. 9 Sap. 1, 1. 10 Prou. 10, 9. 11 Eccl. 7, 17. 13 Sir. 3, 21. 14 Es. 3, 9. 15 I Macc. 2, 60. 17 Rom. 11, 33 sq.

1 nolueris L^1 obaudieritis *B* comedet *A*, consumet *WLMBv; cf. test. I 24* 2 ista *om. B* 4 arcana *ex* arca *W m. 2* non *om. W* 6 in epistula pauli *WLMv, om. B* prima *om. W* 7 per] in *B* in] per *B* aegnigmatae *W*. enigmata *B* nunc *B* facie] faciem WL^1M^1B 8 scio] cognosco *W* autem *om. A* cognoscar *B* sicuti (et *om.*) *LM* ego cognitus *LMBv* 9 in sapientia solomonis *W* simplicitatem *W*, simplicitatem a te *A* 10 deum] illum *v*, dn͞m *B* 11 fidenter *WLMBv* Item illic....oportet] *ponit Mv post* perscrutaueris *l. 14, om. L* item *om. M* illic *A*, apud eundem *W*, in salomone *LMBv* sapiens multum *AWB*, multum iustus *Mv* 13 altior a te *A* requaesiueris *L*, quaesieris *WMBv* fortior a te *A* scrutaueris *W*, scrutatus sis *LMB*, scrutatus fueris *v* 14 esaiam] eundem *M* qui *om. A* 15 ipsos *B* 16 leonis *A* item *om. WM* in epistula (epistulis L^2) pauli WL^1M, *om. B* 17 et (*ante* sap.) *om. WBv* sapientia *A* 18 inscrutabilia *M*, scrutabilia *A*, incomprehensibilia *v* et] et quam *LMBv* sunt uiae *B* 19 dei *WLB* aut *A*, uel *WLMBv* 20 illi] ei *A*

ipsum et in ipso omnia: ipsi gloria in saecula saeculorum. Item ad Timotheum: Stultas autem et ineruditas quaestiones deuita sciens quia lites generant. seruum autem Domini non oportet litigare sed mitem esse ad omnes.

NEMINEM SINE SORDE ET SINE PECCATO ESSE.

54 Apud Iob: Quis enim mundus a sordibus? nec unus, etiam si unius diei sit uita eius in terra. Item in psalmo L: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in delictis peperit me mater mea. Item Iohannes apostolus: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, et ueritas in nobis non est.

NON HOMINIBVS SED DEO PLACENDVM.

55 In psalmo LII: Qui hominibus placent confusi sunt, quoniam Deus nihil fecit illos. Item Paulus apostolus ad Galatas: Si hominibus placere uellem, Christi seruus non essem.

DEVM NIHIL LATERE EX HIS QVAE GERVNTVR.

56 In Sapientia Salomonis: In omni loco speculantur oculi Dei bonos et malos. Item in Hieremia: Ego Deus adproximans et non Deus de longinquo. si absconditus fuerit homo in

2 II Tim. 2, 23 sq. 6 Iob 14, 4 sq. 7 Ps. 50, 7. 9 I Io. 1, 8. 13 Ps. 52, 6. 15 Gal. 1, 10. 17 Prou. 15, 3. 18 Hier. 23, 23 sq.

1 sunt omnia *WLMBv* gloria *A*, claritas *WLMBv* 2 autem *om. M* eruditas W^1 euita *WL* 3 seruo *A* dei *WLMBv* 4 litigare non oportẽt *A* 5 sine sorde *om. W* 6 a sorde* *M*, sine sordibus *V* unius et iam sit super terram (unius...eius *om.*) *W* unus etiam *om. Hieronymus contra Pelag. c. 32* 7 item *om. WB et Hier.* L] . I . *W* ecce enim *om. WLBV*; enim *om. Hier.* 8 iniquitatibus] facinore *LBV* delictis *AM*, peccatis *WLBV et Hier.* peperit *A*, concepit *WMv et Hier.*, aluit *LBV* mater mea me in utero aluit *V*, aluit me in utero (in utero aluit me *B*) mater mea *LB* 9 in epistula iohannis *WLMBv et Hier.* 10 nosmet *Hier.* decepimus *A* 12 placendum sed deo *A* 13 in psalmo LII] in hieremia p̃f *A* LII] LI L^1M quia *v* 14 item *om. W* paulus apostolus *A*, paulus *B*, in epistula pauli *WLMv* 15 placere uellem] placerem *WB* 16 deum] domino *LM* latere *ex* latare *A m. 2* gerantur *L* 18 domini *A* apud hieremiam *WLMBv* 19 absconditis *B*

absconditoे, ergo ego non uidebo eum? nonne caelum et terram ego impleo, dicit Dominus? Item in Regnorum primo: Homo uidet in facie, Deus autem in corde. Item in Apocalypsi: Et scient omnes ecclesiae quia ego sum scrutator renis et cordis, et dabo unicuique uestrum secundum opera uestra. Item in psalmo XVIII: Delicta quis intellegit? ab occultis meis munda me, Domine. Item Paulus apostolus ad Corinthios secunda: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut reportet unusquisque sui corporis propria secundum quae egit, siue bona siue mala.

Fidelem emendari et reservari.

In psalmo CXVII: Castigans castigauit me Dominus et morti **57**
non tradidit me. Item in psalmo LXXXVIII: Visitabo in uirga iniquitates eorum et in flagellis peccata eorum. misericordiam autem meam non auertam ab eis. Item apud Malachiam: Et sedebit conflans et expurgans sicut aurum et argentum et emundabit filios Leui. Item in euangelio: Non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.

2 I Sam. 16, 7. 3 Apoc. 2, 23. 5 Ps. 18, 13. 7 II Cor. 5, 10. 11 Ps. 117, 18. 12 Ps. 88, 33 sq. 15 Mal. 3, 3. 16 Matth. 5, 26.

1 ego ergo *WL²*, ego *M* terra *B* 2 inplebo *M* dicit dominus *om. B* regñ *A*, basilion *WLMBv* prima *L* 3 uidit *W* faciem *LWM¹B* cor *LB* 4 quoniam *W* 5 uestrum *om LM;* uestrum secundum *om. W* uestra] sua *MBv* 6 item *om. M* ab occultis] a secretis *LB* 7 emunda *WL* paulus apostolus *A*, *om. B*, in epistula pauli *WLMv* 8 secunda] . I . *B* manifestare *B* 9 reportet] recipiat *A; cfr. test. II 28* corporis sui *W* propriae *A*, proprie *M* 10 quod *W* egit] gessit *AB; cf. l. c.* siue (*ante* bona) *om. A* 11 seruari *B* 12 CXVII] CXVI *BM* castigans castigauit *AW*, emundans emundauit (. . . bit *B*) *LMBv* et] sed *W* 13 me non tradidit *LM* 14 iniquitates *A*, facinora *WLMBv* flagellis] uerberibus *W* peccata *A*, delicta *WLMBv* 15 auertam *A*, auferam *M*, dispargam *L*, dispergam *WBv; cf. test II 1* 16 sedit *WLMB* conflans] flagellans *B* 17 et *om. B* emundauit *M*, mundabit *W* leuui *A* exibis *LMBv* 18 reddas *AW*, soluas *LMB*, exsoluas *v* nouissimum *W in marg. m. 2*

Neminem contristari morte debere, cvm sit in vivendo labor et pericvlvm, in moriendo pax et resvrgendi secvritas.

58 In Genesi: Tunc dixit Deus ad Adam: quia exaudisti uocem mulieris tuae et manducasti ex illa arbore, de qua sola praeceperam tibi ne manducares, maledicta terra erit in omnibus operibus tuis. in tristitia et gemitu edes ex ea omnibus diebus uitae tuae. spinas et tribulos eiciet tibi, et edes pabulum agri in sudore uultus tui. edes panem tuum, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quoniam terra es et in terram ibis. Item illic: Et conplacuit Enoch Deo, et non est inuentus postmodum, quia Deus illum transtulit. Item apud Esaiam: Omnis caro faenum et omnis claritas eius ut flos faeni. aruit faenum et flos decidit. uerbum autem Domini manet in aeternum. Item apud Ezechielem: Dicunt: arida facta sunt ossa nostra, periit spes nostra, expirauimus, propterea propheta et dic: haec dicit Dominus: ecce ego aperio monumenta uestra et educam uos de monumentis uestris et inducam uos in terram Israel. dabo spiritum meum in uos, et uiuetis. et ponam uos in terra uestra, et cognoscetis quoniam ego Dominus locutus sum et faciam, dicit Dominus. Item in Sapientia Salomonis: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum illius. placita enim erat Deo anima illius. Item in psalmo LXXXIII: Quam amabilia sunt taber-

3 Gen. 3, 17 sq. 11 Gen. 5, 24. 12 Es. 40, 6 et 8. 15 Ez. 37, 11 sq. 21 Sap. 4, 11 et 14. 23 Ps. 83, 2 sq.

1 mortem WL^1B^1 uiuendo *ex* uendo *W m. 2* 2 resurgenti A^1 4 dominus *v* ad *L s. l. m. 2* audisti *W* 5 mulieris] uxoris *v* ex illa...manducares *W s. l. m. 2* sole *A* 6 et ea maledicta *W* 7 tuis *ex* tu *W m. 2* 8 pauulum A^1 agri tui *MB* 9 edis *M* 10 de] ex *B* qua et *Lv* adsumtus *W* es *W s. l. m. 2* quia *v* 12 illuc *post* transtulit *erasum in M* item] *om. M*, et *v* 13 caritas *L* ut] sicut *WLM* 14 uerbum *AW*, sermo *LMBv* autem dei *M*, domini uero *B* manebit *L* item *om. v* 15 ezechielum M^1, ezechihel *B* ipsi dicunt *v* perit WLM^1 16 expirauimus] interiuimus *M* prophetiza *Bv* 17 uestrae *A* monumenti W^1 18 et dabo *MBv* 19 terram uestram MBW^2v 20 ego sum *B* 22 intellectus *M* domino *W* 23 amabilia s. t. tua] dilectissimae (dilectae *W*) habitationes tuae *WLv*

nacula tua, Domine uirtutum. concupiscit et deficit anima mea in atria Domini. Item Paulus apostolus ad Thessalonicenses: Nolumus uos ignorare, fratres, de dormientibus, ne contristemini sicut et ceteri qui non habent spem. si enim credimus quia Iesus mortuus est et resurrexit, sic et Deus eos qui dormierunt in Iesu adducet cum eo. Item ad Corinthios prima: Stulte, tu quod seminas, non uiuificatur, nisi mortuum fuerit. Item illic: Stella ab stella differt in claritate, ita et resurrectio. seminatur corpus in corruptione, surgit sine corruptela: seminatur in ignominia, resurgit in gloria: seminatur in infirmitate, resurgit in uirtute: seminatur corpus animale, surgit spiritale. Item illic: Oportet enim corruptiuum istud induere incorruptionem et mortale hoc induere inmortalitatem. [cum autem corruptiuum hoc induerit immortalitatem et mortale hoc induerit incorruptionem,] tunc fiet uerbum quod scriptum est: absorpta est mors in contentionem. ubi est, mors, aculeus tuus? ubi est, mors, contentio tua? Item in euangelio secundum Iohannem: Pater, quos mihi dedisti, uolo ut ubi ego fuero et ipsi sint mecum et uideant claritatem meam

3 I Thess. 4, 13 sq. 7 I Cor. 15, 36. 41—44. 53—55. 18 Io. 17, 24.

1 domine u. c. et deficit *AB*, deus u. desiderat et properat *WLMv* 2 in] ad *WLMv* atria] aulas *B* dei *WLMv* in epistula (...lis *L*) pauli ad *WLMBv* 3 nolumus autem *LMBv* ignorare uos *WLM* (fratres ignorare uos *B*) ne] ut non *B* 4 spem non habent *v* 6 per iesum *B* adducit *W* 7 non] numquid *M* nisi] si non *L*, nisi prius *WMv* mortuum fuerit] moriatur *W* 8 item illic *A*, et iterum *WLMBv* a stella *LM²v*, stellae *WM¹* differit *M* claritate sua *WB* ita *A*, sic *WLMBv* 9 resurrectio mortuorum *WLMB* corruptiones *A*, corruptionem *M¹B* resurgit *WLMv*, resurget *B* sine...*l. 10* resurgit *W s. l. m. 2* 10 in (*ante* ign.) *M s. l. m. 2*, *om. B* resurget *ex* resurgit *L m. 2* in (*ante* inf.) *M s. l. m.* 2 11 resurget *B* resurgit *WL¹MBv*, resurget *L²* 12 in spiritale *M* item illic *AB*, et iterum *WLMv* enim *om. W* corriptiuum *W* 13 incorriptionem *W*, inmortalitatem *B* hoc] istud *B* 14 cum autem ...*l. 15* incorruptionem *om. AWLB* 15 incorruptionem *v*, inmortalitatem *M* uerbum] sermo *W* qui scriptus *W* 16 absorta est *MB*, absumpta est *L*, ubi est *W*, *om. A* contentione *AM*, contentio tua (in *om.*) *W; cf. Gr.* κατεπόθη ἡ θάνατος εἰς νῖκος aculeus tuus ubi est mors *M in margine m. 2 add.* 18 dedisti mihi *v*

quam mihi dedisti ante constitutionem mundi. Item secundum Lucam: Nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundum uerbum tuum in pace, quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Item secundum Iohannem: Si me dilexissetis, gauderetis quoniam eo ad patrem, quia pater maior me est.

De idolis qvae gentiles deos pvtant.

59 In Sapientia Salomonis: Omnia idola nationum aestimauerunt deos, quibus neque oculorum uisus est ad uidendum neque nares ad percipiendum spiritum neque aures ad audiendum nec digiti in manibus ad tractandum, sed et pedes eorum pigri ad ambulandum. homo enim fecit illos, et qui spiritum mutuatus est is finxit illos. nemo autem sibi similem homo poterit deum fingere. cum sit enim mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. melior est autem ipse his quos colit: quoniam ipse quidem uixit, illi numquam. Item illic: Neque operibus adtendentes agnouerunt quis esset artifex, sed aut ignem aut spiritum aut citatum aerem aut gyrum stellarum aut nimiam aquam aut solem aut lunam rectores orbis terrae deos putauerunt: quorum si propter speciem hoc aestimauerunt, sciant quanto his Dominus sit speciosior: aut si uirtutes et opera eorum mirati sunt, intellegant ab ipsis quoniam qui haec constituit fortia fortior est illis. Item in psalmo CXXXIIII: Simulacra gentium argentum et

2 Luc. 2, 29 sq. 4 Io. 14, 28. 7 Sap. 15. 15 sq. 15 Sap. 13, 1 sq. 22 Ps. 134, 15 sq.

1 mundi constitutionem *WLMB* 2 dimitte *A*[2]*W*, demitte *A*[1] 3 quoniam *A* 4 dilexissetis *ex* dixissetis *A m. 2*, diligeritis *W* gauderitis quia *W* 5 eo *A*, uado *WLMBv* 6 quae] qui *A*, quos *B* 8 deos aestimauer̃ *W* uisus *AW*, usus *LMBv*; χρῆσις *LXX* 9 nares *ex* naures *W* neque *v* 10 in manibus *A*, in manu* *M*, manuum *W*, manum *L*, manus *B* contrectandum *v* 11 feci *L*[1] 12 is *L*, his *AB*, *om.* *WM* poterit *om.* *B* 13 finget *LM* 14 his] is *M*[1], iis *v* quidem ipse *A* 15 illi autem *AB* de hoc ipso apud solomonem *W* operibus *A*, opera *WLv*, operam *B*, operata *M* cognouerunt *v* 16 et (*pro* aut) spiritum *B* 17 aut (*ante* girum) *om.* *B* 18 aut] et *LMBv* putauerunt] aestimauerunt *A* quorum....aestimauerunt *om.* *B* 19 hoc] h *W* 21 fortia *W s. l. m. 2* 22 item *om.* *B* CXXXIIII] CXIII *B* simulacra *A*, idola *WLMBv* argomtum *A*

aurum, opera manuum hominum. os habent et non loquentur, oculos habent et non uidebunt, aures habent et non audient, neque enim est spiritus in ore ipsorum. similes illis fiant omnes qui faciunt ea [et omnes qui confidunt in illis]. Item in psalmo XCV: Quoniam omnes dii gentium daemonia: Dominus uero caelos fecit. Item in Exodo: Non facietis uobis deos aureos neque deos argenteos. Et rursum: Non facies tibi idolum nec cuiusquam similitudinem. [Item in Hieremia: Haec dicit Dominus: secundum uias gentium nolite incedere et a signis caeli ne timueritis, quia timent illa in personis suis, quia legitima gentium uacua sunt. lignum de saltu excisum, opus fabri. et conflatum aurum et argentum speciose conposita sunt, in malleis et in clauis confirmauerunt illa et non mouebuntur, quia confixibilia sunt. argentum adpositum est a Tharsis. uenit aurum Moab. opera artificum omnia. hyacinthum et purpuram uestiunt ea. tollentes tollunt illa, quia non prodient. nolite timere ea, quia malum non facient et bonum non est in illis. sic dicite: dii qui caelum et terram non fecerunt pereant a terra et de sub caelo isto. exhorruit caelum in hoc et obhorruit multo magis uehementer, dicit Dominus. haec maligna fecit plebs mea. dereliquerunt me fontem aquae uiuae, et foderunt sibi lacus contritos qui non poterant aquam continere. uerberauit te derelictio tua

5 Ps. 95, 5. 6 Ex. 20, 23. 7 Ex. 20, 4. 8 Hier. 10, 2—5. 9. 11 et 2, 12. 13. 19. 20. 27.

1 opera *A*, opus *WLMBv* manu *A*¹, manum *L* hos *B* loquuntur *LBv* 2 uident *LMBv* audiunt] *LBV*; *addit W*: nares habent et non odorabunt, manus abent et non palpabunt, pedes habent et non ambulabunt, non clamabunt in guttore suo 3 enim *om. W* ipsorum *A*, eorum *WLMBv* illis fiant *A*, sint illis (illi *B*) *WB*, fiant illis *Mv*, illis *L* omnes *om. Mv* 4 et...illis *om. AWLB* item *om. B* 5 XCV] CXIIII *WL*, LXXXIIII *M* quoniam *om. WLMBv* 6 uero *A*, autem *WLMB* uobis ipsis *B* 7 aureos neque deos (deos *om. M*) argenteos *AM*, argenteos neque (et *B*) deos aureos *WLB* rursus *A*, iterum *Mv* 8 item ...*p. 162 l. 26* ascendet *solus exhibet W* hieremiam *W* 9 et a s. c. n. timueritis *om. v* 11 salto *W* 12 malleis] martulis *v* 15 iachintum *W* purpora *W* uestient *v* 16 tollent ea *v* 17 faciunt *v* sic dicite *om. W* 18 terram et mare *W* pereant] intereunt *v* 19 abhorruit multum *v* 20 facit *W* 21 me *om. v* effoderunt *v* detritos *v* 22 derelictio] dilectio *v*

et nequitia tua accusabit te. et scito et uide quoniam amarum tibi erit quod dereliqueris me, dicit Dominus Deus tuus, et non speraueris in me, dicit Dominus Deus tuus, quia in saeculum contribulasti iugum tuum et dirupisti uincula tua, et dixisti: non seruiam, sed ibo super omnem montem excelsum et super omnem collem altum et super omne lignum umbrosum. ibi confundar in fornicatione. ligno dixerunt quia pater meus es tu, et lapidi: tu genuisti me. et conuerterunt ad me dorsum et non faciem suam. In Esaia: Cecidit Bel, dissolutus est draco. facta sunt sculptilia eorum ut bestiae et pecora. auferetis illa conligata quasi sarcinam laborantes et esurientes et non ualentes. Et iterum: Soluti simul non poterunt saluari de bello. ipsi autem captiui ducti sunt tecum. Et iterum: Cui me adsimilastis? uidete, conicite quia erratis corde qui committitis aurum de sacculo et argentum in statera ponderatis in pondera conducentes artificem. fecerunt manufacta et inclinantes se adorauerunt illud: ferunt illa umeris et sic ambulant. si autem posuerint illa, loco manebunt et non mouebuntur: et si qui clamauerint ad illa, non audient et a malis non saluabunt eos. Item in Hieremia: Dominus qui fecit caelum et terram in uirtute correxit orbem in sua prudentia et sua sapientia extendit caelum et multitudinem aquarum in caelo, perduxit nubes ab extremo terrae, fulgura in pluuiam fecit. et eiecit uentos de thesauris suis. infatuatus est omnis homo ab scientia sua, confusus est omnis artifex in sculptilibus suis, quia falsum conflauit. non est spiritus in illis. uacua

9 Es. 46, 1. 2. 5—7. 19 Hier. 28, 15—18.

1 quia *v* 4 cumtribulasti *W* tuum] meum *v* 6 *post* altum *falso repetit W*: et super omnem montem excelsum et super omnem collem omnem *W* lignum] libanum *W* 7 fornicationem *W* ligno] ligno et lapidi *v* 9 et in eseia *W* Bel] uel *v; cf. Sabatier II p. 595 ad h. l.* scluptilia *W*[1] 10 ut] et *W* besteis *W* conligata] collo ligata *v* sarcina *W* 11 soluti] collecti *v* 13 conicite] et intelligite *v* 15 pondere *W* conducentes. Artifices *v* 16 ferunt] et leuauerunt *v* illa] in *v* 17 ambulabant *v* 18 si *om. v* 19 et *om. v* hieremiam *W* 20 qui *om. W* orbem terrae *v* 21 et sua sapientia *om. v* 22 fulgora *W* 23 pluuiam fecit *scripsi*, pluuia infecit *W*, nubibus *v* 24 scluptilibus *W* 25 uacuata *v*

sunt opera inlusa, in tempore conspectionis illorum peribunt. Et in Apocalypsi: Et sextus angelus tuba cecinit. et audiui unum ex quattuor angulis arcae aureae quae est in conspectu Dei dicentem sexto angelo qui habebat tubam: solue quattuor angelos ligatos super flumen magnum Euphratem. et soluti sunt quattuor angeli qui erant parati in horam et diem et mensem et annum, ut occiderent tertiam partem hominum. et numerus exercituum equestrium dismiriades myriadon: audiui numerum eorum. et sic uidi equos in uisu et sedentes super eos habentes loricas igneas et hyacinthinas et sulphureas, et capita equorum †, et ex ore eorum exiit ignis et fumus et sulphur. a tribus plagis istis occisa est tertia pars hominum ex igne et fumo et sulphure quod exiit de ore eorum: nam uis equorum in ore eorum est et in caudis eorum. caudae enim eorum similes anguibus, habentes capita, et in eis nocent. et reliqui hominum qui non sunt occisi in istis plagis nec paenitentiam egerunt opera factorum manuum suarum, ut non adorent daemonia et idola id est simulacra aurea et argentea et aerea et lapidea et lignea, quae neque uidere possunt neque ambulare: et non egerunt paenitentiam homicidiorum suorum neque fornicationis suae neque factorum suorum. Item illic: Et tertius angelus secutus est eos dicens in uoce magna: si quis adorat bestiam et simulacrum eius, et accepit inscriptionem in fronte sua aut super manum suam, is bibet de uino irae eius et punietur igne et sulphure sub oculis angelorum sanctorum et sub oculis agni, et fumus tormentorum eorum in saecula saeculorum ascendet].

2 Apoc. 9, 13—21 et 14, 9—11.

1 inlusa] inclusa *v*; *cf. LXX* 2 et *om.* *W* 3 angelis *W* 4 habet *W* 5 supra *W* efraten *W* 7 exercitum *W* 8 dismiriaden *W* 9 aequos *ex* equos *W m. 2* in...eos *om.* *W* luricas *W* 10 iacintinas *W* sulphoreas *W* et capita...exiit *om.* *W* 11 a] ex *W* 12 sulphore quod exiet *W* 13 nam...eorum *om.* *v* 14 anguillis *v* habentes enim *v* 16 penitenciam *W* 17 ut] et *W* *post* daemonia *repetit* *W*: ut non adorent daemonia 20 neque f. s. n. f. suorum *om.* *v* 21 sequutus *W* 22 uocem *W* 23 is *ex* his *W*, hic *v* 24 bibet...eius et *om.* *W* 26 ascendit *W*

Ciborvm nimiam concvpiscentiam non adpetendam.

60 Apud Esaiam: Manducemus et bibamus, cras enim moriemur. non remittetur nobis peccatum istud, quoadusque moriamini. Item in Exodo: Et consedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere. Item Paulus apostolus ad Corinthios prima: Esca nos non commendat Deo: neque si manducauerimus, abundabimus, neque si non manducauerimus, egebimus. Item illic: Cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. si quis esurit, domi manducet, ut non in iudicium conueniatis. Item ad Romanos: Non est regnum Dei esca et potus, sed iustitia et pax et gaudium in Spiritu sancto. Item in euangelio secundum Iohannem: Ego cibum habeo manducare quem uos non nostis. meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui me misit et perficiam opus eius.

Possidendi concvpiscentiam et pecvniam non adpetendam.

61 Apud Salomonem in Ecclesiastico: Qui diligit argentum non satiabitur argento. Item in Prouerbiis: Captans annonam maledictus in plebe est. benedictio autem in eius capite est qui communicat. Item in Esaia: Vae qui coniungunt

2 Es. 22, 13 sq. 4 Ex. 32, 6. 6 I Cor. 8, 8. 8 I Cor. 11, 33 sq. 10 Rom. 14, 17. 12 Io. 4, 32 et 34. 17 Eccl. 5, 9. 18 Prou. 11, 26. 20 Es. 5, 8.

2 manducemus *AW*, edamus *LMBv* moriamur *W*, morimur *L*; *cf. LXX*: *ἀποθνήσκομεν* 3 remittet *W*[1] pec. ist.] hoc peccatum *B* 4 item *om. B* et *om. AL*[1]*M* consedit] cũsedit *W*, sedis *A* 5 biuere *A* exsurrexit *LM* item *om. LMv* paulus apostolus *A*, paulus *W*, in epistula pauli *LM*, *om. B* ad *A s. l. m. 2* 6 prima *om. W* esca *AW*, cibus *LMBv* commendet *M* neque] ** que *A* 7 abundauimus *AW* non *W s. l. m. 2* mand.] ederimus *LMB* 8 egebimus] aegiuimus *A*, deerit nobis *W* item illic *A*, et iterum *WLMBv* conueneritis *M*, uenitis *W* 9 expectantes *W* si quis] qui *W* manducit *A* ut] et *W* in] ad *WLv* 10 romanus *A* 11 in *om. A* 12 item *om. v* cybum *AW*, panem *M* 13 manducare *om. WLMBv* uos *om. M* non n.] ignoratis *B* meus c.] mea esca *W* 14 et] ut *M* et...eius *om. B* 18 item *om. B* paroemiis *WLMB* 19 in] a *B* capite eius *M* 20 item *om. WLM* apud esciam *WLMB*

domum ad domum et agrum agro continuant, ut auferant proximo aliquid. numquid habitabitis soli super terram? Item apud Sophoniam: Aedificabunt domos et non inhabitabunt, et instituent uineas et non bibent uinum earum, quia prope est dies Domini. Item in euangelio secundum Lucam: Quid enim prodest homini, si totum orbem lucretur et animae suae detrimentum patiatur? Item illic: Dixit autem illi Deus: stulte, hac nocte expostulatur anima tua. quae ergo parasti, cuius erunt? Item illic: Commemorare quoniam percepisti bona in uita tua, Lazarus autem mala. nunc hic consolatur, tu autem cruciaris. Item in Actibus apostolorum: Dixit autem Petrus ad eum: argentum quidem et aurum non est mihi: quod autem habeo hoc tibi do. in nomine Iesu Christi Nazareni surge et ambula. et adprehensa manu eius dextera eleuauit eum. Item ad Timotheum prima: Nihil intulimus in hunc mundum, uerum nec auferre possumus. habentes itaque uictum et uestitum his contenti simus. qui autem uolunt diuites fieri incidunt in temptationem et laqueum diaboli et desideria multa et nocentia quae mergunt hominem in perditionem et in interitum. radix

3 Soph. 1, 13 sq. 5 Luc. 9, 25. 7 Luc. 12, 20. 9 Luc. 16, 25. 11 Act. 3, 6. 15 I Tim. 6, 7 sq.

1 ad domum et uillam ad uillam *B* agro] ad agrum *v* auerant *W*, auferant *ponit post* aliquid *B* proximo suo (sui *W*) *WMBv*, proximi sui *L*[1], proximis suis *L*[2] 2 soli habitabitis *WB* 3 domus *M* inhabitabunt in ea *A* 4 bibunt *M*[1] 5 item *om. MB* in euangelio *om. A* 6 prodeest *A* si totum orbem (mundum *B*) lucretur *AB*, lucrifacere (lucrare *W*) totum mundum *WLMv* et an. s. d. patiatur *A*, se autem ipsum perdere (perdat *B*) *WLMB*, se ipsum autem p. *v* 7 item illic *A*, illic *B*, et iterum *WLMv*; *item l. 9* dominus *LMv* deus stulte *om. B* 8 hac] ac *A* tua a te *B* cui *ex* cuius *B* 9 rememorare *W* 10 eleazar *WL*, et lazarus *Mv* autem] similiter *Mv* nunc uero *Mv* consolatur *AW*, rogatur *LMBv* 11 cruciaris *AW*, doles *LMBv* item *A*, et *LBv*, *om. WM* actis *WLMB* 12 quidem *om. W* 13 do tibi *WB* nazarei *LMBW*[2], nazorei *A* 14 et (*ante* amb.) *om. B* apphendens manum eius dextram *B* eleuauit *A*, erexit *W*, excitauit *LMBv* illum *B* item *om. B* 15 prima *om. W* 16 nec] quia nec *A* auferre quid *v* possimus *M* uictum *A*, exhibitionem *WLMBv* uestitum *A*, tegumentum *WLMBv* 17 diuites uolunt fieri *M* fieri *A s. l. m. 2* incedunt *A*[1] 18 laquaeum diabuli *A*, muscipula *WLVB*, muscipulam *Mv* 19 dimergunt *A* in perditionem et *om. A* in *om. L*

enim omnium malorum est cupiditas quam quidam adpetentes naufragauerunt a fide et inseruerunt se doloribus multis.

Matrimonivm cvm gentilibvs non ivngendvm.

62 Apud Tobiam: Vxorem accipe ex semine parentum tuorum et noli sumere alienam uxorem quae non est ex tribu parentum tuorum. Item in Genesi mittit puerum suum Abraham, ut de semine suo accipiatur Rebecca filio eius Isaac. Item in Esdra satis non fuit Deo, cum uastarentur Iudaei, nisi alienigenas uxores cum filiis quoque, quos ex illis procreauerant, dereliquissent. Item apostolus Paulus ad Corinthios prima: Mulier alligata est, quamdiu uiuit uir eius. si autem dormierit, liberata est: cui uult nubat, tantum in Domino. beatior autem erit, si sic permanserit. Item ad Corinthios prima: Nescitis quia corpora uestra membra Christi sunt? auferens membra Christi faciam membra meretricis? [absit.] aut nescitis quia qui coniungit se meretrici unum corpus est? erunt enim duo in carne una. qui autem coniungit se Domino unus spiritus est. Item ad Corinthios secunda: Nolite coniungi cum infidelibus. quae autem participatio est iustitiae et iniquitati? aut quae commu-

4 Tob. 4, 12. 11 I Cor. 7, 39 sq. 14 I Cor. 6, 15 sq. 19 II Cor. 6, 14.

1 malorum omnium *B* 2 naufrauerunt *A*[1], errauerunt *B* 3 gentilium non iungedum *W* 4 accipere *M*[1] accipet ibi uxorem *W* 5 alienigenam mulierem *W*, uxorem alienam *M* 6 item *om.* *WB* 7 accipiat rebeccam *Mv* 8 satus *A* fit *WLB* deus *B* 9 alieniginas *A* 10 reliquissent *WLMBv* 11 item a. p. *A*, in epistula pauli *WML*, *om.* *B* prima *om.* *AB* 12 alligata *A*, uincta *WLMBv* est legi *W* dormierit] mortuus fuerit *W* 13 ut cui *Mv* uolet *L*, uoluerit *B* beatior *AW*, felicior *LMBv* 14 quoniam *v* 15 sunt christi *B* sunt a. m. christi *om.* *A* auferes *M* 16 faciens *M* meretricis *A*, fornicariae *LMBv*, fornicationis *W* absit *om.* *AWLB* qui *om.* *L* iungit se *W*, conglutinatur *LMv*, conglutinantur *B* 17 meretrici *AW*, fornicariae *LMBv* est *A*, sunt *LMBv*, facit *W* duo] ambo *B* unam carnem *B*, una carne *v* 18 se coniungit *W*, se coniunxerit (...int *L*) *LMBv* deo *A* est] sunt *LB*; *addit B in margine*: uel unum corpus sunt item *om.* *B* 19 iungi *A* 20 participio *M*[1] iniquitate *W*, iniquitatis *B* communio est *LMB*, est communicatio *v*

nicatio est lumini ad tenebras? Item de Salomone in Basilion tertio: Et auerterunt uxores alienigenae cor eius post deos suos.

GRAVIVS DELICTVM ESSE FORNICATIONIS.

Paulus apostolus ad Corinthios prima: Omne delic- 63
tum quodcumque fecerit homo extra corpus est. qui autem fornicatur in corpus suum peccat. [non estis uestri: emti enim estis pretio magno. clarificate et portate Dominum in corpore uestro].

QVAE SINT CARNALIA QVAE MORTEM PARIANT ET QVAE SPIRITALIA QVAE AD VITAM DVCANT.

Paulus apostolus ad Galatas: Caro enim concupiscit 64
aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem. haec enim inuicem aduersantur sibi, ut non quae uultis ipsa faciatis. manifesta autem sunt facta carnis, quae sunt adulteria fornicationes, inmunditiae, spurcitiae, idololatria, ueneficia, homicidia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, prouocationes, simultates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, comissationes et his similia: qui talia agunt regnum Dei non possidebunt. fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, magnanimitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas. qui enim Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum uitiis et concupiscentiis.

OMNIA DELICTA IN BAPTISMO DEPONI.

Paulus apostolus ad Corinthios prima: Neque forni- 65
carii neque idolis seruientes neque adulteri neque molles neque

2 1 Reg. 11, 4. 4 I Cor. 6, 18. sq. 10 Gal. 5, 17 et 19 sq. 25 I Cor. 6, 9 sq.

1 lumini] luci *v* de] in *M* salomonem *LM* in *om. M* basilion] genesi *A* 2 tertio *om. W* 3 graue *Bv* 4 paulus apostolus *A*, item *M*, in epistula pauli *WLv*, *om. B*, *item l. 10 et 23* prima] . II . *W* 6 corpus suum] carne sua *M* non estis. . . *l. 7* uestro *om. AWLB* 7 magno *om. M* 8 sunt *v* 10 enim *om. WLMBv* 11 et *om. W* 12 sibi aduersantur *A* ipsa faciatis *W s. l. m. 2*; ipsa *om. B* 13 sunt autem *v* 14 idolatria *ALB*, idolatriae *WM* beneficiae *M* 15 animositas *LB* 16 heresis *MBL* comisationes A^1LM^1, comesationes WA^2 17 qui] quae praedico quia qui *v*, quia qui *M* 18 caritas] agape *LB*, agapes *V* 19 mansetudo *W* 20 sunt Christi *WLMBv* suam *om. LB* 22 pabtismo *W* 23 fornicatores *ex* fornicauerit *W m. 2* 24 *post* molles *repetit L:* neque idolis seruientes

masculorum concubitores neque fures neque fraudulenti neque ebriosi neque maledici neque raptores regnum Dei consequentur. et haec quidem fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini Iesu nostri Christi et in spiritu Dei nostri.

Disciplinam dei in ecclesiasticis praeceptis observandam.

66 Apud Hieremiam: Et dabo uobis pastores secundum cor meum, et pascent uos pascentes cum disciplina. Item apud Salomonem in Prouerbiis: Fili, ne neglexeris disciplinam Dei neque defeceris ab eo correptus. quem enim diligit Deus, corripit. Item in psalmo II: Adprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus et pereatis a uia iusta: cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo. Item in psalmo XLVIIII: Peccatori autem dicit Deus: Quare tu enarras iustitias meas et sumes testamentum meum per os tuum? tu uero odisti disciplinam et proiecisti sermones meos post te. Item apud Salomonem: Disciplinam qui abicit infelix est.

8 Hier. 3, 15. 10 Prou. 3, 11 sq. 12 Ps. 2, 12. 15 Ps. 49, 16 sq. 18 Sap. 3, 11.

1 concubitores *A*, adpetitores *WLMBv* neque fures *ponit post* fraudulenti *M* fraudolenti *W*, fraudatores *v* 2 neque raptores *om. B* consequentur] possidebunt *B* 3 sed] et *B* (*ante* sanct.) sed iustificati estis *om. WMBv* 4 iustificati] uiuificati *L* in om̄ *A* nr̄i iesu *MB* in *om. B* 6 disciplina *B* praeceptis...*l. 8* pastores *W s. l. m. 2* 7 obseruandum *A*[1] 8 pastorem *B* 9 uos] oues *Bv* uos...*l. 10* solomonem *add. m. 2 in W* disciplinam *B* item *om. B* 10 paroemiis *WLMB* ne *om. B* neglecxeris *B*, neglexiris *M* 11 deus diligit *v* 12 item *om. B* adpraehendite *A*, continete *WLMBv* 13 quando *AB*, forte *WLMv* a] de *B* iusta *AB*, recta *WLMv* 14 in breui *AB*, breui *W*, cito *LMv* eius super uos *LMBv* beati] felices *LB* confidunt in eum *WM*, in eum conf. *LB* item *om. B* 15 dixit *B* quare tu *A*, ad quid *WMLBv* enarras *A*, exponis *WLBv*, apponis *M* 16 iustitias *A*, iustificationes *WLMv*, iustificationem *B* meam *B* adsumes *M*, adsumis *WLBv* uero *A*, autem *WLMBv* 17 abiecisti *WLMBv* meos *W s. l. m. 2* post te *WM*, retro *LBv*, *om. A* item *om. B* 18 in sapientia (salomonis *add. Mv*) *WLMBv* auicit *A*, habicit *W*, abicit *M sed* cit *ex corr.*

Praedictvm qvod disciplinam sanam aspernatvri essent.

Paulus apostolus ad Timotheum secunda: Erit tem- **67**
pus, quando sanam doctrinam non sustinebunt, sed secundum sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes in audiendo [scalpentes aures]. et a ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.

Recedendvm ab eo qvi inordinate et contra disciplinam vivat.

Paulus apostolus ad Thessalonicenses: Praecipimus **68**
autem uobis in nomine Domini nostri Iesu Christi, ut discedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinate et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. Item in psalmo XLVIIII: Si uidebas furem, simul cum eo concurrebas et cum adulteris portionem tuam ponebas.

Non in sapientia mvndi nec in eloqventia esse regnvm dei sed in fide crvcis et virtvte conversationis.

Paulus apostolus ad Corinthios prima: Misit me **69**
Christus adnuntiare, non in sermonis sapientia, ne inanis fiat crux Christi. uerbum enim crucis stultitia est his qui pereunt, his autem qui saluantur uirtus Dei est. scriptum est enim: perdam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium reprobabo. ubi sapiens, ubi scriba, ubi conquisitor saeculi huius?

3 II Tim. 4. 3 sq. 10 II Thess. 3, 6. 13 Ps. 49, 18. 18 I Cor. 1, 17 sq.

2 esse *L* 3 apostolus *om. WLMBv* 4 quando] cum *W* doctrinam] disciplinam *M* 5 desideria sua *B* 6 scalpentes aures *om. A*, *cfr. Gr.* auditui *W* 8 ab eo *ex* aleo *A m. 2* 9 uiuit WL^2 10 paulus apostolus *A*, paulus *B*, in epistula (epistulis *L*) pauli *WLM* praecepimus *AMB* 11 domini nostri *om. LM* recedatis *B* 12 fratribus *om. B* 13 traditionem] rationem *B* quem L^1 acciperunt *A* item *om. B* XLVIII *B* 14 uideras *L* simul *om. L* concurrebas (currebas *W*) cum eo (cum illo *B*, ei *L*) *WLMB* cum] inter *L*, *om. A* adult. port.] moechos particulam *L* 16 in (*ante* eloq.) *om. M* et in *Mv* 18 paulus apostolus *A*, *om. B*, in epistula (epistulis *L*) pauli *WLMv* prima] . II . *M* 19 sapientiae *A*, sapientiam *B* inane *B* 20 his] eis *B*, iis *v* 21 his] iis *v* et scriptum *M* 22 inprudentiam L^1 23 sapies W^1, sapientes *A* huius saeculi *WBv*

nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? quoniam quidem in sapientia Dei non cognouit mundus per sapientiam Deum, conplacuit Deo per stultitiam praedicationis saluare credentes: quoniam Iudaei signa desiderant et Graeci prudentiam quaerunt. nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem uocatis Iudaeis et Graecis Christum Dei uirtutem et Dei sapientiam. Item illic: Nemo se decipiat. si quis putat sapientem se esse in uobis, saeculo huic stultus fiat ut sit sapiens. sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum. scriptum est enim: conprehendens sapientes in astutia ipsorum. Item illic: Dominus cognouit cogitationes sapientium, quia uanae sunt.

Parentibvs obseqvendvm.

70 Paulus apostolus ad Ephesios: Filii, obsequentes estote parentibus uestris. hoc enim est iustum. honora patrem tuum et matrem, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi et sis longaeuus super terram.

Patres qvoqve asperos esse circa filios non oportere.

71 Paulus apostolus ad Ephesios: Et uos, patres, nolite ad iracundiam prouocare filios uestros, sed nutrite eos in disciplina et correptione Domini.

8 I Cor. 3, 18 sq. 14 Eph. 6. 1—3. 19 Eph. 6, 4.

1 stultam (stultum *A*) fecit *AW*, infatuabit *B*, infatuauit *LMv* huius mundi] saeculi *W* 2 in *om. W, erasum in L* sapientiam *L* deum] deo *B*, dnī *LM* 3 placuit *W* 4 desiderant] petunt *W* 6 ipsi *B* 7 item illic *AB*, et iterum *WLMv: item l. 11* 8 qui *WL* se sapientem *MB* sapientem . . . *l. 9* sapiens *W s. l. m. 2* 9 saeculo] mundo *Bv* sit] fiat *LMB* 10 mundi huius *B* conpraehendes *A*, adpraehendens *W*, repraehendens *M*[1]*B*, repraehendam *M*[2], reprehendes *Lv* 11 astudia eorum *A* 12 quoniam *A* uanae sunt *A*, stulte sunt *W*, sunt stultae *LMBv* 14 in epistula (epistulis *L*) pauli *WLMBv* 16 matrem tuam *Mv* 17 tibi sit *W* longeuus sis *M* 18 circa filios esse *WLM* 19 paulus a. a. efesios *A*, item illic *W*, et iterum *B*, *om. LM; uariantes lectiones id genus posthac non adnotaui* et *om. B* nos *om. WLMB* patres] parentes *M* 20 ad *AB*, in *WLMv* iracundia *B* prouocare *A*, mittere *WLMBv* 21 correptionem *A*, correctione *LM*

SERVOS CVM CREDIDERINT PLVS DOMINIS CARNALIBVS SERVIRE DEBERE.

Paulus ad Ephesios: Serui, obaudite dominis carnalibus 72
cum timore et tremore, in simplicitate cordis uestri sicut Christo, non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes, sed quasi serui Christi.

ITEM DOMINOS MITIORES ESSE DEBERE.

Paulus apostolus ad Ephesios: Et uos, domini, eadem facite ad eos remittentes minas, scientes quia et uester et ipsorum dominus est in caelis, et personarum acceptio non est apud illum.

VIDVAS PROBATAS QVASQVE HONORANDAS.

Paulus apostolus ad Timotheum prima: Viduas ho- 74
nora, quae uere uiduae sunt. quae autem in deliciis est, uiuens mortua est. Item illic: Adulescentiores autem uiduas deuita. cum enim deliciatae fuerint in Christo, nubere uolunt habentes damnationem, quoniam primam fidem reprobauerunt.

SVORVM ET MAXIME FIDELIVM CVRAM PLVS VNVMQVEMQVE HABERE DEBERE.

Paulus apostolus ad Timotheum prima: Si quis 75
autem suorum et maxime domesticorum non agit curam, fidem denegat et est deterior infideli. Item apud Esaiam: Si uideris nudum, uesti et domesticos seminis tui non despexeris.

3 Eph. 6, 5 sq. 8 Eph. 6, 9. 13 I Tim. 5, 3. 6 et 11. 20 I Tim. 5, 8. 22 Es. 58, 7.

1 plus crediderint *M* 3 dominis uestris *M* 4 timore *A*, metu *WLMBv* in] et in *WBv* 5 homini *L* quasi hominibus placentes *om. A* 6 christi] dei *Lv* 7 item *om. AB* 9 remittentes minas *A*, laxantes iracundiam *WLMBv* uestrum *WLM* et *om. M* ipsorum] illorum *A* 10 in caelis est *B* exceptio (acceptio *W*) personarum *WLMBv* aput illum *A*, in illo *WLMBv* 12 quosq; *A* 13 prima] . II . *B* honoras *M*[1] 14 uere *AW*[1]*M*, uerae *W*[2], re uera *LB* sunt uiduae *LBv* in deliciis *A*, delicata *WLMBv* est uidua *Mv* uiuens *om. B*, uiua *L* 15 aduliscentiores *A*, iuniores *WLMBv* euita *W*. praeteri *LMv* 16 delicatae *B*, indelicatae *L*, indeliciatae *V*, in deliciis *W*. in delicias**** *M* fuerunt *A*[1] 17 damnationem *A*, iudicium *WLMBv* quia *A* probauerunt *B* 22 negat *A* infideli deterior *A* 23 despicies *MB*, despicias *v*; *cf. test III 1 p. 108*

De quibus domesticis in euangelio dictum est: Si patremfamilias dixerunt Beelzebul, quanto magis domesticos eius.

Maiorem natv non temere accvsandvm.

76 Paulus apostolus ad Timotheum prima: Aduersus maiorem natu accusationem noli recipere.

Peccantem pvblice obivrgandvm.

77 Paulus apostolus ad Timotheum prima: Peccantem coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant.

Cvm haereticis non loqvendvm.

78 Paulus apostolus ad Titum: Haereticum hominem post primam correptionem deuita sciens quoniam peruersus est huiusmodi et peccat et est a semet ipso damnatus. Item Iohannes apostolus: Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. si enim fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Item ad Timotheum secunda: Sermo eorum ut cancer serpit.

Innocentem fidenter petere et impetrare.

79 Iohannes apostolus: Si cor nostrum nos non reprehendat, fiduciam habemus ad Deum et quodcumque petierimus accipiemus ab eo. Item in euangelio secundum Matthaeum: Beati puro corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Item in psalmo

1 Matth. 10. 25. 5 I Tim. 5, 19 et 20. 11 Tit. 3, 10 sq. 14 I Io. 2, 19. 16 II Tim. 2, 17. 18 I Io. 3, 21. 20 Matth. 5, 8.

2 patrem familiae *M* belzezul *B* (beelzebul dixerunt *W*) 4 timere *A*, demere *W* 5 prima *om. B* aduersum *WM* 6 maiorem natu] presbiterum *W* noli recipere *A*, ne receperis *WLMBv* 8 ad Timotheum *om. WLB* prima *om. AWLB* peccantes *LMv* 9 argue *AW*, corripe *LMBv* ut et *LMv* timorem *A*, metum *WLMBv* 10 conloquendum *W* 11 titum *A*, colosenses *WLMB* 12 primam *A*, unam *WLMBv* euita *WB*, *euita *L* 13 peccat et] peccator *M sed* or *ex corr.* iohannis *A*, *item l. 18* 15 mansissent *LMBv* utique *om. L* nobiscum utique mansissent *M* item *om. B* 17 innocentiam *WLMBv* 18 non nos *WLM* reprehendit *WLMB* 19 accipiamus *M* 20 ab eo] habeo *A* item *om. B* beati] felices *LB* 21 puro *A*, mundo *WMv*, mundi *LB* item *om. MB*

XXIII: Quis ascendit in montem Domini aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus et mundo corde.

NIHIL LICERE DIABOLO IN HOMINEM, NISI DEVS PERMISERIT.

In euangelio secundum Iohannem dixit Iesus: Nullam haberes aduersus me potestatem, nisi data esset tibi desuper. **80** Item in Regnorum tertio: Et excitauit Dominus satanam ipsi Salomoni. Item in Iob prius Deus permisit, et sic diabolo licuit. Item in euangelio Dominus ante permittit dicendo Iudae: Quod facis fac citius. Item apud Salomonem in Prouerbiis: Cor regis in manu Dei.

MERCEDEM MERCENNARIO CITO REDDENDAM.

In Leuitico: Non dormiet merces mercennarii tui apud te usque in mane. **81**

NON AVGVRANDVM.

In Deuteronomio: Non ominemini neque auguremini. **82**

CIRRVM NON HABENDVM.

In Leuitico: Non facietis cirrum ex coma capitis uestri. **83**

NON VELLENDVM.

In Leuitico: Non corrumpetis effigiem barbae uestrae. **84**

1 Ps. 23, 3 sq. 4 Io. 19, 11. 6 I Reg. 11, 23. 9 Io. 13, 27. 10 Prou. 21, 1. 12 Leu. 19, 13. 15 Deut. 18, 10. 17 Leu. 19, 26. 27.

1 et quis *M* adscendet *MBv* qui *A* 2 innocens...corde *om. B* mundus *L* 3 homine *WLB* 5 potestatem aduersus me *WLMBv* tibi esset *v* 6 item *om. B* *rēg *A*, basilion *WLMBv* satanan *AW*, satanin *M*, satan *B* 7 iobus *W*[1] sic *A*, tunc *WLMBv* 8 diabuli *W* item *AW*, et *LMBv* in euangelio *om. A* deus *A* permisit *WLMB* ante permisit dominus *M* dicendo permisit *B* 9 citius *A*, uelocius *L*, uelociter *B*, celerius *WMv* item *om. B* 10 prouerbiis *A*, paroemiis *WLMB* 11 merces *B* mercenario *WMv* 12 leuuitico *A* *ita semper* mercis *A* 13 in *om. WL* mane hoc *W* 14 Item non *WLM* item non...*l. 15* augoremini *W m. 2 in margine* oigorandum *A*, auguriandum *B* in deuteronomio *Mv*, in leuuitico *A*, *om. WLB* hominemini *L*[1], menemini *W* auguriemini *B* 16 Item cirrum *WLM*, circum *A* in capite non *LMv* 17 in leuitico *om. WMB* circum *A* uestris *A* 18 Item non *WLM* 19 in leuitico *om. WLMBv* *testim. 84 cum 83 coniungit L*

SVRGENDVM, CVM EPISCOPVS AVT PRESBYTER VENIAT.

85 In Leuitico: A facie senioris exurges et honorabis personam presbyteri.

SCHISMA NON FACIENDVM, ETIAMSI IN VNA FIDE ET IN EADEM TRADITIONE PERMANEAT QVI RECEDIT.

86 Apud Salomonem in Ecclesiastico: Scindens ligna periclitabitur in eis, si exciderit ferrum. Item in Exodo: In domo una comedetur, non eicietis de domo carnem foras. Item in psalmo CXXXII: Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum. Item in euangelio secundum Matthaeum: Qui non est mecum aduersus me est, et qui non colligit mecum spargit. Item Paulus apostolus ad Corinthios prima: Obsecro autem uos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes et non sint in uobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia. Item in psalmo LXVII: Deus qui habitare facit unanimes in domo.

FIDELES SIMPLICES CVM PRVDENTIA ESSE DEBERE.

87 In euangelio secundum Matthaeum: Estote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbae. Item illic: Vos estis sal terrae. si autem sal infatuatum fuerit, in quo salietur?

2 Leu. 19, 32. 6 Eccl. 10, 9. 7 Ex. 12, 46. 9 Ps. 13, 21. 11 Matth. 12, 30. 13 I Cor. 1, 10. 16 Ps. 67, 7. 19 Matth. 10, 16. 20 Matth. 5, 13.

1 aut] et *Lv* 2 in leuitico] apud salomonem *B*, *om. WL* exsurgis *W* personam presbyteri *om. B* 5 maneat *W* secedit *A* 6 ecclesiaste *L*, ecclesiasten *W* 7 *et* 8 item *om. B* 8 eicitis *A* 9 CXXXII] CXXII *ALB* ecce quam] ecce quid *LB*, ut quid *V* quam *om. LBV* iocundum *W*, uoluptabile est (est *om. B*) *LBV* 10 ut habitent *LBV* item *om. LMB* 11 aduersum *B* non mecum colligit *WLMB* 12 dispargit *WL*, sparcit *A*[1] item *om. MB* 13 prima *om. AB* 14 nostri *om. W* dicatis] iudicatis *L* 14 sit *B* 15 perfecti *A*, compositi *LMBv*, ñ po*siti *W* eadem sententia] eodem consilio *V* 16 item *om. B* LXVII] LXVI *MB* inhabitare *WLMB* 17 unianimes *A* 18 cum prudencia simplices *W* 19 in euangelio *om. WLMB* 21 infatuatus *L*

in nihilum ualet, nisi ut proiciatur foras et conculcetur ab hominibus.

FRATREM NON CIRCVMVENIENDVM.

Paulus apostolus ad Thessalonicenses prima: Non **88**
circumuenire in negotio fratrem suum, quia ultor est Deus de his omnibus.

SVBITO VENIRE FINEM MVNDI.

Paulus apostolus ad Thessalonicenses prima: Dies **89**
Domini sicut fur in nocte ita aduenit. cum dixerint: pax et securitas, tunc illis subitaneus ueniet interitus. Item in Actibus apostolorum: Nemo potest cognoscere tempus aut tempora quae pater posuit in sua potestate.

VXOREM A VIRO NON RECEDERE AVT, SI RECESSERIT, INNVPTAM MANERE.

Paulus apostolus ad Corinthios prima: His autem **90**
quae nupserunt praecipio, non ego sed Dominus, uxorem a uiro non recedere. si autem recesserit, manere innuptam aut reconciliari uiro, et uir uxorem ne dimittat.

TANTVM VNVMQVEMQVE TEMPTARI QVANTVM POTEST SVSTINERE.

Paulus apostolus ad Corinthios prima: Temptatio **91**
uos non occupabit nisi humana. fidelis autem Deus qui non pa-

4 I Thess. 4, 6. 8 I Thess. 5, 2 sq. 11 Act. 1, 7. 15 I Cor. 7, 10 sq. 21 I Cor. 10, 13.

1 in *A*, ad *WLMBv* nihil *LMv* ut proiciatur] proici *L*, proiciatur *B* foris *W* conculcari *L* 3 frater *A* 4 ad] apud *L* 5 de his omnibus *om.AB* 8 paulus a. a. Th. prima *A*, in euangelio *B*, inquit apostolus *Mv*, *om. WL* 9 fur ueniet *B* in *om. LB, s. l. m. 2 M* ueniet *v* et cum *B* dixerit *WB* securitas *AW*, firmitas *LMBv* 10 subitaneus *A*, repentinus *WLMBv* adueniet *WLMv* ueniet illis repentinus *B* item *om. B* actis *WLMB* 11 tempora] momenta *W* 14 innupta *LB* (manere innuptam *W*) 15 his] iis *v* 16 qui nubserunt *W* 17 recedere *A*, discedere *W*, separari *LMBv* *post* autem *repetit* *W*: qui nubser̃ innupta *B* cetere conciliari uiro *A*, uiro reconciliari *W* 18 uir *AW*, uirum *LMBv* ne *A*, non *WLMBv* demittat *A*, dimittere *LMBv* 19 quamtum *A* 22 occupauit *B*, adpraehendat *W* qui *om. WB*

tietur uos temptari super quod potestis, sed faciet cum temptatione etiam euadendi facultatem, ut possitis tolerare.

Non qvidqvid licet esse faciendvm.

92 Paulus apostolus ad Corinthios prima: Omnia licent, sed non omnia expediunt. omnia licent, sed non omnia aedificant.

Praedictvm qvod haereses fvtvrae essent.

93 Paulus apostolus: Oportet et haereses esse, ut et qui probati sunt manifesti fiant in uobis.

Cvm timore et honore evcharistiam accipiendam.

94 In Leuitico: Anima autem quaecumque manducauerit ex carne sacrificii salutaris quod est Domini et inmunditia eius super ipsum est, peribit anima illa de populo suo. Item ad Corinthios prima: Quicumque manducauerit panem et biberit calicem Domini indigne reus erit corporis et sanguinis Domini.

Bonis convivendvm, malos avtem vitandos.

95 Apud Salomonem in Prouerbiis: Ne adduxeris impium in habitaculum iustorum. Item in Ecclesiastico: Viri iusti sint tibi conuiuae. Item illic: Amicus fidelis medicamentum uitae et inmortalitatis. Item illic: Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi [et non suspicaberis timorem]. Item illic: Felix qui inuenit amicum uerum et qui enarrat

4 I Cor. 10, 23. 7 I Cor. 11, 19. 10 Leu. 7, 20. 13 I Cor. 11, 27. 17 Prou. 24, 15. 18 Sir. 9, 16. 19 Sir. 6, 16. 20 Sir. 9, 13. 22 Sir. 25, 9.

1 illud quod *A*, id quod *WM*, *sed in M* id *add. m. 2* ferre potestis *A* sed] et *WLM* cum temptatione] contemplationem *B* 2 euadendi facultatem] prouentum facultatis *W* positis *W* 3 Item non *LM* 4 prima *om. A* 6 Item praedictum *LM* heresis *LM* 7 et *om. B* esse] se *A* ut ut *L* et qui probati sunt *A*, probati *WLMBv* 8 fiant *A*, sint *WLMBv* 9 eucharistia *B* 11 dominus *B* eius] ipsius *v* 12 est] et *W* 13 prima] . II . *A* qui *B* manducauerit *A*, comederit *B*, ederit *WLMv* et *A*, aut *WLMBv* 16 conueniendum *v* malus *A* 17 aduxeris *A* 18 habitaculo *W* item apud eundem *v* uiri....conuiuae. Item illic *ponit W post* item illic *l. 20* 20 est uitae *W* et *om. WB* mortalitas *B* 21 habentem *ALB*, *s. l. m. 2 W* et...timorem *om. AWLB* 22 felix] beatus *Mv* uerum amicum *WLMB* et *om. B*

iustitiam auri audienti. Item illic: Saepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam. Item in psalmo XVII: Cum sancto sanctus eris et cum uiro innocente innocens eris et cum peruerso subuerteris. Item Paulus apostolus ad Corinthios prima: Conrumpunt mores bonos conloquia mala.

Factis non verbis operandvm.

Apud Salomonem in Ecclesiastico: Noli citatus esse **96**
in lingua tua et inutilis et remissus in operibus tuis. Item apostolus ad Corinthios prima: Non in sermone est regnum Dei sed in uirtute. Item ad Romanos: Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Item in euangelio secundum Iohannem: Qui fecerit et sic docuerit magnus uocabitur in regno caelorum. Item secundum Matthaeum: Omnis qui audit uerba mea et facit ea similabo eum uiro sapienti, qui aedificauit domum suam supra petram. descendit pluuia, uenerunt flumina, flauerunt uenti et inpegerunt in domum illam, et non cecidit. fundata enim erat super petram. et omnis qui audit uerba mea et non facit ea similabo eum uiro stulto, qui aedificabit domum suam super harenam. descendit pluuia, uenerunt flumina, flauerunt uenti et inpegerunt in domum illam, et cecidit et facta est ruina domus illius magna.

1 Sir. 28, 24. 2 Ps. 17, 26 sq. 5 I Cor. 15, 33. 7 Sir. 4, 29. 9 I Cor. 4, 20. 10 Rom. 2, 13. 12 Matth. 5, 19. 14 Matth. 7, 24 sq.

1 aure *A*, in aures *W* audientibus *W* 2 item *om. MB* XXVIII *M* 3 sancto *AW*, iusto *LMBv* sanctus eris *AW*, iustificaberis *LMBv* uiro *om. B* eris] erit *M*, eris et peruerse W^1, eris et cum electo electus eris *B* 4 subuerteris *AW*, peruersus eris *LMBv* 5 prima] . II . *B* mores bonos *AW*, ingenia bona *LMBv* conloquia mala *AW*, confabulationes pessimae *LMBv* 9 in *om. A* 10 non *ex* nonne *M m. 2* 11 sunt *om. L*; iusti sunt *om. B* item *om. B* 12 iohannem] mattheum L^2v sic et *B* 13 maximus *WLMBv* in euangelio sec̃ Mattheum *A*, cata mattheum *WLMB*, illic *v* 15 uiri *L* 16 aduenerunt *M* flauerunt] uenerunt *L*, aduenerunt *M* et *om. B* inpigerunt *A* 17 in *om. B* erat *A*, fuit *WLMBv* 18 faciat *Oxon.* 19 stulto] insipienti *M* harenam sine fundamento *A* 20 uenerunt flumina *om. W* flumina.... inpegerunt *om. L*; flumina flauerunt *om. A* et *om. B* 21 domus illius *A*, eius *WLMBv*

Ad fidem et ad consecvtionem properandvm.

97 Apud Salomonem in Ecclesiastico: Ne tardes conuerti ad Dominum et ne differas de die in diem. subito enim uenit ira illius.

Catechvmenvm peccare iam non debere.

98 Paulus apostolus ad Romanos: Faciamus mala, dum ueniunt bona: quorum damnatio iusta est.

Ivdicivm secvndvm tempora fvtvrvm vel aeqvitatis ante legem vel legis post Moysen.

99 Paulus apostolus ad Romanos: Quotquot inique peccauerunt, inique peribunt. et quotquot in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.

Gratiam dei gratvitam esse debere.

100 In Actibus apostolorum: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia existimasti gratiam Dei per pecuniam possideri. Item in euangelio: Gratis accepistis, gratis date. Item illic: Domum patris mei domum negotiationis fecistis [et domum orationis uos fecistis speluncam latronum]. Item apud Esaiam: Qui sititis ite ad aquam et quotquot non habetis pecuniam euntes emite et bibite sine pecunia. Item in Apocalypsi: Ego *A* et *Ω*, initium et finis. ego sitienti dabo de fonte

2 Sir. 5, 7. 6 Rom. 3, 8. 10 Rom. 2, 12. 14 Act. 8, 20. 16 Matth. 10, 8. 17 Io. 2, 16. = Matth. 21, 13. 19 Es. 55, 1. 21 Apoc. 21, 6 sq.

1 et ad fidem *LM* persequutio *W* 3 deum *WLMBr* de die] diem *LB* enim *W s. l. m. 2* 4 illius et in tempore uindictae disperdit te *A* 5 iam *om. MB* 7 condemnatio *LMB* iusto *A* 10 quodquod *AW*¹*L*, quotquot enim *M* inique] sine lege *Mr et loco proximo* 11 et peribunt *WM* quodquod *AW*¹*L* 12 et indicabuntur *LMBr* 14 actis *WLMB* sit] ē *M* perditione *LMBr* 15 pecunia (per *om.*) *W* possidere *M* 16 item *om. WLB* gratias—gratias *L* 17 facitis negotiationis *WLMB* et d. orationis *om. B*; et...latronum *om. AWLM* 19 si**tis *W* ite] uadite *WLr* aquas *B* quodquod *AL*, quomodo *W* 20 et bibite *A*, et edite *WBM*, edite *L*; *καὶ φάγετε LXX* (*πίετε cod. Alex.*) 21 et (*ante Ω*) *om. A*

aquae uiuae gratis. qui uicerit possidebit ea et eorum hereditatem, et ero eius Deus, et ille erit mihi filius.

Spiritvm sanctvm in igne freqventer apparvisse.

In Exodo: Et mons Sina fumabat totus, quoniam descen- **101**
derat Deus in eum in igne. Item in Actibus apostolorum: Et factus est subito de caelo sonus, quasi ferretur flatus uehemens, et inpleuit totum locum illum, in quo erant sedentes. et uisae sunt illis linguae diuisae quasi ignis, qui et insedit in unumquemque illorum: et inpleti sunt omnes Spiritu sancto. Item in sacrificiis quaecumque accepto habebat Deus descendebat ignis de caelo qui sacrificia consumeret. item in Exodo: In flamma ignis adparuit angelus Domini de rubo.

Correptionem bonos qvosqve libenter avdire debere.

In Prouerbiis Salomonis: Qui corripit impium odietur **102**
ab eo. corripe sapientem, et diliget te.

A mvltiloqventia temperandvm.

In Prouerbiis Salomonis: Ex multiloquio non effugies **103**
peccatum, parcens autem labiis sapiens eris.

Non mentiendvm.

In Prouerbiis Salomonis: Abominatio est Domino labia **104**
mendacia.

4 Ex. 19, 18. 6 Act. 2, 2 sq. 12 Ex. 3, 2. 15 Prou. 9, 8. 18 Prou. 10, 19. 21 Prou. 12. 22.

1 uiuae *AB*, uitae *WLMv; cf. test. II 1, II 6* et *om. A* 2 ille *om. B* fili *W* 3 sanctum spiritum *W* 4 descendebat *W* 5 igni *LB*, ignem *W*[1] actus *A*, actis *WLMB* 6 sonus] thronus *B* 7 illum locum *v* 8 fisae *W* 10 quicumq; *W*, quae *B* accepta *Mv* habebant *B* 11 sacrificata *LMv* 12 item *om. Bv* 14 correptiones *M* quoque bonas (bonos *B*) *MB* 16 diligit *LMB* diliget et adiciae cordis sitae *A (corruptum ut uidetur ex:* et adiciet odisse te) 17 a] item illic a *L et ita proximi tituli in L incipiunt ab* Item *uel* Item illic multiloquio *WL*[1] 18 multiloquentia *L*[2]*MBv* 19 parces *W*[1], pergens *A* autem] enim *B* sapiens *A*, sensatus *WLMBv* 21 abhominacio *W* 22 mendacia] *add. B*: item illic: noli uelle mentiri omne mendacium adsiduitas illius non bona

Freqventer emendandos qvi delinqvvnt in domestico ministerio.

105 In Prouerbiis Salomonis: Qui parcit baculo suo odit filium suum. Item illic: Ne destiteris paruulum emendare.

Inivria accepta patientiam tenendam et vltionem deo relinqvendam.

106 In Prouerbiis Salomonis: Ne dixeris: ulciscar me de inimico meo, sed expecta Dominum, ut tibi auxilio sit. [Item alibi: Mihi uindictam, ego retribuam, dicit Dominus.] Item apud Sophoniam: Expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meae in testimonium: quoniam iudicium meum ad congregationes gentium, ut excipiam reges et effundam super eos iram meam.

Non detrahendvm.

107 Apud Salomonem in Prouerbiis: Noli diligere detrahere ne eradiceris. Item in psalmo XLVIIII: Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas et aduersus filium matris tuae ponebas scandalum. Item Paulus apostolus ad Romanos: Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis. Item ad Colossenses: De nullo male loqui nec litigiosos esse.

3 Prou. 13, 24. 4 Prou. 23, 13. 7 Deut. 32, 35. 9 Rom. 12, 19. 10 Soph. 3, 8. 15 Prou. 20, 13. 16 Ps. 49, 20. 19 Rom. 9, 3. 20 Tit. 3, 2.

1 delinquont *M*[1] 3 in prou. sal. *M*, item in sapientia solomonis *A*, item illic *BW*, *om. L* suo *om. WMv* 4 suum *om. Lv* filium suum odit *B* destiteritis *L*[1]*B*, cessaueris *W* paruo lumen mendare *A*, paruulum emendando *WLMBv* 5 et *om. W* 7 in prou. sal. *A*, apud solomonem in paroemiis *W*, *om. LMBv* de *om. A* 8 inimicis meis *M* sed *om. M* expecta *A*, sustine *WLMBv* deum *WLM* item...dominus *om. A* 10 diem *A* 11 meae....congregationes *om. B* congregationem *WM* 16 eradiceris *AM*, extollaris *WLBv* item *om. B* XLVIIII] XLVIII *B* aduersum *B* 18 item...*l. 19* meis *om. WLMv*, *post* litigiosos esse *l. 21 ponit B* 19 obtabam enim *B* pro fr. meis *om. B* 20 in epistula pauli ad *WLMv* mali *L* litigosos *A*, litiosus *W*, litigiosus *B*

Non esse proximo insidiandvm.

Apud Salomonem in Prouerbiis: Qui fodit foueam pro- **108**
ximo suo incidet in eam ipse.

Infirmos visitandos.

Apud Salomonem in Ecclesiastico: Ne pigriteris uisi- **109**
tare infirmum. ex his enim in dilectione firmaberis. Item in euangelio: Infirmus fui, et uisitastis me: in carcere fui, et uenistis ad me.

Svsvrrones maledictos esse.

In Ecclesiastico: Susurrio et bilinguis maledictus, mul- **110**
tos enim turbauit pacem habentes.

Sacrificia malorvm accepta non esse.

In Ecclesiastico: Dona iniquorum non probat altissimus. **111**

Gravivs ivdicari de his qvi in saecvlo plvs habverint potestatis.

In Ecclesiastico: Iudicium durissimum in his qui prae- **112**
sunt fiet. exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Item in psalmo secundo: Et nunc, reges, intellegite, erudimini qui iudicatis terram.

Vidvam et pvpillos protegi oportere.

Apud Salomonem: Esto pupillis misericors ut pater et pro **113**
uiro matri illorum: et eris uelut filius altissimi, si obaudieris. Item in Exodo: Omnem uiduam et orphanum non uexabitis.

2 Prou. 26, 27. 5 Sir. 7, 35. 7 Matth. 25, 36. 10 Sir. 28, 13. 13 Sir. 31, 23. 16 Sap. 6, 6 sq. 18 Ps. 2, 10. 21 Sir. 4, 10. 23 Ex. 22, 21 sq.

3 ipse incidet in eam *v* 4 uisitandos se *A* 5 apud salomonem *om. A* 6 firmaueris *AB* 7 carcerem *A* et *om. B* 10 susurrio *WLM*, usurrio *A*, susurro *Bv; cf. Mai Glossarium in Spic. IX p. 68* malectus *W*, maledictus in plebe *B* 11 turbabit *WLMv; cfr. LXX* 12 acceptabilia *v* 13 non probat] reprobat *V* 14 iudicare *M* habuerunt *v* 16 in eccl. *A*, item illic *WB*, *om. LM*, apud salomonem *v* 17 concedetur *B* 18 item *om. MB* secundo] primo *LM* 19 erudimini *AWB*, emendamini *LMv* 20 pupillam *L* protegere *ex* protege *M m. 2* 21 apud sal. *om. L*, dicit *add. W* esto** *L* ut] et *W* 22 eorum *WLMB* et] ut *W* uelut f. alt. *om. W* si] et *A*, *om. WL* obaudiens *W* 23 uexabis *B*

si autem uexabitis eos et uociferantes exclamauerint ad me, exaudiam exclamationes eorum et irascar animo et occidam uos gladio: et erunt uxores uestrae uiduae et filii uestri orphani. Item apud Esaiam: Iudicate pupillo et iustificate uiduam: et uenite, disputemus, dicit Dominus. Item apud Iob: Conseruaui egenum de manu potentis et pupillo cui non erat adiutor auxiliatus sum: os uiduae benedixit me. Item in psalmo LXVII: Patris orphanorum et iudicis uiduarum.

DVM IN CARNE EST QVIS, EXOMOLOGESIN FACERE DEBERE.

114 In psalmo VI: Apud inferos autem quis confitebitur tibi. Item in psalmo XXVIIII: Numquid exomologesin faciet tibi puluis? Item alibi exomologesin faciendam: Paenitentiam peccatoris malo quam mortem. Item apud Hieremiam: Haec dicit Dominus: numquid qui cadit non resurget aut qui auertitur non conuertetur?

ADVLATIONEM PERNICIOSAM ESSE.

115 Apud Esaiam: Qui uos felices dicunt in errorem uos mittunt et semitam pedum uestrorum conturbant.

PLVS AB EO DILIGI DEVM, CVI IN BAPTISMO PLVRA PECCATA DIMITTVNTVR.

116 In euangelio secundum Lucam: Cui [plus dimittitur plus diligit, et cui] pusillum remittitur, modicum diligit.

5 Es. 1, 17 sq. 6 Iob 29, 12 sq. 7 Ps. 67, 6. 10 Ps. 6, 6. 11 Ps. 29, 10. 12 Ez. 33, 11. 14 Hier. 8, 4. 17 Es. 3, 12. 21 Luc. 7, 47.

1 uexaueritis *Mv* audiam *LM* 2 animo in uobis *Mv* occidam *A*, perimam *WLMBv* 3 uxores *A*, coniuges *WLMBv* filii] pueri *LB* 4 popillo *A*, ut pupillo *L*, pupillos *W* 5 conseruabis *B* 6 non *W s. l. m. 2* 7 uidae *W* item *om. B* LXVII] LXVI *B* patres *WMB* 8 indices *WMB* 9 exolomogisen *A*, exhomologesim *WB* 10 VI] quinto *B* in infernum *A* autem *om. B* 11 item *om. B* XXVIIII] XXVIII *AWMB* exom. faciet] confitebitur *W* numquid.... alibi *om. A* faciendum *WLM*, *om. V* 12 malo peccatoris paenitentiam *WLMB*, exomologesin malo peccatoris et paenitentiam *V* 14 cadet *A* resurgit *B*, surgit *WLM*, surget *v* quid *W*[1] 15 conuertitur *LM* 16 adolationem *A*, adulatiosam *W* 17 uos felices dicunt] beatificant uos *W* errore *A* 18 semitas *Wv* turbant *LBv* 19 ab eo] habeo *A*, *om. B* 21 plus...cui *om. AWLBv* pusillum *AWLBV*, minus *Mv* dimittitur *WLMBVv* 22 diligi *V*

Fortem congressionem esse adversvs diabolvm et ideo fortiter nos stare debere vt possimvs vincere.

117 Paulus apostolus ad Ephesios: Non est uobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus potestates et principes huius mundi et harum tenebrarum, aduersus spiritalia nequitiae in caelestibus. propter hoc induite tota arma Dei, ut possitis resistere in die nequissimo, ut cum omnia perfeceritis, stetis adcincti lumbos uestros in ueritate, induentes loricam iustitiae et calciati pedes in praeparatione euangelii pacis, in omnibus adsumentes scutum fidei, in quo possitis omnia candentia iacula nequissimi extinguere et galeam salutis et gladium spiritus qui est sermo Dei.

De antichristo qvod in homine veniat.

118 Apud Esaiam: Hic homo, qui concitat terram, commouet reges, qui ponit orbem terrae totum desertum.

Grave fvisse ivgvm legis qvod a nobis abiectvm est et leve esse ivgvm domini qvod a nobis svsceptvm est.

119 In psalmo secundo: Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania? adstiterunt reges terrae et principes conuenerunt in unum aduersus Dominum et aduersus Christum eius. disrumpamus uincula eorum et proiciamus a nobis iugum ipsorum. Item in euangelio secundum Matthaeum: Venite ad

3 Eph. 6, 12 sq. 14 Es. 14, 16 sq. 18 Ps. 2, 1 sq. 22 Matth. 11, 28 sq.

3 nobis *WLMv* 5 harum *om. W* aduersus] ad *LMB* spiritalis *L* 6 nequitia *WB* tota arma *WLBV*, armatura *A*, arma *Mv* dei *om. WL*. iustitiae *B* 7 nequissimo] nouissimo *B* ut] et *A* perficeritis *W*, perficeretis *A* 8 stetis...ueritate *om. WLM* stetis] sitis *B* ueritate euangelii *v* et induentes *B* luricam *W*, loriga *M* 9 praeparationem *AW* pacis *om. V* 10 omnia *om. B* candentia *A*, ignita *WLBV*, ignea *Mv* 11 saluationis *LB*, salutis assumere *v* et gladium *om. B* 12 sermo] uerbum *v* domini *A* 13 item de *ALMv* antichristi aduentu *A* hominem *v* 14 concita *A* et commouet *M* 16 adiectum *L*, abtectum *W*[1] 18 item in *A* quare *AW*, ad quid *LMBv; cf. test. I 13* fremuerunt *AW*, tumultuatae sunt *LMBv* 19 conuenerunt *AW*, collecti sunt *LB*, congregati sunt *Mv* 20 in unum *om. B* et aduersum *B* 21 abiciamus *WLV* eorum *WLv* 22 item *om. B*

me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris. iugum enim meum bonum est et onus meum leue est. Item in Actibus apostolorum: Visum est sancto Spiritui et nobis nullam uobis inponere sarcinam, quam ista quae ex necessitate sunt, abstinere nos ab idololatriis et sanguine et fornicatione. et quaecumque uobis fieri non uultis, alii ne feceritis.

Orationibvs insistendvm.

120 Paulus ad Colossenses: Instate orationi uigilantes in ea. Item in psalmo primo: Sed in lege Domini uoluntas eius, et in lege eius meditabitur die ac nocte.

5 Act. 15, 28 sq. 10 Col. 4, 2. 11 Ps. 1, 2.

1 honorati *W*[1], honerati *W*[2]*B* reficiam *AW*, requiescere faciam *LMv*, uiuere faciam *B* 3 humiles corde. deo gratias. amen *A reliqua desunt* inuenetis *W* 4 bonum] suaue *W*; *cf. test. I 13* onus meum] sarcina mea *LBV* item *om. B* actis *WLMB* 6 istam *LM*, illa *B* ut abstineatis *W* 7 idolatriis *WB*, idolatris *M*, idolatris quod est idolothytis *V* sanguine *WLBV*, sanguinis effusione *Mv* quacumque *W* 8 alii *WL*, alio *B*, aliis *Mv* ne *W s. l. m. 2* 10 paulus *B*, in epistula pauli *WMLv* orationibus *B* eas *B* 11 item *om. WMB* 12 ac] et *L* *Oxon. add.*: Item apud Salomonem: ne impediaris orare semper et non cesses usque ad mortem iustificari, quoniam merces domini manet in aeternum *(Sir. 18, 22)* AD QVIRINVM NVMER LIB . III . EX *L*, AD QVIRINVM LIBER . III . EXPLICIT *WM*, Caecilii Cypriani ad Quirinum breuiarium cum excerptis capitulorum libri . III . explicit *B*.

IIII.

THASCI CAECILI CYPRIANI

DE HABITV VIRGINVM.

S = codex Seguierianus; cf. p. 2.
W = codex Würzeburgensis; cf. p. 2.
D = codex Sangermanensis (841), nunc Parisinus 13047 saec. IX.
V = codex Veronensis; cf. p. 2.

DE HABITV VIRGINVM.

Disciplina custos spei, retinaculum fidei, dux itineris salu- 1
taris, fomes ac nutrimentum bonae indolis, magistra uirtutis, facit in Christo manere semper ac iugiter Deo uiuere, ad promissa caelestia et diuina praemia peruenire. hanc et sectari salubre est et auersari ac neglegere letale. in psalmis loquitur Spiritus sanctus: continete disciplinam ne forte irascatur Dominus et pereatis a uia recta, cum exarserit cito ira eius super uos. et iterum: peccatori autem dicit Deus: ad quid exponis iustificationes meas et adsumis testamentum meum per os tuum? tu autem odisti disciplinam et abiecisti sermones meos retro. et denuo legimus: disciplinam qui abicit infelix est. et de Salomone mandata sapientiae monentis accepimus: fili, ne neglexeris disciplinam Dei nec defeceris ab eo correptus: quem enim diligit Deus corripit. si autem Deus quem diligit corripit et corripit ut emendet, fratres quo-

7 Ps. 2, 12. 9 Ps. 49, 16 sq. 13 Sap. 3, 11. 14 Prou. 3, 11 sq.

INCIPIT DE HABITV VIRGINVM FELICITER *S*, INCIPIT DE HABITV VIRGINVM *WD*, DE DISCIPLINA ET HABITV FAEMINARVM *V*; 'liber de habitu uirginum' *Augustinus de doctrina christ. IV, 21, 48. tom. III. I p. 85*; de disciplina et habitu uirginum *v* 3 indolens *S* 4 uiuere et *v* 5 ad diuina *v* 6 ac *om. D* loetale *W* sanctus dicens *V* 7 continete uos *D*[1], contine *S* dn̄m *D* 8 recta] iusta *D* 9 uos] nos *W* dixit *v* dn̄s *S* 10 ad] ut *v* tu exponis *W* iustificationis *D; saepissime permutantur in SD litterae* e *et* i, *ut in SWD* e *et* ae, ae *et* oe, i *et* y; *has permutationes non omnes adnotaui* 14 solomone *SD*, *et ita fere semper S* accipimus *WD* *super* ne *W m. 2:* noli 15 neglegere *W* (ne neglegeris *recepit Krabinger*) domini *v* nec] ne *D* 16 dn̄s *W* correpit *D* si *om. S* 17 dn̄s *D* et corripit *om. S*, et ad hoc corripit *v*

que et maxime sacerdotes non oderunt sed diligunt eos quos corripiunt ut emendent, quando et Deus per Hieremiam ante praedixerit et tempora nostra significauerit dicens: et dabo uobis pastores secundum cor meum, et pascent uos pascentes cum disciplina.

2 Quodsi in scripturis sanctis frequenter et ubique disciplina praecipitur et fundamentum omne religionis ac fidei de obseruatione ac timore proficiscitur, quid cupidius adpetere, quid magis uelle ac tenere nos conuenit, quam ut radicibus fortius fixis et domiciliis nostris super petram robusta mole solidatis inconcussi ad procellas et turbines saeculi stemus, ad Dei munera per diuina praecepta ueniamus, considerantes pariter ac scientes quod templa Dei sint membra nostra ab omni faece contagionis antiquae lauacri uitalis sanctificatione purgata nec uiolari ea aut pollui fas sit, quando qui uiolat et ipse uioletur? eorum nos templorum cultores et antistites sumus: seruiamus illi, cuius esse iam coepimus. Paulus in epistulis suis dicit, quibus nos ad curricula uiuendi per diuina magisteria formauit: non estis uestri: empti enim estis magno [pretio]. clarificate et portate Deum in corpore uestro. clarificemus et portemus Deum puro et mundo corpore et obseruatione meliore, et qui per sanguinem Christi redempti sumus per omnia seruitutis obsequia redemptoris imperio pareamus demusque operam, ne quid immundum et profanum templo Dei inferatur, ne offensus sedem quam inhabitat derelinquat. sospitantis Domini uerba sunt et docentis, curantis pariter et monentis: ecce, inquit, sanus factus es: iam noli peccare ne quid tibi deterius fiat.

3 Hier. 3, 15. 18 I Cor. 6, 19 sq. 26 Io. 5, 14.

2 ut] et corripiunt ut *coni. Vahlen* ieremian *S*, hyeremian *D* 4 uos] eos *S* 6 sanctis *SWDV*, sanctis tam ueteribus quam etiam nouis *v* 9 tenere *ex* uere *D m. 2* nos *om. W* 10 nostris *W s. l. m. 2* robustam *D* 11 ut ad *Vv* domini *V*, christi *v* 13 sint *W s. l. m. 2* fece *W*, face *S* lauacro *D* 15 sit] est *D* nos** *D* 17 nos] nos successimus *W* 19 enim *om. V* magno praetio *S*, pretio magno *v*, magno *WDV* clarificate *WV*, glarificate *S*, glorificate *v*, claritate *D* 20 dom̄ *S* clarificemus *WDV*, glarificemus *S*, glor. *v* et portemus *om. S* 22 christi domini nostri *v* 23 pariamus *D* 24 sede quem *S* 26 monen ecce *S* inquid *SD ita saepissime*

dat uiuendi timorem, dat innocentiae legem, postquam contulit sanitatem, nec habenis liberis et solutis uagari postmodum patitur, sed ipsis potius quibus sanatus fuerat mancipato grauius comminatur, quod sit scilicet minor culpa deliquisse ante, cum necdum nosses disciplinam Dei, nulla sit uenia ultra delinquere, postquam Deum nosse coepisti. et quidem hoc tam uiri quam mulieres, tam pueri quam puellae, sexus omnis adque omnis aetas obseruet et curet pro religione et fide quam Deo debet. ne quod sanctum et purum de Domini dignatione percipitur minus sollicito timore teneatur.

Nunc nobis ad uirgines sermo est, quarum quo sublimior gloria 3
est maior et cura est. flos est ille ecclesiastici germinis, decus adque ornamentum gratiae spiritalis, laeta indoles, laudis et honoris opus integrum adque incorruptum, Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini, inlustrior portio gregis Christi. gaudet per illas adque in illis largiter floret ecclesiae matris gloriosa fecunditas, quantoque plus copiosa uirginitas numero suo addit, gaudium matris augescit. ad has loquimur, has adhortamur adfectu potius quam potestate nec quo extremi et minimi et humilitatis nostrae admodum conscii aliquid ad censuram licentiae uindicemus, sed quod ad sollicitudinem magis cauti plus de diaboli infestatione timeamus.

Neque inanis haec cautio est et uana formido quae ad salutis 4
uiam consulit, quae dominica et uitalia praecepta custodit, ut quae se Christo dicauerint et a carnali concupiscentia recedentes

1 uiuendi timorem *WD*, uiuenditi morem *S*, uiuendi mores *V*, u. morem *v*, u. tenorem *ex 1 cod. rec. Baluzius* 2 et solutis] resolutum *W* 6 dom *S* 7 adque *S*[1]*D* (*et ita fere semper DS uel S*[1]), atque *WS*[2] omnis aetas *bis exhibet S* 10 teneatur] *add. Pamelius*: quia scriptum est: qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit 11 ad *om. D* 12 est *(post* cura) *om. Augustinus de doctrina christ. IV, 21, 47* illa *S* hae sunt eccl. g. flores *Oxon.* 14 adque *om. S* 15 ad] per *W* sanctimonia *WD* 16 illas] ipsas *August. l. c.* eclesiae *SW*; *sic saepissime uterque m. 1* 17 quanto plus *S* copiosa *ex* gloriosa *S m. 2*, gloriosa *August.* 18 tanto plus gaudium *ex uulgata Augustini recepit Pamelius* adfectu *S*, adfectione *WDv* 19 nec quo *SW*, nec quod *D*, non quod *v* 20 conscis *S* 21 quo *D* magis pertinet *V* 22 intestatione *D* 23 neque enim *v* quae salutis *ex* qui ad satis *W m. 2* 24 et dominica *W* utque *D* 25 recedent istam carnem quam menti *S*

tam carne quam mente se Deo uouerint, consumment opus suum magno praemio destinatum nec ornari aut placere cuiquam nisi domino suo studeant, a quo et mercedem uirginitatis expectant dicente ipso: non omnes capiunt uerbum sed illi quibus datum est: sunt enim spadones qui ex utero matris nati sunt sic et sunt spadones qui coacti sunt ab hominibus et sunt spadones qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum. denuo quoque per hanc angeli uocem continentiae munus ostenditur, uirginitas praedicatur: hi sunt qui cum mulieribus se non coinquinauerunt: uirgines enim permanserunt. hi sunt qui secuntur agnum, quocumque ierit. neque enim tantum masculis continentiae gratiam Dominus repromittit et feminas praeterit, sed quoniam uiri portio est femina et ex eo sumpta adque formata est, in scripturis fere omnibus ad protoplastum Deus loquitur, quia sunt duo in carne una et in masculo simul significatur et femina.

5 Quodsi Christum continentia sequitur et regno Dei uirginitas destinatur, quid istae cum terreno cultu et cum ornamentis, quibus dum hominibus placere gestiunt, Deum offendunt non cogitantes esse praedictum: qui hominibus placent confusi sunt, quoniam Deus nihil fecit illos, et Paulo quoque gloriose et sublimiter praedicante: si hominibus placerem, seruus Christi non essem? continentia uero et pudicitia non in sola carnis integritate consistit sed etiam in cultus et ornatus honore pariter ac pudore, ut secundum apostolum quae innupta est sancta sit et corpore et spiritu. instruit Paulus

4 Matth. 19, 11 sq. 10 Apoc. 14, 4. 21 Ps. 52, 6. 23 Gal. 1, 10.

1 consument *W* 2 ornari iam *v* aut *ex* ut *W m. 2* 4 dicente ipso] dicentis *W* uerbum domini *V*, hoc uerbum *v* illis *D* 6 nati sunt sic *SD*, nati sunt *Wv*, sic nati sunt *v* 9 angeli] euangelii *W* 10 sunt inquit *V* 12 quocumque] quoq. *S fortasse recte* it *WV* 14 preterit *S*, praeferit *D* femina uiri portio est *WDv* 15 per omnia *S* ad protoblastum *S*, *om. W* 18 quodsi *ex* quod sic *W* 19 istae *S*, est illis *WDv* cum (*ante* orn.) *om. S* 22 paulum — praedicasse (praedicantem *V*) *WDVv* 23 placere uellem *v* 24 christi seruus *v*, christi *D* 27 et (*ante* corpore) *om. S* instruit nos *v* paulus *om. W*

et dicit: caeleps cogitat ea quae sunt Domini, quomodo placeat Deo: qui autem matrimonium contraxit cogitat ea quae sunt mundi huius, quomodo placeat uxori. sic et mulier et uirgo innupta cogitat ea quae sunt Domini, ut sit sancta et corpore et spiritu. uirgo non esse tantum sed et intellegi debet et credi: nemo cum uirginem uiderit, dubitet an uirgo sit. parem se integritas in omnibus praestet nec bonum corporis cultus infamet. quid ornata, quid compta procedit, quasi maritum aut habeat aut quaerat? timeat potius placere, si uirgo est, nec periculum sui adpetat quae ad meliora et diuina se seruat. quae uirum non habet, cui placere se simulet, integre et pure non tantum corporaliter sed et spiritaliter perseueret. neque enim uirginem fas est ad speciem formae suae comi aut de carne et de eius pulchritudine gloriari, cum nulla sit illis magis quam aduersus carnem conluctatio et uincendi corporis ac domandi obstinata certatio.

Paulus forti ac sublimi uoce proclamat: mihi autem absit 6
gloriari nisi in cruce Domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo: et uirgo in ecclesia de specie carnis ac de corporis pulchritudine gloriatur. addit Paulus et dicit: qui enim sunt Christi carnem crucifixerunt cum uitiis et concupiscentiis. et quae se concupiscentiis carnis et uitiis renuntiasse profitetur, in isdem quibus renuntiauerat inuenitur. deprehenderis, uirgo, detegeris: aliud te esse iactas et aliud adfectas. maculis te con-

1 I Cor. 7, 32 sq. 17 Gal. 6, 14. 21 Gal. 5, 24.

1 dicit] docet dicens *Wv* celeps *SW* 3 huius *om. v* quomodo *ex* quo *W m. 2* 4 uirgo et mulier *v* cogitat ea *W s. l. m. 2* 5 ea *om. D* sint sanctae *W* 6 et (*post* sed) *om. W* 7 ut nemo *v* uiderit *S*, uidet W^1 *D*. uidit W^2 parem] talem *S* 8 nec] ne *W* bonum] bonum mentis *scripsit Baluzius*, bonum sui *Grauius*; bonum cordis *uel* bonum suum (*cf. Tertull. de uirg. uel. c. 14, 90. c. 15, 96*) *malim sed nihil mutandum* 12 habet SW^1, habent DW^2v simulant *WD*, simulent *v* integrae et purae *WDv* corpore sed etiam spiritu *v* 13 perseuerent *SWDv* fas est uirginem *v* 14 de carne et *om. D* pulcritudine *SWD* 15 illi *scripsit Baluzius* 16 ac] et *W* 17 declamat *W* 18 crucem *S* mei *S*, nr̃i *WD* ihũ *S* 21 addidit *D* 22 carnem suam D^2v 23 renunciasse *D*; *saepissime* ti *et* ci *permutantur in D* 25 aliut *S saepissime ut passim* aput illut esse te *Dv*

cupiscentiae carnalis aspergis, cum integritatis candidata sis et pudoris. clama, inquit Esaiae Deus, omnis caro faenum et omnis claritas eius ut flos faeni. aruit faenum et flos decidit. sermo autem Domini manet in aeternum. neminem Christianum decet et maxime uirginem non decet claritatem ullam conputare carnis et honorem, sed solum adpetere sermonem Dei, bona in aeternum mansura conplecti. aut si carne sit gloriandum, tunc plane quando in nominis confessione cruciatur, quando fortior femina uiris torquentibus inuenitur, quando ignes aut cruces aut ferrum aut bestias patitur ut coronetur. illa sunt carnis pretiosa monilia, illa corporis ornamenta meliora.

7 Sed sunt aliquae diuites et facultatum ubertate locupletes, quae opes suas praeferant et se bonis suis uti debere contendant. sciant primo illam diuitem esse quae Deo diues est, illam esse locupletem quae locuples in Christo est, bona esse illa quae sint spiritalia, diuina, caelestia, quae nos ad Deum ducant, quae nobiscum aput Deum perpetua possessione permaneant. ceterum quaecumque terrena sunt in saeculo accepta et hic cum saeculo remansura, tam contemni debent, quam mundus ipse contemnitur, cuius pompis et deliciis iam tum renuntiauimus, cum meliore transgressu ad Deum uenimus. Iohannes nos excitat et hortatur spiritali et caelesti uoce contestans: nolite, ait, diligere mundum neque ea quae in mundo sunt. si qui dilexerit mundum, non est caritas patris in illo: quoniam omne quod in mundo est concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et ambitio sae-

2 Es. 40, 6 sq. 22 I Io. 2, 15 sq.

1 candida *v* 2 pudoris] pudica *S* clamat *ex* clama *S m. 2* eseiae *S* dominus *v* 4 dei *W*, dei nostri *scripsit Krabinger* manebit *S* 5 et] uel *W* 6 computare *W*, copolare *D* 7 in carne *Dv* 8 nominis *SWDV*, nominis domini *v* 10 ignis *W* uel bestias *v* ut *ex* aut *W m. 2* 12 ubertate] libertate *W* 14 in deo *v; cf. p. 195, 3* 15 illa esse *WD* sunt *v* 16 dom̃ *S* 17 dominum *V* possessione] uisione *W*, mansione *v* 19 condemni *W*, contempni *D* condemnitur *W*, contempnitur *D* 20 iam tunc *v*, tantum *D* 21 ad deum] a dm̃o *S* hinc ioannes *v* 22 contestans] corroborans *v* ait *om. W* 23 si quis *Wv* 24 claritas *D* quõ *W s. l. m. 2* 25 est in mundo *S* est carnis est *D*

culi quae non sunt a patre sed ex concupiscentia saeculi. et mundus transibit et concupiscentia eius, qui autem fecerit uoluntatem Dei, manebit in aeternum, quomodo et Deus manebit in aeternum. aeterna igitur et diuina sectanda sunt et omnia de Dei uoluntate facienda sunt, ut Domini nostri uestigia et magisteria sectemur qui monuit et dixit: non descendi de caelo, ut faciam uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui me misit. quodsi non est maior domino suo seruus et liberatori debet obsequium liberatus, qui esse cupimus christiani debemus quod Christus dixit imitari. scriptum est et legitur et auditur et in exemplum nostri ecclesiae ore celebratur: qui dicit se in Christo manere debet quomodo ille ambulauit et ipse ambulare. ambulandum est uestigiis paribus, aemula ingressione nitendum. tunc respondebit ad fidem nominis sectatio ueritatis et credenti praemium datur, si quod creditur et geratur.

Locupletem te dicis et diuitem. sed diuitiis tuis Paulus occur- 8
rit et ad cultum adque ornatum tuum iusto fine moderandum sua uoce praescribit. sint, inquit, mulieres cum uerecundia et pudicitia conponentes se, non in tortis crinibus neque auro neque margaritis aut ueste pretiosa, sed ut decet mulieres promittentes castitatem per bonam conuersationem. item Petrus ad haec eadem praecepta consentit et dicit: sit in muliere non exterior ornamenti aut auri aut uestis cultus sed cultus cordis. quodsi ille mulieres quoque admonet coercendas et ad ecclesiasticam disciplinam religiosa obseruatione moderandas quae excusare cultus

7 Io. 6, 38. 12 I Io. 2, 6. 20 I Tim. 2, 9 sq. 25 I Petr. 3, 3 sq.

1 sunt *S*, est *D*, *om.* *W* ex] a *W* concupiscentia saeculi *SW*, mundo *D*, conc. mundi *V* 4 manet *Dv* 6 magisteria *SWDV*, mag. diuina *v* 8 meam *W s. l. m. 2* 9 si *D s. l. m. 2* domine suo maior *W* 11 dixit] fecit *uel* dixit et fecit *uel* fecit et docuit *v* 14 est igitur *v* 15 nitendum est *WD* respondit *D*, respondet *v* 16 credetur *S* 20 uericundia *S*, uirecundia *D* 21 puditicia *D* in *om.* *S* 22 praetiosa *SWD; ita in hac uoce constanter* 25 sit *ex* sint *W m. 2* 27 illi — admonent *v* 28 religiosam *S* cultos *D*

suos soleant per maritum, quanto id magis obseruare uirginem fas est, cui nulla ornatus sui conpetat uenia nec deriuari in alterum possit mendacium culpae. sed sola ipsa remaneat in crimine.

9 Locupletem te dicis et diuitem. sed non omne quod potest debet et fieri nec desideria prolixa et de saeculi ambitione nascentia ultra honorem ac pudorem uirginitatis extendi, cum scriptum sit: omnia licent, sed non omnia expediunt. omnia licent, sed non omnia aedificant. ceterum si tu te sumptuosius comas et per publicum notabiliter incedas, oculos in te iuuentutis inlicias, suspiria adulescentium post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, sperandi fomenta succendas, ut etsi ipsa non pereas, alios tamen perdas et uelut gladium te et uenenum uidentibus praebeas, excusari non potes, quasi mente casta sis et pudica. redarguit te cultus inprobus et inpudicus ornatus, nec conputari iam potes inter puellas et uirgines Christi quae sic uiuis, ut possis adamari.

10 Locupletem te dicis et diuitem. sed iactare diuitias suas uirginem non decet, cum dicat scriptura diuina: quid nobis profuit superbia aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? transierunt omnia illa tamquam umbra, et apostolus rursum moneat et dicat: et qui emunt sic sint quasi non possidentes, et qui hoc mundo utuntur quasi non utantur. praeterit enim figura huius mundi. Petrus etiam, cui oues suas Dominus pascendas tuendasque commendat, super quem posuit et fundauit ecclesiam, aurum quidem sibi esse et argentum negat, sed esse se dicit Christi gratia diuitem, esse fide eius et uirtute locupletem, quibus multa ma-

8 I Cor. 10, 23. 19 Sap. 5, 8 sq. 22 I Cor. 7, 30 sq.

1 magis *om. S* uirgine S^1 2 nec *ex* ne *W m. 2* diriuari *S* 5 dices *S* 6 prolexa *S* 10 puplicum W^1 *saepius* 11 iuuenum *Aldhelmus de laudibus uirg.* inliceas *S* aduliscentium *S* 12 sperandi *SWDV*, suspirandi *v*, spirandi *Aldhelmus* fomitem *V* succedas et sipsa *S* 14 praebeas] exhibeas *Aldhelmus* quasi] quia si *D* 16 nec *ex* ne *W m. 2* compotari *D* 17 ut *ex* et *W m. 2*, ut *om. D* 18 uirginem *W s. l. m. 2* 19 non *om. D* nobis *W s. l. m. 2* 22 et ac *D* 23 quasi non] *adiecit Baluzius e 2 codd.:* ementes et qui possident quasi non; *cf. test. III 11 p. 123* 27 diuitem *ponit ante* dicit *W* gratiam *S*

gnalia cum miraculo faceret, quibus ad gratiam gloriae bonis spiritalibus abundaret. has opes, has diuitias possidere non potest quae se diuitem saeculo mauult esse quam Christo.

Locupletem te dicis et diuitem et utendum putas his quae 11 possidere te Deus uoluit. utere sed ad res salutares et bonas artes: utere ad illa quae Deus praecepit, quae Dominus ostendit. diuitem te sentiant pauperes, locupletem te sentiant indigentes, patrimonio tuo Deum faenera, Christum ciba: ut uirginitatis perferre gloriam liceat, ut ad Domini praemia uenire contingat, multorum precibus exora: commenda illic thesauros tuos, ubi fur nullus effodiat, quo nullus insidians grassator inrumpat: possessiones tibi sed caelestes magis conpara, ubi fructus tuos iuges ac perennes et ab omni contactu iniuriae saecularis inmunes nec rubigo adterat nec grando caedat nec sol urat nec pluuia corrumpat. nam delinquis et hoc ipso in Deum, si ad hoc tibi ab illo diuitias datas credis, ut illis non salubriter perfruaris. nam et uocem Deus homini dedit, et tamen non sunt amatoria cantanda nec turpia, et ferrum esse ad culturam terrae Deus uoluit, nec homicidia sunt idcirco facienda: aut quia tura et merum et ignem Dominus instituit, sacrificandum est inde idolis, uel quia abundant pecudum greges in agris tuis, uictimas et hostias inmolare debebis? adquin temptatio est patrimonium grande, nisi ad usus bonos census operetur, ut patrimonio suo unusquisque locupletior magis redimere debeat quam augere delicta.

Ornamentorum ac uestium insignia et lenocinia formarum non 12 nisi prostitutis et inpudicis feminis congruunt et nullarum fere pretiosior cultus est quam quarum pudor uilis est. sic in scripturis sanctis, quibus nos instrui Dominus uoluit et moneri, de-

2 *et* 5 possedere *SD* 3 magis uult *D* christi *D* 4 dicis esse *S*[1], esse dicis *v* his] iis *v* 5 et] utere sed ad *v* 6 ad illa sed *W*, sed ad illa *v* praecipit *V* 7 te diuitem *W* te *om.* *W* 8 patrimonio tuo deum *SWDV*, patrimonium tuum deo *v*; *cfr. Gronou. obs. p. 559* uirginitas *D*[1] 9 peruenire *W* 10 exor̃ *D* thensauros *S* 14 cedat *W* 15 dom̃ *S* 16 credes *S*, credas *v* ut illis ut *D* 17 sunt *SWDV*, sunt idcirco *v* amaturia *D* 19 et—et] aut—aut *W* 20 deus *Wv* institit *W* est *om.* *S* 21 quia] qui *SW*[1] pecodum *W*[1] 22 diis immolare *v* debes *D* adquin *SD*, atqui *W*, alioqui *v* 24 locupletior factus *V* 25 enim ac *Aldhelmus* et lenocinia *om.* *S* formarum *SWDV*, fucorum *v* 28 describetur *D*

scribitur ciuitas meretrix compta pulchrius et ornata et cum ornamentis suis ac propter ipsa potius ornamenta peritura. et uenit, inquit, unus ex septem angelis habentibus phialas et adgressus est me dicens: ueni, ostendam tibi damnationem meretricis magnae sedentis super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terrae. et duxit me in spiritu et uidi mulierem sedentem super bestiam: et mulier illa amicta erat pallium purpureum et coccineum et adornata erat auro et lapidibus pretiosis et margaritis, tenens poculum aureum in manu sua plenum exsecrationum et inmunditiae et fornicationis totius terrae. fugiant castae uirgines et pudicae incestarum cultus, habitus inpudicarum, lupanarum insignia, ornamenta meretricum.

13 Clamat etiam Spiritu sancto plenus Esaias et filias Sion auro et ueste corruptas increpat et obiurgat perniciosis opibus afluentes et a Deo per saeculi delicias recedentes. exaltatae sunt, inquit, filiae Sion et ambulauerunt alto collo et nutu oculorum et incessu pedum trahentes tunicas et pedibus simul ludentes. et humiliabit Deus principales filias Sion et reuelabit Dominus habitum earum: et auferet Dominus gloriam uestis illarum et ornamenta earum et crines et cincinnos et lunulas et discrimen et armillas et botronatum et dextralia et anulos et inaures et serica contexta cum auro et

2 Apoc. 17, 1 sq. 17 Es. 3, 16 sq.

3 habent ** *D* (is *eras.*) 4 fialas *S*, phiolas *W*, phialas septem *v* 5 tibi *W s. l. m. 2* sedentes *S* 9 pallium (palleum *S*) purpureum et coccineum *SWDV*, pallio purpureo et coccineo *v* et *om. W* 12 omnis immunditiae *V* fugiant fugiant *V* 13 caste uirginis *S* 14 lupanarium *v*, luparum *Aldhelmus* 15 spirito *S* eseias *S* et] ad *WD* 16 et ueste *SD*, et argento *W*, et argento ac ueste *v* corruptas] comptas *coni. Erasmus* affluentes *Wv* 17 exaltae *W*[1] inquid *S*, ait *WD* 18 alto collo] alta ceruice *D* 19 incestu *W*[1] 20 luentes *W*[1] humiliauit *SW* 21 reuelauit *SW*; *ταπεινώσει — ἀνακαλύψει LXX* 23 earum] illarum *S* 24 discrimen *SWDV*, discriminalia *v*; *cf. Gronou. obs. p. 321* botrunatum *D* dextralia *SWDV*, specula *v* 25 et anulos *W s. l. m. 2*

hyacintho. et erit pro odore suauitatis puluis et pro cingulo reste cingeris et pro ornamento capitis aureo caluitium habebis. hoc Deus culpat, hoc denotat: hinc corruptas esse, hinc a cultu uero adque diuino desciuisse pronuntiat. exaltatae ceciderunt, comptae turpitudinem foeditatemque meruerunt. sericum et purpuram indutae Christum induere non possunt. auro et margaritis et monilibus adornatae ornamenta cordis ac pectoris perdiderunt. quis non id exsecretur et fugiat quod alii fuerit exitio? quis id adpetat et adsumat quod ad necem alterius pro gladio fuerit et telo? si hausto poculo moreretur ille qui biberat, uenenum scires esse quod ille potauit: si accepto cibo qui acceperat interiret, scires esse letale quod acceptum potuit occidere nec ederes inde nec biberes, unde interisse alios ante conspiceres. nunc quanta ignorantia ueri est, animi quanta dementia id uelle quod et nocuerit semper et noceat, et putare quod inde ipsa non pereas, unde alios perisse cognoscas!

14 Neque enim Deus coccineas aut purpureas oues fecit aut herbarum sucis et conchyliis tinguere et colorare lanas docuit nec distinctis auro lapillis aut margaritis contexta serie et numerosa conpage digestis monilia instituit, quibus ceruicem quam fecit absconderet, ut operiatur illud quod Deus in homine formauit et conspiciatur id desuper quod diabolus inuenit. an uulnera inferri auribus Deus uoluit, quibus innocens adhuc infantia et mali saecularis ignara crucietur, ut postea de aurium cicatricibus et cauernis pretiosa grana dependeant, grauia etsi non suo pondere, mercium tamen quantitate? quae omnia peccatores et apostatae angeli suis artibus prodiderunt, quando ad terrena contagia deuoluti a caelesti uigore recesserunt. illi et oculos circumducto

1 yachinto *S*, iacinctho *W* erint *S* 2 cingulos restes *D* praecingeris *S* 3 deo *W* cupat *D* 4 esse uirgines *v* 5 exaltatae inquit *V* turpitudinis *S* 8 ac] et *S* id *om. W* 9 ali *W*[1] fuerunt *S* 10 exausto *W* moriretur *W* 11 biberet *W*[1] esse] esse letale *S* 12 si accepto cibo *om. W* 13 ne biberes inde *W*[1] 14 uiri *D* 15 nocuerit *ex* docuerit *S m. 2* 18 concyliis *S* 19 lapillis] capillis *scripsit Baluzius* aut *S*, et *WDv* serie *SV*, serica *D*, seri*e *W* 21 absconderet *SWDV*, absconderes *v* ũt *S* (˜ *m. 2*) hominem *W* 22 adinuenit *v* 24 crucetur *D* crucietur...dependeant *om. W*[1], *add. in margine W*[2] 25 suo *om. V* 26 tamen *om. DW* apostete *S*[1] 27 angelis *W*, ange *D* 28 a] de *W* cesserunt *SV*; *cf. p. 23 l. 13* illic *W*, ille *D* circumductos *S*

nigrore fucare et genas mendacio ruboris inficere et mutare adulterinis coloribus crinem et expugnare omnem oris et capitis ueritatem corruptelae suae inpugnatione docuerunt.

15 Et quidem isto in loco pro timore quem nobis fides suggerit, pro dilectione quam fraternitas exigit, non uirgines tantum aut uiduas sed et nuptas puto et omnes omnino feminas admonendas, quod opus Dei et factura eius et plastica adulterari nullo modo debeat adhibito flauo colore uel nigro puluere uel rubore aut quolibet denique liniamenta natiua conrumpente medicamine. dicit Deus: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: et audet quisquam mutare et conuertere quod Deus fecit! manus Deo inferunt, quando id quod ille formauit reformare et transfigurare contendunt, nescientes quia opus Dei est omne quod nascitur, diaboli quodcumque mutatur. si quis pingendi artifex uultum alicuius et speciem et corporis qualitatem aemulo colore signasset et signato iam consummatoque simulacro manus alius adferret, iam formata, iam picta quasi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria et iusta indignatio uideretur: tu te existimas inpune laturam tam inprobae temeritatis audaciam, Dei artificis offensam? ut inpudica circa homines et incesta fucis lenocinantibus non sis, corruptis uiolatisque quae Dei sunt peior adultera detineris. quod ornari te putas, quod putas comi, inpugnatio est ista diuini operis, praeuaricatio est ueritatis.

16 Monentis apostoli uox est: expurgate uetus fermentum, ut sitis noua consparsio, sicut estis azymi: nam et

10 Gen. 1, 26. 25 I Cor. 5, 7.

1 fugare *SD* ruboris *ex* colores *S m. 2* adulteris *DV* 2 ueritate *D* 3 inpugnatione] impigmatione *coni. Erasmus* 8 nigro puluere] nigrore pulueris *W* robore *S* 9 conrumpent *S* 11 quisquam *ex* quis *W m. 2* 12 ille id quod *W sed* id *s. l.* 13 quia] quod *D* 16 aemolum *S* 17 adferret] inferret ut *v et Augustinus l. c.* iam picta *add. in W m. 2* 19 exaestimas *D* latura *S* inproba *S* 20 ut si *W*, ut enim *v et August.* inpudicam *S* 21 homines] omnes *S* incestas fugis *D* 22 deteneris *S* 23 quod putes W^1 inpugnatio] indignatio *D* 25 monentis a. u. est *om. W* 26 consparsio *SWDV*, conspersio *v* estis] est *V*, *om. D* azimi *SWD*, azyma *V* nam] etenim *August.*

pascha nostrum inmolatus est Christus. itaque festa celebremus non in fermento ueteri neque in fermento malitiae et nequitiae sed in azymis sinceritatis et ueritatis. num sinceritas perseuerat et ueritas, quando quae sincera sunt polluuntur colorum adulteriis, medicaminum fucis in mendacium uera mutantur? Dominus tuus dicit: non potes facere capillum unum album aut nigrum: et tu ad uincendam Domini tui uocem uis te esse potiorem, audaci conatu et sacrilego contemptu crines tuos inficis, malo praesagio futurorum capillos iam tibi flammeos auspicaris et peccas pro nefas capite id est corporis parte meliore! et cum scriptum sit de Domino: caput autem eius et capilli erant albi uelut lana aut nix, tu execraris canitiem, detestaris alborem, qui sit ad Domini caput similis!

Non metuis, oro, quae talis es, ne cum resurrectionis dies 17
uenerit, artifex tuus te non recognoscat, ad sua praemia et promissa uenientem remoueat et excludat et increpans uigore censoris et iudicis dicat: ʿopus hoc meum non est nec imago haec nostra est.ʾ cutem falso medicamine polluisti, crinem adultero colore mutasti, expugnata est mendacio facies, figura corrupta est, uultus alienus est. Deum uidere non poteris, quando oculi tibi non sunt quos Deus fecit sed quos diabolus infecit. illum tu sectata es, rutilos adque depictos oculos serpentis imitata es, de inimico tuo compta, cum illo pariter arsura. haec, oro, non cogitanda sunt Dei seruis, non die semper ac nocte metuenda? uide-

7 Matth. 5, 36. 12 Apoc. 1, 14.

1 pascha] phasea *S* itaque itaque *D* 2 ueteri...fermento *om. D* 3 azimis *SWD* 4 perseueret *W*¹ 5 **colorum *W*, et colorum *Augustinus l. c.* adulteriis *DW*², adulteris *SW*¹, adulterinis *August.* et medicaminum *v*, et adulterinis medicaminum *Baluzius* 6 deus *S* 7 aut *ex* et *D m. 2* 8 tu *add. W m. 2* uincendum *D*¹ esse *om. W* audacie *S* 9 crinis *W*¹ infeces *S* 11 capiti *D* id est *om. W* 13 caniciem *W*, canitiae *D* 14 qui sit] quis ita *D* caput domini *W* 16 recognat *D* et ad *v* 17 et (*ante* excl.) *om. D* excludens *W*¹ et increpans *SV*, increpans *WDv* censores *S* 18 naec *W* haec *om. Baluzius* 21 est (*post* alienus) *om. W* poter*s *D* 22 tibi] tui *scripsit Baluzius* sint *WD* deus tibi *S* inficit *W* 23 emitata *S* 24 et arsura *Dv* cogitanda non sunt *v*

rint quid sibi nuptae per placendi studium de coniugum solacio blandiantur, quos dum in excusationem suam proferunt, ad societatem criminosae consensionis adsciscunt. uirgines certe, quibus hic sermo non consulit, quae se eiusmodi artibus compserint, inter uirgines non putem debere numerari sed tamquam contactas oues et morbidas pecudes a sancto et puro grege uirginitatis arceri, ne contagio suo ceteras polluant, dum simul degunt, ne perdant alias quaecumque perierunt.

18 Et quoniam continentiae bonum quaerimus, perniciosa quaeque et infesta uitemus. nec illa praetereo, quae dum neglegentia in usum ueniunt, contra pudicos et sobrios mores licentiam sibi de usurpatione fecerunt. quasdam non pudet nubentibus interesse et in illa lasciuientium libertate sermonum conloquia incesta miscere, audire quod non decet, quod non licet dicere, obseruare et esse praesentes inter uerba turpia et temulenta conuiuia, quibus libidinum fomes accenditur, sponsa ad patientiam stupri, ad audaciam sponsus animatur. quis illi in nuptiis locus est cui animus ad nuptias non est, aut uoluptaria illic et laeta esse quae possunt, ubi et studia et uota diuersa sunt? quid illic discitur, quid uidetur? quantum a proposito suo uirgo deficit! quantum inpudicior, quae uenerat pudica, discedit! corpore licet uirgo ac mente permaneat, oculis, auribus, lingua minuit illa quod habebat.

19 Quid uero quae promiscuas balneas adeunt quaeque oculis ad libidinem curiosis pudori ac pudicitiae corpora dicata prostituunt? quae cum uiris adque uiros nudae uident turpiter ac ui-

1 nuptae sibi *D* 2 excusatione sua *W* 4 non *SW*, nunc *Dv* compserit *S* 5 uirginis *S* putent *V* 7 ne] nec *D* dum] cum *W* 10 uitamus *W* dum] cum *S* 12 non *D s. l. m. 2* 13 illa lascibientium *D*, illasciuientium *S* (inter illam lasciuientem libertatem *v*) 14 audere *D* decet et *V* non *om. S* obseruare *S*, obseruari *WD*, obuersari *Manutius; cf. Gronou. obseru. p. 322* 15 et (*ante* esse) *expunxit Krabinger* 16 sponsam *S* 17 illi] illis *SWD* nuptis *D* 18 uoluntaria *S* 19 et (*ante* studia) *om. W* 20 defecit *SD* quantum *SWDV*, quando *uel* quanto *v* 21 inpudicior — pudica *SV*, **pudicior — inpudica *W*, impudicior — impudica *D*, pudica — impudicior (*uel* impudica) *v* 22 quod] quae *v* 23 quaeq. *S*, quae *WDv* 24 dicata] dica *S*, inlata *D* 25 quae cum] quaecumq. *S* uiris adq. uiros *S*, uiros atque a uiris *WDv nisi quod* atq. *in W s. l. m. 2* uidentur] ***entur *D* (pud *eras.*)

dentur, nonne ipsae inlecebram uitiis praestant? non ad corruptelam et iniuriam suam desideria praesentium sollicitant et inuitant? uiderit, inquis, qua illuc mente quis ueniat, mihi tantum reficiendi corpusculi cura est et lauandi. non te purgat ista defensio nec lasciuiae et petulantiae crimen excusat. sordidat lauatio ista, non abluit, nec emundat membra sed maculat. inpudice tu neminem conspicis, sed ipsa conspiceris inpudice: oculos tuos turpi oblectatione non polluis, sed dum oblectas alios, ipsa pollueris. spectaculum de lauacro facis, theatro sunt foediora quo conuenis. uerecundia illic omnis exuitur, simul cum amictu uestis honor corporis ac pudor ponitur, denotanda et contrectanda uirginitas reuelatur. iam nunc considera an cum uestita est uerecunda sit inter uiros talis quae ad inuerecundiam profecit audacia nuditatis.

20 Sic ergo frequenter ecclesia uirgines suas plangit, sic ad infames earum ac detestabiles fabulas ingemescit: sic flos uirginum extinguitur, honor continentiae ac pudor caeditur, gloria omnis ac dignitas profanatur. sic se expugnator inimicus per artes suas inserit: sic insidiis per occulta fallentibus diabolus obrepit: sic dum ornari cultius, dum liberius euagari uirgines uolunt, esse uirgines desinunt, furtiuo dedecore corruptae, uiduae antequam nuptae, non mariti sed Christi adulterae, quam fuerant praemiis ingentibus uirgines destinatae, tam magna supplicia pro amissa uirginitate sensurae.

21 Audite itaque uirgines, ut parentem: audite quaeso uos timentem pariter ac monentem: audite utilitatibus et commodis uestris fideliter consulentem. estote tales quales uos Deus artifex fecit, estote tales quales uos manus patris instituit: maneat in uobis

1 ipse *S*, ipsam *W* inlecebra *S* nonne ad *v* 2 inuitat *S* 3 uiderit *SD*, uiderint *W*; *cf. p. 15 l. 5* 4 corpuscoli *D*] 5 nec *ex* ne *S m. 2* sordida *S* lauatio] lasciuia *D* 6 mentionem membra *S* impudicae *D* 7 conspices *S* conspicieris *S*[1] 8 pollues *S* 9 *pollueris *D* facies theatra *D* 10 uericundia *S*, ueracundia *W* 11 pudoris *S* punitur *S*, caeditur *maluit Baluzius* et contrectanda *om.* *W*[1] 13 est] es *v* uerecundia *W* sis *v* tales *D* quae *WD*, que *S*, cui *Manutius* inuericundiam *S* proficit *WDv* 16 ingemesgit *S* 17 ac *W s. l. m. 2* 18 per artes *ex* peratis *S m. 2* 19 inserit] infiserit *D* per *om.* *D* 20 uagari *S* 24 uirginita *D* 25 itaque me *v* timentem] docentem *v* 26 audi *W*[1] 28 esto talis *D* patris manus *ex* ds̃ aris manus *S m. 1*

facies incorrupta, ceruix pura, forma sincera: non inferantur auribus uulnera, nec brachia includat aut colla de armillis et monilibus catena pretiosa: sint a compedibus aureis pedes liberi, crines nullo colore fucati, oculi conspiciendo Deo digni. celebrentur lauacra cum feminis, quarum in uos pudica lauatio est. nuptiarum festa inproba et conuiuia lasciua uitentur, quorum periculosa contagio est. uince uestem quae uirgo es, uince aurum quae carnem uincis et saeculum. non est eiusdem non posse a maioribus uinci et inparem minoribus inueniri. arta et angusta est uia quae ducit ad uitam, durus et arduus limes qui tendit ad gloriam. per hunc uiae limitem martyres pergunt, eunt uirgines, iusti quique gradiuntur. lata et spatiosa itinera uitate: letales illic inlecebrae et mortiferae uoluptates: illic diabolus blanditur ut fallat, adridet ut noceat, inlicit ut occidat. primus cum centeno martyrum fructus est, secundus sexagenarius uester est. ut aput martyras non est carnis et saeculi cogitatio nec parua et leuis et delicata congressio, sic et in uobis, quarum ad gratiam merces secunda est, sit et uirtus ad tolerantiam proxima. non est ad magna facilis ascensus. quem sudorem perpetimur, quem laborem, dum conamur ascendere colles et uertices montium? quid ut ascendamus ad caelum? si praemium pollicitationis adtendas, minus est quod laboras. inmortalitas perseueranti datur, perpetua uita promittitur, regnum Dominus pollicetur.

22 Seruate, uirgines, seruate quod esse coepistis. seruate quod eritis. magna uos merces habet, praemium grande uirtutis, munus maximum castitatis. uultis scire quo malo careat et quid boni teneat continentiae uirtus? m u l t i p l i c a b o, inquit mulieri

28 Gen. 3, 16.

3 *post* praetiosa *add. D*[1]: tantum maneat **dur et sola et inlaesa uirginitas, *expunxit m. 2* 4 fugati *D* 5 in uos] *om. V*, inter uos *coni. Pamelius;* quas inter uobis *coni. Goldhorn* 6 conuiuia lasciua] temulenta conuiuia *V* 7 uirgo es] *add. v*: quae deo seruis 8 uinces *D* 9 arcta *v* 10 arduus est *v* 13 illinc inlecebres *S* mortifere uoluntates *S* 14 inlicet *S* primum *V* 15 cum centesimo *V*, enim centenarius *Pamelius; cf. Gronou. p. 571* sexaginarius *S* 16 ut *ex* et *W m. 2* martyres *v*, martyrem *Oxon.* cogitatio] *ex* contagio *W m. 2*, *ex* conluctatio *V m. 2* 17 deligata *D* 18 ad gratiam *om. S* mercis *D* sit] sic *S* 20 cum *WD* 26 habet *S*, manet *WDv*

Deus, tristitias tuas et gemitus tuos, et in tristitia paries filios, et conuersio tua ad uirum tuum et ipse tui dominabitur. uos ab hac sententia liberae estis, uos mulierum tristitias et gemitus non timetis, nullus uobis de partu circa filios metus est: nec maritus dominus, dominus uester et caput Christus est ad instar et uicem masculi, sors uobis et condicio communis est. Domini uox est illa dicentis: filii saeculi huius generant et generantur: qui autem habuerint dignationem saeculi illius et resurrectionis a mortuis, non nubunt neque matrimonium faciunt: neque enim incipiunt mori. aequales enim sunt angelis Dei, cum sint filii resurrectionis. quod futuri sumus, iam uos esse coepistis. uos resurrectionis gloriam in isto saeculo iam tenetis, per saeculum sine saeculi contagione transitis: cum castae perseueratis et uirgines, angelis Dei estis aequales. tantum maneat et duret solida et inlaesa uirginitas et ut coepit fortiter, iugiter perseueret nec monilium aut uestium quaerat ornamenta sed morum. Deum spectet et caelum neque oculos ad sublime porrectos ad carnis et mundi concupiscentiam deprimat, ad terrena deponat.

Prima sententia crescere et multiplicari praecepit, secunda et 23
continentiam suasit. dum adhuc rudis mundus et inanis est, copiam fecunditate generantes propagamur et crescimus ad humani generis augmentum: cum iam refertus est orbis et mundus inpletus, qui capere continentiam possunt spadonum more uiuentes castrantur ad regnum. nec hoc iubet Dominus sed hortatur, nec iugum necessitatis inponit, quando maneat uoluntatis

7 Luc. 20, 34 sq.

1 in tristitias *S*, cum tristitia *V* 3 hanc sententiam *S* 4 sentristitias S^1 de *om. D* 5 maritus est *Wv* *alterum* dominus *om. S*, sed (?) deus *V*, sed dominus *Pamelius* 7 dicens *D sed* ns *ex corr.* fili *SD* 8 illius *ex* huius *S m. 1* habuerit *W* 10 nubuntur *S* facient *D* 11 incipient W^2*Dv* 12 fili *D* 13 gloria *D* 14 trenssitis *W* 20 deprimat] *add.* et *uel* aut *v* 21 multiplicare *S*, generare *WDv*; *αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε Gen. 1, 28* deus praecepit *D* et *om. v* 22 continentias *S* dum *S*, cum *WDv* esset *v* ad copiam fecunditatis *V* 23 crescamus *W* 24 at cum *V* refectus *W* 26 hoc *om. W*

arbitrium liberum. sed cum habitationes multas aput patrem suum dicat, melioris habitaculi hospitia demonstrat. habitacula ista meliora uos petitis, carnis desideria castrantes maioris gratiae praemium in caelestibus obtinetis. omnes quidem qui ad diuinum munus et patrium baptismi sanctificatione perueniunt hominem illic ueterem gratia lauacri salutaris exponunt et innouati Spiritu sancto a sordibus contagionis antiquae iterata natiuitate purgantur. sed natiuitatis iteratae uobis maior sanctitas et ueritas conpetit, quibus desideria iam carnis et corporis nulla sunt. sola in uobis quae sunt uirtutis et spiritus ad gloriam remanserunt. apostoli uox est quem Dominus uas electionis suae dixit, quem ad promenda mandata caelestia Deus misit. primus homo, inquit, e terrae limo, secundus e caelo: qualis ille e limo, tales et qui de limo, et qualis caelestis, tales et caelestes. quomodo portauimus imaginem eius qui de limo est, portemus et imaginem eius qui de caelo est. hanc imaginem uirginitas portat, portat integritas, sanctitas portat et ueritas, portant disciplinae Dei memores, iustitiam cum religione retinentes, stabiles in fide, humiles in timore, ad omnem tolerantiam fortes, ad sustinendam iniuriam mites, ad faciendam misericordiam faciles, fraterna pace unanimes adque concordes.

24 Quae uos singula, o bonae uirgines, obseruare, diligere, inplere debetis quae Deo et Christo uacantes ad Dominum, cui uos dicastis, et maiore et meliore parte praeceditis. prouectae annis,

12 I Cor. 15, 47 sq.

1 habitationis *D* 2 demonstratis *D* 3 castrantis *SD* 4 qui ad *S*, qo ad *W*, ad *D* 5 munus et patrium *SWD*, lauacrum *scripsit Baluzius*, munus et patrimonium *v* 5 baptismum *S* 6 lauacri *om. D* 7 iteratae *D* 8 sanctitatis *D* 9 et corporis *om. W* 12 dm̃s *S* 13 de terrae *D* homo de caelo *v* 14 ille de *v* talis S^1 *W* 15 talis *D* 16 sic portemus *August. l. c.* 17 portat *om. S* 18 portant *om. S*, portet W^1, portat DW^2 disciplinae *om. S* 19 tenentes *W* 20 humilesint *D* sustinendas iniurias *August. l. c.* 22 uninanimes *S* 23 singulae *ex* singula *W m. 2*, singulo *S* (o *om.*) et inplere et dilegere *S* 24 deum *D* 25 dicatis *D* et (*ante* maiore) *om. August.* praecedetis *S* prouecte *S*, pruectae W^1

iunioribus facite magisterium: minores natu, praebete conparibus incitamentum. hortamentis uos mutuis excitate, aemulis de uirtute documentis ad gloriam prouocate. durate fortiter, spiritaliter pergite, peruenite feliciter. tantum mementote tunc nostri, cum incipiet in uobis uirginitas honorari.

1 minoris *D* praebete] maioribus ministerium *add. v et August. uulgata* conparibus...*l. 2* excitate *om.* W^1, *add. in margine* W^2 2 de uirtute *S*, de utrisque *W*, uirtute *D* 4 tantum] tm̃ *W*, *sed in margine corr.* tantum W^2 DE HABITV VIRGINVM EXPLICIT *SW*, *om. D*

V.

THASCI CAECILI CYPRIANI

DE CATHOLICAE ECCLESIAE VNITATE.

S = codex Seguierianus; exhibet c. 1 — c. 5 et fragmentum c. 17.
W = codex Würzeburgensis.
R = codex Reginensis lat. 116 saec. IX.
G = codex Sangallensis 89 saec. IX.
M = codex Monacensis.
V = codex Veronensis.

DE CATHOLICAE ECCLESIAE VNITATE.

Cum moneat Dominus et dicat: nos estis sal terrae cumque esse nos iubeat ad innocentiam simplices et tamen cum simplicitate prudentes, quid aliud, fratres dilectissimi, quam prouidere nos conuenit et sollicito corde uigilantes subdoli hostis insidias intellegere pariter et cauere, ne qui Christum sapientiam Dei patris induimus minus sapere in tuenda salute uideamur? neque enim persecutio sola metuenda est et ea quae subruendis ac deiciendis seruis Dei aperta inpugnatione grassantur. facilior cautio est ubi manifesta formido est, et ad certamen animus ante praestruitur, quando se aduersarius confitetur. plus timendus est et cauendus inimicus, cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens occultis accessibus serpit, unde et 1

2 Matth. 5, 13.

INCIPIT DE CATOLICA AECCLESIAE VNITATE *S*, INCIPIT DE CATHOLICE AECLESIAE VNITATE *W*, INCIPIT DE ECCLESIAE CATOLICE VNITATE *M*, INCIPIT EIVSDEM CIPRIANI DE ECLESIAE VNITATE *G*, INCIPIT DE VNITATE ECCLESIAE *R*; *Cypr. epist. 51, c. 4:* sed et catholicae ecclesiae unitatem quantum potuit expressit nostra mediocritas; *Fulgentius de remiss. pecc. I, 21:* huius arcae mysterium beatissimus martyr Cyprianus scribens in libro de simplicitate praelatorum uel potius secundum uetusta exemplaria de unitate ecclesiae catholicae exposuit; de simplicitate praelatorum *uel* de unitate ecclesiae *inscriptio uulgata.* 4 dilictissimi *S*, karissimi *G* 5 et] ut *S* 7 dñi *R* induimus *SV*, induimur *WGMR* de intuenda *M sed* de *super ras. 2. litt. m. 2* 8 ei et *M* eaq. *SR* subuertendis *R* 9 dei seruis *v* inpugnatione] indignatione *M* grassantur *SGM²R¹*, grassatur *WVM¹*, crassatur *R²* 10 manifesta] manesa *S* 11 pre***tuitur *G* (sti? *eras.*) quã *ex* quando *R m. 2* profitetur *M* 12 timendus] metuendus *v* et cauendus est *G* quam per *ex* cum per *R m. 2* 13 serpit] serpentis *S*

nomen serpentis accepit. ea est eius semper astutia, ea est circumueniendi hominis caeca et latebrosa fallacia. sic ab initio statim mundi fefellit et uerbis mendacibus blandiens rudem animam incauta credulitate decepit: sic dominum ipsum temptare conatus, quasi obreperet rursus et falleret, latenter accessit: intellectus tamen est et retusus et ideo prostratus quia agnitus adque detectus.

2 Vnde nobis exemplum datum est ueteris hominis uiam fugere, uestigiis Christi uincentis insistere, ne denuo incauti in mortis laqueum reuoluamur sed ad periculum prouidi accepta inmortalitate potiamur. inmortalitatem autem potiri quomodo possumus, nisi ea quibus mors expugnatur et uincitur Christi mandata seruemus ipso monente et dicente: si uis ad uitam uenire, serua mandata, et iterum: si feceritis quod mando uobis, iam non dico uos seruos sed amicos. hos denique fortes dicit et stabiles, hos super petram robusta mole fundatos, hos contra omnes tempestates et turbines saeculi inmobili et inconcussa firmitate solidatos. qui audit, inquit, uerba mea et facit ea, similabo eum uiro sapienti, qui aedificauit domum suam super petram. descendit pluuia, aduenerunt flumina, uenerunt uenti et inpegerunt in domum illam: et non cecidit. fundata enim fuit super petram. uerbis igitur eius insistere, quaecumque et docuit et fecit discere et facere debemus. ceterum credere se in Christo quomodo dicit, qui non facit quod Christus

13 Matth. 19, 17. 14 Io. 15, 14 sq. 18 Matth. 7, 24 sq.

1 semper eius *M* est *om. R* eius circumueniendis *G* 2 hominib. *ex* hominis *G m. 2* 3 statim *ex* statum *G m. 2* rude anima *S*, rues anima *M*[1], rudes animas *WGM*[2]*Rv* 4 credelitate *G*[1]. crudelitate *SM*, crudelitas *R* decipit *G*[1], decoepit *M* 5 obriperet *SR* 6 agnitus est *R* 9 uincentis] uiuentis *scripsit Baluzius* ne] nec *G* 11 inmortalitatem *SV*, immortalitate *WGMRv* possumus *W sed* u *corr.* 13 peruenire *R* 14 feceritis inquit *M* quod *WGMVR*, quoad *S*, quae *v* 15 dicam *v* denique] denuo *R* 16 et stabiles dicit *M* supra *G* 19 illum *R* 20 aedificabit *S*, etificat *W* suam *M s. l. m. 2* supra *Wv* 21 aduenerunt *SWGMVR*, uenerunt *v* uenerunt *SWMVR*, flauerunt *Gv* inpigerunt *S* 23 supra *W* eius igitur *R* 24 et (*ante* docuit) *om. M* 25 christum *Wv*

facere praecepit? aut unde perueniet ad praemium fidei qui fidem non uult seruare mandati? nutet necesse est et uagetur et spiritu erroris abreptus uelut puluis quem uentus excutit uentiletur nec ambulando proficiet ad salutem qui salutaris uiae non tenet ueritatem.

3 Cauenda sunt autem non solum quae sunt aperta adque manifesta sed et astutae fraudis subtilitate fallentia. quid uero astutius quidue subtilius, quam ut Christi aduentu detectus ac prostratus inimicus, postquam lux gentibus uenit et sospitandis hominibus salutare lumen effulsit, ut surdi auditum gratiae spiritalis admitterent, aperirent ad Dominum oculos caeci, infirmi aeterna sanitate reualescerent, clodi ad ecclesiam currerent, muti claris uocibus et precibus orarent, uidens ille idola derelicta et per nimium credentium populum sedes suas et templa deserta excogitauerit nouam fraudem, ut sub ipso christiani nominis titulo fallat incautos? haereses inuenit et schismata, quibus subuerteret fidem, ueritatem corrumperet, scinderet unitatem. quos detinere non potest in uiae ueteris caecitate circumscribit et decipit noui itineris errore. rapit de ipsa ecclesia homines et, dum sibi adpropinquasse iam lumini adque euasisse saeculi noctem uidentur, alias nescientibus tenebras rursus infundit, ut cum euangelio Christi et cum obseruatione eius et lege non stantes christianos se uocent et ambulantes in tenebris habere se lumen existiment blandiente aduersario adque fallente, qui secundum apostoli uocem transfigurat se uelut angelum lucis et ministros subornat suos uelut ministros iustitiae adserentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei, per-

1 facere] fieri *VR* 2 seruare. Mandat *G* nutet *super* ut et *M m. 2* 3 errores *S* areptus *M* excuti *G* uentuletur *S* 6 autem fratres dilectissimi *v* quae sunt] que cunt *R* 7 et *M s. l. m. 2* a*stute *G* 8 prostratus *ex* promptus *R m. 2* 10 efulsit *W*, infulsit *M* ad *ante* auditum *G s. l. m. 2* 11 aperirent *om. R* deum *Gv* oculos suos *WGMv* 12 claudi *Wv* current *S* 14 et *S*, ac *WGMRv* 15 excogitauerat *G*, excogitauit M^2 16 heresis SW^1R et *ex* aut *G m. 2* scismata *SW*, *ita saepius* 17 quos *ex* q** *M m. 2* 18 ueteris] tieteris *S* 19 cum *S* 20 adpropinquanti *M* lumine *M*, lumina *G*, lumen *R* 21 rurrus *G* infudit MG^2 ut] et *S* 22 et cum] ut cum *W* 23 seuocant *M* 24 existimant *G* 25 angelus *M* 26 suos subornat *G*, suos ornat *M* si uelut *S* 27 diem *S* salutem *S* obtentum G^1

fidiam sub praetexto fidei, antichristum sub uocabulo Christi, ut dum uerisimilia mentiuntur, ueritatem subtilitate frustrentur. hoc eo fit, fratres dilectissimi, dum ad ueritatis originem non reditur nec caput quaeritur nec magisterii caelestis doctrina seruatur.

4 Quae si quis consideret et examinet, tractatu longo adque argumentis opus non est. probatio est ad fidem facilis conpendio ueritatis. loquitur Dominus ad Petrum: ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus et super istam petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferorum non uincent eam. dabo tibi claues regni caelorum: et quae ligaueris super terram erunt ligata et in caelis, et quaecumque solueris super terram erunt soluta et in caelis. super unum aedificat ecclesiam, et quamuis apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat et dicat: sicut misit me pater et ego mitto uos. accipite Spiritum sanctum: si cuius remiseritis peccata, remittentur illi: si cuius tenueritis, tenebuntur, tamen ut unita-

8 Matth. 16, 18 sq. 15 Io. 20, 21 sq.

1 praetecto *S*, praetextu W^2v antichristi tum *S* 2 ut] et *MR* subtili arte *ex* subtibiatebe *R m. 2* 3 ueritates *M*, unitatis *coni. Baluzius* originem] ordinem *G* 4 nec (*ante* mag.) *om. R* magisterii *MV*, magisteri *S*, magistri *WRGv* 6 quis non *G* consideratur *S* (a *in* e *corr. m. 1*) tractu M^1R, tracto *S* longo *om. G* 7 conpendium G^2 8 dico tibi *MR* inquit *om. G* 9 istam] hanc *v* 11 dabo tibi *S*, tibi dabo *WGMVR*, et tibi dabo *v* legaueris — legata *M* 12 et (*ante* in) *om. S* 13 super] in *S* *post* in caelis *add. Mv*: et idem (et iterum eidem *v*) post resurrectionem suam dicit: pasce oues meas (*Io. 21, 16 sq.*), *uerba om. SWGVR* 14 unum $SWGM^1RV$, illum unum M^2v ecclesiam suam *v; continuo add. Mv*: et illi pascendas oues mandat (mandat oues *v*) suas; *his adiungit M solus:* et quamuis apostolis omnibus parem tribuat potestatem, unam tamen cathedram constituit et unitatis originem atque (atque *deletum m. 2*) orationis suae auctoritate disposuit. hoc erant utique et ceteri quod Petrus, sed primatus Petro datur ut (*ex* et *m. 2*) una ecclesia et cathedra una monstretur. et pastores sunt omnes, sed grex unus ostenditur, qui ab apostolis omnibus unanimi consensione pascatur. hanc et Pauli unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? qui cathedram Petri super quam fundata ecclesia est deserit, in ecclesia se esse confidit? super unum aedificauit ecclesiam 16 accipe *S* 17 si cui R^2v, sicut R^1; *item l. 18* remittuntur *R* 18 illis *M*, *om. G*

tem manifestaret, unitatis eiusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit. hoc erant utique et ceteri apostoli quod fuit Petrus, pari consortio praediti et honoris et potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur, ut ecclesia Christi una monstretur. quam unam ecclesiam etiam in cantico canticorum Spiritus sanctus ex persona Domini designat et dicit: una est columba mea, perfecta mea, una est matri suae, electa genetrici suae. hanc ecclesiae unitatem qui non tenet tenere se fidem credit? qui ecclesiae renititur et resistit, in ecclesia se esse confidit? quando et beatus apostolus Paulus hoc idem doceat et sacramentum unitatis ostendat dicens: unum corpus et unus spiritus, una spes uocationis uestrae, unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus.

Quam unitatem tenere firmiter et uindicare debemus, maxime 5
episcopi qui in ecclesia praesidemus, ut episcopatum quoque ipsum unum adque indiuisum probemus. nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidem ueritatis perfida praeuaricatione

6 Cant. 6, 8. 11 Eph. 4, 4 sq.

1 manifestet *R* unitatis *SWGMRV*, unam cathedram constituit et unitatis *Manutius* eius *R* ab uno incipientem] atque originem *V teste Rigaltio* 2 et *om. R* 3 fuit et *G* 4 proficiscitur] *add. v post Manutium inuitis SWGMVR*: et primatus Petro datur, ut una Christi ecclesia et cathedra una monstretur. et pastores sunt omnes, sed grex unus ostenditur, qui ab apostolis omnibus unanimi consensione pascatur. *adnotat uir doctus, cui uariantes lectiones in exemplari Goettingensi debemus: 'haec uerba sunt addita ex uno codice manuscr. Virosii (sic! sed corruptum ex Vianesii, fuit enim ille liber Vianesii de Albergatis; cf. Latin. bibl. sacr. p. 179) Bononiensis, qui est in bibliotheca Vaticana, a P. Gabriele paenitentiario consentiente magistro sacri palatii'. hoc additamentum defendit anonymus in libello inscripto lettre d'un sçavant d'A. pour reclamer un passage important de St. Cyprien. Mémoires de Trevoux. 1726 p. 1877 sq.; cf. tamen theologische Quartalschrift 1823 p. 510 sq.* ut *R s. l. m. 2* Christi *om. V* mostretur *S* 5 etiam *om. S* 6 designat et] de ecclesia *G* dicat *S* 7 electa est *M*, *om. S* 8 genitrici *v* tenet *om. R* 9 resistit] *add. v. post Pamelium:* qui cathedram Petri, super quam (quem *Baluzius*) fundata est ecclesia, deserit 12 unum spm *R*[1] uestrae] nostrae *G* 14 firmiter tenere *v* 15 ecclesiam *G*[1] 16 inuisum *WM*[1] 17 fidem ueritatis *S*, fidei ueritatem *WGMRv* perfida] perfidiae *V*, per fidei *M* praeuaricationem *M*

corrumpat. episcopatus unus est, cuius a singulis in solidum pars tenetur. ecclesia una est quae in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur, quomodo solis multi radii sed lumen unum, et rami arboris multi sed robur unum tenaci radice fundatum, et cum de fonte uno riui plurimi defluunt, numerositas licet diffusa uideatur exundantis copiae largitate, unitas tamen seruatur in origine. auelle radium solis a corpore, diuisionem lucis unitas non capit: ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: a fonte praecide riuum, praecisus arescit. sic et ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit: unum tamen lumen est quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. ramos suos in uniuersam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter riuos latius pandit: unum tamen caput est et origo una et una mater fecunditatis successibus copiosa: illius fetu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur.

6 Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est et pudica. unam domum nouit, unius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. haec nos Deo seruat, haec filios regno quos generauit adsignat. quisque ab ecclesia segregatus adulterae iungitur a promissis ecclesiae separatur, nec perueniet ad Christi praemia qui reliquit ecclesiam Christi. alienus est, profanus est, hostis est. habere non potest Deum patrem qui ecclesiam non habet matrem. si potuit euadere quisque extra arcam Noe fuit, et qui extra ecclesiam foris fuerit euadit. monet Dominus et dicit: qui

25 Matth. 12, 30.

1 a singulis *super* sanguinis *M m. 2* insolitum *S* 2 ecclesia quoque *Mv* est *om. G* multitudine *G* incrementum *R* 3 funditatis *G* sol in multis radiis *G* sed et *M* 4 robor *SW* 6 licet] scilicet *G* difusa *G*, effusa *S* copia *R* largitatem *G* 7 originem *R* 8 tamen non *M* 9 arescet *v* 10 et] et in *M*, *om. S* 12 separatur ramos] *desinit cod. S fol. 34 b, fol. 35 mutilato continetur nonnisi fragmentum cap. 17* 13 riuos suos *M* pandit *W G*[2]*M*[1], spandit *G*[1], expandit *RM*[2]*v* 15 copiosa] gloriosa *V* spiritu quoque *M* 17 sponsa] ecclesia *M* 18 cubili *W* 19 dño *R* generat *R* 20 quisquis *v* segregatur *M* adulterae...separatur *om. M* 21 ueniet *M* christi *om. G* 22 relinquid *WM*[2]*R* ecclesia *R* 23 iam non *M* 24 si] sic *V* quisquis *v*, quisquam qui *M*, quisque si *R* arca *R* tunc fuit *V* 25 fuerit foris *G*

non est mecum aduersus me est, et qui non mecum colligit spargit. qui pacem Christi et concordiam rumpit aduersus Christum facit: qui alibi praeter ecclesiam colligit Christi ecclesiam spargit. dicit Dominus: ego et pater unum sumus. et iterum de Patre et Filio et Spiritu sancto scriptum est: et tres unum sunt. et quisquam credit hanc unitatem de diuina firmitate uenientem, sacramentis caelestibus cohaerentem scindi in ecclesia posse et uoluntatum conlidentium diuortio separari? hanc unitatem qui non tenet, non tenet Dei legem, non tenet Patris et Filii fidem, uitam non tenet et salutem.

Hoc unitatis sacramentum, hoc uinculum concordiae insepara- 7
biliter cohaerentis ostenditur, quando in euangelio tunica Domini Iesu Christi non diuiditur omnino nec scinditur, sed sortientibus de ueste Christi, quis Christum potius indueret, integra uestis accipitur et incorrupta adque indiuidua tunica possidetur. loquitur ac dicit scriptura diuina: de tunica autem, quia de superiore parte non consutilis sed per totum textilis fuerat, dixerunt ad inuicem: non scindamus illam sed sortiamur de ea, cuius sit. unitatem ille portabat de superiore parte uenientem id est de caelo et a patre uenientem quae ab accipiente ac possidente scindi omnino non poterat, sed totam semel et solidam firmitatem inseparabiliter obtinebat. possidere non potest indumentum Christi qui scindit et diuidit ecclesiam Christi. contra denique cum Salomone moriente

4 Io. 10, 30. 6 I Io. 5, 7. 16 Io. 19, 23 sq.

1 aduersum *MW*[1] 2 dispargit *R* 3 ecclesiam christi *G* 5 sancto *M s. l. m. 2* 6 hi tres *v*, tres inquit *M* 8 et scindi *M* uoluntatem *W*, uoluntate *G* 9 non tenet dei legem *GMR*, dei legem non tenet *v*, dei legem *W* 10 fidem] dei *R* uitam *GR*, unitatem *WM* 11 unitas *G* sacramentum *om. G*[1] 12 cohaerens *R*, coherentes *M* ostendit *M* dn̄i nr̄i *GM* 14 qui *M*[1] potius christum *G*, christum *Baluzius,* ipsam potius *v* induceret *R* uestes *ex* ueste *M m. 2* 15 adque] et *R* indiuisa *GMVRv* 16 et dicit *R*, adicit *G*[1] de *om. R* 17 superiora *G* cossutilis *R*, consutilis erat *M* 19 ille] illa *W*[2]*v* 20 superiori *M* ueniente *R* 21 ac] et *W* 22 sed totam sed totam *G* semel] simul *v* et *om. R* solida firmitate *G* 23 poterit *R* qui... christi *om. R* 24 solomone morientem *G*[1]

regnum eius et populus scinderetur, Achias propheta Hieroboam regi obuius factus in campo in duodecim scissuras uestimentum suum discidit dicens: sume tibi decem scissuras, quia haec dicit Dominus: ecce scindo regnum de manu Salomonis et dabo tibi decem sceptra, et duo sceptra erunt ei propter seruum meum Dauid et propter Hierusalem ciuitatem quam elegi, ut ponam nomen meum illic. cum duodecim tribus Israel scinderentur, uestimentum suum propheta Achias discidit. at uero quia Christi populus non potest scindi, tunica eius per totum textilis et cohaerens diuisa a possidentibus non est: indiuidua, copulata, conexa ostendit populi nostri qui Christum induimus concordiam cohaerentem. sacramento uestis et signo declarauit ecclesiae unitatem.

8 Quis ergo sic sceleratus et perfidus, quis sic discordiae furore uesanus, ut aut credat scindi posse aut audeat scindere unitatem Dei, uestem Domini, ecclesiam Christi? monet ipse in euangelio suo et docet dicens: et erunt unus grex et unus pastor. et esse posse uno in loco aliquis existimat aut multos pastores aut greges plures? apostolus item Paulus hanc eandem nobis insinuans unitatem obsecrat et hortatur et dicit: obsecro, inquit, uos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes et non sint in uobis schismata: sitis autem compositi in eodem sensu et in eadem sententia. et iterum dicit: sustinentes in-

3 I Reg. 11, 31, 32, 36. 18 Io. 10, 16. 21 I Cor. 1, 10. 25 Eph. 4, 2 sq.

1 populum *R* a*hia *M*, aczas *ex* acazias *R* iheroboam *G* 2 obuiam *GM* 3 discindit *R*, scindit *M* tibi***** *W* 5 sceptra decem *R*, x tribus *M* et duo sc. e.] Porro una tribus remanebit *M sed m. 2 in ras.* 6 ei *W et M s. l. m. 2* propter propter dauid seruum meum *G* 7 iherusalem *G* ponat *R* 8 cum...israel *om. R* tribus *om. W* scinderetur *R* 9 achaias *R*[1], ahia *M* scindit *M* 11 coherentes *G*[1] indiuiduam copulatam connexam *V* 13 coherentes *R* declaruit *W*[1] 15 sic est *v* 17 domini] dominicam *G* 18 et (*ante* docet) *om. R* erit *GMRv* 19 posse] se *R* in uno *M* exestimet *G* 20 plures greges *v* idem *M* 21 et *om. M* et dicit] dicens *v* 22 per] propter *W* 23 id *M s. l. m. 2* ipsut *R* 25 sustinctis *W*[1]

uicem in dilectione, satis agentes seruare unitatem spiritus in coniunctione pacis. stare tu et uiuere putas posse de ecclesia recedentem, sedes sibi alias et diuersa domicilia condentem? cum dictum sit ad Rhaab, in qua praeformabatur ecclesia: patrem tuum et matrem tuam et fratres tuos et totam domum patris tui colliges ad te ipsam in domum tuam, et erit omnis qui exierit ostium domus tuae foras, reus sibi erit, item sacramentum Paschae nihil aliud in Exodi lege contineat quam ut agnus qui in figura Christi occiditur in domo una edatur. loquitur Deus dicens: in domo una comedetur, non eicietis de domo carnem foras. caro Christi et sanctum Domini eici foras non potest nec alia ulla credentibus praeter unam ecclesiam domus est. hanc domum, hoc unanimitatis hospitium designat et denuntiat Spiritus sanctus in psalmis dicens: Deus qui inhabitare facit unanimes in domo. in domo Dei, in ecclesia Christi unanimes habitant, concordes et simplices perseuerant.

Idcirco et in columba uenit Spiritus sanctus: simplex animal 9
et laetum est, non felle amarum, non morsibus saeuum, non unguium laceratione uiolentum, hospitia humana diligere, unius domus consortium nosse, cum generant simul filios edere, cum commeant uolatibus inuicem cohaerere, communi conuersatione uitam suam degere, oris osculo concordiam pacis agnoscere, legem circa omnia unanimitatis inplere. haec est in ecclesia noscenda simplicitas, haec caritas obtinenda, ut columbas dilectio fraternitatis imitetur, ut mansuetudo et lenitas agnis et ouibus aequetur. quid facit in pectore christiano luporum feritas et ca-

5 Ios. 2, 18 sq. 11 Ex. 12, 46. 15 Ps. 67, 7.

2 tu] te *R*, *om.* *G* 3 sedet *R* 4 condentes *R* raab *WGM* 5 et (*ante* frat.) *om.* *R* 6 ad] et *M* ipsum *G*¹ in *W s. l. m. 2* 7 erit *om.* *Baluzius* 9 contineatur *M* 10 dn̄s *M* 11 et non *M* eicitis *G*, eicietur *M* carnem de domo *R*, caro** de domo *M* 14 domum hanc *W* nuntiat *M* 15 spiritus...psalmis *om.* *R* 16 in domo *om.* *R* 17 unianimes *RG*¹ inhabitant *M*, habitent *G* 18 columbam *V* 19 est *om.* *v* 21 *super* edere *M m. 2*: alere cum (*ante* commeant) *W s. l. m. 2*, *om.* *G* 22 comm**eunt *W* uolatilibus *MW*¹ 23 agnuscere *M* 25 dilectione *G*¹ 27 adequetur *G*

num rabies et uenenum letale serpentum et cruenta saeuitia bestiarum? gratulandum est, cum tales de ecclesia separantur, ne columbas, ne oues Christi saeua sua et uenenata contagione praedentur. cohaerere et coniungi non potest amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cum serenitate, pugna cum pace, cum fecunditate sterilitas, cum fontibus siccitas, cum tranquillitate tempestas. nemo existimet bonos de ecclesia posse discedere: triticum non rapit uentus nec arborem solida radice fundatam procella subuertit: inanes paleae tempestate iactantur, inualidae arbores turbinis incursione uertuntur. hos execratur et percutit Iohannes apostolus dicens: ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. si enim fuissent ex nobis, mansissent nobiscum.

10 Hinc haereses et factae sunt frequenter et fiunt, dum peruersa mens non habet pacem, dum perfidia discordans non tenet unitatem. fieri uero haec Dominus permittit et patitur manente propriae libertatis arbitrio, ut dum corda et mentes nostras ueritatis discrimen examinat, probatorum fides integra manifesta luce clarescat. per apostolum praemonet Spiritus sanctus et dicit: oportet et haereses esse, ut probati manifesti sint in uobis. sic probantur fideles, sic perfidi deteguntur, sic et ante iudicii diem hic quoque iam iustorum adque iniustorum animae diuiduntur et a frumento paleae separantur. hinc sunt qui se ultro aput temerarios conuenas sine diuina dispositione praeficiunt, qui se praepositos sine ulla ordinationis lege constituunt, qui nemine episcopatum dante episcopi sibi nomen adsumunt: quos designat in psalmis Spiritus sanctus sedentes in pe-

11 I Io. 2, 19. 20 I Cor. 11, 19.

1 rabies canum *G* rabies et uenenum *om. R* 3 sua *om. M* 7 extimet *R* 8 cum rapit *WG*, non *sup. scr. m. 2* 9 subuerti *R* tempestates *R* 10 et inualidae *V* turbines *R* incussione *G fort. recte* euertuntur *v* et percutit *om. M* 11 apostolus iohannes *M* *ierunt *G* (e *eras.*) 13 nobiscum utique mansissent *M*, mans. utique nob. *v* 14 heresis *WGMR* 16 hoc *R* 17 ut dum corda *om. G* corda nostra *v* 20 esse et schismata *V* 23 hinc *WG*, hic *M*[1], hi *RM*[2]*v* 24 se *om. G* conuenias *R*, conuentus *M in ras.* disputatione *R* 25 se praeficiunt *G* 27 pestilentiae in *M*

stilentiae cathedra, pestes et lues fidei, serpentis ore fallentes et corrumpendae ueritatis artifices, uenena letalia linguis pestiferis euomentes: quorum sermo ut cancer serpit, quorum tractatus pectoribus et cordibus singulorum mortale uirus infundit.

Contra eiusmodi clamat Dominus, ab his refrenat et reuocat 11
errantem plebem suam dicens: nolite audire sermones pseudoprophetarum, quoniam uisiones cordis eorum frustrantur eos. locuntur sed non ab ore Domini. dicunt eis qui abiciunt uerbum Dei: pax erit uobis et omnibus ambulantibus in uoluntatibus suis, omnis qui ambulat errore cordis sui non uenient super te mala. non locutus sum ad eos, et ipsi prophetauerunt. si stetissent in substantia mea et audissent uerba mea et si docuissent populum meum, conuertissem eos a malis cogitationibus eorum. hos eosdem denuo Dominus designat et denotat dicens: me dereliquerunt fontem aquae uitae et effoderunt sibi lacus detritos qui non possunt aquam portare. quando aliud baptisma praeter unum esse non possit, baptizare se opinantur: uitae fonte deserto uitalis et salutaris aquae gratiam pollicentur. non abluuntur illic homines sed potius sordidantur, nec purgantur delicta sed immo cumulantur. non Deo natiuitas illa sed diabolo filios generat. per mendacium nati ueritatis promissa non capiunt: de perfidia procreati fidei gratiam perdunt. ad pacis

6 Hier. 23, 16—17, 21—22. 16 Hier. 2, 13.

1 cathedram W^1 serpentes G^1 *super* fallentes *M m. 2*: patrantes 3 tractatus *WGMRV*, tractus *uel* tactus *v* 4 infundit contra uirus infundit *R* 5 *iusmodi *R* et] ei *R* 6 plebem suam errantem *M* 8 loquuntur enim *M* 9 eis *ex* eius *W m. 2* adiciunt W^1 dn̄i *GR* uobis uobis *G* 11 omnis *WG*, omni *VRM*^{1}, omnibus *M*^{2} in errore *GRv* 12 te *WGRV*, eos *M in ras.*, eum *v* sum locutus *G* et] sed *R* 13 subst. m. et] substantiam exeant *R* 15 conuertissent *WR*, conuertissem *M*^{1} (*m. 2 corr.* con *in* a) eorum *G*^{2} *in ras.* 16 dn̄s denuo *M* derelinquerunt *WG* 17 uitae *MGV*, uiuae *RM* offoderunt G^1 19 se *W*, posse se *Gv*, posse *R*, se posse *Mv; cf. p. 222, 3* 21 non....sordidantur *om. G* abluuntur] lauuntur *R* illis *v* 22 immo *om. M* maculantur *WM* deo] dn̄i *R* 23 diaboli *R* 24 perdiderunt *M*

praemium uenire non possunt qui pacem Domini discordiae furore ruperunt.

12 Nec se quidam uana interpretatione decipiant, quod dixerit Dominus: ubicumque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum. corruptores euangelii adque interpretes falsi extrema ponunt et superiora praetereunt, partis memores et partem subdole conprimentes: ut ipsi ab ecclesia scissi sunt, ita capituli unius sententiam scindunt. Dominus enim cum discipulis suis unanimitatem suaderet et pacem: dico, inquit, uobis quoniam si duobus ex uobis conuenerit in terra, de omni re, quamcumque petieritis, continget uobis a patre meo qui in caelis est. ubicumque enim fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum, ostendens non multitudini sed unanimitati deprecantium plurimum tribui. si duobus, inquit, ex uobis conuenerit in terra: unanimitatem prius posuit, concordiam pacis ante praemisit: ut conueniat nobis, fideliter et firmiter docuit. quomodo autem potest ei cum aliquo conuenire, cui cum corpore ipsius ecclesiae et cum uniuersa fraternitate non conuenit? quomodo possunt duo aut tres in nomine Christi colligi quos constet a Christo et ab eius euangelio separari? non enim nos ab illis, sed illi a nobis recesserunt et cum haereses et schismata postmodum nata sint, dum conuenticula sibi diuersa constituunt, ueritatis caput adque originem reliquerunt. Dominus autem de ecclesia sua loquitur et ad hos qui sunt in ecclesia loquitur, ut si ipsi concordes fuerint, si secundum

4 Matth. 18, 20. 10 Matth. 18, 19.

1 qui] quia *M* 7 partis *W*M^1 *R*. partim *G*M^2 partem *G*M^1*R*, partim *W*M^2 8 excisi *ex* excussi *M m. 2* 9 suaderet] suam deseret *R* 10 uobis inquit *R* quoniam *om. G*, quia *M* duo* *M* (b. *eras.*) conuenerint *M* 11 in terra *ex* intra *W* quacumque *G* 12 est in caelis *M* 13 fuerint *W s. l. m. 2* 14 ostendit *M* 15 unianimitate *R*, unanimitate G^1 16 unianimitatem *R ut passim* 19 cui] qui *MR* 20 non conuenit *om. R* quomodo autem *M* 21 constat G^1*r* 23 heresis *WGMR* sunt *R*M^1 cum *W* conuenticulus s. diuersas *W* 24 reliquerint *G*, relinquerunt *R* 25 dominus. . .*p. 221 l. 1* collecti *R in ras.* loquitur ut si ipsi et ad eos qui ecclesia sunt loquitur concordes *R* 26 ut *ex* et *G m. 2*

quod mandauit et monuit duo aut tres licet collecti unanimiter orauerint, duo aut tres licet sint, inpetrare possint de Dei maiestate quod postulant. ubicumque fuerint duo aut tres, ego, inquit, cum eis sum, cum simplicibus scilicet adque pacatis, cum Deum timentibus et Dei praecepta seruantibus. cum his duobus uel tribus licet esse se dixit, quomodo et cum tribus pueris in camino ignis fuit et quia in Deum simplices adque inter se unanimes permanebant, flammis ambientibus medios spiritu roris animauit, quomodo apostolis duobus in custodia clausis, quia simplices, quia unanimes erant, ipse adfuit, ipse resolutis carceris claustris, ut uerbum quod fideliter praedicabant multitudini traderent, ad forum rursus inposuit. quando ergo in praeceptis suis ponit et dicit: ubi fuerint duo aut tres, ego cum eis sum, non homines ab ecclesia diuidit qui instituit et fecit ecclesiam, sed exprobrans discordiam perfidis et fidelibus pacem sua uoce commendans ostendit magis esse se cum duobus aut tribus unanimiter orantibus quam cum dissidentibus plurimis plusque inpetrari posse paucorum concordi prece quam discordiosa oratione multorum.

Ideo et cum orandi legem daret, addidit dicens: et cum ste- **13**
teritis ad orationem, remittite si quid habetis aduersus aliquem, ut et pater uester qui in caelis est remittat peccata uobis. et ad sacrificium cum dissensione uenientem reuocat ab altari et iubet prius concordare cum fratre, tunc cum pace redeuntem Deo munus offerre, quia nec ad Cain munera respexit Deus: neque enim habere pacatum Deum po-

20 Marc. 11, 25.

1 licet sint *M sed* sint *add. m. 2* 2 de dn̄i magestate *M*, ad dn̄m maiestatis *R* 3 enim fuerint *M* tres collecti *M*[1], tres collecti in nomine meo *M*[2]*v* 4 inquit *om. M* 5 pacatis] pacificis *V* 6 licet *eras. in M* se *W s. l. m. 2* 7 dn̄m *R*, domino *V* 8 perseuerabant *V* medio *GR* 13 duo inquit aut tres fuerint *M* 14 tres *WGMRV*, tres collecti in nomine meo *v* 15 discordiam exprobrans *M* 16 suam *G* se *M s. l. m. 2* 17 unianimiter *ex* unamiter *W m. 2* 18 pluribus *MV* paucorum] pacificorum *R* concordiae *R*, concordiam *M*[1] prece *ex* pacem *M m. 2* 19 discordiae orationem *R* 23 remittet *W* uobis peccata *Mv* 24 iubet hunc *M* recordare *R* 25 deo *W in ras.*, domino *v* ad *M s. l. m. 2* 26 pacatum habere *v* dominum *V*

terat qui cum fratre pacem per zeli discordiam non habebat. quam sibi igitur pacem promittunt inimici fratrum? quae sacrificia celebrare se credunt aemuli sacerdotum? secum esse Christum, cum collecti fuerint, opinantur qui extra Christi ecclesiam colliguntur?

14 Tales etiam si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur: inexpiabilis et grauis culpa discordiae nec passione purgatur. esse martyr non potest qui in ecclesia non est: ad regnum peruenire non poterit qui eam quae regnatura est dereliquit. pacem nobis Christus dedit, concordes adque unanimes esse praecepit, dilectionis et caritatis foedera incorrupta adque inuiolata mandauit: exhibere se non potest martyrem qui fraternam non tenuit caritatem. docet hoc et contestatur Paulus apostolus dicens: et si habuero fidem ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum: et si in cibos distribuero omnia mea et si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil proficio. caritas magnanima est, caritas benigna est, caritas non aemulatur, non inflatur, non inritatur, non agit perperam, non cogitat malum, omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. caritas numquam excidet. numquam, inquit, excidet caritas. haec enim semper in regno erit, haec in aeternum fraternitatis sibi cohaerentis unitate durabit. ad regnum caelorum non potest peruenire discordia, ad praemium Christi qui dixit: hoc est mandatum meum ut diligatis

14 I Cor. 13, 2—5, 7 sq. 26 Io. 15. 12.

1 celi *G* 2 fratruum *G* 3 aemulii *R* secum *WGMRV*, an secum *v* 4 colligunt *R* 6 *ante* nominis *add. M²*: christi 8 *post* ecclesia *add. M²*: dei 9 quae *ex* qui *G m. 2* 10 derelinquit *GMv*, reliquit *R* nobis pacem *R* christus nobis *M* 12 seruari mandauit *v* 13 tenet *RM²* hoc *om. R* contestatur] hortatur *R* 16 cibis *M*, cibos pauperum *v* 17 ita ut *V* ardeat *R* 18 magnissima *R¹* est *om. G* 19 inflatur] inflammatur *V* 20 non inritatur *om. R* non agit perperam] *om. R*, *ante* non inflatur *ponit v* 21 malum] *add. VR*: non gaudet super (super *om. R*) iniustitiam 22 excidit *G¹ v*, excedit *M¹* 23 excidet *WGMRV*, excidit *v* 24 et in *MR* duranit *W¹* 25 nec ad *RM*, *sed in M add. m. 2* nec; *cf. cap. 23 p. 231 l. 10* praemia *v* 26 qui dicit] dicentis *R* meum] dei *R*

inuicem, quemadmodum dilexi uos, pertinere non poterit qui dilectionem Christi perfida dissensione uiolauit. qui caritatem non habet Deum non habet. Iohannis beati apostoli uox est: Deus, inquit, dilectio est et qui manet in dilectione in Deo manet et Deus in illo manet. cum Deo manere non possunt qui esse in ecclesia Dei unanimes noluerunt. ardeant licet flammis et ignibus traditi uel obiecti bestiis animas suas ponant, non erit illa fidei corona sed poena perfidiae nec religiosae uirtutis exitus gloriosus sed desperationis interitus. occidi talis potest, coronari non potest. sic se christianum esse profitetur, quomodo et Christum diabolus saepe mentitur ipso Domino praemonente et dicente: multi uenient in nomine meo dicentes: ego sum Christus, et multos fallent. sicut ille Christus non est, quamuis fallat in nomine, ita nec christianus uideri potest qui non permanet in euangelio eius et fidei ueritate.

Nam et prophetare et daemonia excludere et uirtutes magnas 15 in terris facere sublimis utique et admirabilis res est, non tamen regnum caeleste consequitur quisque in his omnibus inuenitur, nisi recti et iusti itineris obseruatione gradiatur. denuntiat Dominus et dicit: multi mihi dicent in illo die: Domine, Domine, nonne in tuo nomine prophetauimus et in tuo nomine daemonia exclusimus et in nomine tuo uirtutes magnas fecimus? et tunc dicam illis: numquam uos cognoui, recedite a me qui operamini iniquitatem. iustitia opus est, ut promereri quis possit Deum iudicem: praeceptis eius et monitis obtemperandum est, ut acci-

4 I Io. 4, 16. 12 Marc. 13, 6. 21 Matth. 7, 22 sq.

1 ad deum pertinere *R* poterit (potuit *W*) ad praemium christi *WM*, poterit ad christum *v* 3 iohannes *R* beati *om. G* 4 in deo in dilectione *WGMR* 5 et deus..manet *om. V* 7 uel obiecti *M²* *add. in margine* 11 zabolus *R* 13 fallent] seducent *M* 14 christi *R* nomine illius *v* 15 nec hic *V* euangelii *MW²v* 17 *primum* et *om. M* 19 quisque enim *M*, quisquis *v* his *G s. l. m. 2* 20 itineris inuenitur et *M* *sed* inuenitur *exp. m. 2* denuntiat quoque *M¹* 21 illa *M¹* domine *om. G* 22 nomine tuo *GM* 23 tuo nomine *W* 24 magnas uirtutes *W* 25 noui *M* omnes qui *V* iniquitem *W*, iniustitiam *RMV* 26 iustitia prius *M* dum possit *R* 27 quia praeceptis *M* est *W s. l. m. 2*

piant merita nostra mercedem. Dominus in euangelio cum spei et fidei nostrae uiam conpendio breuiante dirigeret, Dominus Deus tuus, inquit, Dominus unus est, et: diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo et de tota anima tua et de tota uirtute tua. hoc primum et secundum simile huic: diliges proximum tuum tamquam te. in his duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae. unitatem simul et dilectionem magisterio suo docuit, prophetas omnes et legem praeceptis duobus inclusit. quam uero unitatem seruat, quam dilectionem custodit aut cogitat qui discordiae furore uesanus ecclesiam scindit, fidem destruit, pacem turbat, caritatem dissipat, sacramentum profanat?

16 Malum hoc, fidelissimi fratres, iam pridem coeperat, sed nunc creuit eiusdem mali infesta clades et surgere ac pullulare plus coepit haereticae peruersitatis et schismatum uenenata pernicies, quia et sic in occasu mundi oportebat praenuntiante per apostolum nobis et praemonente Spiritu sancto: in nouissimis, inquit, diebus aderunt tempora molesta, erunt homines sibi placentes, superbi, tumidi, cupidi, blasphemi. parentibus in dicto non audientes, ingrati, impii, sine adfectu, sine foedere, delatores, incontinentes, inmites, bonum non amantes, proditores, procaces, stupore inflati, uoluptates magis quam Deum diligentes, habentes deformationem religionis, uirtutem autem eius abnegantes. ex his sunt qui repunt in domos et praedantur mulierculas

2 Marc. 12, 29 sq. 17 II Tim. 3, 1 sq.

1 euangelio suo *V* cum spei] dicit cum ipse *R* 2 conpendii breuitate *M* *post* dirigeret *add.* ait M^2 3 inquit *om. MR* dominus] deus *v* unus est *W s. l. m. 2* 5 et de tota uirtute tua *om. R* hoc est M^2v primum mandatum *v* 6 tuum *om. G* 10 custodiat R^1 11 quis *W* 13 hoc *om. R* fidelissimi] dilectissimi *RV* 14 exsurgere *Rv* pululare *W* 15 cshismatum *G* 16 et sic *WG*, sic et *R*, sic *M* fieri oportebat *v*, oportebat fieri *M sed* fieri *s. l. m. 2* 18 et erunt *v* 19 cupidi *om. G* 20 in dicto non (non *om. R*) audientes (obaud. *M*) WGR^1M, non obedientes R^2v, in dicto inaudientes *Gronou. p. 629* 21 *super* sine affectione *M m. 2 ponit*: sine mĩa 22 non *W s. l. m. 2* 23 *super* inflati *M m. 2 ponit:* ambitiosi 25 his] iis *v*

oneratas peccatis quae ducuntur uariis desideriis, semper discentes et numquam ad scientiam ueritatis peruenientes. et quomodo Iannes et Mambres restiterunt Moysi, sic et hi resistunt ueritati, sed non proficient plurimum. imperitia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit. adimplentur quaecumque praedicta sunt et adpropinquante iam saeculi fine hominum pariter ac temporum probatione uenerunt. magis ac magis aduersario saeuiente error fallit, extollit stupor, liuor incendit, cupiditas excaecat, deprauat inpietas, superbia inflat, discordia exasperat, ira praecipitat.

Non tamen nos moueat aut turbet multorum nimia et abrupta **17**
perfidia, sed potius fidem nostram praenuntiatae rei ueritate corroboret. ut quidam tales esse coeperunt, quia haec ante praedicta sunt, ita ceteri fratres ab eiusmodi caueant, quia et haec ante praedicta sunt instruente Domino et dicente: uos autem cauete, ecce praedixi uobis omnia. uitate quaeso uos eiusmodi homines et a latere adque auribus uestris perniciosa conloquia uelut contagium mortis arcete, sicut scriptum est: saepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam. et iterum: conrumpunt ingenia bona confabulationes pessimae. docet Dominus et admonet a talibus recedendum: caeci sunt, inquit, duces caecorum. caecus autem caecum ducens simul in foueam cadent. auersandus est talis adque fugiendus quisque fuerit ab ecclesia separatus.

16 Marc. 13, 23. 19 Sir. 28, 24. 21 I Cor. 15, 33. 23 Matth. 15, 14.

3 iannes *WMV*, iamnes *RGv* 4 mosi *W* hi] isti *R* resistent *W*, resisterunt *M* ueritati] *add.* M^2*v*: homines corrupti sensu, reprobi circa fidem sed ita *V* 5 proficiunt *WM* 6 et *om. W* 7 dicta M^1 8 probationes *V* 10 excaecat] excedat *G* 12 arrupta *R* 13 nostram *M s. l. m. 2* praenuntiata *R*, praenuntiante M^2*v*, praenunitas *V teste Rigaltio* 14 *post* ut *add.* M^2: quõ et haec *M* 15 ita...*l. 16* sunt *om. W* et *om. R* 16 et dicente dn̄o *M* 17 uitate *ex* uita *W m. 2* uos fratres quaeso *M sed* fratres *s. l. m. 2*, uos fratres *v* huiusmodi *M* 18 ab auribus *MV* 19 saepi inquit *M* 21 iterum dicit *M* ingenia bona] mores bonos *M* 22 et *R s. l. m. 2* esse recedendum *V* 23 inquit] autem *R* 24 cadunt *v* aduersandus *M* 25 quisquis *Gv*

peruersus est huiusmodi et peccat et est a semet ipso damnatus. an esse sibi cum Christo uidetur qui aduersum sacerdotes Christi facit, qui se a cleri eius et plebis societate secernit? arma ille contra ecclesiam portat, contra Dei dispositionem repugnat. hostis altaris, aduersus sacrificium Christi rebellis, pro fide perfidus, pro religione sacrilegus, inobsequens seruus, filius impius, frater inimicus contemptis episcopis et Dei sacerdotibus derelictis constituere audet aliud altare, precem alteram inlicitis uocibus facere, dominicae hostiae ueritatem per falsa sacrificia profanare, nec scire quoniam qui contra ordinationem Dei nititur ob temeritatis audaciam diuina animaduersione punitur.

18 Sic Core et Dathan et Abiron qui sibi contra Moysen et Aaron sacerdotem sacrificandi licentiam uindicare conati sunt poenas statim pro suis conatibus pependerunt. terra conpagibus ruptis in profundum sinus patuit, stantes adque uiuentes recedentis soli hiatus absorbuit, nec tantum eos qui auctores fuerant Dei indignantis ira percussit, sed et ceteros ducentos quinquaginta participes eiusdem furoris et comites qui coagulati cum isdem simul ad audaciam fuerant exiens a Domino ignis properata ultione consumpsit, admonens scilicet et ostendens contra Deum fieri quicquid inprobi fuerint ad destruendam ordinationem Dei humana uoluntate conati. sic et Ozias rex cum turibulum ferens et contra legem Dei sacrificium sibi uiolenter adsumens resistente sibi Azaria sacerdote obtemperare nollet et cedere, diuina indignatione confusus et leprae uarietate in fronte maculatus est, ea

1 huiusmodi est *M* et (*ante* peccat) *om. G* 2 aduersus *RM* dotes christi] *ab his incipit fragmentum exiguum cod. S fol. 35* 3 ab ecclesia eius et plebe *V teste Baluzio* 4 disputationem *MR*[1] 5 christi sacrificium *R* rebelis *G*, facit *M* 7 derelictis *ex* delictis *W m. 2* 8 audeat *G* 9 dominice hostiam *G* 10 nec] *add. ex coniectura Manutius:* dignatur quoniam *om. G* dñi *R* 11 audacia *R* 12 chore *W* habiron *G* 13 sacerdotes *WR* licentiam *ex* diligentiam *M m. 2* poenam *M* 14 pro suis statim *v* rependerunt *RM*[1], et penderunt *G*, dependerunt *M*[2] abruptis *M* 15 sinum *WGv* cedentes *R* solii *R*, solis *W* 16 hiatus] fatus *R* adsorbuit *R* actores *M*[1] fuerunt *R*, fuerant eius dementiae *V* 17 ceteros] illos *R* 18 eiusdem] eorum *M* 19 exigens *G* 20 admonet *R* 22 et *om. R* thuribulum *G* 23 dei legem *M* sibi *om. G* resistenti illi azariae sacerdoti *ex* resistens ibi azarias sacerdote *R m. 2* 24 cedere] credere *W*, ceteri *R sed m. 2 expunctum* 25 lepraae *W*

parte corporis notatus offenso Domino ubi signantur qui Dominum promerentur. et filii Aaron, qui inposuerunt altari ignem alienum quem non praeceperat Dominus, in conspectu statim Domini uindicantis extincti sunt.

Quos imitantur scilicet adque sectantur qui Dei traditione con- **19**
tempta alienas doctrinas adpetunt et magisteria humanae institutionis inducunt: quos increpat Dominus et obiurgat in euangelio suo dicens: r e i c i t i s m a n d a t u m D e i, u t t r a d i t i o n e m u e s t r a m s t a t u a t i s. peius hoc crimen est quam quod admisisse lapsi uidentur, qui tamen in paenitentia criminis constituti Deum plenis satisfactionibus deprecantur. hic ecclesia quaeritur et rogatur, illic ecclesiae repugnatur: hic potest necessitas fuisse, illic uoluntas tenetur in scelere: hic qui lapsus est sibi tantum nocuit, illic qui haeresin uel schisma facere conatus est multos secum trahendo decepit: hic animae unius est damnum, illic periculum plurimorum. certe peccasse se hic et intellegit et lamentatur et plangit, ille tumens in peccato suo et in ipsis sibi delictis placens a matre filios segregat, oues a pastore sollicitat, Dei sacramenta disturbat. et cum lapsus semel peccauerit, ille cottidie peccat. postremo lapsus martyrium postmodum consecutus potest regni promissa percipere: ille si extra ecclesiam fuerit occisus, ad ecclesiae non potest praemia peruenire.

Nec quisquam miretur, dilectissimi fratres, etiam de confes- **20**
soribus quosdam ad ista procedere, inde quoque aliquos tam

8 Marc. 7, 9.

1 corporis scilicet *V* notatus est *M* signantur] signa *R* dn̄o *M* 2 altaria R^1 3 dn̄i statim *G* 5 contempto *S* 7 inducant *G* 8 reicitis inquit *M*, reicistis *R* 9 uestram *om.* *W* amisisse *R* 10 qui ta *desinit fragmentum cod. S* paenitentiam *R* 11 dominum *V* hic] illic *M* ecclesia dei M^2 12 illic] hic *M* ecclesia *R* hic] illic *M* 13 illic] hic *M* qui lapsus est] lapsum *R* 14 heresim *M* scisma *WGR* 15 secum quoque *M* decipit *G* illic—hic *M* 16 ille—hic *M* 17 peccato] pectore *Baluzius* sibi] suis *v* 18 placens *ex* plangens *W m. 2* filium *ex* filio *R m. 2* segregato R^1 oues *ex* uel *R m. 2* 19 sacramentum *R* ille] hic *M* 21 potest *ex* post *W m. 2, item l. 22* illic $M^1 R^1$ 22 primia *G* praemium non potest *M* 23 etiam] et *V* 24 ad istam M^1, ad instar *ex* adstar *G m. 2* procedere] prosilire *V* inde q. aliquos *add. m. 2 in R*

nefanda, tam grauia peccare. neque enim confessio inmunem facit ab insidiis diaboli aut contra temptationes et pericula et incursus adque impetus saeculares adhuc in saeculo positum perpetua securitate defendit: ceterum numquam in confessoribus fraudes et stupra et adulteria postmodum uideremus quae nunc in quibusdam uidentes ingemescimus et dolemus. quisque ille confessor est Salomone maior aut melior aut Deo carior non est: qui tamen quamdiu in uiis Domini ambulauit, tamdiu gratiam quam de Domino fuerat consecutus obtinuit, postquam dereliquit Domini uiam, perdidit et gratiam Domini. et ideo scriptum est: tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. quod utique Dominus non minaretur auferri posse coronam iustitiae, nisi quia recedente iustitia recedat necesse est et corona.

21 Confessio exordium gloriae est, non meritum iam coronae, nec perficit laudem sed initiat dignitatem, cumque scriptum sit: qui perseuerauerit usque in finem hic saluus erit, quicquid ante finem fuerit gradus est quo ad fastigium salutis ascenditur, non terminus quo iam culminis summa teneatur. confessor est: sed post confessionem periculum maius est, quia plus aduersarius prouocatus est. confessor est: hoc magis stare debet cum Domini euangelio per euangelium gloriam consecutus a Domino. cui multum datur, multum quaeritur ab eo: et cui plus dignitatis adscribitur, plus de illo

11 Apoc. 3, 11. 17 Matth. 10, 22. 23 Luc. 12, 48.

1 innefanda M^1, nefaria *V* tamque *V*, quam *v* 2 facit *ex* fassit *R m. 2* ut *ex* aut *R m. 2* 4 securitatis R^1 nonnumquam M^1 5 uiderimusque *G* 6 et *ex* ut *G* quisquis GM^2v 7 et *ante* salom. *add.* R^2 dn̄o *R*, *om. v* 8 quamdiu] tamdiu *G* 9 derelinquit *GR* 10 dn̄i uiam *ex* diu fama *R m. 2* perdit *M* et ideo scriptum est] *om. G*, sicut scriptum est: et excitauit dominus Satanam ipsi Salomoni. et ideo in Apocalypsi dominus ad Ioannem grauiter comminatur *V unde Manutius teste Rigaltio recepit* 12 auferre *M* posset R^1 13 quia *ex* qui *W m. 2* recedat *ex* redat *G m. 2* 15 iam] nam *M in ras.* 16 sed *ex* et *W m. 2* initiat et *R* 17 inquit usque *M* in] ad *GR* hic] is *W* 18 quo* fastigium *M* 19 escenditur *maluit Baluzius* summa tenetur *M s. l. m. 2* 21 plus *ex* pius *R m. 2* 23 a domino] *dn̄i *R* cui] ait enim dominus cui *v* queretur *WR* 24 et *om. M*

exigitur seruitutis. nemo per confessoris exemplum pereat, nemo iniustitiam, nemo insolentiam, nemo perfidiam de confessoris moribus discat. confessor est: sit humilis et quietus, sit in actu suo cum disciplina modestus, ut qui Christi confessor dicitur Christum quem confitetur imitetur. nam cum dicat ille: qui se extollit humiliabitur, et qui humiliat se exaltabitur, et ipse a patre exaltatus sit, quia se in terris sermo et uirtus et sapientia Dei patris humiliauit, quomodo potest extollentiam diligere qui et nobis humilitatem sua lege mandauit et ipse a patre amplissimum nomen praemio humilitatis accepit? confessor est Christi: sed si non postea blasphemetur per ipsum maiestas et dignitas Christi. lingua Christum confessa non sit maledica, non turbulenta, non conuiciis et litibus perstrepens audiatur, non contra fratres et Dei sacerdotes post uerba laudis serpentis uenena iaculetur. ceterum si culpabilis et detestabilis postmodum fuerit, si confessionem suam mala conuersatione prodegerit, si uitam suam turpi foeditate maculauerit, si ecclesiam denique ubi confessor factus est derelinquens et unitatis concordiam scindens fidem primam perfidia posteriore mutauerit, blandiri sibi per confessionem non potest quasi electus ad gloriae praemium, quando ex hoc ipso magis creuerint merita poenarum.

Nam et Iudam inter apostolos Dominus elegit, et tamen Dominum Iudas postmodum tradidit. non tamen idcirco apostolorum firmitas et fides cecidit, quia proditor Iudas ab eorum societate defecit. sic et hic non statim confessorum sanctitas et dignitas comminuta est, quia quorundam fides fracta est. beatus 22

6 Luc. 18, 14.

2 confessoribus *GM*[1] 3 est sit] est christi si *R* 4 dic*t̃ *G* 5 imiturum *R*[1] cum *R s. l. m. 2* 6 et qui] qui autem *M* se *om. M* 9 humilitate *G* 13 sit turbulenta *v* 15 laudis et confessionis *V* culpabilis *ex* cuius *M m. 2* et detestabilis *om. V*, et detestabilis uita *M*[2] 16 confessionis suae *M* malam conuersationem *MR*[1] 17 prodegerit *VG*[1], prodigerit *G*[2], protegerit *W*, prodiderit *M* (idi *in ras.*), *om. R* 18 denique ipsam *V* 20 quasi sit *v* 21 premium *ex* primum *G m. 2* 23 iudan *W sed* n *s. l.* 24 postmodum iudas *M* tradidit *WM*[2], prodidit *RM*[1], prodit *G* 25 fides et firmitas *Rv* decidit *M* 27 dignitas et sanctitas *G* comminuta est *ex* comminutas *R m. 2*

apostolus loquitur in epistula sua dicens: quid enim si exciderunt a fide quidam illorum, numquid infidelitas illorum fidem Dei euacuauit? absit: est enim Deus uerax, omnis autem homo mendax. stat confessorum pars maior et melior in fidei suae robore et in legis ac disciplinae dominicae ueritate, nec ab ecclesiae pace discedunt qui se in ecclesia gratiam consecutos de Dei dignatione meminerunt, adque hoc ipso ampliorem consecuntur fidei suae laudem, quod ab eorum perfidia segregati qui iuncti confessionis consortio fuerunt a contagio criminis recesserunt: uero inluminati euangelii lumine, pura et candida Domini luce radiati tam sunt in conseruanda Christi pace laudabiles quam fuerunt in diaboli congressione uictores.

23 Opto equidem, dilectissimi fratres, et consulo pariter et suadeo, ut si fieri potest nemo de fratribus pereat et consentientis populi corpus unum gremio suo gaudens mater includat. si tamen quosdam schismatum duces et dissensionis auctores in caeca et obstinata dementia permanentes non potuerit ad salutis uiam consilium salubre reuocare, ceteri tamen uel simplicitate capti uel errore inducti uel aliqua fallentis astutiae calliditate decepti a fallaciae uos laqueis soluite, uagantes gressus ab erroribus liberate, iter rectum uiae caelestis adgnoscite. contestantis apostoli uox est: praecipimus uobis in nomine Domini Iesu Christi ut recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinate et non secundum traditio-

1 Rom. 3, 3 sq. 23 II Thess. 3, 6.

1 apostolus paulus *V*, paul. apost. *v* in epistola sua loquitur *v* si] sic *R* 2 a fide *W s. l. m. 2* 3 euacuabit *WG* absit *om. G* 5 maior et] maiora *G* in (*ante* legis) *om.* VM^2 disciplinam *G* 6 ueritate] **memores *M* 7 ecclesiam GM^1 8 adque *WGMR*, atqui *v* maiorem consecuntur f. s. l. immo ampliorem *V teste Rigaltio* 9 segregat *W* quibus *V* iunctis *G* 10 contagione *R* hi uero R^2 11 tam *M in ras.* sunt *M s. l. m. 2* 12 pace] luce *G* fuerant *R* 14 opto] hortor *V* 15 consentienti R^1 16 sinum (*pro* unum) gremio suo M^1, sinu gremii sui M^2 19 consilio salubri M^2 reuocari R^1 20 fallentia *R* astutia calliditatis *G* 23 uobis inquit *RGv*, inquit uobis *M* domini nostri *Mv*, domini dei *R* 24 fratribus *om. W* 25 et *om. M* non *om. R*

nem quam acceperunt a nobis. et iterum dicit: nemo uos decipiat inanibus uerbis: propterea enim uenit ira Dei super filios contumaciae. nolite ergo esse participes eorum. recedendum est a delinquentibus uel immo fugiendum, ne dum quis male ambulantibus iungitur et per itinera erroris et criminis graditur, a uia ueri itineris exerrans pari crimine et ipse teneatur. unus Deus est et Christus unus et una ecclesia eius et fides una et plebs una in solidam corporis unitatem concordiae glutino copulata. scindi unitas non potest nec corpus unum discidio conpaginis separari, diuulsis laceratione uisceribus in frusta discerpi. quicquid a matrice discesserit seorsum uiuere et spirare non poterit, substantiam salutis amittit.

Monet nos Spiritus sanctus et dicit: quis est homo qui 24
uult uitam et amat uidere dies optimos? contine linguam tuam a malo et labia tua ne loquantur insidiose. declina a malo et fac bonum, quaere pacem et sequere eam. pacem quaerere debet et sequi filius pacis, a dissensionis malo continere linguam suam debet qui nouit et diligit uinculum caritatis. inter sua diuina mandata et magisteria salutaria passioni iam proximus Dominus addidit dicens: pacem uobis dimitto, pacem meam do uobis. hanc nobis hereditatem dedit, dona omnia suae pollicitationis et praemia in pacis conseruatione promisit. si heredes Christi sumus, in Christi pace maneamus: si filii Dei sumus, pacifici esse debemus. beati, inquit, pacifici, quoniam ipsi filii Dei uocabuntur. pacificos esse oportet Dei filios, corde mites,

1 Eph. 5, 6 sq. 13 Ps. 33, 13 sq. 21 Io. 14, 27. 25 Matth. 5, 9.

1 accepistis *G* 4 uel immo ne *M* (uel *et* ne *eras.*) 5 ne dum *M s. l. m. 2* 6 iter *M* a *om. R* uia ueritatis itineris *M sed* itineris *exp. m. 2* 7 deus unus *v* unus et christus una *M* 8 plebs una *VW*, plebs *WGRv* 9 unitatem] firmitatem *V* glutinae *R* 10 nec diuulsis *RVM²* 11 frustra *W¹G* 13 sps scs monet *M*, monet nos in psalmis s. s. *V* 14 amat] cupit *M* 15 insidiosae *R*, desidione *G*, dolum *M* 16 declina] deuerte *M¹*, diuerte *M²* inquire *M* 17 et sequere] consequere *V* filius est *G* 19 diuina] denique *V* 20 passionis *M¹* 21 dimitto uobis *v* 23 et *M s. l. m. 2* coheredes *M²v* 24 si *om. G* pacifi *R* 25 quia *M* 26 uocantur *W¹* nos oportet *M*

sermone simplices, adfectione concordes, fideliter sibi unanimitatis nexibus cohaerentes.

25 Haec unanimitas sub apostolis olim fuit: sic nouus credentium populus Domini mandata custodiens caritatem suam tenuit. probat scriptura quae dicit: turba autem eorum qui crediderant anima ac mente una agebant. et iterum: et erant perseuerantes omnes unanimes in oratione cum mulieribus et Maria quae fuerat mater Iesu et fratribus eius. et ideo efficacibus precibus orabant, ideo impetrare cum fiducia poterant quodcumque de Dei misericordia postulabant.

26 In nobis uero sic unanimitas deminuta est, ut et largitas operationis infracta est. domos tunc et fundos uenundabant et thesauros sibi in caelo reponentes distribuenda in usus indigentium pretia apostolis offerebant. at nunc de patrimonio nec decimas damus et cum uendere iubeat Dominus, emimus potius et augemus. sic in nobis emarcuit uigor fidei, sic credentium robur elanguit. et idcirco Dominus tempora nostra respiciens in euangelio suo dicit: filius hominis cum uenerit, putas inueniet fidem in terra? uidemus fieri quod ille praedixit. in Dei timore, in lege iustitiae, in dilectione, in opere fides nulla est. nemo futurorum metum cogitat, diem Domini et iram Dei et incredulis uentura supplicia et statuta perfidis aeterna tormenta nemo considerat. quicquid metueret conscientia nostra, si crederet, quia non credit, omnino nec metuit. si autem crederet, et caueret: si caueret, et euaderet.

27 Excitemus nos quantum possumus, dilectissimi fratres, et somno inertiae ueteris abrupto ad obseruanda et gerenda Domini

5 Act. 4, 32. 6 Act. 1, 14. 19 Luc. 18, 8.

1 sermone simplices *om. G* 4 dei *R* 5 scriptura diuina *VM* 6 ac] et *Rv* et (*ante* erant) *om. G* 8 fuit *v* 9 et ideo quia *Baluzius* precibus] uerbis *R* et ideo *R* 10 domini *v* 12 diminuta *Mr*, domini *R* ut et] et ut *R*, ut *V* 13 est *om* *VM*[1], sit *add.* *M*[2] thensauros *W* 15 at] et *R* 17 rubor *G* 18 et languit *G* 19 hominis inquit *M* 20 fieri etiam *M* praedixit *M s. l. m. 2*, praecepit *M*[1] 21 dñi *R* 22 metu *GMR*[2] 24 quicquid *WR*, quo id *G*, quod quid ē *M sed* ē *add. m. 2*, quae *V*, quod *v* 25 si *ex* sic quoque si *M m. 2* credidit *W* 26 si autem *M* et euaderet *GMRV*, euaderet *Wr*

praecepta uigilemus. simus tales quales esse nos ipse praecepit dicens: sint lumbi uestri adcincti et lucernae ardentes et uos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando ueniat a nuptiis, ut cum uenerit et pulsauerit, aperiant ei. beati serui illi quos aduenieus Dominus inuenerit uigilantes. adcinctos nos esse oportet, ne cum expeditionis dies uenerit, inpeditos et inplicitos adprehendat. luceat in bonis operibus nostrum lumen et fulgeat, ut ipsum nos ad lucem claritatis aeternae de hac saeculi nocte perducat. expectemus solliciti semper et cauti aduentum Domini repentinum, ut quando ille pulsauerit, euigilet fides nostra uigilantiae praemium de Domino receptura. si haec mandata seruentur, si haec monita et praecepta teneantur, opprimi dormientes diabolo fallente non possumus, serui uigiles Christo dominante regnabimus.

2 Luc. 12, 35 sq.

1 ipse nos esse *V* 2 sin *G* ardentes in manibus uestris *M*[2] 3 uos *ex* tuos *G m. 2* 4 ut] et *M* 5 illi *om. M* 6 accitos *R* 7 impeditos nos *v* 8 nos apprehendat *V* 9 ipsut *R* 10 et expectemus *M* 11 uigilet *MR* 12 et fides *W* 13 seruantur *G* et *W s. l. m. 2* teneantur *om. G* 14 non *eras. in G* DE CATHOLICE ECLESIAE VNITATE EXPLICIT *W*, DE VNITATE ECCLESIAE EXPLICIT *R*, CAECILI CYPRIANI DE ECCLESIAE CATHOLICE VNITAT EXPLT *M*, EXPLICIT EPL CAECILII CYPRIANI DE AECCLESIAE VNITATE *G*

VI.

THASCI CAECILI CYPRIANI
DE LAPSIS.

S = codex Seguierianus.
W = codex Würzeburgensis.
R = codex Reginensis.
V = codex Veronensis.

DE LAPSIS.

Pax ecce, dilectissimi fratres, ecclesiae reddita est et quod 1
difficile nuper incredulis ac perfidis inpossibile uidebatur, ope adque ultione diuina securitas nostra reparata est. in laetitiam mentes redeunt et tempestate pressurae ac nube discussa tranquillitas ac serenitas refulserunt. dandae laudes Deo et beneficia eius ac munera cum gratiarum actione celebranda, quamuis agere gratias nostra uox nec in persecutione cessauerit: neque enim tantum licere inimico potest, ut non qui Deum corde toto et anima et uirtute diligimus benedictiones eius et laudes semper et ubique cum gloria praedicemus. exoptatus uotis omnibus dies uenit et post longae noctis horribilem taetramque caliginem Domini luce radiatus mundus eluxit.

Confessores praeconio boni nominis claros et uirtutis ac fidei 2
laudibus gloriosos laetis conspectibus intuemur, sanctis osculis adhaerentes desideratos diuina et inexplebili cupiditate conplectimur. adest militum Christi cors candida, qui persecutionis urgentis ferociam turbulentam stabili congressione fregerunt, parati ad patientiam carceris, armati ad tolerantiam mortis. repugnastis fortiter saeculo, spectaculum gloriosum praebuistis Deo, secuturis fratribus fuistis exemplo. religiosa uox Christum locuta

INCIPIT DE LAPSIS FELICITER *S*, INCIPIT DE LABSIS *WR* 3 ac *W m. 2 post ras.* ope] opera *R* 4 laetitia *SR* 5 mentis *S*[1] nube] nube et caligine *v* 8 persequutione *R* (*ut solet* quu *pro* cu) 9 inimico licere *WRv* deum *SWV*, dominum *Rv* toto corde *Rv* 10 et (*ante* uirtute) *add. m. 2 in W* 11 omnibus *SR*, omnium *Wv* diebus *R* 12 taetranq. *S* 14 uirtutibus *W* 15 osculis] oculis *R* 16 diuina et *S*, diu *WRv* 17 coors *W*[1], cohors *W*[2]*Rv* 18 urguentis *R ut solet* 20 dño *W*

est, in quem se semel credidisse confessa est: inlustres manus quae non nisi diuinis operibus adsueuerant sacrificiis sacrilegis restiterunt: sanctificata ora caelestibus cibis post corpus et sanguinem Domini profana contagia et idolorum reliquias respuerunt: ab inpio sceleratoque uelamine quo illic uelabantur sacrificantium capita captiua caput uestrum liberum mansit: frons cum signo Dei pura diaboli coronam ferre non potuit, coronae se Domini reseruauit. quam uos laeto sinu excipit mater ecclesia de proelio reuertentes! quam beata, quam gaudens portas suas aperit, ut adunatis agminibus intretis de hoste prostrato tropaea referentes! cum triumphantibus uiris et feminae ueniunt quae cum saeculo sexum quoque uicerunt. ueniunt et geminata militiae suae gloria uirgines et pueri annos suos uirtutibus transeuntes. nec non et cetera stantium multitudo uestram gloriam sequitur, proximis et paene coniunctis laudis insignibus uestigia uestra comitatur. eadem et in illis sinceritas cordis, eadem fidei tenacis integritas. inconcussis praeceptorum caelestium radicibus nixos et euangelicis traditionibus roboratos non praescripta exsilia, non destinata tormenta, non rei familiaris et corporis supplicia terruerunt. explorandae fidei praefiniebantur dies: sed qui saeculo renuntiasse se meminit nullum saeculi diem nouit, nec tempora terrena iam conputat qui aeternitatem de Deo sperat.

3 Nemo, fratres, nemo hanc gloriam mutilet, nemo incorruptam stantium firmitatem maligna obtrectatione debilitet. cum dies negantibus praestitutus excessit, quisque professus intra diem non est Christianum se esse confessus est. primus est uictoriae titulus gentilium manibus adprehensum Dominum confiteri: secundus ad

1 in quem se *ex* in qua *S m. 2* 5 sceleratioque *R* 8 laetos *SR*, laete *v* in sinum suum *R* excepit S^1 10 aperit *W s. l. m. 2*, aperiut *R* agminis *R* tropea *SW* 11 triumfantib. *SW* quaecumq. *S* (*sed* q. *exp. m. 2*) 12 saeculo dimicantes *v* geminatae *R* 13 cum gloria *R* continentiae uirtutibus *W* 14 circumstantium *S; cf. p. 239 l. 10* 15 proxumis W^1 laudis *W*, *sed in marg. corr.:* laudibus 16 eademmetimillis S^1 eadem *ex* earundem *S. m. 2* 18 roboratus R^1 19 testinata *W* familiaris] damna *add. ex aliquot codd. Erasmus*, ablatio *Krabinger* et] non *v* 20 inexplorandae *R* 21 se *om. W* 22 qui *ex* quia *S m. 2* 23 fratres dilectissimi *v* 24 istam stantium *S* 25 quisquis *Rv* 27 deum *W* confiteris *R*

gloriam gradus est cauta secessione subtractum iam Deo reseruari. illa publica, haec priuata confessio est: ille iudicem saeculi uincit, hic contentus Deo suo iudice conscientiam puram cordis integritate custodit: illic fortitudo promptior, hic sollicitudo securior. ille adpropinquante hora sua iam maturus inuentus est, hic fortasse dilatus est qui patrimonio derelicto idcirco secesserit, quia non erat negaturus: confiteretur utique, si fuisset et ipse detentus.

4 Has martyrum caelestes coronas, has confessorum glorias spiritales, has stantium fratrum maximas eximiasque uirtutes maestitia una contristat, quod auulsam nostrorum uiscerum partem uiolentus inimicus populationis suae strage deiecit. quid hoc loco faciam, dilectissimi fratres, fluctuans uario mentis aestu quid aut quomodo dicam? lacrimis magis quam uerbis opus est ad exprimendum dolorem, quo corporis nostri plaga deflenda est, quo populi aliquando numerosi multiplex lamentanda iactura est. quis enim sic durus ac ferreus, quis sic fraternae caritatis oblitus qui inter suorum multiformes ruinas et lugubres ac multo squalore deformes reliquias constitutus siccos oculos tenere praeualeat nec erumpente statim fletu prius gemitus suos lacrimis quam uoce depromat? doleo, fratres, doleo uobiscum nec mihi ad leniendos dolores meos integritas propria et sanitas priuata blanditur, quando plus pastor in gregis sui uulnere uulneretur. cum singulis pectus meum copulo, maeroris et funeris pondera luctuosa participo. cum plangentibus plango, cum deflentibus defleo, cum iacentibus iacere me credo. iaculis illis grassantis inimici mea simul membra percussa sunt, saeuientes gladii per mea uiscera transierunt. inmunis et liber a persecutionis incursu

1 subtractum se *ex* subtractus *S m. 2* iam *om. WR* dn̄o *WR* reseruare S^2, se seruari W^1 2 puplica *W* haec] ac *R* 3 uincet *W* puramicordis S^1 5 ille *ex* illic *S m. 2* 6 secessit *WRv* 10 circumstantium *S* 11 unua S^1 12 deiecit *W sed in marg.:* uel tetegit 13 uarios *R* quid] qui *R* 15 quo *ex* quē *S m. 2* 16 aliquando *om. R* numero simul triplex *R* 17 ac] aut *Rv* oblitus est *W* 19 reliquia S^1, ac reliquias *R* 21 fratres dilectissimi *R* 23 uulneris *R* 24 maeroris *ex* memroris *S m. 2*, merore *R* 25 pagentib. S^1 27 mea simul S^2 *W*, mei simul S^1 (*sed* simul *s. l.*), simul mea *R* saeuientis S^1 28 a *om. W*

fuisse non potest animus: in prostratis fratribus et me prostrauit adfectus.

5 Habenda tamen est, fratres dilectissimi, ratio ueritatis nec sic mentem debet et sensum persecutionis infestae tenebrosa caligo caecasse, ut nihil remanserit luminis et lucis, unde diuina praecepta perspici possint. si cladis causa cognoscitur, et medella uulneris inuenitur. Dominus probari familiam suam uoluit et quia traditam nobis diuinitus disciplinam pax longa corruperat, iacentem fidem et paene dixerim dormientem censura caelestis erexit, cumque nos peccatis nostris amplius mereremur, clementissimus Dominus sic cuncta moderatus est, ut hoc omne quod gestum est exploratio potius quam persecutio uideretur.

6 Studebant augendo patrimonio singuli et obliti quid credentes aut sub apostolis ante fecissent aut semper facere deberent insatiabili cupiditatis ardore ampliandis facultatibus incubabant. non in sacerdotibus religio deuota, non in ministeriis fides integra, non in operibus misericordia, non in moribus disciplina. corrupta barba in uiris, in feminis forma fucata: adulterati post Dei manus oculi, capilli mendacio colorati. ad decipienda corda simplicum callidae fraudes, circumueniendis fratribus subdolae uoluntates. iungere cum infidelibus uinculum matrimonii, prostituere gentilibus membra Christi. non iurare tantum temere sed adhuc et peierare, praepositos superbo tumore contemnere, uenenato sibi ore maledicere, odiis pertinacibus inuicem dissidere. episcopi plurimi quos et hortamento esse oportet ceteris et exemplo diuina procuratione contempta procuratores regum saecularium fieri, derelicta cathedra, plebe deserta per alienas pro-

4 debet mentem *S* infesta et *R* 5 lucis et luminis *WRv* untde S^1 6 possunt W^1 medela *v* 8 in nobis S^1 9 paene ut ita *scripsit Baluzius* 10 amplius pati *scripsit Erasmus* 12 uideretur *WR*, duceretur *ex* diceretur *S m. 2* 15 cupidita facultatibus W^1 16 sacerdotiis *W* ministeriis RW^2, ministeris W^1, ministris *Sv; cf. Gron. obs. p. 612* fidei *R* 18 fugata *R* 19 dei *W s. l. m. 2* deicienda *R* 20 simplicium *v; cf. de hab. uirg. p. 196 l. 14* subdole uoluntatis S^1 23 adhuc *W s. l. m. 2* et *S*, etiam *WRv* prepositos S^1 24 uenerato *R* dissedere *S* 25 ornamento *August. contra Cresconium lib. III c. 36* et *om. R* 26 regum *SW*, rerum *Rv et m. rec. in W* 27 derelicta *ex* delicta *W m. 2*

uincias oberrantes negotiationis quaetuosae nundinas aucupari. esurientibus in ecclesia fratribus habere argentum largiter uelle. fundos insidiosis fraudibus rapere, usuris multiplicantibus faenus augere. quid non perpeti tales pro peccatis eiusmodi mereremur, cum iam pridem praemonuerit ac dixerit censura diuina: si dereliquerint legem meam et in iudiciis meis non ambulauerint, si iustificationes meas profanauerint et praecepta mea non obseruauerint, uisitabo in uirga facinora eorum et in flagellis delicta eorum.

Praenuntiata sunt ista nobis et ante praedicta. sed nos datae 7
legis et obseruationis inmemores id egimus per nostra peccata, ut dum Domini mandata contemnimus ad correptionem delicti et probationem fidei remediis seuerioribus ueniremus, nec saltim uel sero conuersi ad Domini timorem sumus, ut hanc correptionem nostram probationemque diuinam patienter et fortiter subiremus. ad prima statim uerba minantis inimici maximus fratrum numerus fidem suam prodidit nec prostratus est persecutionis inpetu, sed uoluntario lapsu se ipse prostrauit. quid oro inauditum, quid nouum uenerat, ut uelut incognitis adque inopinatis rebus exortis Christi sacramentum temeritate praecipiti solueretur? nonne haec et prophetae ante et apostoli postmodum nuntiauerunt? nonne iustorum pressuras et gentilium semper iniurias pleni sancto Spiritu praedicauerunt? nonne fidem nostram semper armans et Dei seruos caelesti uoce corroborans dicit scriptura diuina: Dominum Deum tuum adorabis et illi soli seruies? nonne iram diuinae indignationis ostendens et poenae

6 Ps. 88, 31 sq. 26 Deut. 6, 13.

1 negotiationes S^1 quaestuose S^1, quaestudiosos *R* 2 fratribus non subuenire *ex 1. cod. recepit Pamelius* 3 inuidiosis *S* 4 huius modi *R* merremur W^1 6 derelinquerint *WR* 7 iustificationis *S* 8 mea *om. W* obseruauerint *SWRV*, seruauerint *v* 11 data eligis *R* 13 correptionem *SR*, correctionem *Wv* 14 probationem] prouocationem *S* saltem *Sv* 15 uel *om. WRv; cf. de bono pat. c. 4* correctionem *W* 17 primas S^1 18 nec persequutionis *R* 19 se *W s. l. m. 2* 20 ueluti *W*, uelut *ex* uel *S m. 2* 21 extortis *R* praecipitem S^1 24 nonne] non *R* 25 dei] ad dei *R* 26 illi] ipsi *V* 27 poenae metu S^1, paene tum *R*

metum praemonens denuo dicit: adorauerunt eos quos fecerunt digiti eorum, et curuatus est homo et humiliatus est uir, et non laxabo illis? et iterum Deus loquitur dicens: sacrificans diis eradicabitur nisi Domino soli. in euangelio quoque postmodum Dominus in uerbis doctor et consummator in factis docens quid fieret et faciens quodcumque docuisset, quicquid nunc geritur et geretur non ante praemonuit? nonne et negantibus aeterna supplicia et salutaria confitentibus praemia ante constituit?

8 Exciderunt quibusdam pro nefas omnia et de memoria recesserunt. non expectauerunt saltim ut ascenderent adprehensi, ut interrogati negarent. ante aciem multi uicti, sine congressione prostrati nec hoc sibi reliquerunt ut sacrificare idolis uiderentur inuiti. ultro ad forum currere, ad mortem sponte properare, quasi hoc olim cuperent, quasi amplecterentur occasionem datam quam libenter optassent. quot illic a magistratibus uespera urgente dilati sunt, quot ne eorum differretur interitus et rogauerunt! quam uim potest talis obtendere, qua crimen suum purget, cum uim magis ipse fecerit ut periret? nonne quando ad Capitolium sponte uentum est, quando ultro ad obsequium diri facinoris accessum est, labauit gressus, caligauit aspectus, tremuerunt uiscera, membra conciderunt? non sensus obstipuit, lingua haesit, sermo defecit? stare illic potuit Dei seruus et loqui et renuntiare Christo qui iam diabolo renuntiauerat et saeculo? non ara illa,

1 Es. 2, 8 sq. 4 Ex. 22, 20.

1 proponens *ex* praepones *S m. 2; cf. p. 244 l. 24* adorauerunt eos *ex* adornauerunt deos *S m. 2* 2 digitti *R* 3 dn̄s *W* 4 alienis radicabitur *S, sed* alienis *exp. m. 1* 5 dn̄s *W s. l. m. 2* 6 *primum* et *om. W* faeies *S*[1] 7 non *SW*[1], nonne *W*[2]*Rv* 8 et (*ante* sal.) *W s. l. m. 2* 11 spectauerunt *S*[1], espectauer̃ *W*[1] ut asc. adp. ut (aut *V*) interrogati (*ex* interrogationem *W m. 2*) negarent] *SWV*, ut (aut *R*) interrogati (interroganti *R*) negarent ut ascenderent (thus accenderent *v*) adprehensi *Rv* 13 relinquerunt *R* 15 occasionem *S* 16 libenter *SWRV*, semper *v* quod *SWR* magistratrib. *S* 17 quod ne *WR*, quod etiam nec *S* differetur *SW*[1] et] etiam *v* 18 potes *S*[1] talis *S s. l.* optendere *ex* obt. *S m. 2*, ostendere *R* 20 ad *W s. l. m. 2* diri*** *R* 21 est *W s. l. m. 2* lababit *S*[1], lauit *R*, lababat *ex* lauabit *W m. 2* 22 membra *S*, brachia *WRv* non] nonne *v* obstupuit *v* 23 deficit *W*[1] 24 qui] quia *S* renuntiarat *RW*[2] non] nonne *v*

quo moriturus accesserat, rogus illi fuit? non diaboli altare quod faetore taetro fumare ac redolere conspexerat uelut funus et bustum uitae suae horrere ac fugere debebat? quid hostiam tecum, miser, quid uictimam supplicaturus inportas? ipse ad aras hostia, uictima ipse uenisti. inmolasti illic salutem tuam, spem tuam, fidem tuam funestis illic ignibus concremasti.

Ac multis proprius interitus satis non fuit: hortamentis mutuis 9
in exitium populus inpulsus est, mors inuicem letali poculo propinata est. ac ne quid deesset ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus inpositi uel adtracti amiserunt paruuli quod in primo statim natiuitatis exordio fuerant consecuti. nonne illi, cum iudicii dies uenerit, dicent: ʻnos nihil fecimus nec derelicto cibo et poculo Domini ad profana contagia sponte properauimus: perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas: illi nobis ecclesiam matrem, illi patrem Deum negauerunt, ut dum parui et inprouidi et tanti facinoris ignari per alios ad consortium criminum iungimur, aliena fraude caperemurʼ?

Nec est pro dolor iusta aliqua et grauis causa quae tantum 10
facinus excuset. relinquenda erat patria et patrimonii facienda iactura. cui enim non nascenti adque morienti relinquenda quandoque patria et patrimonii sui facienda iactura est? Christus non relinquatur, salutis ac sedis aeternae iactura timeatur. clamat ecce per prophetam Spiritus sanctus: d i s c e d i t e, d i s c e d i t e,

24 Es. 52, 11.

1 accesserat *S*, accessit *WRv* ***fuit *W* (iam? *eras.*) non] nonne *v* 2 fetore *SR* redolere *W corr. in marg.*, *in contextu* redore 3 ac ne *R* 4 supplicaturus *SWVR*, immolaturus *uel* immolaturus uel supplicaturus *v* inportas *S*, inponis *WRv* haras *W*[1], aram *scripsit Baluzius* 5 ipse uictima *S* salutem tuam *om. R* spem tuam *om. S* 6 illis *Wv* 7 ac *om. S* ortamentis *WS*[2], hortamentum *S*[1] 8 exitum *S*[1] *W*[1] populis *W*[1] 10 parenti*um *W* inpositi *SRV et Augustin. epist. 98 c. 3*, uel inpositi *Wv* adtractati *R*, adtrectati *August.* paruoli *W* 12 illi *om. R* nihil mali *scripsit Baluzius* 13 cibo *W s. l. m. 2* 14 sensibus *R* 15 dominum *August.* 16 ut dum *ex* ud *W m. 2* 17 capimur *R* 21 factura *R* non] *ante* nascenti *exhibet SWRV*, *post* morienti *v* nascentia atque morientia *R* relinquenda erat *W* quandoq. *ex* quanq. *W m. 2* 22 est *W s. l. m. 2* ut christus *Oxon.* 23 salutis] saluis *R* aeternae *W s. l. m. 2* timeamur *W* 24 profetā *ex* profetas *S m. 2*

exite inde et inmundum nolite tangere: exite de medio eius, separamini qui fertis uasa Domini. et qui uasa sunt Domini ac templum Dei ne inmundum tangere et feralibus cibis pollui uiolarique cogantur, non exeunt de medio nec recedunt? alibi quoque uox auditur e caelo praemonens quid Dei seruos facere oporteret et dicens: exi de ea, populus meus, ne particeps sis delictorum eius et ne perstringaris plagis eius. qui exit et cedit delicti particeps non fit, plagis uero et ipse perstringitur qui socius criminis inuenitur. et ideo Dominus in persecutione secedere et fugere mandauit adque ut id fieret et docuit et fecit. nam cum corona de Dei dignatione descendat nec possit accipi nisi fuerit hora sumendi, quisque in Christo manens interim cedit non fidem denegat sed tempus expectat: qui autem cum non secederet cecidit, negaturus remansit.

11 Dissimulanda, fratres, ueritas non est nec uulneris nostri materia et causa reticenda. decepit multos patrimonii sui amor caecus, nec ad recedendum parati aut expediti esse potuerunt quos facultates suae uelut conpedes ligauerunt. illa fuerunt remanentibus uincula, illae catenae quibus et uirtus retardata est et fides pressa et mens uincta et anima praeclusa, ut serpenti terram secundum Dei sententiam deuoranti praeda et cibus fierent qui terrestribus inhaererent. et idcirco Dominus bonorum magister et praemonens in futurum, si uis, inquit, perfectus esse, uende omnia tua et da pauperibus et habebis the-

6 Apoc. 18, 4. 24 Matth. 19, 21.

2 separamini *SRVW*², seperamini *W*¹, mundamini *v* 5 praemonens *om. R* quid *ex* qui *W m. 2* 6 oporteret et *S*, conueniat *WRv* exi** *W* (te? *eras.*) 7 dilectorum *S* praestringaris *R* 8 dilecti participes *S* 9 perstringitur *SWV*, praestringitur *R*, constringitur *v* 10 recedere *S* 11 ut id fieret] uti defleret *R* *primum* et *om. S* et fecit *W s. l. m. 2* 12 discendat *SW* 13 quisquis *v* caedit *R* negat *scripsit Baluzius* 14 secederet] recedit *ex* recedet *S m. 2* 16 fratres carissimi *S*, fr. dilectissimi *Baluzius* 17 patrimoni *S* sui *om. R* 18 parati aut expediti *SW*, expediti aut succincti *R* 19 remanentibus] trementibus *R* 21 uincta *W*, uicta *SR* terra *R* 22 terrestribus cupiditatibus *Pamelius* 24 praeponens *S*¹ si uis *ex* et quis *S m. 2* 25 uade uende *v* thensaurum *S item p. 245, 2 et 4*, thessaurum *W item p. 245, 2*

saurum in caelis: et ueni, sequere me. si hoc diuites facerent, per diuitias non perirent, thesaurum in caelo reponentes hostem nunc et expugnatorem domesticum non haberent: esset in caelo cor et animus et sensus, si thesaurus esset in caelo, nec uinci a saeculo posset qui unde uinceretur in saeculo non haberet. sequeretur Dominum solutus et liber, ut apostoli et sub apostolis multi et nonnulli saepe fecerunt qui et rebus suis et parentibus derelictis indiuiduis Christi nexibus adhaeserunt.

Sequi autem Christum quomodo possunt qui patrimonii uinculo **12** detinentur? aut quomodo caelum petunt et ad sublimia et alta conscendunt qui terrenis cupiditatibus degrauantur? possidere se credunt qui potius possidentur, census sui serui nec ad pecuniam domini sed magis pecuniae mancipati. hoc tempus, hos homines apostolus denotat dicens: qui autem uolunt diuites fieri incidunt in temptationem et muscipula et desideria multa et nocentia quae mergunt hominem in perditionem et in interitum. radix enim omnium malorum est cupiditas quam quidam adpetentes errauerunt a fide et inseruerunt se doloribus multis. Dominus autem quibus nos praemiis ad contemptum rei familiaris inuitat? parua haec et exigua huius temporis damna quibus mercedibus pensat? nemo est, inquit, qui relinquat domum aut agrum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios propter regnum Dei et non recipiat septies tantum in isto tempore, in saeculo autem uenturo uitam aeternam. quibus cognitis et de Dei pollicentis ueritate

14 I Tim. 6, 9 sq. 22 Marc. 10, 29 sq.

1 caelo *R* et sequere *R* 2 diuitias suas *Rv* 4 cor et] curet *R* animaus *S*¹ 5 a *om. S* uinciretur *coni. Gronou. obs. p. 574* 6 dominum suum *S, cf. l. 9 et 13, 254, 6* 7 et (*ante* rebus) *om. S* 8 inuiduis *S*¹, indiuidui *R* christo *v* adhaeserant *R* 9 patrimonii sui *S* 10 et ad] ad *W* 12 ad *om. W*¹ pecuniam *SRVW*, pecuniam suam *v* 13 domini *m. 2 add. in W* pecuniae suae *S* 15 muscipula *S*¹*R*, muscipulas *W*, muscipulam *S*²*v* 16 multa inutilia *v* 17 enim *om. W* 18 errauerunt] naufragauerunt *Cyprianus test. III 61, de dom. orat. c. 19, de opere et el. c. 10* 23 aut fratres *om. S* 24 septies] centies *v* 26 uita aeterna *R* domini *Rv*, dn̄o *W*

conpertis non tantum timenda non est eiusmodi sed et optanda iactura est ipso denuo Domino praedicante et monente: beati eritis, cum persecuti uos fuerint et separauerint uos et expulerint et maledixerint nomini uestro ut nequam propter filium hominis. gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces uestra multa in caelis.

13 Sed tormenta postmodum uenerant et cruciatus graues reluctantibus inminebant. queri de tormentis potest qui per tormenta superatus est, excusationem doloris obtendere qui uictus est in dolore. potest rogare talis et dicere: 'certare quidem fortiter uolui et sacramenti mei memor deuotionis ac fidei arma suscepi, sed me in congressione pugnantem cruciamenta uaria et supplicia longa uicerunt. stetit mens stabilis et fides fortis et cum torquentibus poenis inmobilis diu anima luctata est. sed cum durissimi iudicis recrudescente saeuitia iam fatigatum nunc flagella adhuc scinderent, nunc contunderent fustes, nunc eculeus extenderet, nunc ungula effoderet, nunc flamma torreret, caro me in conluctatione deseruit, infirmitas uiscerum cessit, nec animus sed corpus in dolore defecit.' potest cito proficere ad ueniam causa talis, potest eiusmodi excusatio esse miserabilis. sic hic Casto et Aemilio aliquando Dominus ignouit, sic in prima congressione deuictos uictores in secundo proelio reddidit, ut fortiores ignibus fierent qui ignibus ante cessissent et unde superati essent inde superarent. deprecabantur illi non lacrimarum miseratione sed

2 Luc. 6, 22 sq.

1 non est *om. S* et *om. WR* adoptanda *W* 2 est *SRV*, *om. Wv* denuo] denique *R* dn̄o et dō nr̄o *R* monente] dicente *R* 3 cum p. u. fuerint] quum odio uos habuerint homines *R* separauerit *ex* perseuerauerit *S m. 2* 4 maledixerit *S*[1] 5 ut] quasi *R* 6 multa *S*, multa est *R*, *om. W* 8 uenerant *SWRV*, uentura erant *v* 9 quaeri *SWR* de tormentis] tormentai *S* 10 potest excusationem *v* dolorem *S*[1]*R* 11 certare] tamen *add. S*[1], *exp. S*[2] quidam *R* 12 mei *om. R* deuotionis *om. S* suscipi *R* 13 pugnante *S*[1]*W* 14 stabiles *S*[1] fortes *S*[1] tormentibus *R* 15 poenis...durissimi *om. R* 16 indices *W*[1] iam fatigatum iam lassum *v* adhuc *om. v* adhuc....fustes *om. R* 17 aculeus *R* extenderent *W*[1] 18 nunc f. torreret *om. R* 20 deficit *W* 25 illis *R* miserationem *R*

uulnerum, nec sola lamentabili uoce sed laceratione corporis et dolore: manabat pro fletibus sanguis et pro lacrimis cruor semiustulatis uisceribus defluebat.

14 Nunc uero quae uulnera ostendere uicti possunt, quas plagas hiantium uiscerum, quae tormenta membrorum, ubi non fides congressa cecidit, sed congressionem perfidia praeuenit? nec excusat oppressum necessitas criminis, ubi crimen est uoluntatis. nec hoc eo dico, ut fratrum causas onerem, sed ut magis fratres ad precem satisfactionis instigem. nam cum scriptum sit: qui uos felices dicunt in errorem uos mittunt et semitam pedum uestrorum turbant, qui peccantem blandimentis adulantibus palpat peccandi fomitem subministrat nec conprimit delicta ille sed nutrit. at qui consiliis fortioribus redarguit simul adque instruit fratrem promouet ad salutem. quos diligo, inquit Dominus, redarguo et castigo. sic oportet et Domini sacerdotem non obsequiis decipientibus fallere sed remediis salutaribus prouidere. inperitus est medicus qui tumentes uulnerum sinus manu parcente contrectat et altis recessibus uiscerum uirus inclusum dum seruat exaggerat. aperiendum uulnus est et secandum et putraminibus amputatis medella fortiore curandum. uociferetur et clamet licet et conqueratur aeger inpatiens per dolorem, gratias aget postmodum cum senserit sanitatem.

15 Emersit enim, fratres dilectissimi, nouum genus cladis et quasi parum persecutionis procella saeuierit, accessit ad cumulum sub misericordiae titulo malum fallens et blanda pernicies. contra euangelii uigorem, contra Domini ac Dei legem temeritate quorundam laxatur incautis communicatio, inrita et falsa pax, periculosa dantibus et nihil accipientibus profutura. non quaerunt

9 Es. 3, 12. 14 Apoc. 3. 19.

2 manarat S^1 semustulatis S^2, semiusti**latis *W*, semiusti lati *R* 4 quam nim quas plagas *S* 6 excusato pressum *R* 8 eo *WR*, ego *S*, ideo *v* 9 satisfactiones S^1 est *ex* sit *S m. 2* 10 errore S^1 semitas *v* 12 sumministrat WS^2 13 ille *om. R* adqui *S*, atque *R* redarguitur *W* 14 ad *W s. l. m. 2* 16 et *om. W* dm̄i *SWV*, dn̄s *R*, dei *v* 17 tumentis S^1 18 et] et in *WRv* 21 conquiratur *R* 22 agit WS^1 25 adcessit *S* 27 euuangelio S^1 lege S^1 28 inrita et *ex* inritat *S m. 2*

sanitatis patientiam nec ueram de satisfactione medicinam: paenitentia de pectoribus exclusa est, grauissimi extremique delicti memoria sublata est. operiuntur morientium uulnera et plaga letalis altis et profundis uisceribus infixa dissimulato dolore contegitur. a diaboli aris reuertentes ad sanctum Domini sordidis et infectis nidore manibus accedunt, mortiferos idolorum cibos adhuc paene ructantes exhalantibus etiam nunc scelus suum faucibus et contagia funesta redolentibus Domini corpus inuadunt, quando occurrat scriptura diuina et clamet et dicat: omnis mundus manducabit carnem, et anima quaecumque manducauerit ex carne sacrificii salutaris quod est Domini, et inmunditia ipsius super ipsum est, peribit anima illa de populo suo, apostolus item testetur et dicat: non potestis calicem Domini bibere et calicem daemoniorum: non potestis mensae Domini conmunicare et mensae daemoniorum, idem contumacibus et peruicacibus conminetur et denuntiet dicens: quicumque ederit panem et biberit calicem Domini indigne reus erit corporis et sanguinis Domini.

16 Spretis his omnibus adque contemptis ante expiata delicta, ante exomologesim factam criminis, ante purgatam conscientiam sacrificio et manu sacerdotis, ante offensam placatam indignantis Domini et minantis uis infertur corpori eius et sanguini et plus modo in Dominum manibus adque ore delinquunt quam cum Dominum negauerunt. pacem putant esse quam quidam uerbis fallentibus uenditant. non est pax illa sed bellum, nec ecclesiae iungitur qui ab euangelio separatur. quid iniuriam beneficium uo-

9 Leuit. 7, 20. 14 1 Cor. 10, 21. 17 1 Cor. 11, 27.

1 patientiam] paenitentiam *R* 2 peccatoribus *S*¹*W*¹*R*¹ exclusa *SR*, excussa *Wv* 3 morientium] mortium *S* 4 et *om.* *W* profundis *** *W* 5 zaboli *R* dnm̃ *R* 6 nidorem *S*¹ 7 poena eructantes *R* 10 manducauit *R* animam *R* 11 ex carne *SWR*, carnem *V* 12 est *om.* *W* perhibit *W*¹ 13 testatur et dicit *v* 16 diaboli daemoniorum *R* et peruicacibus *om.* *S* 17 comminatur et denuntiat *v* 17 ediderit *R* 18 et *S*, aut *WRv* 21 exhomologesin *WRv* facta *R* criminis ante purgatam *om.* *R* 22 manus *R* ante offensam....*l. 25* negauerunt *inter* contemptis *et* ante *l. 20 interponit v* placatam *om.* *R* 23 dño *R* 24 delinquant *S*¹ 25 fallentibus *S*, fallacibus *WRv*

cant? quid inpietatem uocabulo pietatis adpellant? quid eis qui flere iugiter et rogare Dominum suum debent intercepta paenitentiae lamentatione communicare se simulant? hoc sunt eiusmodi lapsis quod grando frugibus, quod turbidum sidus arboribus, quod armentis pestilens uastitas, quod nauigiis saeua tempestas. solacium spei adimunt, a radice subuertunt, sermone morbido ad letale contagium serpunt, nauem scopulis ne in portum perueniat inlidunt. non concedit pacem facilitas ista sed tollit, nec communicationem tribuit sed inpedit ad salutem. persecutio est haec alia et alia temptatio, per quam subtilis inimicus inpugnandis adhuc lapsis occulta populatione grassatur, ut lamentatio conquiescat, ut dolor sileat, ut delicti memoria uanescat, conprimatur pectoris gemitus, statuatur fletus oculorum nec Dominum grauiter offensum longa et plena paenitentia deprecetur, cum scriptum sit: memento unde cecideris et age paenitentiam.

Nemo se fallat, nemo decipiat. solus Dominus misereri potest. 17
ueniam peccatis quae in ipsum commissa sunt solus potest ille largiri qui peccata nostra portauit, qui pro nobis doluit, quem Deus tradidit pro peccatis nostris. homo Deo maior non potest esse, nec remittere aut donare indulgentia sua seruus potest quod in Dominum delicto grauiore commissum est, ne adhuc lapso et hoc accedat ad crimen, si nesciat esse praedictum: maledictus homo qui spem habet in hominem. Dominus orandus est, Dominus nostra satisfactione placandus est qui negantem negare se dixit, qui omne iudicium de patre solus accepit. credimus quidem posse aput iudicem plurimum martyrum merita et opera

15 Apoc 2, 5. 23 Hier. 17, 5.

1 uocabolo *S* 2 debet S^1 4 lapsi *W* 5 magis nauigiis *R* 6 spei *SWRV*, aeternae spei *v* arborem a radice *v* subuertunt *ex* subtrahunt *S m. 2* 7 ad] ut *V* inportum *W* 8 concidit S^1 facillitas *S* 10 quem S^1 suptilis *W* 11 poculatione S^1 12 euanescat ut *v* 13 pectorum *WRv* statur *R* 14 grauiter] rogauit *R* paenitentia] patientia *W* 17 fallant R^1 se decipiat *v* 18 ipsum] illum *R* 20 nostris *ex* nos *S m. 2* esse non potest maior *WRv* 21 dimittere *R* 23 accidat S^1 crimen] criminis cumulum *V (cf. p. 243, 9)*, cumulum *V teste Rigaltio (cf. p. 247, 25)* 24 spem suam *V* habet *W s. l. m. 2*, ponit *V* hominem *SWRV*, homine *v*; τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον *LXX* 25 est *om. R* 26 de] a *R*

iustorum, sed cum iudicii dies uenerit, cum post occasum saeculi huius et mundi ante tribunal Christi populus eius adstiterit.

18 Ceterum si quis praepropera festinatione temerarius remissionem peccatorum dare se cunctis putat posse aut audet Domini praecepta rescindere, non tantum nihil prodest sed et obest lapsis. prouocasse est iram non seruasse sententiam nec misericordiam prius Domini deprecandam putare, sed contempto Domino de sua facilitate praesumere. sub ara Dei animae occisorum martyrum clamant magna uoce dicentes: quousque, Domine sanctus et uerus, non iudicas et uindicas sanguinem nostrum de his qui in terris inhabitant? et requiescere ac patientiam tenere adhuc iubentur. et quemquam posse aliquis existimat remittendis passim donandisque peccatis bonum fieri contra iudicem uelle aut prius quam uindicetur ipse alios posse defendere? mandant aliquid martyres fieri: si iusta, si licita, si non contra ipsum Dominum a Dei sacerdote facienda: sit obtemperantis facilis et prona consensio, si petentis fuerit religiosa moderatio. mandant aliquid martyres fieri: si scripta non sunt in Domini lege quae mandant, ante est ut sciamus illos de Domino inpetrasse quod postulant, tunc facere quod mandant. neque enim statim uideri potest diuina maiestate concessum quod fuerit humana pollicitatione promissum.

19 Nam et Moyses pro peccatis populi petit nec tamen peccantibus ueniam cum petisset accepit. precor, ait, Domine, deliquit populus hic delictum grande: et nunc si di-

9 Apoc. 6. 10. 24 Ex. 32. 31 sq.

1 occansum *S* 2 eius *ex* eis *W m. 2* 3 ceterum] ueterum *W* praepropere *R* festinatione *om. R* 4 cunctis] cuiquam *Oxon.* et audet *ex* ait audit *S m. 2* dei *S* 5 et *S s. l. m. 1* 7 dei *v* deprec. p. s. c. domino *om. R* 8 facilitate] facultate *v* dmi *S* animas *R* 11 habitant *S* 12 patientia *S* quenquam *W* 13 bonum] dignum *v* 15 feri *S* sed si *v* 16 deum *W* ac dei sacerdotem *R* facienda sunt *v* sit *SWVR*, si *uel om. v*; facienda sit obtemperantis *interpunctione sublata Rigaltius* 17 comensio *R* petentes *S*[1] 18 sed si *Rv* sint *v* 19 illi *R* de *om. R* domino *SV*, deo *WR* 21 de diuina *v* 23 peccatis] delictis *R* petiit *S*[2]*W*[2]*v* 25 grandem *S*[1], grande et fecerunt sibi deos aureos *v* si dimittis *R*, si delicium remittes *S*, dimittes *W sed in margine*: dimittens

mittis eis delictum, dimitte: sin autem, dele me de libro quem scripsisti. et dixit Dominus ad Moysen: si qui deliquit ante me, deleam eum de libro meo. ille amicus Dei, ille facie ad faciem locutus saepe cum Domino quod petit inpetrare non potuit nec Dei indignantis offensam sua deprecatione placauit. Hieremiam Deus laudat et praedicat dicens: priusquam te formarem in utero, noui te, et priusquam exires de uulua, sanctificaui te et prophetam in gentes posui te, et eidem pro peccatis populi deprecanti frequenter et oranti noli, inquit, orare pro populo hoc et noli postulare pro eis in prece et oratione, quia non exaudiam in tempore quo inuocabunt me, in tempore adflictationis suae. quid uero iustius Noe, qui cum repleta esset terra peccatis, solus inuentus est iustus in terris? quid gloriosius Danihele? quid ad facienda martyria in fidei firmitate robustius, in Dei dignatione felicius, qui totiens et cum confligeret uicit et cum uinceret superuixit? quid Iob in operibus promptius, in temptationibus fortius, in dolore patientius, in timore summissius, in fide uerius? nec hi tamen si rogarent, concessurum se Deus dixit. cum propheta Ezechiel pro delicto populi deprecaretur, terra, inquit, quaecumque peccauerit mihi ut delinquat delictum, extendam manum meam super eam et obteram stabilimentum panis et inmittam in eam famem et auferam ab ea

7 Hier. 1, 5. 10 Hier. 11, 14 (cf. 7, 16). 21 Ex. 14, 13 sq.

1 eis del. dimitte *om.* *S* sin] in *S* 2 libro tuo *R* 3 quis *Sv* deliquerit *v* 4 facie *ex* faciem *S m. 2* 5 petit $S^1R^1W^1$, petiit $S^2R^2W^2$ *v* 6 praecatione *S* placauit *S et R ex* placuit, pacauit *W* ieremiam *S* dn̄s *W* 7 in utero *W s. l. m. 2* 8 profeta S^1R^1 9 in gentes (gente S^1) *S*, *s. l. m. 2 W*, in gentibus *Rv* idem RW^1 precanti *R* 10 frequenter *S*, frequentius *WRv* inquid *S*, ait *WRv* 11 postulare] ait orare postulare *W* (*sed* orare *deletum*) 12 exaudiam ** *W* (te? *eras.*), exaudiam eos *V* quo *SWV*, in quo *Rv* in tempore *om.* *S* 13 adflictationis *S*, adflictionis *WRv* 15 daniel et *R* quid *S et in marg.* W^2, qui *WR*, quid illo *v* ad facienda *ex* affacienda *S m. 2* 16 rob.tius dignatione *S* quid in dei *V* 17 quid *ex* quod *W m. 2* 18 in t. fortius *om.* *S* 19 hi *S*, his *WRv* si rogarent *om.* *V* 20 ezechihel *WR*, ezeciel *S* 24 mittam *S*

hominem et pecora. et si fuerint tres uiri hi in medio eius Noe et Danihel et Iob, non liberabunt filios neque filias, ipsi soli salui erunt. adeo non omne quod petitur in praeiudicio petentis sed in dantis arbitrio est, nec quicquam sibi usurpat et uindicat humana sententia, nisi adnuat et censura diuina.

20 In euangelio Dominus loquitur dicens: qui confessus me fuerit coram hominibus, et ego confitebor eum coram patre meo qui est in caelis: qui autem me negauerit, et ego negabo eum. si negantem non negat, nec confitentem confitetur. non potest euangelium in parte consistere et in parte nutare. aut utrumque oportet ualeat aut utrumque uim ueritatis amittat. si negantes rei criminis non erunt, nec confitentes praemium uirtutis accipiunt. porro si fides quae uicerit coronatur, necesse est et uicta perfidia puniatur. ita martyres aut nihil possunt, si euangelium solui potest, aut si euangelium solui non potest, contra euangelium facere non possunt qui de euangelio martyres fiunt. nemo, fratres dilectissimi, nemo infamet martyrum dignitatem, nemo eorum glorias destruat et coronas. manet incorruptae fidei robur incolume, nec dicere aliquid aut facere contra Christum potest cuius et spes et fides et uirtus et gloria omnis in Christo est: ut ab episcopis contra mandatum Dei fiat, auctores esse non possunt qui ipsi Dei mandata fecerunt. an quisquam maior Deo aut diuina bonitate clementior qui aut infectum uelit quod passus est Deus fieri aut quasi illi minus potestatis ad protegendam ecclesiam suam fuerit, auxilio nos suo putet posse seruari?

7 Luc. 12, 8 sq.

1 homines *R* pecura S^1 fuerit R^1 hii *R*, hi iusti *V* 2 noe et *om. R, sed in marg. add. m. 1* et noe 3 sed ipsi *v* 8 *et* 10 et ego *om. R* eum] illum *R* 9 in caelis est *WRv* 11 parte—parte] patre—patre *S* 12 aut . . . ualeat *om. R* oportet] necesse est *S s. l. m. 2* 13 negantis S^1 erunt] sunt *V* 14 accipiunt *SWRV*, accipient *v* 15 et *SWRV*, ut *v* 17 non potest solui *v*, solui contra potest *S sed* contra *deletum m. 2* 19 gloriam *Sv* 20 incorrupte S^1, incorruptum *R* 21 cuius . . . . *l. 22* est *om. S* 23 dei fiat *ex* deus fiat *S m. 2* 24 diuina bonitate] diuina||ore *S* (diuino *corr. m. 2*); *fortasse* diuino fauore 25 infectum] non factum *V* 26 ad] est ad *R* nos *om. R* suo *ex* suos *S m. 2*

21 Nisi si haec Deo ignorante gesta sunt aut non permittente ipso omnia ista uenerunt: doceat indocibiles et admoneat inmemores scriptura diuina quae loquitur dicens: quis dedit in direptionem Iacob et Israhel eis qui praedabantur illum? nonne Deus cui peccauerunt et noluerunt in uiis eius ambulare neque audire legem eius? et superduxit super eos iram animationis suae. et alibi testatur ac dicit: numquid non ualet manus Dei ut saluos faciat aut grauauit aurem ut non exaudiat? sed peccata uestra inter uos et Deum separant et propter peccata uestra auertit faciem a uobis ne misereatur. delicta nostra reputemus, actus nostri et animi secreta uoluentes conscientiae merita ponderemus. redeat in cor nostrum non ambulasse nos in uiis Domini, abiecisse legem Dei, praecepta eius et monita salutaria numquam seruare uoluisse.

22 Quid de eo boni sentias, quem timorem fuisse aput eum, quam fidem credas, quem corrigere nec metus potuit, quem persecutio ipsa non reformauit? alta et recta ceruix nec quia cecidit inflexa est: tumens animus et superbus nec quia uictus est fractus est. iacens stantibus et integris uulneratus minatur et quod non statim Domini corpus inquinatis manibus accipiat aut ore polluto Domini sanguinem bibat, sacerdotibus sacrilegus irascitur. adque — o tuam nimiam, furiose, dementiam! — irasceris ei qui abs te iram Dei auertere nititur, ei minaris qui pro te Do-

3 Es. 42. 24 sq. 8 Es. 59, 1 sq.

1 si *om.* *S* deo ignorante *S*, ignaro deo *WRv* permittente *ex* permittenoum *S m. 2* ipso *S*, illo *WRr* 2 cum doccat *r* indocebiles S^1, indociles S^2WRv 3 quae *om.* *R* direptione *W* 4 iacob et *om.* *S* israhel eis WS^2, istraheles S^1, israhel *R* 5 noluerunt *SV*, nolebant *WR* 7 animationis suae *om.* *S* ac] et *S* 8 nunquid *SW* 9 grauabit *W* 10 deum] dom̃ *S* peccata *S*, delicta *WRr*; *cf. test. III 47 p. 152* 11 uertit *W* 12 delicta potius *Rv* dereputemus S^1 nostri *SW*, nostra *Rv*; *cf. indicem s. u.* nostri reuoluentes S^2r, auoluentes S^1 14 domini] et dñi *ex* nostris *S m. 2* abiecisse *SRV*, et abiecisse *Wv* 15 reuoluisse S^1 16 boni] bo *R* 17 credam credas *R* 18 erecta S^2R; *cf. Gronou. obs. p. 570* 20 uulneratis S^1 21 aut ore SW^2, ut ore W^1, auctore *R* 22 irascatur S^1 23 adque o] at quo *R* 24 auertere iram dei *WRv* ei] et *SR*

mini misericordiam deprecatur, qui uulnus tuum sentit quod ipse non sentis, qui pro te lacrimas fundit quas ipse forsitan non fundis. oneras adhuc crimen et cumulas et cum ipse sis inplacabilis ad antistites et sacerdotes Dei, putas circa te Dominum posse placari?

23 Accipe potius et admitte quae loquimur. quid surdae aures salutaria praecepta non audiunt quae monemus? quid caeci oculi paenitentiae iter non uident quod obtendimus? quid praeclusa et alienata mens remedia uitalia non conspicit quae de scripturis caelestibus et discimus et docemus? aut si incredulis quibusdam minor fides est futurorum, uel praesentibus terreantur. ecce eorum qui negauerunt quae supplicia conspicimus, quos eorum tristes exitus flemus! nec hic esse sine poena possunt, quamuis necdum [poenae] dies uenerit. plectuntur interim quidam, quo ceteri dirigantur. exempla sunt omnium tormenta paucorum.

24 Vnus ex his qui sponte Capitolium negaturus ascendit postquam Christum negauit obmutuit. poena inde coepit unde coepit et crimen, ut nec rogare iam posset qui uerba ad precum misericordiam non haberet. alia in balneis constituta — hoc enim crimini eius et malis deerat, ut et ad balneas statim pergeret quae lauacri uitalis gratiam perdidisset — sed illic ab inmundo spiritu inmunda correpta laniauit dentibus linguam quae fuerat uel pasta inpie uel locuta. postquam sceleratus cibus sumptus est, in perniciem suam rabies oris armata est. ipsa sui carnifex extitit nec diu superesse postmodum potuit, dolore uentris et uiscerum cruciata defecit.

2 forsitan ipse *WRv* 3 sis ipse *Wv* implacabilis irasceris *Oxon.* 4 antestites *R* deum *S* 5 cito posse *V (cf. p. 262, 20)* 6 aures tuae *S* 8 obtendimus S^1, **tendimus W^1, ostendimus S^2W^2Rv praeclusa *S*, perclusa *W*, perculsa *v*, percussa *R* 9 alienata] aliena tamen *R* conspicit *S*, percipit *WRv* 10 discimus *ex* dicimus *W m. 2* si *om. R* 11 est *W s. l. m. 2* praesentium *R* 13 tristis S^1 14 paenae *WR*, *post* uenerit *ponit v*, iudicii *S s. l. m. 2; uncis inclusi* 15 dirigantur *SWRV*, corrigantur *v* 16 sponte *ex* exponte *S m. 2* ad capitolium *S* 17 poenam S^1 18 possit S^1, po**set *W* set *in ras.* precum ad *R*, ad praecandam *v* 19 alias *R* 20 ut et S^2 *WR*, et ut S^1, ut *v* balnea *R* lauagri *S* 21 sed om. *Rv* 22 correpta cecidit *Erasmus* laniauit *om. S* quae S^1R, qua S^2Wv 25 dolore *S*, doloribus *WRv* cruciatu *malim*

Praesente ac teste me ipso accipite quid euenerit. parentes 25
forte fugientes dum trepidi minus consulunt, sub nutricis alimento paruulam filiam reliquerunt. relictam nutrix detulit ad magistratus. illic ei aput idolum quo populus confluebat, quod carnem necdum posset edere per aetatem, panem mero mixtum, quod tamen et ipsum de immolatione pereuntium supererat, tradiderunt. recepit filiam postmodum mater. sed facinus puella commissum tam loqui et indicare non potuit quam nec intellegere prius potuit nec arcere. ignoratione igitur obreptum est, ut sacrificantibus nobis eam secum mater inferret. sed enim puella mixta cum sanctis precis nostrae et orationis inpatiens nunc ploratu concuti, nunc mentis aestu fluctuabunda iactari, uelut tortore cogente quibus poterat indiciis conscientiam facti in simplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. ubi uero sollemnibus adinpletis calicem diaconus offerre praesentibus coepit et accipientibus ceteris locus eius aduenit, faciem suam paruula instinctu diuinae maiestatis auertere, os labiis obdurantibus premere, calicem recusare. perstitit tamen diaconus et reluctanti licet de sacramento calicis infudit. tunc sequitur singultus et uomitus. in corpore adque ore uiolato eucharistia permanere non potuit, sanctificatus in Domini sanguine potus de pollutis uisceribus erupit. tanta est potestas Domini, tanta maiestas: secreta tenebrarum sub eius luce detecta sunt, sacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt.

Hoc circa infantem quae ad loquendum alienum circa se crimen 26
necdum habuit aetatem. at uero ea quae aetate prouecta et in annis adultioribus constituta sacrificantibus latenter obrepsit non

1 accepite *S* 2 fugentes *W* minus sibi *coni. Cauchius,* minus suis *Oxon.* 3 relicta *R* 4 magistratū *S* (˜ *m. 2*) illic ei *scripsi,* illi ei *Wv,* illic *SR* idolium *R* quod] quo *W* 6 quod *S,* quo *R,* illud *W* immulatione *S* tradidere coepit *R* 7 sed] et *W* 8 nec i. p. potuit *om. S* 11 precis *ex* praeces *SW m. 2,* precibus *R* nostrae *om. R* orationes *W*¹, orationibus *R* 12 aestu coepit *v* iactari et *v* uelut tortore] uel ultorem *R* 15 zaconus *S*¹ 16 paruulam *RS*¹ 17 auertere] a uere *S* obturantibus *v* 21 sanguinem *R* pollutis *om. S* 22 est *om. W* 23 tenebrum *S*¹ dm̄i *S* 24 fefellerunt *ex* fellerent *S m. 2* 25 aligenum *W sed* g *deletum m. 2* 26 ad *S*¹ eaq. *R* 27 ultioribus *R* sacrificantibus nobis *v*

cibum sed gladium sibi sumens et uelut quaedam uenena letalia intra fauces et pectus admittens angi et anima exaestuante concludi postmodum coepit et pressuram non iam persecutionis sed delicti sui passa palpitans et tremens concidit. inpunitum diu non fuit nec occultum dissimulatae conscientiae crimen. quae fefellerat hominem Deum sensit ultorem. et cum quaedam arcam suam in quo Domini sanctum fuit manibus inmundis temptasset aperire, igne inde surgente deterrita est ne auderet adtingere. et alius qui et ipse maculatus sacrificio a sacerdote celebrato partem cum ceteris ausus est latenter accipere, sanctum Domini edere et contrectare non potuit, cinerem ferre se apertis manibus inuenit. documento unius ostensum est Dominum recedere cum negatur nec inmerenti ad salutem prodesse quod sumitur, quando gratia salutaris in cinerem sancto fugiente mutetur. quam multi cottidie inmundis spiritibus adinplentur, quam multi usque ad insaniam mentis excordes dementiae furore quatiuntur! nec necesse est ire per exitus singulorum, cum per orbis multiformes ruinas tam delictorum poena sit uaria quam delinquentium multitudo numerosa. unusquisque consideret non quid alius passus sit sed quid pati et ipse mereatur, nec euasisse se credat, si eum interim poena distulerit, cum timere plus debeat quem sibi Dei iudicis ira seruauit.

27 Nec sibi quo minus agant paenitentiam blandiantur qui etsi nefandis sacrificiis manus non contaminauerunt, libellis tamen conscientiam miscuerunt. et illa professio est denegantis, contestatio

2 inter *v* pectus sanguinem *v* 3 praessura S^1 4 et *om.* *S* 5 nec *ex* ne *S m. 2* 6 fellerat S^1 dominum *R* sentit W^1 7 sanctum domini *R* inmundis S^1, indignis S^2WR. inquinatis *V* 8 ignem — surgentem S^1 9 et alius qui *Manutius*, et qui alius SW^r, atque et alius *R*, et quidam alius quia *Baluzius*, et quia alius *Krabinger* 10 latenter] libenter *S* 11 se ferre *R* 13 inmerentibus *WRv* 14 in cinere *ex* incidere *S m. 2* sancto *ex* sanctum *S*. sanctitate *WRv* mutatur *v* 15 cottidie] *add. Rv*: poenitentiam non agentes nec delicti sui conscientiam confitentes implentur *R* quam multi usque] quousque *R* 17 multiformes] singulorum *S* 19 unusq. W^1 21 plus timere W^r, timere pius *R* quem] quia eum *ex* quam *S m. 2* 22 ira SW^rRV, censura *v* seruabit *R* 23 agant] agendam *R* blandiatur *R* qui *ex* quam *S m. 2* nefandi sacrificii *R* 25 miscuerunt *S*, polluerunt W^rRv est *om.* *Rv*

est christiani quod fuerat abnuentis. fecisse se dixit quidquid alius faciendo commisit, cumque scriptum sit: non potestis duobus dominis seruire, seruiuit saeculari domino, obtemperauit eius edicto, magis obaudiuit humano inperio quam Deo. uiderit an minore uel dedecore uel crimine aput homines publicauerit quod admisit: Deum tamen iudicem fugere et uitare non poterit, cum dicat Spiritus sanctus in psalmis: quod est inperfectum meum uiderunt oculi tui et in libro tuo omnes scribentur, et iterum: homo uidet in faciem, Deus in cor, ipse quoque Dominus praemoneat et praestruat dicens: et scient omnes ecclesiae quia ego sum scrutator renis et cordis. perspicit ille abdita et secreta adque occulta considerat, nec Dei oculos euadere potest aliquis dicentis: ego Deus adproximans et non Deus de longinquo. si absconditus fuerit homo in absconditis, ego ergo non uidebo eum? uidet ille corda et pectora singulorum, et iudicaturus non tantum de factis sed et de uerbis et de cogitationibus nostris omnium mentes uoluntatesque conceptas in ipsis adhuc clausi pectoris latebris intuetur.

Denique quanto et fide maiore et timore meliore sunt qui 28
quamuis nullo sacrificii aut libelli facinore constricti, quoniam tamen de hoc uel cogitauerunt, hoc ipsum aput sacerdotes Dei dolenter et simpliciter confitentes exomologesim conscientiae faciant, animi sui pondus exponant, salutarem medellam paruis licet et modicis uulneribus exquirant scientes scriptum esse:

2 Matth. 6, 24. 7 Ps. 138, 16. 9 I Sam. 16, 7. 11 Apoc. 2, 23. 14 Hier. 23, 23 sq.

1 fuerant *S*[1] adnuentis *W* 2 faciendo...scriptum sit *add. R*[2] *in ras.* 3 domino qui *v* 4 dicto *R* oboediuit *R* 5 uel *et* uel crimine *om. S* 6 amisit *WS*[1] dominum *V* fugere *SWRV*, subterfugere *v* 8 in *om. R* 9 faciem *SWRV*, facie *v* 10 deus *SRV*, deus autem *Wv* cor *SWV*, corde *Rv* 12 cordis et renis *W* 13 nec] neco *S*[1] potest (post *R*) aliquis euadere *WRv* 15 quodsi *R* absconditis] abditis *W* 16 *post* eum *add. v*: nonne coelum et terram ego impleo; *om. uerba SWRV* uidet] perspicit *R* 17 iudicaturus est *v* 20 maiores—meliores *v* 21 libelli] belli *R* 22 aput sacerdotes] et sacerdotibus *R* 23 faciunt *WRv* 24 exponunt *WRv* 25 et *om. W* exquirunt *WRv*, excedam *S; fortasse corruptum ex* expetant

Deus non deridetur. derideri et circumueniri Deus non potest nec astutia aliqua fallente deludi. plus immo delinquit qui secundum hominem Deum cogitans euadere se poenam criminis credit, si non palam crimen admisit. Christus in praeceptis suis dicit: qui confusus me fuerit, confundet eum filius hominis: et Christianum se putat qui Christianus esse aut confunditur aut ueretur? quomodo potest esse cum Christo qui ad Christum pertinere aut erubescit aut metuit? minus plane peccauerit non uidendo idola nec sub oculis circumstantis adque insultantis populi sanctitatem fidei profanando, non polluendo manus suas funestis sacrificiis nec sceleratis cibis ora maculando. hoc eo proficit ut sit minor culpa, non ut innocens conscientia. facilius potest ad ueniam criminis peruenire, non est tamen inmunis a crimine: nec cesset in agenda paenitentia adque in Domini misericordia deprecanda, ne quod minus esse in qualitate delicti uidetur in neglecta satisfactione cumuletur.

29 Confiteantur singuli quaeso uos, fratres, delictum suum, dum adhuc qui deliquit in saeculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio et remissio [facta] per sacerdotes aput Dominum grata est. conuertamur ad Dominum mente tota et paenitentiam criminis ueris doloribus exprimentes Dei misericordiam deprecemur. illi se anima prosternat, illi maestitia satisfaciat, illi spes omnis incumbat. rogare qualiter debeamus dicit ipse. reuertimini, inquit, ad me ex toto corde uestro simulque et ieiunio et fletu et planctu et discindite

1 Gal. 6, 7. 5 Marc. 8, 38. 24 Ioel 2, 12 sq.

1 deridatur *S* 2 astutia aliqua *ex* adstuti aliqua *S m. 2* delinqui S^1 3 cogita*t *W* (n *eras.*) se *W in ras. m. 2* poenam *ex* ponam *S m. 2* 7 esse *W s. l. m. 2* 8 pertinere] peruenire *R* plane] tamen *S* 10 fidei] dei *S* non profanando *S* 11 suas *om. R* 12 non ut] non *R* 13 est *om. W* 14 nec cesset *R*, necesse est *SW* agendam paenitentiam *R* misericordiam deprecandam R^1 16 neglecta] lecta *R* 17 quaeso uos fratres confiteatur unusquisque *V teste Baluzio* fratres dilectissimi *v* dilectum S^1 18 delinquit *WR* dum adhuc *S* admittit W^1, mitti S^1 19 facta *om. S* aput ad *S* 20 gratia *W* paenitentia R^2 23 illic *W* omnes spes *S* incubat S^1 24 reuertemini S^1 25 et ieiunio] in ieiunio *R* et fletu *om. R* discingite *W*, scindite *v*

corda uestra et non uestimenta uestra. ad Dominum toto corde redeamus, iram et offensam eius ieiuniis, fletibus, planctibus sicut monet ipse placemus.

30 Lamentari eum putamus ex toto corde, ieiuniis, fletibus, planctibus Dominum deprecari qui ex primo criminis die lauacra cottidie celebrat, qui epulis afluentibus pastus et sagina largiore distentus cruditates suas postridie ructat nec cibos et potus suos cum pauperum necessitate communicat? qui hilaris ac laetus procedit quomodo mortem suam deflet, cumque scriptum sit: non corrumpetis effigiem barbae uestrae, barbam uellit et faciem suam comit? et placere nunc cuiquam studet qui Deo displicet? an illa ingemescit et plangit cui uacat cultum pretiosae uestis induere nec indumentum Christi quod perdidit cogitare, accipere pretiosa ornamenta et monilia laborata, nec diuini et caelestis ornatus damna deflere? tu licet indumenta peregrina et uestes sericas induas, nuda es: auro te licet et margaritis gemmisque condecores, sine Christi decore deformis es. et quae capillos tuos inficis uel nunc in doloribus desine, et quae nigri pulueris ductu oculorum liniamenta depingis uel nunc lacrimis oculos tuos ablue. si quem de tuis carum mortalitatis exitu perdidisses, ingemesceres dolenter et fleres, facie inculta, ueste mutata, neclecto capillo, uulto nubilo, ore deiecto indicia maeroris ostenderes. animam tuam, misera, perdidisti, spiritaliter mortua superuiuere hic tibi et ipsa ambulans funus tuum portare coepisti: et non acriter plangis, non iugiter ingemescis, non te uel pudore criminis uel continuatione lamentationis abscondis?

10 Leuit. 19, 27.

1 *alterum* uestra *om.* *W* 2 corde simul *R* 3 dum sicut *S* *sed* dum *deletum m. 2* ammonet *W*, admonet *Rv* placeamus WR^1 4 planctibus *om.* *R* 5 cottidie *SWRV*, quotidie cum feminis *v* 6 celebrant S^1 affluentibus *Wv* 7 crudelitates S^1 posttridie *S*, quotidie *R* eructat *W* 8 ac] et *S* 9 incedit *WRv* 11 uelli *R* 12 displicit S^1 incemescit *S* 14 et m. laborata *om.* *R* elaborata S^2v 15 et *om.* *R* caelestes *S* ornatum dampna *R* 17 condecores] conponas *R* 19 nigro *WV* linamenti *R* 20 exitum *R*. *om.* *S* 22 mearores S^1 23 ostenderis *S* miseram RS^1 24 ambulas WS^1 25 planges S^1 26 pudores *R* continatione W^1 abscondes S^1, abscondas *R*

ecce peiora adhuc peccandi uulnera, ecce maiora delicta peccasse nec satisfacere, deliquisse nec delicta deflere.

31 Ananias, Azarias et Misahel inlustres ac nobiles pueri quominus exomologesim Deo faciant nec inter flammas et camini exaestuantis incendia quieuerunt. bene sibi [licet] conscii et Dominum fidei ac timoris obsequio saepe promeriti humilitatem tamen tenere et Deo satisfacere nec inter ipsa gloriosa uirtutum suarum martyria destiterunt. loquitur scriptura diuina, stans, inquit, Azarias precatus est et aperuit os suum et exomologesim faciebat Deo simul cum sodalibus suis in medio igni. Daniel quoque post fidei adque innocentiae suae multiplicem gratiam, post dignationem Domini circa uirtutes ac laudes suas saepe repetitam ieiuniis adhuc promereri Deum nititur, in sacco ac cinere uolutatur exomologesim faciens dolenter et dicens: Domine Deus magnus et fortis et metuendus qui seruas testamentum et miserationem eis qui te diligunt et conseruant inperia tua. peccauimus, facinus admisimus, inpii fuimus, transgressi sumus ac deseruimus praecepta tua et iudicia tua, non audiuimus puerorum tuorum prophetarum quae locuti sunt in nomine tuo super reges nostros et omnes gentes et super omnem terram. tibi, Domine, tibi iustitia, nobis autem confusio.

32 Haec mites, haec simplices, haec innocentes in promerenda Dei maiestate fecerunt: et nunc satisfacere Domino ac precari

8 Dan. 3, 25 (Prec. Az. u. 1.). 15 Dan. 9, 4 sq.

1 peccasse se *W* 2 dereliquisse *S*[1] flere *W*[1] 3 annanias *W* et *om. Wv* 4 exhomologesin *W et ita semper* facerent *Rv* 5 aestuantis *S* sibi licet *W*, licet sibi *R*, sibi *S*; licet *uncis inclusi* deum *W* 6 sepe *W*, se *R* 7 dno *WRv* *ante* satisfacere *5 litt. eras.* (tamen?) *in W* 10 simul] si *R m. 2* sotalibus *ex* solibus *W m. 2* 11 ignis *Rv* 12 gratia *R* a dmi *S sed* a *deletum* 13 repetita *RS*[1] 14 ac] et *R*, et in *v* 15 dominus *v* fortis et magnus *W*, magnus fortis *R* et metuendus *om. V* 16 tuum et miserationes *v* 17 conseruas *R* 18 transgressi *ex* transsi *S m. 2* 20 uerba puerorum *v* 21 quae] qui *R* 22 super] per *S* 23 tibi iustitia *SW*, iustitia *VR*, gloria, tibi iustitia *v* confusio faciei *V* 24 promeranda *S*, promerendo *R* 25 dmi *S* dno ac *S* et dnm *W*, et deum *Rv* praecari *S*, rogare *WRv*

detrectant qui Dominum negauerunt! quaeso uos, fratres, adquiescite salutaribus remediis, consiliis oboedite melioribus, cum lacrimis nostris uestras lacrimas iungite, cum nostro gemitu uestros gemitus copulate. rogamus uos ut pro uobis Dominum rogare possimus, preces ipsas ad uos prius uertimus quibus Deum pro uobis ut misereatur oramus. agite paenitentiam plenam, dolentis ac lamentantis animi probate maestitiam!

Nec uos quorundam moueat aut error inprouidus aut stupor 33
uanus, qui cum teneantur in tam graui crimine percussi sunt animi caecitate, ut nec intellegant delicta nec plangant. indignantis Dei maior haec plaga est sicut scriptum est: et dedit illis Deus spiritum transpunctionis, et iterum: dilectum ueritatis non receperunt ut salui fierent. ac propterea mittit illis Deus operationem erroris ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed sibi placent in iniustitia. iniuste sibi placentes et transpunctae mentis alienatione dementes Domini praecepta contemnunt, medellam uulneris neclegunt, agere paenitentiam nolunt. ante admissum facinus inprouidi, post facinus obstinati, nec prius stabiles nec postmodum supplices, quando debuerant stare, iacuerunt, quando iacere et prosternere se Deo debent, stare se opinantur. pacem sibi ultro nemine dante sumpserunt, falsa pollicitatione seducti et apostatis ac perfidis iuncti errorem pro ueritate suscipiunt, communica-

11 Es. 29, 10. 12 II Thess. 2, 10 sq.

1 deum *R* adquescate *W* 2 salubribus *WRv* oboediente *R*, obidite *S* 3 tris uestras lacrimas iungite *S s. l. m. 1* cum nostro gemitu uestros gemitus copolate *S*², nostros gemitus tristis uestras lacrimas iungite *S*¹, *quae uitiosa eadem m. 1 correxerat in:* nostros gemitus uestros gimitus copolate 4 dominum *SV*, deum *WRv* 5 dominum *V* 6 dolentes *W* 8 terror *W* 9 teneatur *R* graui *SWRV*, grandi *v* sunt *ex* sint *S m. 2* 10 a caecitate *R* 11 dm̃i *S* 12 spm̃ ds̃ *S* transpugnationis *S*¹ delictum *W* 14 mittit *S* (*πέμπει LXX*), mittet *WRv* operatione *R*, orationem *S* erroris *ex* maeroris *S m. 2* 16 sed] et *W* placentibus *R* in *om. RW*¹ 17 iniusti *W* mentes *W* 18 neclecunt *S* 19 *post* inprouidi *exhibet S:* post facinus inprouidi, *exp. m. 2* inprouidi post facinus *om. R* 22 prostere se *S* deo *om. R* 23 neminem *RS*¹ dantes praesumpserunt *R* sedecti *W*¹, seducunt *R* apostaticiis *R* 24 errore pro ueritatem *S*¹ suscipiunt et *R*

tionem non communicantium ratam ducunt, hominibus contra Deum credunt qui contra homines Deo non crediderunt.

34 Eiusmodi homines quantum potestis effugite, perniciosis contactibus adhaerentes salubri cautione uitate. sermo eorum sicut cancer serpit, conloquium uelut contagium transilit, noxia et uenenata persuasio persecutione ipsa peius interficit. illic superest paenitentia quae satisfaciat. qui autem paenitentiam criminis tollunt satisfactionis uiam cludunt. ita fit ut dum temeritate quorundam uel promittitur salus falsa uel creditur, spes uerae salutis adimatur.

35 Vos uero, fratres, quorum timor Domini pronus est et in ruina licet animus constitutus mali sui memor est, paenitentes ac dolentes peccata uestra perspicite, grauissimum conscientiae crimen agnoscite, ad intellegentiam delicti uestri oculos cordis aperite, nec desperantes misericordiam Domini nec tamen iam ueniam uindicantes. Deus quantum patris pietate indulgens semper et bonus est, tantum iudicis maiestate metuendus est. quam magna deliquimus, tam granditer defleamus. alto uulneri diligens et longa medicina non desit, paenitentia crimine minor non sit. putasne tu Deum cito posse placari quem uerbis perfidis abnuisti, cui patrimonium praeponere maluisti, cuius templum sacrilega contagione uiolasti? putas facile eum misereri tui quem tuum non esse dixisti? orare oportet inpensius et rogare, diem luctu transigere, uigiliis noctes ac fletibus ducere, tempus omne lacrimosis lamentationibus occupare, stratos solo adhaerere cineri, in cilicio et sordibus uolutari, post indumentum Christi perditum nullum iam uelle uestimentum, post diaboli cibum malle ieiunium, iustis operibus incumbere quibus peccata purgantur,

1 hominem *S* 2 dom̄ *SR* deum *S* non *om. W* 5 conloquium *ex* loquium *W m. 2* contacium *S*¹ 6 illic *om. R*, solla illic *S*, illic sola *Pamelius* 7 deo satisfaciat *V* 8 claudunt *SR* cum *S* 9 quorumdam *S*¹ 10 uera *R*, uere *S*¹ adimatur *S*²*W*, admiratur *S*¹*R* 11 uero *om. R* fratres dilectissimi *v* dm̄i *S*, in deum *WRv* 12 memor est *ex* merores et *S m. 2* dolentes *ex* nolenter *S m. 2* 14 cordes *S*¹ 16 patris *om. R* 17 iudicii *S*¹*R* 18 delinquimus *R* 19 sit] desit *R* 20 dominum *Wv* abnuisti] abnegasti *R* 22 eum et cito *S sed* et *s. l. m. 2* 24 nocte *R* 25 strato solo *S*, strato suo *R* in cinere *ex* cicineri *S m. 2*, et cinere *R* (in cinere cilicio *v*) 26 uolutare *S*¹ 27 uestitum *Rv* 28 incubare *S*¹

eleemosynis frequenter insistere quibus a morte animae liberantur. quod aduersarius auferebat Christus accipiat, nec teneri iam nec amari patrimonium debet quo quis et deceptus et uictus est. pro hoste uitanda res, pro latrone fugienda, pro gladio metuenda possidentibus et ueneno. ad hoc tantum profuerit quod remansit, ut inde crimen et culpa redimatur. incunctanter et largiter fiat operatio, census omnis in medellam uulneris erogetur, opibus et facultatibus nostris qui de nobis iudicaturus est Dominus faeneretur. sic sub apostolis fides uiguit, sic primus credentium populus Christi mandata seruauit: prompti erant, largi erant. distribuendum per apostolos totum dabant et non talia delicta redimebant.

Si precem toto corde quis faciat, si ueris paenitentiae lamentis **36**
et lacrimis ingemescat, si ad ueniam delicti sui Dominum iustis et continuis operibus inflectat, misereri talium potest qui et misericordiam suam protulit dicens: cum conuersus fueris et gemueris, tunc saluaberis et scies ubi fueris, et iterum: nolo mortem morientis, dicit Dominus, quantum ut reuertatur et uiuat. et Iohel propheta pietatem Domini Domino ipso monente declarat, reuertimini, inquit, ad Dominum Deum uestrum, quoniam misericors et pius est et patiens et multae miserationis et qui sententiam flectat aduersus malitiam inrogatam. potest ille indulgentiam dare, sententiam suam potest ille deflectere. paenitenti, operanti, roganti potest clementer ignoscere, potest in acceptum referre quidquid pro talibus et petierint martyres et fecerint sacerdotes. uel si quis eum plus suis satis-

16 Es. 30, 15. 18 Ez. 33, 11. 20 Ioel 2, 13.

1 liberantur *W sed* a *corr.* 3 amare *R* 4 res est *R* 5 et] ut *R* ueneno *SWRV*, uendenda *v* 8 dm̄s faeneretur *SR*, dn̄o feneretur *W; cf. indicem* 9 primis S^1, prius *R* delicta *add.* W^2 13 ueris] uereris *R* lamentationibus *Rv* 15 inflectant *R* 16 fueris et *om. WRv* 17 ingemueris *v* saluaueris *R* scibis *S* fueris] queris *R* 18 morte *RS* dicit dominus *om. R* 19 ut *om. W* uiuat] mutat *W* 20 reuertemini S^1 23 sententiam suam *S*, sententias *R* malitias *WR sed* tias *in R in ras.* inrogatas *WR*, *sed in R in ras., et corr. W m. 2 in margine:* inrogatam 24 ille (*ante* defl.)] ipse *W in ras.* 26 ferre *S* 27 plus eum *WRv*

factionibus mouerit, si eius iram, si indignationis offensam iusta deprecatione placauerit, dat ille et arma rursum quibus uictus armetur, reparat et conroborat uires quibus fides instaurata uegetetur. repetet certamen suum miles, iterabit aciem, prouocabit hostem et quidem factus ad proelium fortior per dolorem. qui sic Deo satisfecerit, qui paenitentia facti sui, qui pudore delicti plus et uirtutis et fidei de ipso lapsus sui dolore conceperit, exauditus et adiutus a Domino, quam contristauerat nuper laetam faciet ecclesiam nec solam iam Dei ueniam merebitur sed coronam.

1 indignantis *WRv* 3 uegetur W^1 4 iterauit *W* prouocauit S^1W^1 6 domino *V* pudorem S^1 delicti *add.* *W m. 2* 7 et uirtutis *ex* et utis *S m. 2* exauditus *ex* et auditus *W m. 2*, auditus *S* 8 quem S^1 9 iam solam *WRv* sed et *Baluzius* coronam amen *R* CAECILI CYPRIANI DE LAPSIS EXPLICIT *S*, DE LABSIS EXPLICIT *WR*

VII.

THASCI CAECILI CYPRIANI

DE DOMINICA ORATIONE.

S = codex Seguierianus; c. 1—4 p. 269. 5 deest.
W = codex Würzeburgensis.
G = codex Sangallensis.
V = codex Veronensis.

DE DOMINICA ORATIONE.

1 Euangelica praecepta, fratres dilectissimi, nihil sunt aliud quam magisteria diuina, fundamenta aedificandae spei, firmamenta conroborandae fidei, nutrimenta fouendi cordis, gubernacula dirigendi itineris, praesidia obtinendae salutis. quae dum docibiles credentium mentes in terris instruunt, ad caelestia regna perducunt. multa et per prophetas seruos suos dici Deus uoluit et audiri: sed quanto maiora sunt quae filius loquitur, quae Dei sermo qui in prophetis fuit propria uoce testatur non iam mandans ut paretur uenienti uia sed ipse ueniens et uiam nobis aperiens et ostendens, ut qui in tenebris mortis errantes inprouidi et caeci prius fuimus luce gratiae luminati iter uitae duce et rectore Domino teneremus.

2 Qui inter cetera salutaria sua monita et praecepta diuina quibus populo suo consulit ad salutem etiam orandi ipse formam dedit, ipse quid precaremur monuit et instruxit. qui fecit uiuere docuit et orare, benignitate ea scilicet qua et cetera dare et conferre dignatus est, ut dum prece et oratione quam filius docuit aput patrem loquimur, facilius audiamur. iam praedixerat horam uenire, quando ueri adoratores adorarent patrem in spiritu et ueritate, et inpleuit quod ante promisit, ut qui spiritum et ueritatem de eius sanctificatione percepimus de traditione quo-

Incipit de dominica oratione *W*, incipit liber sci cypriani epi de oratione dominica *G*; *Augustinus de dono perseu. c. 3, 4:* legite...in beati Cypriani martyris libro...cuius est titulus de dominica oratione. 2 aliud sunt *v* 5 docibiles *G*, dociles *Wv* 6 in terris *W s. l. m. 2* 7 deus *W*, de se *G* 8 sunt *om. Baluzius* quam dei *ex* quae dei *G m. 2* 14 cetera *om. G*[1] 15 consuluit *v* etiam *W s. l. m. 2* 21 spiritu et ueritate *W* 22 **scificationem *G*, satisfactione *Oxon.*

que eius uere et spiritaliter adoremus. quae enim potest esse spiritalis oratio quam quae a Christo nobis data est, a quo nobis et Spiritus sanctus missus est, quae uera aput patrem precatio quam quae a filio qui est ueritas de eius ore prolata est? ut aliter orare quam docuit non ignorantia sola sit sed et culpa, quando ipse posuerit et dixerit: reicitis mandatum Dei, ut traditionem uestram statuatis.

3 Oremus itaque, fratres dilectissimi, sicut magister Deus docuit. amica et familiaris oratio est Deum de suo rogare, ad aures eius ascendere Christi orationem. agnoscat pater filii sui uerba, cum precem facimus: qui habitat intus in pectore ipse sit et in uoce, et cum ipsum habeamus aput patrem aduocatum pro peccatis nostris, quando peccatores pro delictis nostris petimus, aduocati nostri uerba promamus. nam cum dicat: quia quodcumque petierimus a patre in nomine eius dabit nobis, quanto efficacius impetramus quod petimus Christi nomine, si petamus ipsius oratione?

4 Sit autem orantibus sermo et precatio cum disciplina quietem continens et pudorem. cogitemus nos sub conspectu Dei stare. placendum est diuinis oculis et habitu corporis et modo uocis. nam ut inpudentis est clamoribus strepere, ita contra congruit uerecundo modestis precibus orare. denique magisterio suo Dominus secrete orare nos praecepit, in abditis et semotis locis, in cubiculis ipsis, quod magis conuenit fidei, ut sciamus Deum ubique esse praesentem, audire omnes et uidere et maiestatis suae plenitudine in abdita quoque et occulta penetrare, sicut scriptum est: ego Deus adproximans et non Deus de longinquo. si absconditus fuerit homo in absconditis, ego ergo non uidebo eum? nonne caelum et terram ego inpleo? et iterum: in omni loco oculi Dei

6 Matth. 15, 6 (cf. Marc. 7, 8.). 14 Io. 16, 23. 27 Hier. 23, 23 sq. 30 Prou. 15, 3.

1 specialiter *G* spiritalis esse *W*, esse magis spiritalis *v* 3 scs sps *G* uera est *G*, uera magis *v* 4 ore *W*, opere *G* 8 dominus *Krabinger* 9 dominum *V* eius eius *G*[1] 10 oratione *v* agnoscit *ex* agnoscat *G m. 2* 16 inpetrabimus *rec. Krabinger* in christi *v* 20 modu *W* 21 contra *W s. l. m. 2*, e contra *G* 23 secreto *v* semotis *G*, secretis *W* 26 in *om. G* 27 est *om. W*

speculantur bonos et malos. et quando in unum cum fratribus conuenimus et sacrificia diuina cum Dei sacerdote celebramus, uerecundiae et disciplinae memores esse debemus, non passim uentilare preces nostras inconditis uocibus nec petitionem commendandam modeste Deo tumultuosa loquacitate iactare, quia Deus non uocis sed cordis auditor est, nec admonendus est clamoribus qui cogitationes uidet probante Domino et dicente: quid cogitatis nequam in cordibus uestris? et alio loco: et scient omnes ecclesiae quia ego sum scrutator renis et cordis.

Quod Anna in primo Regnorum libro ecclesiae typum portans 5
custodit et seruat, quae Deum non clamosa petitione sed tacite et modeste intra ipsas pectoris latebras precabatur. loquebatur prece occulta sed manifesta fide, loquebatur non uoce sed corde, quia sic Dominum sciebat audire, et inpetrauit efficaciter quod petit, quia fideliter postulauit. declarat scriptura diuina quae dicit: loquebatur in corde suo et labia eius mouebantur et uox eius non audiebatur, et exaudiuit eam Dominus. item legimus in psalmis: dicite in cordibus uestris et in cubilibus uestris conpungimini. per Hieremiam quoque haec eadem Spiritus sanctus suggerit et docet dicens: in sensu autem tibi debet adorari, Domine.

Adorans autem, fratres dilectissimi, nec illud ignoret, quem- 6
admodum in templo cum pharisaeo publicanus orauerit. non adleuatis in caelum inpudenter oculis nec manibus insolenter

8 Matth. 9, 4. 9 Apoc. 2, 23. 17 I Reg. 1, 13. 19 Ps. 4, 5. 22 Hierm. Ep. 5 (= Baruch 6.).

5 te deo tumultuosa *ab his incipit S* 6 est (*ante* clam.) *om. W G sed G in ras.* 7 cogitationes hominum *v* 9 et scient] sciens *S* 12 dominum *WGv* 14 prece...loquebatur *om. SWG* 15 deum *Wv* 16 petiit *Gv* 17 non mouebantur *S*, *mouebantur *G* mo *in ras.* 19 deus *WGv* spalmis *G* 20 uestris *om. v* et *om. V* cubilibus *S*, stratis *WGVv* conpungimini *S*, et transpungimini (..emini *W*) *WGv* 21 ieremian *S* sanctus *om. S* 22 tibi debet adorari dñe (dñs *W*, deus *v*) *SW*, tibi (*corr. in* te *G*²) debemus adorare dñe *G*, esse debet adoratio domini *V teste libro Goettingensi,* tibi debet esse adoratio domine *V teste Latinio bibl. sacr. p. 179* 23 adoremus *G* illut *S* ignoremus *G* 24 puplicanos *W* 25 inpudenter in caelum *W*

erectis, pectus suum pulsans et peccata intus inclusa contestans diuinae misericordiae inplorabat auxilium, et cum sibi pharisaeus placeret, sanctificari hic magis meruit qui sic rogauit. qui spem salutis non in fiducia innocentiae suae posuit, cum innocens nemo sit, sed peccata confessus humiliter orauit, et exaudiuit orantem qui humilibus ignoscit. quae Dominus in euangelio suo ponit et dicit: homines duo ascenderunt in templum adorare, unus pharisaeus et unus publicanus. pharisaeus cum stetisset, talia aput se precabatur: Deus, gratias tibi ago, quia non sum sicut ceteri homines iniusti, raptores, adulteri, quomodo et publicanus iste. ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quaecumque possideo. publicanus autem de longinquo stabat et neque oculos suos leuabat ad caelum sed percutiebat pectus suum dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori. dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suam magis quam ille pharisaeus: quia omnis qui se extollit humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur.

7 Quae nos, fratres dilectissimi, de diuina lectione discentes postquam cognouimus ad orationem qualiter accedere debeamus, cognoscamus docente Domino et quid oremus. sic, inquit, orate: pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua in caelo et in terra, panem nostrum cottidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, sicut

7 Luc. 18, 10 sq. 22 Matth. 6, 9 sq.

1 sed pectus *Wr* inclausa contemptans *S* 3 orauit *WG* 4 non fiduciam *Gronou. obs. p. 628* 5 et exaudiu (*sic*)...agnoscit *G m. rec. in marg. add.* 6 semper humilibus *v* deus *G* suo ponit] monuit *S* 7 orare *v* 8 et unus] et alter *V* et cum stetisset phariseus *G* 12 sabato *G* de omnium *W*, de omnibus *V* 13 quaecumque] quae *G* 14 oculos uolebat ad caelum leuare *Wv*; *οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι Graec.* 17 magis in domum suam *WG* 18 extollit] exaltat *G* 19 humilat *V* 21 qualiter ad orationem *v* 24 sicut in caelo *Wv; cf. August. de dono perseu. c. 3:* 'in caelo et in terra' uel quod in plerisque codicibus legitur magisque ab orantibus frequentatur 'sicut in caelo et in terra' 26 remitte *v*

et nos remittimus debitoribus nostris, et ne patiaris nos induci in temptationem, sed libera nos a malo.

Ante omnia pacis doctor adque unitatis magister singillatim 8
noluit et priuatim precem fieri, ut quis cum precatur pro se tantum precetur. non dicimus: pater meus, qui es in caelis nec: panem meum da mihi hodie, nec dimitti sibi tantum unusquisque debitum postulat aut ut in temptationem non inducatur adque a malo liberetur pro se solo rogat. publica est nobis et communis oratio, et quando oramus, non pro uno sed pro populo toto oramus, quia totus populus unum sumus. Deus pacis et concordiae magister qui docuit unitatem, sic orare unum pro omnibus uoluit, quomodo in uno omnes ipse portauit. hanc orationis legem seruauerunt tres pueri in camino ignis inclusi consonantes in prece et spiritus consensione concordes: declarat scripturae diuinae fides et dum docet quomodo orauerint tales, dat exemplum quod imitari in precibus debeamus, ut tales esse possimus. tunc inquit, illi tres tamquam ex uno ore hymnum canebant et benedicebant Deum. loquebantur quasi ex uno ore, et nondum illos Christus docuerat orare. et idcirco orantibus fuit inpetrabilis et efficax sermo, quia promerebatur Dominum pacifica et simplex et spiritalis oratio. sic et apostolos cum discipulis post ascensum Domini inuenimus orasse. erant, inquit, perseuerantes omnes unanimes

18 Dan. 3, 51 (Prec. Az. 27). 24 Act. 1, 14.

1 dimittimus *Gv* passus fueris *V* 2 induci nos *GW nisi quod* nos *in W s. l. m. 2* temptatione *S* 3 malo *SWGV*, malo amen *v* 5 praece *S* non pro *Baluzius* 6 non enim *v* in caelis es *G* 8 debita *WG* aut ut *ex* nt *W m. 2* temptatione *S* ducatur *W* 10 et quando] si quando *W* uno] nobis solis *V* 11 toto populo *v* rogamus *S*, oramus *WGv* 12 et *om. G* qui *W s. l. m. 2* 13 in uno *om. S* et ipse *G* 15 spu *S* consensio *W*[1] declarat *SWGV*, quod declarat *v* 16 scriptura diuina efides *W* cum *WG* 17 in *W s. l. m. 2* 18 illi tres inquit *v* tanquam *S*, quasi *WGv* 19 cantabant *V* dominum *Gv*, *om. W* 21 fuit orantibus *G* 22 deum *WG* et (*ante* simplex) *om. G* 23 discipulos *S*[1] ascensam *maluit Baluzius* 24 et erant *V* omnes *om. WG* unanimis *S*

in oratione cum mulieribus et Maria quae fuerat mater Iesu et fratribus eius. perseuerabant in oratione unanimes orationis suae et instantia simul et concordia declarantes, quia Deus qui inhabitare facit unanimes in domo non admittit in diuinam et aeternam domum nisi aput quos est unanimis oratio.

9 Qualia autem sunt, fratres dilectissimi, orationis dominicae sacramenta, quam multa, quam magna, breuiter in sermone collecta sed in uirtute spiritaliter copiosa, ut nihil omnino praetermissum sit quod non in precibus adque orationibus nostris caelestis doctrinae conpendio conprehendatur! sic, ait, adorate: pater noster, qui es in caelis. homo nouus, renatus et Deo suo per eius gratiam restitutus pater primo in loco dicit, quia filius esse iam coepit. in sua, inquit, propria uenit et sui eum non receperunt. quotquot eum receperunt, dedit illis potestatem ut filii Dei fierent, qui credunt in nomine eius. qui ergo credidit in nomine eius et factus est Dei filius, hinc debet incipere, ut et gratias agat et profiteatur se Dei filium, dum nominat patrem sibi esse in caelis Deum, contestetur quoque inter prima statim natiuitatis suae uerba renuntiasse se terreno et carnali patri et patrem solum nosse se et habere coepisse qui sit in caelis, sicut scriptum est: qui dicunt patri et matri: non noui te, et filios suos non agnouerunt, hi custodierunt praecepta tua et testamentum tuum seruauerunt. item Dominus in euangelio suo praecepit ne uocemus nobis patrem in terra, quod scilicet nobis unus pater qui est in caelis. et discipulo qui mentionem defuncti patris fecerat respondit: sine mortui

14 Io. 1, 11 sq. 23 Deut. 33, 9. 28 Matth. 23, 9. 28 Matth. 8, 22.

3 et *om. GV* instantia *S*, instantiam *WGv* simul et concordiam *SW*, et concordiam simul *G*; *cf. Walker in Miscell. obseruatt. III 1 p. 53* 5 nisi eos *v* 7 sint *WG* 9 specialiter *G* 10 nostris *W s. l. m. 2* 11 orate *WGv* 13 gratiam eius *v* primo in loco pater *G* dicit *W s. l. m. 2* 15 quodquod *S*, quotquot autem *Gv* eum *G s. l. m. 2* 16 his qui *v* 17 credit *G*, credideri*t *W* 19 filium dei *G* 20 dnm *G* quodq. *W* natiuitatis *ex* natis *W m. 2* 21 se *om. V* 24 hii *WG*[1] 26 precipit *G* terris *V* 27 scilicet sit *G*, sit scilicet *Wv*

mortuos suos sepeliant. dixerat enim patrem suum mortuum, cum sit credentium pater uiuus.

Nec hoc solum, fratres dilectissimi, animaduertere et intellegere debemus, quod appellemus patrem qui sit in caelis, sed coniungimus et dicimus pater noster, id est eorum qui credunt, eorum qui per eum sanctificati et gratiae spiritalis natiuitate reparati filii Dei esse coeperunt. quae uox Iudaeos etiam perstringit et percutit, quia Christum sibi per prophetas adnuntiatum et ad se prius missum non tantum spreuerunt infideliter sed et crudeliter necauerunt: qui iam non possunt patrem Dominum uocare, cum Dominus eos confundat et redarguat dicens: uos de diabolo patre nati estis et concupiscentias patris uestri facere uultis. ille enim homicida fuit ab initio et in ueritate non stetit, quia ueritas non est in illo. et per Esaiam prophetam Deus clamat indignans: filios generaui et exaltaui, ipsi autem me spreuerunt. agnouit bos possessorem suum et asinus praesepium domini sui: Israel autem me non cognouit et populus me non intellexit. uae genti peccatrici, populo pleno peccatis, semen nequam, filii scelesti. dereliquistis Dominum et in indignationem misistis illum sanctum Israel. in quorum exprobrationem christiani quando oramus pater noster dicimus, quia noster esse iam coepit et Iudaeorum qui eum dereliquerunt esse desiuit. nec peccator populus potest esse filius, sed quibus remissa

10

11 Io. 8, 44. 16 Es. 1, 2 sq.

3 hoc *om.* *S* 4 appellamus *G* 5 id est *W s. l. m. 2* eorum qui credunt *om.* *G* 7 fili *S* etiam iudaeos *v*, iudeos *G* 8 quia *S*, qui *WGv* sibi *om.* *G* 9 inf. spreu. *v* et *om.* *v* 10 deum *Wv* 11 arguat *S* 12 diabulo *S* concupiscentiam *G* 14 in *om.* *G* 15 in *om.* *G* esciam *S* et indignans *S* 16 generaui] genui *W* 17 bus *S* suum *eras. in W*, *om.* *G* 18 praesaepium *SG*, presepe *W* istr *S* agnouit *W* 19 populus meus *Gv* gens peccatrix populus plenus *Wv et Cyprianus test. I 3 p. 40.* 20 nequam] pessimum *test. l. c.* fili *S* 21 scelesti] sine lege *test. l. c.; cf. Gronou. obs. p. 322* 22 illum *om.* *G* istrahel *S et sic saepius* exprobratione *G* 23 christiani *om.* *G* patrem nostrum *G* 24 iam *om.* *WGv* dereliquerunt *S*G^1, reliquerunt *W*G^2*v* desiit *WGv*

peccatorum datur, eis filiorum nomen adscribitur, eis et aeternitas repromittitur Domino ipso dicente: omnis qui facit peccatum seruus est. seruus autem non manet in domo in aeternum, filius manet in aeternum.

11 Quanta autem Domini indulgentia, quanta circa nos dignationis eius et bonitatis ubertas, ut sic nos uoluerit orationem celebrare in conspectu Dei, ut Dominum patrem uocemus et ut est Christus Dei filius sic et nos Dei filii nuncupemur: quod nomen nemo nostrum in oratione auderet adtingere, nisi ipse nobis sic permisisset orare. meminisse itaque, fratres dilectissimi, et scire debemus quia quando patrem Deum dicimus quasi filii Dei agere debemus, ut quomodo nos nobis placemus de Deo patre, sic sibi placeat et ille de nobis. conuersemur quasi Dei templa, ut Dominum in nobis constet habitare. nec sit degener actus noster ab spiritu, ut qui spiritales et caelestes esse coepimus non nisi spiritalia et caelestia cogitemus et agamus, quia et ipse Dominus Deus dixit: eos qui clarificant me clarificabo: et qui me spernent spernentur. beatus quoque apostolus in epistula sua posuit: non estis uestri, empti enim estis pretio magno. clarificate et portate Deum in corpore uestro.

12 Post hoc dicimus: sanctificetur nomen tuum, non quod optemus Deo ut sanctificetur orationibus nostris, sed quod petamus a Domino ut nomen eius sanctificetur in nobis. ceterum a quo Deus sanctificatur qui ipse sanctificat? sed quia ipse dixit:

2 Io. 8, 34 sq. 17 I Reg. 2, 30. 19 I Cor. 6, 19 sq.

1 dantur G^1 eis et SWG^2, eis G^1, et eis *v* 3 seruus est peccati *v* = *LXX* 4 aeterno *S* filius autem *v* 6 eius *om. S* ut SWG^2, et G^1, qui *v* 7 deum *Wv* ut *G s. l. m. 2, om. S* 8 filios nuncupemus *v* 10 orrare *G* 11 dnm̃ *G* 13 dño *G* conuertamur *S* quasi *ex* qua *W m. 2* 14 deum *Wv* sit] sic *S* 15 ab spu̅ *SG*, ac spu̅s *W sed* s *fin. ex corr.* cael. et spir. *v* 17 deus *om. G* 18 spernet *W*, spernit *Gv* spernetur *WGv; cf. de zelo et liuore c. 15* 19 apostolus quoque *G* ponit *G* 20 magno *om. W* glorificate *ex* clarificate *G m. 2* 21 dom̃ *S* 24 a deo *W et August. de corrept. et gr. c. 6, 10.*, ab eo *v et August. contra duas epist. Pel. IV, 9, 25., de dono perseu. c. 2, 4* 25 ipse (*ante* dixit) *om. G*

sancti estote, quoniam et ego sanctus sum. id petimus et rogamus, ut qui in baptismo sanctificati sumus in eo quod esse coepimus perseueremus. et hoc cottidie deprecamur. opus est enim nobis cottidiana sanctificatio, ut qui cottidie delinquimus delicta nostra sanctificatione adsidua repurgemus. quae autem sit sanctificatio quae nobis de Dei dignatione confertur apostolus praedicat dicens: neque fornicarii neque idolis seruientes neque adulteri neque molles neque masculorum adpetitores neque fures neque fraudulenti neque ebriosi neque maledici neque raptores regnum Dei consequentur. et haec quidem fuistis, sed abluti estis, sed iustificati estis, sed sanctificati estis in nomine Domini Iesu Christi et in spiritu Dei nostri. sanctificatos nos dicit in nomine Domini Iesu Christi et in spiritu Dei nostri. haec sanctificatio ut in nobis permaneat oramus, et quia Dominus et iudex noster sanato a se et uiuificato comminatur iam non delinquere, ne quid ei deterius fiat, hanc continuis orationibus precem facimus, hoc diebus ac noctibus postulamus ut sanctificatio et uiuificatio quae de Dei gratia sumitur ipsius protectione seruetur.

Sequitur in oratione: adueniat regnum tuum. regnum 13
etiam Dei repraesentari nobis petimus, sicuti et nomen eius ut in nobis sanctificetur postulamus. nam Deus quando non regnat, aut aput eum quando incipit quod et semper fuit et esse non desinit? nostrum regnum petimus aduenire a Deo nobis repromissum, Christi sanguine et passione quaesitum, ut qui in saeculo ante seruiuimus postmodum Christo dominante regnemus, sicut ipse pollicetur et dicit: uenite, benedicti patris mei, per-

1 Leu. 11, 44 (cf. 20, 7.) 7 I Cor. 6, 9 sq. 28 Matth. 25, 34.

1 quoniam] quomodo *codd. August.* et *om. r et codd. August.* sum *om. W* id *SWV*, ideo *G* 2 et *W s. l. m. 2* 4 sanctificatione *Gv et August. l. c. IV, 10, 27* 6 dignitate *G* 7 neque enim *W* 8 mascolorum *S* 11 consecuntur *W* quidam *WV* (*καὶ ταῦτά τινες ἦτε Graec.; cf. test. III 65*) 12 sed sanctificati estis *om. G* 13 domini nostri *Gv* in *om. W* 14 domini] dn̄i nr̄i *G* 15 in *W s. l. m. 2* haec *W s. l. m. 2* 16 oremus *ex* oramus *G m. 2* 17 uiuificato] iustificato *v* iam *om. August. l. c. de dono perseu.* non *W s. l. m. 2* derelinquere G^1 18 faciamus $G W^1$ 19 postulemus G^2 de dei] dn̄i *S* 29 ipsi *S*

cipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. potest uero, fratres dilectissimi, et ipse Christus esse regnum Dei quem uenire cottidie cupimus, cuius aduentus ut cito nobis repraesentetur optamus. nam cum resurrectio ipse sit, quia in ipso resurgimus, sic et regnum Dei potest ipse intellegi, quia in illo regnaturi sumus. bene autem regnum Dei petimus id est regnum caeleste, quia est et terrestre regnum. sed qui renuntiauit iam saeculo maior est et honoribus eius et regno. et ideo qui se Deo et Christo dicat non terrena sed caelestia regna desiderat. continua autem oratione et prece opus est, ne excidamus de regno caelesti, sicut Iudaei quibus hoc primum promissum fuerat exciderunt Domino manifestante et probante. multi inquit, uenient ab oriente et occidente et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno caelorum. filii autem regni expellentur in tenebras exteriores: illic erit ploratio et stridor dentium. ostendit quia ante filii regni Iudaei erant, quando et filii Dei esse perseuerabant, postquam cessauit circa illos nomen paternum, cessauit et regnum. et ideo christiani qui in oratione appellare patrem Deum coepimus nos et ut regnum Dei nobis ueniat oramus.

14 Addimus quoque et dicimus: fiat uoluntas tua in caelo et in terra, non ut Deus faciat quod uult, sed ut nos facere possimus quod Deus uult. nam Deo quis obsistit quominus quod uelit faciat? sed quia nobis a diabolo obsistitur quominus per omnia noster animus adque actus Deo obsequatur, oramus et petimus ut fiat in nobis uoluntas Dei: quae ut fiat in nobis, opus est Dei uoluntate id est ope eius et protectione, quia nemo suis

12 Matth. 8, 11 sq.

1 regnum dei *G* 4 ipse *SWGV*, ipse nostra *v* 7 regnum terrestre *G* 8 saeculo saeculo *malim* 9 dedicat *v* 10 excedamus *S* 11 de *S*, a *WGv* primum *S*, prius *WGv* 13 accumbent *W* 14 et (*ante* isaac) *om. G* 15 regni *W s. l. m. 2* expelluntur *G* 16 quia *ex* qui *W m. 2* 17 et *om. G* 19 deum patrem *W*, patrem dnm *G* 20 nos *om. G, delendum censet Walkerus l. c.*, nostrum *malim* nos et *expunxit Krabinger* eueniat *G* 21 in caelo *SWG¹V* (*et August. contra duas epist. Pel. IV, 9, 25*), sicut in caelo *G²v* 23 absistit *G* 24 uellit *W* fiat *G* 25 animus *W s. l. m. 2* 26 opus est *ex* opustst *W m. 2* 27 dei est *S* et protectione *S s. l.* quia... fortis est *om. S*

uiribus fortis est sed Dei indulgentia et misericordia tutus est. denique et Dominus infirmitatem hominis quem portabat ostendens ait: pater, si fieri potest, transeat a me calix iste, et exemplum discipulis suis distribuens, ut non uoluntatem suam sed Dei faciant, addidit dicens: uerumtamen non quod ego uolo sed quod tu uis. et alio loco dicit: non descendi de caelo, ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. quodsi filius obaudiuit ut faceret patris uoluntatem, quanto magis seruus obaudire debet ut faciat domini uoluntatem, sicut in epistula sua Iohannes quoque ad faciendam uoluntatem Dei hortatur et instruit dicens: nolite diligere mundum neque ea quae in mundo sunt. si qui dilexerit mundum, non est caritas patris in illo, quia omne quod in mundo est concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et ambitio saeculi quae non est a patre sed ex concupiscentia mundi. et mundus transibit et concupiscentia eius: qui autem fecerit Dei uoluntatem manet in aeternum, quomodo et Deus manet in aeternum. qui in aeternum manere uolumus Dei qui aeternus est uoluntatem facere debemus.

Voluntas autem Dei est quam Christus et fecit et docuit. hu- 15
militas in conuersatione, stabilitas in fide, uerecundia in uerbis, in factis iustitia, in operibus misericordia, in moribus disciplina, iniuriam facere non nosse et factam posse tolerare, cum fratribus pacem tenere, Dominum toto corde diligere, amare in illo quod pater est, timere quod Deus est, Christo nihil omnino

3 Matth. 26, 39. 6 Io. 6, 38. 12 I Io. 2, 15 sq.

1 sed] deus sed *S sed* deus *exp. m. 2* 2 dominus *SWGV*, deus *v* infirmitate *SW* 3 iste calix a me *G* 4 et *om. S* tribuens *WGv* 6 uis *om. Wv* dicit *om. W* 8 me misit *WG* 9 uoluntatem patris *W* 10 iohannis *S* 11 dei uoluntatem *Wv* 13 quis *Gv* caritas] dilectio *W* 15 carnis..concupiscentia *om. S* est *om. G* 17 mundi] saeculi *W* transit *G* 18 uoluntatem dei *WGv* 19 et *om. G* 20 deus G^1 22 est] et *W* et *om. G* docuit et fecit *W* 24 in factis *W s. l. m. 2* 25 nosse] posse *W* posse *om. G* 26 dominum *SV*, deum *WGv* 27 omnino nihil *G*

praeponere, quia nec nobis quicquam ille praeposuit, caritati eius inseparabiliter adhaerere, cruci eius fortiter ac fidenter adsistere, quando de eius nomine et honore certamen est, exhibere in sermone constantiam qua confitemur, in quaestione fiduciam qua congredimur, in morte patientiam qua coronamur: hoc est coheredem Christi uelle esse, hoc est praeceptum Dei facere, hoc est uoluntatem patris inplere.

16 Fieri autem petimus uoluntatem Dei in caelo et in terra: quod utrumque ad consummationem nostrae incolumitatis pertinet et salutis. nam cum corpus e terra et spiritum possideamus e caelo, ipsi terra et caelum sumus et in utroque id est et corpore et spiritu ut Dei uoluntas fiat oramus. est enim inter carnem et spiritum conluctatio et discordantibus aduersum se inuicem cottidiana congressio, ut non quae uolumus ipsa faciamus, dum spiritus caelestia et diuina quaerit, caro terrena et saecularia concupiscit. et ideo petimus inter duo ista ope et auxilio Dei concordiam fieri, ut dum et in spiritu et in carne uoluntas Dei geritur, quae per eum renata est anima seruetur. quod aperte adque manifeste apostolus Paulus sua uoce declarat, caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem. haec enim inuicem aduersantur sibi, ut non quae uultis ipsa faciatis. manifesta autem sunt facta carnis quae sunt adulteria, fornicationes, inmunditiae, spurcitiae, idololatriae, ueneficia, homicidia,

19 Gal. 5, 17 sq.

1 praeponere omnino *W* ille quicquam *W* caritate *G*¹ 2 fidenter ads.] libenter insistere *V* 4 constantia *S* quam *SG* fiducia *SW* 5 patientia *SW* 6 esse uelle *v* 7 adimplere *v* 8 petimus] uolumus *G* 9 incolomitatis *WG* 11 utrũq. *W*, utraq. *S sed a corr.* id est et *W s. l. m. 2* in (*pro* et) corpore *August. contra duas epist. Pel. l. c. et contra Iulian. Pelag. II, 3, 6* et spũ *W s. l. m. 2* 12 in carne et spũ *W* 13 discordantes *S* (antes *uidetur m. 2 correctum*) aduersus *Sv* 14 congressione *G* ne *add. m. 2* ut dum *G*, dei *S* (*corr. m. 2*) spũ *S* 16 petimus *SG et August. utroque loco,* petimus inpense *Wv* inter *om. W* 17 ut *ex* et *S m. 2* et *om. G* in—in *om. W* geritur] creditur *S* 18 reseruetur *V*, reparetur *cod. Vatic. August. c. d. epist. Pel. l. c.* adq. manifeste *om. G* 19 sua *W s. l. m. 2* 22 ipsa *August. l. c.*, illa *altero l.* facta] opera *Wv* 23 fornicationis *S* 24 idolatriae *W*, idolatria *G*

inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, prouocationes, simultates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, comisationes et his similia: qui talia agunt regnum Dei non possidebunt. fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, magnanimitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas. et idcirco cottidianis immo continuis orationibus hoc precamur et in caelo et in terra uoluntatem circa nos Dei fieri: quia haec est uoluntas Dei ut terrena caelestibus cedant, spiritalia et diuina praeualeant.

17 Potest et sic intellegi, fratres dilectissimi, ut quoniam mandat et monet Dominus etiam inimicos diligere et pro his quoque qui nos persecuntur orare, petamus et pro illis qui adhuc terra sunt et necdum caelestes esse coeperunt, ut et circa illos uoluntas Dei fiat quam Christus hominem conseruando et redintegrando perfecit. nam cum discipuli ab eo iam non terra appellentur sed sal terrae et apostolus primum hominem uocet de terrae limo, secundum uero de caelo, merito et nos qui esse debemus patri Deo similes, qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos, sic Christo monente oramus et petimus, ut precem pro omnium salute faciamus, ut quomodo in caelo id est in nobis per fidem nostram uoluntas Dei facta est ut essemus e caelo, ita et in terra hoc est in illis crede*re nol*entibus

1 animositas *SW* 2 heresis *SW* 3 comesationes *G*, comessationes *v* similia] similia quae praedico uobis sicut praedixi quoniam *v* 5 fructum *G*[1] et spiritus *W* est agapes gaudium pax magnanimitas suauitas benignitas *V teste Rigaltio* 8 precamur in *G* terra et in caelo *W* uoluntatem....haec est *om. S* 9 uoluntats *S* 11 et *om. G* 12 monet] docet *August. l. c.* iis *v* quomque *W*[1] 13 terra *G et August. l. c.*, terreni *W*, terena *S* 14 coeperunt] potuerunt *G* et *om. W* 15 dei uoluntas *W* 16 perficit *WG*[1] non iam *WGv* in terra *S*, terreni *W* appellantur *W* 17 terra e *W* 18 deo patri *G* 19 similis *S* 21 ut q.] et quomodo *SG* 22 uoluntas...*p. 280, 1* fiat *om. G* 23 credere nolentibus *scripsi*, credentibus *SWG*, nondum credentibus *scripsit Grauius*, non credentibus *Morellius; cf. Augustinum De praedest. sanct. c. 8, 15:* sic etiam uoluit intellegi s. Cyprianus quod dicimus: 'fiat uoluntas tua sicut in coelo et in terra,' hoc est sicut in eis qui iam crediderunt et tamquam coelum sunt, ita et in eis, qui non credunt et ob hoc adhuc terra sunt. quid ergo oramus pro nolentibus credere, nisi ut deus in illis operetur et uelle.

fiat uoluntas Dei, ut qui adhuc sunt prima natiuitate terreni incipiant esse caelestes ex aqua et spiritu nati.

18 Procedente oratione postulamus et dicimus: panem nostrum cottidianum da nobis hodie. quod potest et spiritaliter et simpliciter intellegi, quia et uterque intellectus utilitate diuina proficit ad salutem. nam panis uitae Christus est et panis hic omnium non est, sed noster est. et quomodo dicimus pater noster, quia intellegentium et credentium pater est, sic et panem nostrum uocamus, quia Christus eorum qui corpus eius contingimus panis est. hunc autem panem dari nobis cottidie postulamus, ne qui in Christo sumus et eucharistiam eius cottidie ad cibum salutis accipimus intercedente aliquo grauiore delicto, dum abstenti et non communicantes a caelesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur ipso praedicante et dicente: ego sum panis uitae qui de caelo descendi. si qui ederit de meo pane, uiuet in aeternum. panem autem quem ego dedero caro mea est pro saeculi uita. quando ergo dicit in aeternum uiuere si qui ederit de eius pane, ut manifestum est eos uiuere qui corpus eius adtingunt et eucharistiam iure communicationis accipiunt, ita contra timendum est et orandum, ne dum quis abstentus separatur a Christi corpore remaneat a salute comminante ipso et dicente: nisi ederitis carnem filii hominis et biberitis sanguinem eius, non habebitis uitam in uobis. et ideo panem nostrum id est Christum dari nobis cottidie petimus, ut qui in

15 Io. 6, 51. 22 Io. 6, 53.

1 ut qui] fit ita hi qui *G* 2 renati *G* 4 quid *W* et (*ante* spir.) *om. WG* 6 profecit *S*, proficiat *W*[1] christus *om. G* 9 uocamus christum quia is *Walkerus legendum censet l. c.* eorum] noster *v* 10 contingunt *v* 11 eius *om. WGv et August. c. duas epist. Pel. IV, 9, 25* 12 ad] ac *fort.* iure communicationis accipimus *V* 13 absentes *ex* absenti *G m. 2* prohibeamur *G* 14 dicente] monente *Wv* 15 uitae] uiuus *V* si quis *Wv* 16 uiuit *S* panis *SGv* 17 enim *ex* autem *G m. 2* 18 uiuire *S* quis *v* de *W s. l. m. 2* 19 panem *S*[1] ut *om. W* est] sit *S* 21 et orandum *exp. Krabinger* 22 remaneat *S*[1]*W*, extraneus remaneat *S*[2], procul rem. *v*, alienos rem. *G* salutem *S*[1] 23 carnem] panem *S* 24 habetis *S*

Christo manemus et uiuimus a sanctificatione eius et corpore non recedamus.

Potest uero et sic intellegi, ut qui saeculo renuntiauimus et 19
diuitias eius et pompas fide gratiae spiritalis abiecimus cibum nobis tantum petamus et uictum, quando instruat Dominus et dicat: qui non renuntiat omnibus quae sunt eius, non potest meus discipulus esse. qui autem Christi coepit esse discipulus secundum magistri sui uocem renuntians omnibus, diurnum debet cibum petere nec in longum desideria petitionis extendere ipso iterum Domino praescribente et dicente: nolite in crastinum cogitare: crastinus enim dies ipse cogitabit sibi. sufficit diei malitia sua. merito ergo Christi discipulus uictum sibi in diem postulat qui de crastino cogitare prohibetur, quia et contrarium sibi fit et repugnans, ut quaeramus in saeculo diu uiuere qui petimus regnum Dei ue280citer aduenire. sic et beatus apostolus monet formans et corroborans spei nostrae ac fidei firmitatem. nihil, inquit, intulimus in hunc mundum, uerum nec auferre possumus. habentes itaque exhibitionem et tegumentum his contenti sumus. qui autem uolunt diuites fieri incidunt in temptationem et muscipulas et desideria multa et nocentia quae mergunt hominem in perditionem et in interitum. radix enim omnium malorum est cupiditas quam quidam adpetentes naufragauerunt a fide et inseruerunt se doloribus multis.

6 Luc. 14, 33. 11 Matth. 6, 34. 17 I Tim. 6, 7 sq.

1 et corpore eius *W* 5 petamus et uictum *om. S* 6 renuntiauerit *W* quae] qui *W* 8 esse coepit *W* uocem magistri sui *W* 10 ca tendere *W* dicente *ex* docente *S m. 1* 11 dies *om. Baluzius* 12 cogitauit *G*[1] sufficiat *S* 14 quia et] an non *G* tibi *G* fit *ex* sit *S m. 1*, uidetur *G* 16 uenire *G* firmans *G* 17 ac fidei nostrae *S* inquit *om. G* 18 neque *W*, quia nec *S* ferre *S* possumus] simus *S* 19 exhibitionem] nutrimentum *W* et tegmentum *S*, *om. W* 20 simus *Wv* 21 muscipulam *Gv* 22 homines *G* 23 et in interitum *W sed* in *s. l. m. 2*, *om. SG; cf. test. III 61 p. 165, de lapsis c. 12, de opere et el. c. 10*

20 Docet non tantum contemnendas sed et periculosas esse diuitias, illic esse radicem malorum blandientium, caecitatem mentis humanae occulta deceptione fallentium. unde et diuitem stultum saeculares copias cogitantem et se exuberantium fructuum largitate iactantem redarguit Deus dicens: stulte, hac nocte expostulatur anima tua. quae ergo parasti cuius erunt? laetabatur stultus in fructibus nocte moriturus et cui uita iam deerat uictus abundantiam cogitabat. contra autem Dominus perfectum et consummatum docet fieri qui omnibus suis uenditis adque in usum pauperum distributis thesaurum sibi condat in caelo. eum dicit posse se sequi et gloriam dominicae passionis imitari qui expeditus et succinctus nullis laqueis rei familiaris inuoluitur, sed solutus ac liber facultates suas ad Dominum ante praemissas ipse quoque comitatur. ad quod ut possit unusquisque nostrum parare se, sic discit orare et de orationis lege qualis esse debeat noscere.

21 Neque enim deesse cottidianus cibus potest iusto, cum scriptum sit: non occidet Dominus fame animam iustam, et iterum: iuuenior fui et senui et non uidi iustum derelictum neque semen eius quaerens panem, item Dominus promittat et dicat: nolite cogitare dicentes: quid edemus aut quid bibemus aut quid uestiemur? haec enim nationes quaerunt. scit autem pater uester quia horum omnium indigetis. quaerite primo regnum et iustitiam Dei, et haec omnia adponentur uobis. quaerentibus regnum et iustitiam Dei omnia promittit adponi. nam cum Dei sint omnia, habenti Deum nihil deerit, si

5 Luc. 12, 20. 18 Prou. 10, 3. 19 Ps. 36, 25. 21 Matth. 6, 31 sq.

1 nos non *G* 2 radicem esse *W* 3 deceptatione *W* 4 fructum *S* 5 dn̄s *W* 7 ipsa nocte *v* 10 distribuitis *S* thensaurum *ex* thensauri *S*, thesauros *V* 11 caelis *V* se *om. W* gloriae *S* 13 deum *v* 15 nostrum *om. v* sic *om. S* discat *v*, didicit *ex* dicit *G m. 2* de *om. W* 18 fame dn̄s *W* 19 iunior *Sv* 20 nec *W* 21 dominus *om. G* repromittat *W* digentes *W*[1] 22 bibamus *S* uestiamur *S* 23 enim *W s. l. m. 2* quaerent *S* autem] enim *G* 24 indegetis *S* querite primum *G* 25 regnum dei et iust. eius *v* 27 sint dei *W* dom̄ *S* si *ex* sine *G m. 2*

Deo ipse non desit. sic Danieli in leonum lacum iussu regis incluso prandium diuinitus procuratur et inter feras esurientes et parcentes homo Dei pascitur. sic alitur Helias in fuga et solitudine coruis ministrantibus et uolucribus cibum sibi adportantibus in persecutione nutritur. adque — o humanae malitiae detestanda crudelitas! — ferae parcunt, aues pascunt, et homines insidiantur et saeuiunt!

22 Post haec et pro peccatis nostris precamur dicentes: et remitte nobis debita nostra, sicut et nos remittimus debitoribus nostris. post subsidium cibi petitur et uenia delicti, ut qui a Deo pascitur in Deo uiuat nec tantum praesenti et temporali uitae sed aeternae consulatur, ad quam ueniri potest, si peccata donentur quae debita Dominus appellat, sicut in euangelio suo dicit: dimisi tibi omne debitum, quia me rogasti. quam necessario autem, quam prouidenter et salubriter admonemur quod peccatores sumus qui pro peccatis rogare conpellimur, ut dum indulgentia de Deo petitur, conscientiae suae animus recordetur! ne quis sibi quasi innocens placeat et se extollendo plus pereat, instruitur et docetur peccare se cottidie, dum cottidie pro peccatis iubetur orare. sic denique et Iohannes in epistula sua monet dicens: si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est. si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis et iustus est Dominus qui nobis peccata dimittat. in epistula sua utrumque conplexus est, quod et rogare pro peccatis debeamus et inpetremus indulgentiam cum

14 Matth. 18, 32. 21 1 Io. 1, 8 sq.

1 desit] erit *G* danihel *W* lacu *Gv* 2 apparatur *V; cf. de opere et el. c. 11* 3 et helias *V* in solitudine *Gv* 5 o] et *W* humane *SG* 6 fere *S* 8 deprecamur *Wv* dimitte *VGv* 9 sicuti *W* dimittimus *Vv* 12 sed et *v* consolatur *S* non potest nisi *ex* potest si *G m. 2* 14 suo *om. G* omnem *SW*[1] qui a me *W* 15 salubriter *SWG et August. (contra d. epist. Pel. IV, 10, 27., de dono perseu. c. 5, 8.)*, salutariter *v* 16 quod peccatores] ut prouidentes *G* simus *GV* 17 a dño *G* 18 placeat] *add. v*: cum innocens nemo sit et se ext. p. pereat *add. in W m. 2* 20 et *om. G* 21 monet] ponit *G* 22 decepimus *W*[1] 24 dominus *om. August. contra d. epist. P. l. c.* 26 indulgentia *W*

rogamus. ideo et fidelem dixit Dominum ad dimittenda peccata fidem pollicitationis suae reseruantem, quia qui orare nos pro debitis et peccatis docuit paternam misericordiam promisit et ueniam secuturam.

23 Adiunxit plane et addidit legem certa nos condicione et sponsione constringens, ut sic nobis dimitti debita postulemus secundum quod et ipsi debitoribus nostris dimittimus, scientes inpetrari non posse quod pro peccatis petimus, nisi et ipsi circa peccatores nostros paria fecerimus. idcirco et alio in loco dicit: in qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur uobis. et qui seruus post dimissum sibi a domino omne debitum conseruo suo noluit ipse dimittere in carcerem religatur. quia indulgere conseruo noluit, quod sibi a Domino indultum fuerat amisit. quae adhuc fortius Christus in praeceptis suis maiore censurae suae uigore proponit. cum steteritis, inquit, ad orationem, remittite si quid habetis aduersus aliquem, ut et pater uester qui in caelis est remittat peccata uobis. si autem uos non remiseritis, neque pater uester qui in caelis est remittet uobis peccata uestra. excusatio tibi nulla in die iudicii superest, cum secundum tuam sententiam iudiceris et quod feceris hoc et ipse patiaris. pacificos enim et concordes adque unanimes esse in domo sua Deus praecepit et quales nos fecit secunda natiuitate tales uult renatos perseuerare, ut qui filii Dei sumus in Dei pace maneamus, et quibus spiritus unus est unus sit et animus et sensus.

9 Matth. 7, 2. 15 Marc. 11, 25 sq.

1 et ideo *G* deum W^1 3 paterna misericordia *G* 5 *prius* et *W s. l. m. 2* 7 et *om. S* 8 peccatis] nostris *add. m. 2 in G* peccatores *WGV*, *om. S*, debitores *v* 9 et *om. G* 10 fueritis *G*, ueritis *S*, eritis *W* in ea *om. G* rementietur W^1, remitietur *S* 11 quis seruus *S*, seruus qui *G* omnem *S* 12 carcer *S*, carcere *G* et quia *G sed* et *m. 2* 13 conseruo suo *v* 14 in *om. W* maiori *G* 15 proponit] praedixit *W* ad oratione *S* 18 uestra uobis *v* 19 peccata uobis *WG* 20 uestra *om. WG* nulla est *S* diem *W* super est *G sed* est *s. l. m. 2* 21 et quod . . . patiaris *om. G* hoc *om. S* 22 esse *post* deus *ponit G* 23 praecipit *v* et] ut *W* 24 natos *S* sumus *S*, esse coepimus *WGv* dei] eius *V* 25 et q.] in quibus *G* unus sit *om. W* et (*ante* an.) *om. G*

sic nec sacrificium Deus recipit dissidentis et ab altari reuertentem prius fratri reconciliari iubet, ut pacificis precibus et Deus possit esse pacatus. sacrificium Deo maius est pax nostra et fraterna concordia et de unitate Patris et Filii et Spiritus sancti plebs adunata.

24 Neque enim in sacrificiis quae Abel et Cain primi optulerunt munera eorum Deus, sed corda intuebatur, ut ille placeret in munere qui placebat in corde. Abel pacificus et iustus, dum Deo sacrificat innocenter, docuit et ceteros, quando ad altare munus offerunt, sic uenire cum Dei timore, cum simplici corde, cum lege iustitiae, cum concordiae pace. merito ille dum in sacrificio Dei talis est, ipse postmodum sacrificium Deo factus est, ut martyrium primus ostendens initiaret sanguinis sui gloria dominicam passionem qui et iustitiam Domini habuerat et pacem. tales denique a Domino coronantur, tales in die iudicii cum Domino uindicabuntur. ceterum discordans et dissidens et pacem cum fratribus non habens, secundum quod beatus apostolus et scriptura sancta testatur, nec si pro nomine occisus fuerit, crimen dissensionis fraternae poterit euadere, quia sicut scriptum est *qui fratrem suum odit homicida est*, nec ad regnum [caelorum] peruenit aut cum Deo uiuit homicida. non potest esse cum Christo qui imitator Iudae maluit esse quam Christi. quale delictum est quod nec baptismo sanguinis potest ablui, quale crimen est quod martyrio non potest expiari!

25 Illud quoque necessarie monet Dominus ut in oratione dicamus: *et ne patiaris nos induci in temptationem*. qua in parte ostenditur nihil contra nos aduersarium posse, nisi Deus

20 I Io. 3, 15.

1 ad sacr. d. respicit *V* dissedentis *S* altare *S* 2 reconc. fratri *G* 3 paccatus *G* 4 fili *S* 6 in *om. S* 7 induebatur *S* 11 cum *om. S* 11 concordia et *G* 12 dmo *S* 13 gloriam *W* dominica *S* 14 dei *W* 15 iudici *SW*, dni *G* 16 uindicabuntur *WG*, uindicabunt *S*, iudicabunt *v; cf. tamen epist. 81 c. 2:* iudicaturos uos et regnaturos cum Christo Domino ***cum *G* 17 secundum] secum *S* beatos apostolos *G*[1] 18 nomine *SW*, nomine eius *V*, ihū nomine *G*, nomine christi *v* 21 caelorum *om. S; cf. p. 294, 12* aut] ut *G* uiuat *G* 22 imitatur *S* 23 baptissimo *S* 25 **monet *S*, admonet *Wv* 26 et *om. G* patiaris (passus fueris *V*) induci nos *GV*, nos patiaris induci *v*

ante permiserit, ut omnis timor noster et deuotio adque obseruatio ad Deum conuertatur, quando in temptationibus nihil malo liceat, nisi potestas inde tribuatur. probat scriptura quae dicit: uenit Nabuchodonosor rex Babyloniae in Hierusalem et expugnabat eam, et dedit eam Dominus in manu eius. datur autem potestas aduersum nos malo secundum nostra peccata, sicut scriptum est: quis dedit in direptionem Iacob et Israel eis qui praedabantur illum? nonne Deus cui peccauerunt et nolebant in uiis eius ambulare neque audire legem eius, et superduxit super eos iram animationis suae? et iterum Salomone peccante et a praeceptis adque a uiis Domini recedente positum est: et excitauit Dominus Satanan ipsi Salomoni.

26 Potestas uero dupliciter aduersum nos datur, uel ad poenam cum delinquimus uel ad gloriam cum probamur: sicuti de Iob factum uidemus manifestante Deo et dicente: ecce omnia quaecumque habet in tuas manus do: sed ipsum caue ne tangas. et Dominus in euangelio loquitur tempore passionis: nullam haberes potestatem aduersum me, nisi data esset tibi desuper. quando autem rogamus ne in temptationem ueniamus, admonemur infirmitatis et inbecillitatis nostrae dum sic rogamus, ne quis se insolenter extollat, ne quis sibi superbe adque adroganter aliquid adsumat, ne quis aut confessionis aut passionis gloriam suam ducat, cum Dominus ipse humilitatem docens dixerit: uigilate et orate, ne ue-

4 II Reg. 24, 11 (= Dan. 1, 1 sq.) 7 Es. 42, 25 sq. 13 I Reg. 11. 23. 17 Iob. 1, 12. 20 Io. 19, 11. 26 Matth. 26, 41.

1 praemiserit *W* 2 d͞nm *WG* temptationibus nostris *WGv* 3 scriptura diuina *WGv* 4 nabucod. *S*, naboch. *W* iherusalem *G* 6 manum *Wv* aduersus *v* nos *G s. l. m. 2* 8 praedabantur *SGV*, praedantur *Wv* illum] eum *G* 9 noluerunt *V* 13 et *om. S* satan *G* ipsi *om. G* 15 aduersus *WGv* adu. nos dupliciter *W* 16 de] in *G* 17 d͞no *G* 18 manus tuas *v* 19 euangelio suo *v* 20 habere se *S*, haberes inquit *W* aduersum] in *V* adu. me potest. *v* 21 tibi data esset *WG* 22 ueniamus *SG et August. c. duas epist. Pel. IV, 9, 25.*, incidamus *W* 23 oramus *G* 24 quis aut] quis sibi aut *v* 25 dicat *SV* 26 docens humilitatem *S*

niatis in temptationem: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, ut dum praecedit humilis et summissa confessio et datur totum Deo quidquid suppliciter cum timore et honore Dei petitur ipsius pietate praestetur.

Post ista omnia in consummatione orationis uenit clausula uni- 27
uersas petitiones et preces nostras collecta breuitate concludens. in nouissimo enim ponimus: sed libera nos a malo, conprehendentes aduersa cuncta quae contra nos in hoc mundo molitur inimicus, a quibus potest esse firma et fida tutela, si nos Deus liberet, si deprecantibus adque inplorantibus opem suam praestet. quando autem dicimus libera nos a malo, nihil remanet quod ultra adhuc debeat postulari, quando semel protectionem Dei aduersus malum petamus, qua inpetrata contra omnia quae diabolus et mundus operantur securi stamus et tuti. quis enim uel de saeculo metus est cui in saeculo Deus tutor est?

Quid mirum, fratres dilectissimi, si oratio talis est quam Deus 28
docuit, qui magisterio suo omnem precem nostram salutari sermone breuiauit? hoc iam per Esaiam prophetam fuerat ante praedictum, cum plenus Spiritu sancto de Dei maiestate ac pietate loqueretur. uerbum consummans, inquit, et breuians in iustitia, quoniam sermonem breuiatum faciet Deus in toto orbe terrae. nam cum Dei sermo Dominus noster Iesus Christus omnibus uenerit et colligens doctos pariter et indoctos omni sexu adque aetati praecepta salutis ediderit, praeceptorum suorum fecit grande conpendium, ut in disciplina caelesti discentium memoria non laboraret, sed quod esset simplici fidei necessarium uelociter disceret. sic cum doceret quid

20 Es. 10, 22 sq.

2 ut] et *S* 3 quicquid *ex* quid *W m. 2* supliciter *W* 4 et] et cum *V* 5 consumatione *W ut solet* 9 potest esse] potestate *G* non potest— nisi *Oxon.; cf. p. 283, 13* fida et firma *WGv* si *om. G* 10 liberat *G* 11 malo**** *G* 12 protectione *W* 13 aduersum *G* 14 operatur *W*[1], opera*tur *G* 15 uel *S*, ei *WGv* in saeculo *om. G* 17 suo *G s. l. m. 2* omnem precem nostram *SGV*, omne praeceptum nostrum *W* 18 eseiam *SG* 19 ac pietate *om. G* 20 et p̃uians *ante* et breuians *eras. in G* 21 iustitiam *W* 22 dñi nr̃i ihu xpi *W* 23 iesus christus *om. G* 24 sexu *S*, sexui *WGv* at quae *W* at *in ras.* aetate *W*[1] 26 set *S* 27 sic *ex* si *G m. 2*

sit uita aeterna, sacramentum uitae magna et diuina breuitate conplexus est dicens: haec est autem uita aeterna ut cognoscant te solum et uerum Deum et quem misisti Iesum Christum. item cum de lege et prophetis praecepta prima et maiora decerperet, audi, inquit, Israel: Dominus Deus tuus Dominus unus est, et: diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo et de tota anima tua et de tota uirtute tua. hoc primum, et secundum simile huic: diliges proximum tuum tamquam te. in his duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae. et iterum: quaecumque uolueritis ut faciant uobis homines bona, ita et uos facite illis. haec est enim lex et prophetae.

29 Nec uerbis tantum sed et factis Deus orare nos docuit ipse orans frequenter et deprecans et quid nos facere oporteret exempli sui contestatione demonstrans, sicut scriptum est: ipse autem fuit secedens in solitudines et adorans, et iterum: exiuit in montem orare et fuit pernoctans in orationem Dei. quodsi ille orabat qui sine peccato erat, quanto magis peccatores oportet orare, et si ille per totam noctem iugiter uigilans continuis precibus orabat, quanto nos magis in frequentanda oratione debemus nocte uigilare!

30 Orabat autem Dominus et rogabat non pro se — quid enim pro se innocens precaretur? — sed pro delictis nostris, sicut et ipse declarat cum dicit ad Petrum: ecce satanas postulabat ut uos uexaret quomodo triticum. ego autem rogaui pro te, ne deficiat fides tua. et postmodum pro omnibus patrem deprecatur dicens: non pro his autem rogo solis sed et pro illis qui credituri sunt per uerbum

2 Io. 17, 3. 5 Marc. 12, 29 sq. 6 Matth. 22, 40. 11 Matth. 7, 12. 16 Luc. 5, 16. 18 Luc. 6, 12. 25 Luc. 22, 31. 28 Io. 17, 20 sq.

2 autem *W s. l. m. 2* 3 solum uerum *G* 6 dominus] deus *v* 8 primum] est primum mandatum *v* 9 simile est *v* tuum *SW*, tibi *VGv* 10 te ipsum *v* 12 hominis *S* 14 dñs *WGv* 15 facere nos *v* oportet *W*[1] 16 ipse autem . . . iterum *om. S* 17 solitudinem *v* 18 oratione *Gv* 23 dños *W* 24 et *om. SG* 25 postulauit *WGV*, expetiuit *v* 27 pro te rogaui *G* 28 patrem *W s. l. m. 2* pcatur *W* patrem depr. p. omnibus *S* autem *ex* tantum *S m. 1* 29 solis] solum *G*

ipsorum in me, ut omnes unum sint, sicut et tu pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis sint. magna Dei propter salutem nostram benignitas pariter et pietas, ut non contentus quod nos sanguine suo redimeret adhuc pro nobis amplius et rogaret. rogantis autem desiderium uidete quod fuerit, ut quomodo unum sunt pater et filius, sic et nos in ipsa unitate maneamus: ut hinc quoque possit intellegi quantum delinquat qui unitatem scindit et pacem, cum pro hoc et rogauerit Dominus uolens scilicet plebem suam uiuere, cum sciret ad regnum Dei discordiam non uenire.

Quando autem stamus ad orationem, fratres dilectissimi, inui- **31**
gilare et incumbere ad preces toto corde debemus. cogitatio omnis carnalis et saecularis abscedat nec quicquam animus quam id solum cogitet quod precatur. ideo et sacerdos ante orationem praefatione praemissa parat fratrum mentes dicendo: susum corda, ut dum respondet plebs: habemus ad Dominum, admoneatur nihil aliud se quam Dominum cogitare debere. cludatur contra aduersarium pectus et soli Deo pateat nec ad se adire hostem Dei tempore orationis patiatur. obrepit enim frequenter et penetrat et subtiliter fallens preces nostras a Deo auocat, ut aliud habeamus in corde, aliud in uoce, quando intentione sincera Dominum non uocis sonus sed animus et sensus debeat orare. quae autem segnitia est abalienari et capi ineptis cogitationibus et profanis, cum Dominum deprecaris, quasi sit aliud quod magis debeas cogitare quam quod cum Deo loqueris.

1 et *om. WGv* 2 ut et] et ut *G* unum sint *v* 3 dñi *WGv* 4 redemeret *S* 6 sunt *om. S*, sit *G* 7 hinc *ex* hic *W m. 2* 8 scindat *G* et (*ante* rog.) *om. G* 9 plebem suam uiuere *SWG*, pl. s. unire *maluit Walkerus l. c. p. 54*, pl. s. (sic pl. s. *Pamelius*) saluam fieri et in pace uiuere *Morellius et v post Pamelium*, pl. s. unanimiter uiuere *coni. Grauius* 11 uigilare *v* 13 quicquam tunc *WGv* 14 quod cogitet et quod precatur *W* 15 praefationem *S*, *om. G* praemissam *G* fratrum] fruum *S* sursum *Gv* 16 ut] et *W* respondit *SW*, respondent *G* plebs *om. G* 17 admoniatur *S*, admoneantur *G* claudatur *Gv* 18 soli deo] sub dño *G* 19 adire *om. W*, *post* orationis *habet Gv* obripit *SW* frequenter *ex* frequentat *S m. 1* 21 corde et *WG* intentione***** *G*, intemptatione *S* 22 deum *G* 23 debeat *ante* non uocis *WGv* est et *G* alienari *WGv* capi] rapi *v* 24 prophanis *WGv* 25 debeat excogitare *S*, cogitare debeamus *G*

quomodo audiri te a Deo postulas, cum te ipse non audias? uis esse Dominum memorem tui cum rogas, quando tui memor ipse non sis? hoc est ab hoste in totum non cauere, hoc est, quando oras Deum, maiestatem Dei neglegentia orationis offendere, hoc est uigilare oculis et corde dormire, cum debeat christianus et cum dormit oculis corde uigilare, sicut scriptum est ex persona ecclesiae loquentis in Cantico cantiorum: ego dormio et cor meum uigilat. quapropter sollicite et caute apostolus admonet dicens: instate orationi uigilantes in ea, docens scilicet et ostendens eos inpetrare quod postulant de Deo posse, quos Deus uideat in oratione uigilare.

32 Orantes autem non infructuosis nec nudis precibus ad Deum ueniant. inefficax petitio est, cum precatur Deum sterilis oratio. nam cum omnis arbor non faciens fructum excidatur et in ignem mittatur, utique et sermo non habens fructum promereri Deum non potest, quia nulla operatione fecundus est. et ideo scriptura diuina instruit dicens: bona est oratio cum ieiunio et eleemosyna. nam qui in die iudicii praemium pro operibus et eleemosynis redditurus est hodie quoque ad orationem cum operatione uenienti benignus auditor est. sic denique Cornelius centurio cum oraret, meruit audiri. fuit faciens multas eleemosynas in plebem et semper orans Deum. huic circa horam nonam oranti adstitit angelus testimonium reddens sui operis et dicens: Corneli, orationes tuae et eleemosynae tuae ascenderunt ad memoriam coram Deo.

33 Cito orationes ad Deum ascendunt quas ad Deum merita nostri operis inponunt. sic et Raphael angelus Tobiae oranti semper et

7 Cant. 5, 2. 9 Col. 4, 2. 17 Tob. 12, 8. 23 Act. 10, 4 sq.

1 audire te W, te audiri v 2 deum v dum S tu ipse tui memor WG, tu ipse memor tui v 3 in toto W (in *add. m. 2*) 4 dom̃ S 5 debeas S 7 ecclesiae *om.* G cantica G 10 dm̃o S 11 deus *om.* S 12 infructuosus S dom̃ S 13 dom̃ S sterelis W 14 fructum bonum G igne S 15 mereri dom̃ S 16 quia] qui S est oper. focc. v 17 instruit*** G (it *in ras.*) 18 elemosyna SW *et l. 19. 21* 20 cordelius S[1] 21 fuit enim Vv 22 plebe WV dom̃ S 23 reddens *om.* G suis operibus V et dicens] edicens G 26 dom̃ S quae W dom̃ SG 27 rafael SG

semper operanti adstitit dicens: opera Dei reuelare et confiteri honorificum est. nam quando orabas tu et Sarra, ego optuli memoriam orationis uestrae in conspectu claritatis Dei: et cum sepelires tu mortuos simpliciter, et quia non es cunctatus exurgere et derelinquere prandium tuum, sed abisti et condidisti mortuum, et missus sum temptare te: et iterum me misit Deus curare te et Sarram nurum tuam. ego enim sum Raphael, unus ex septem angelis iustis qui adsistimus et conuersamur ante claritatem Dei. per Esaiam quoque Dominus admonet et docet similia contestans, solue, inquit, omnem nodum iniustitiae, resolue suffocationes inpotentium commerciorum: dimitte quassatos in requiem et omnem consignationem iniustam dissipa: frange esurienti panem tuum et egenos sine tecto induc in domum tuam: si uideris nudum, uesti et domesticos seminis tui non despicies. tunc erumpet temporaneum lumen tuum et uestimenta tua cito orientur et praeibit ante te iustitia et claritas Dei circumdabit te. tunc exclamabis, et Deus exaudiet te: dum adhuc loqueris, dicit: ecce adsum. adesse se repromittit et audire ac protegere se eos dicit qui iniustitiae nodos de corde soluentes et eleemosynas circa domesticos Dei secundum eius praecepta facientes, dum audiunt quod Deus praecipit fieri, ipsi quoque a Deo merentur audiri. beatus apostolus Paulus in necessitate pressurae adiutus a fratribus opera quae fiunt sacrificia Deo dixit esse. saturatus sum, inquit, recipiens ab Epaphrodito ea quae a uobis missa sunt, odores suauitatis,

1 Tob. 12, 11 sq. 12 Es. 58, 6 sq. 28 Phil. 4, 18.

1 operanti *ex* oranti *W m. 2* adstitit *S*, testis fuit *WGv* releuare *S* 6 relinquere *S*; *cf. p. 303, 10* condisti *SW*, sepelisti *G* 7 et missus *SW*, missus *Gv* 8 te *W s. l. m. 2* nurum] uxorem *G* 10 iustis *om. G* 11 eseiam *S* 12 omnem *om. S* 14 reque *S* 18 temporanum *W* 20 te *om. S* iustitia tua *G²* 21 et dum *v* 22 dicit *SG¹*, dico *W*, dicet *G²v* adesse se] et sese *W* repromittet *W*, promittit *G* et *W s. l. m. 2* 25 praecepit *S* 27 operae *S*, opera bona *v* dei *WGv* 28 epafrodito *SWG* 29 odores *S*, odore *W*, odorem *Gv*

sacrificium acceptum et placitum Deo. nam quando qui miseretur pauperi, Deo faenerat et qui dat minimis Deo donat, spiritaliter Deo suauitatis odores sacrificat.

34 In orationibus uero celebrandis inuenimus obseruasse cum Daniele tres pueros in fide fortes et in captiuitate uictores horam tertiam sextam nonam sacramento scilicet trinitatis quae in nouissimis temporibus manifestari habebat. nam et prima hora in tertiam ueniens consummatum numerum trinitatis ostendit, itemque ad sextam quarta procedens declarat alteram trinitatem, et quando a septima nona conpletur, per ternas horas trinitas perfecta numeratur. quae horarum spatia iam pridem spiritaliter determinantes adoratores Dei statutis et legitimis ad precem temporibus seruiebant. et manifestata postmodum res est sacramenta olim fuisse, quod ante sic iusti precabantur. nam super discipulos hora tertia descendit Spiritus sanctus qui gratiam dominicae promissionis inpleuit. item Petrus hora sexta in tectum superius ascendens signo pariter et uoce Dei monentis instructus est, ut omnes ad gratiam salutis admitteret, cum de emundandis gentibus ante dubitaret. et Dominus hora sexta crucifixus ad nonam peccata nostra sanguine suo abluit et ut redimere et uiuificare nos posset, tunc uictoriam sua passione perfecit.

35 Sed nobis, fratres dilectissimi, praeter horas antiquitus obseruatas orandi nunc et spatia et sacramenta creuerunt. nam et mane orandum est, ut resurrectio Domini matutina oratione celebretur. quod olim Spiritus sanctus designabat in psalmis dicens: rex meus et Deus meus, quoniam ad te orabo, Domine, mane: et exaudies uocem meam, mane ad-

26 Ps. 5, 3 sq.

1 placentem *W* 2 quis *v* pauperis *Wv* deum foenerat *v* 3 odores *G*, odore *SW*, odorem *v* 4 danihele W^2G^2, danihel W^1G^1, daniel *S* 5 et tres *S* et *om. S* hora tertia *W* 6 sacramentum *V* 8 uenies *S* 9 ad] a *S* quartam praecedens *G* 11 determinata. Adoratores *G* 12 deo *fort.* statutis] statis *maluit Krabinger* et] sed *W* 13 seruabant *G* 15 discendit *SW* 16 repromissionis *v* inplebit *W* 17 dmi *S* 19 gentibus *SV*, gentilibus *WGv* 20 uiuicare W^1 21 suam *WGv* perficit W^1 22 obseruandas *W* 26 adorabo *V* 27 mane *om. S* et *om. Wv* adstabo tibi et uidebo *S*. adsistam tibi et contemplabor *WGv: cf. test. II 29 p. 98*

stabo tibi et uidebo te. et iterum per prophetam loquitur Dominus: diluculo uigilabunt ad me dicentes: eamus et reuertamur ad Dominum Deum nostrum. recedente item sole ac die cessante necessario rursus orandum est. nam quia Christus sol uerus est et dies uerus, sole ac die saeculi recedente quando oramus et petimus ut super nos lux denuo ueniat, Christi precamur aduentum lucis aeternae gratiam praebiturum. Christum autem diem dictum declarat in psalmis Spiritus sanctus. lapis, inquit, quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in caput anguli. a Domino factus est iste et est mirabilis in oculis nostris. hic est dies quem fecit Dominus: laetemur et epulemur in eum. item quod sol appellatus sit Malachin propheta testatur dicens: uobis autem qui timetis nomen Domini orietur sol iustitiae, et in alis eius curatio est. quodsi in scripturis sanctis sol uerus et dies uerus est Christus, nulla hora excipitur christianis, quominus frequenter ac semper Deus debeat adorari, ut qui in Christo hoc est in sole et in die uero sumus instemus per totum diem precibus et oremus: et quando mundi lege decurrens uicibus alternis nox reuoluta succedit, nullum de nocturnis tenebris esse orantibus damnum potest, quia filiis lucis et in noctibus dies est. quando enim sine lumine est cui lumen in corde est? aut quando sol ei et dies non est cui sol et dies Christus est?

Qui autem in Christo hoc est in lumine semper sumus nec **36**
noctibus ab oratione cessemus. sic Anna uidua sine intermissione

2 Osee 6, 1. 9 Ps. 117, 22 sq. 14 Mal. 4, 2.

1 loquitur dn̄e *W*, dn̄s loquitur dicens *G* 2 deluculo *S* 5 est *om. W* sol uerus est christus *G* 9 lapidem *test. II 16 p. 82* 11 factum *G* est *om. W* iste *om. G* est] hic est *S* admirabilis *Gv* 12 hic *S*, iste *WG* laetemur *S*, exultemus *V*, ambulemus *WGv* aepulemur in eum *S*, iucundemur (ioc. *G*) in eo *WGVv* 13 malacin *S*, malachiel *VG*¹, malachias *G*²*v* 15 aliis *SW*¹ 17 hora nulla christianis (a chr. *v*) excipitur *WGv* quominus f. a. s. d. d. adorari] qu*a deus non debeat adorari *G* 18 hoc *G s. l. m. 2* 19 in *W s. l. m. 2* et insistamus *W*, insistamus *Gv* 20 et *W s. l. m. 2* legem *W* resoluta *W* 21 succedit succedit *G*¹ dampnum orantibus *G* 22 in *om. WGV* 26 ab] ad *W* oratione* *W* (m *eras.*)

rogans semper et uigilans perseuerabat in promerendo Deo, sicut in euangelio scriptum est: non recedebat de templo ieiuniis et orationibus seruiens nocte et die. uiderint uel gentiles qui necdum inluminati sunt uel Iudaei qui deserti lumine in tenebris remanserunt: nos, fratres dilectissimi, qui in Domini luce semper sumus, qui meminimus et tenemus quid esse accepta gratia coeperimus, conputemus noctem pro die. ambulare nos credamus semper in lumine, non impediamur a tenebris quas euasimus, nulla sint horis nocturnis precum damna, nulla orationum pigra et ignaua dispendia. per Dei indulgentiam recreati spiritaliter et renati imitemur quod futuri sumus: habituri in regno sine interuentu noctis solum diem sic nocte quasi in luce uigilemus, oraturi semper et acturi gratias Deo hic quoque orare et gratias agere non desinamus.

2 Luc. 2, 37.

1 perseuerabat] pernoctabat *G* 2 recedebat inquit *WGv* 3 orationibus] obsecrationibus *G* et] ac *v* 4 gentes *G* deserto *v* 5 tenebras *W*[1] 6 dei *G* 7 nocte *S* 8 a *W s. l. m. 2* 11 recreatis *G* renatis *G* imite*ur *W* (t *eras.*) 12 regno dei *V*; *cf. p. 289, 9* sic] si in *V*, hic *fort.* 13 lucem *S*, lumine *Wv* et acturi *W s. l. m. 2* CAECILI CYPRIANI DE DOMINICA ORATIONE EXPLICIT *S*, DE ORATIONE DOMINICA EXPLICIT *W*. EXPLICIT DE DOMINICA ORATIONE *G*

VIII.

THASCI CAECILI CYPRIANI

DE MORTALITATE.

S = codex Seguierianus.
O = codex Floriacensis, nunc Aurelianensis 131 saec. VII.
W = codex Würzeburgensis.
G = codex Sangallensis.
V = codex Veronensis.

DE MORTALITATE.

Etsi aput plurimos uestrum, fratres dilectissimi, mens so- 1
lida est et fides firma et anima deuota quae ad praesentis mortalitatis copiam non mouetur, sed tamquam petra fortis et stabilis turbidos impetus mundi et uiolentos saeculi fluctus frangit potius ipsa nec frangitur, et temptationibus non uincitur sed probatur, tamen quia animaduerto in plebe quosdam uel inbecillitate animi uel fidei paruitate uel dulcedine saecularis uitae uel sexus mollitie uel, quod magis est, ueritatis errore minus stare fortiter nec pectoris sui diuinum adque inuictum robur exerere, dissimulanda res non fuit nec tacenda, quominus quantum nostra mediocritas sufficit uigore pleno et sermone de dominica lectione concepto delicatae mentis ignauia conprimatur et qui homo Dei et Christi esse iam coepit Deo et Christo dignus habeatur.

Agnoscere enim se debet, fratres dilectissimi, qui Deo mili- 2
tat, qui positus in caelestibus castris diuina iam sperat, ut ad procellas et turbines mundi trepidatio nulla sit nobis, nulla turbatio, quando haec uentura praedixerit Dominus prouidae uocis hortatu instruens et docens et praeparans adque corroborans ecclesiae suae populum ad omnem tolerantiam futurorum: bella et fames et terrae motus et pestilentias per loca singula exurgere

INCIPIT (INCIPIT *om.* *S*) DE MORTALITATE *SW*, INCIPIT CAECILI CYPRIANI DE MORTALITATE *OG* 2 plurimom *G*[1] 3 est *om.* *G* mort. cop. praes. *G* 4 set *S*, et *G* stab. et fort. *W* 5 uiolentus *O*, uolentis *W*[1] 7 quia *ex* qui *W* *m. 2*, quoniam *V* animuerto *W*[1] inbecillitatem *O* 8 dulcidine *SO* mollitiae *SGO* 9 magis] maius *v* 10 easerere *S* 13 delicate mentes *S* 15 adgnoscere *W* *ut solet*, agnuscire *O* 16 sperat *SO*, spirat *WV*, adspirat *G* 17 turbinis *O* in nobis *v* turbatio *SOWGV*, cunctatio *v* 18 euentura *OWGV* prouide *O* 19 hortatur *G*, hortatusn *O*[1] 21 terre *O* *ita saepius* e *pro* ae

praenuntiauit et cecinit, et ne inopinatus nos et nouus rerum infestantium metus quateret, magis ac magis in nouissimis temporibus aduersa crebrescere ante praemonuit. fiunt ecce quae dicta sunt, et quando fiunt quae ante praedicta sunt sequentur et quaecumque promissa sunt Domino ipso pollicente et dicente: cum autem uideritis haec omnia fieri, scitote quoniam in proximo est regnum Dei. regnum Dei, fratres dilectissimi, esse coepit in proximo: praemium uitae et gaudium salutis aeternae et perpetua laetitia et possessio paradisi nuper amissa mundo transeunte iam ueniunt: iam terrenis caelestia et magna paruis et caducis aeterna succedunt. quis hic anxietatis et sollicitudinis locus est? quis inter haec trepidus et maestus est nisi cui spes et fides deest? eius est enim mortem timere qui ad Christum nolit ire. eius est ad Christum nolle ire qui se non credat cum Christo incipere regnare.

3 Scriptum est: iustum fide uiuere. si iustus es et fide uiuis, si uere [in Deum] credis, cur non cum Christo futurus et de Domini pollicitatione securus, quod ad Christum uoceris amplecteris et quod diabolo careas gratularis? Simeon denique ille iustus qui uere iustus fuit, qui fide plena Dei praecepta seruauit, cum ei diuinitus responsum fuisset quod non ante moreretur quam Christum uidisset et Christus infans in templum cum matre uenisset, agnouit in spiritu natum esse iam Christum, de quo sibi fuerat ante praedictum: quo uiso sciuit se cito esse moriturum. laetus itaque de morte iam proxima et de uicina arces-

6 Luc. 21, 31. 16 Rom. 1, 17.

1 cecinit *SOWGV*, docuit *v* 2 quatet *W*[1] *sed corr. m. 2 in marg.* excuteret *ex* exquateret *G m. 2* 6 uidereti*s O* 7 est r. dñi *G* 9 laetitia *SOWG et August. contra duas epist. Pelag. IV, 8, 22.*, securitas *Baluzius* 10 admissa *G* transeuntem *O* uenit *O* iam] cum *O*, et *W* 11 succendunt *W*[1] *G*[1] 13 est *om. W* enim est *SG sed in G* est *s. l. m. 2* 14 nollit *W*, nollet *S*[1] eius...ire *om. S*, cuius (*pro* eius)...ire *W s. l. m. 2* 15 credit *ex* credat *W m. 2* incipere] in perpetuo *Gronou. obs. p. 627* 16 est *SOWGV*, est enim *v* si *om. W* 17 si] in dom̄ si *S* in deum *OWG*, *om. S*, in christum *v* 18 de *om. S* uocaris *G* 19 gratuleris *G*[2] symeon *SOG* 20 qui u. iustus *om. S* 22 quam] nisi *G* cum matre in templum *G* 25 que de morte iam *S s. l. m. 2* uicina] diuina *GW*[2] arcesitione *S*, accersitione *WO*, accersione *G*

sitione securus accepit in manus puerum et benedicens Deum exclamauit et dixit: nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundum uerbum tuum in pace, quoniam uiderunt oculi mei salutarem tuum, probans scilicet adque contestans tunc esse seruis Dei pacem, tunc liberam, tunc tranquillam quietem, quando de istis mundi turbinibus extracti sedis et securitatis aeternae portum petiuimus, quando expuncta hac morte ad inmortalitatem uenimus. illa est enim nostra pax, illa fida tranquillitas, illa stabilis et firma et perpetua securitas.

Ceterum quid aliud in mundo quam pugna aduersus diabolum 4
cotidie geritur, quam aduersus iacula eius et tela conflictationibus adsiduis dimicatur? cum auaritia nobis, cum inpudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est, cum carnalibus uitiis, cum inlecebris saecularibus adsidua et molesta luctatio. obsessa mens hominis et undique diaboli infestatione uallata uix occurrit singulis, uix resistit: si auaritia prostrata est, exsurgit libido: si libido conpressa est, succedit ambitio: si ambitio contempta est, ira exasperat, inflat superbia, uinolentia inuitat, inuidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abscidit. cogeris maledicere quod diuina lex prohibet, conpelleris iurare quod non licet.

Tot persecutiones cotidie animus patitur, tot periculis pectus 5
urgetur: et delectat hic inter diaboli gladios diu stare? cum magis concupiscendum sit et optandum ad Christum subueniente uelocius morte properare ipso instruente nos et dicente: amen amen dico uobis quoniam uos plorabitis et plangetis, saeculum autem gaudebit: uos tristes eritis,

2 Luc. 2, 29 sq. 25 Io. 16, 20.

1 manum *G* dominum *Gv* 2 exclamauit...domine *om. G* dimittes *S*, dimittas *W* 4 salutare *OWGv* 5 adque] at *G sed* t *in ras. m. 2* 7 petimus *OWGv* 8 immortalitate *O* nostra] uera *Baluzius* 10 diabulum *SO ita saepius* 11 geritur] quaeritur *S* 12 inpuditia *O* 14 conluctatio; est *G*, luctatio est *OWv et August. l. c. IV, 9, 27. et contra Iulianum Pelagianum II, 8, 25* 15 undique] utique *S* 16 prostrata contempta *G* 18 uinulentia *W* inuitat] irritat *coni. Routh* 19 abscindit *v* 22 persecutionis *S* animus cotidie *WGv et August l. c.* 23 urguetur *GO* gladios] laqueos *aliquot codd. August.* 26 uos *W s. l. m. 2* plangebitis *G* 27 tristis *O*

sed tristitia uestra in laetitiam ueniet. quis non tristitia carere optet, quis non ad laetitiam uenire festinet? quando autem in laetitiam ueniat nostra tristitia Dominus denuo ipse declarat dicens: iterum uidebo uos, et gaudebit cor uestrum et gaudium uestrum nemo auferet a uobis. cum ergo Christum uidere gaudere sit nec possit esse gaudium nostrum nisi quis uiderit Christum, quae caecitas animi quaeue dementia est amare pressuras et poenas et lacrimas mundi et non festinare potius ad gaudium quod numquam possit auferri.

6 Hoc autem fit, fratres dilectissimi, quia fides deest, quia nemo credit esse uera quae promittit Deus qui uerax est, cuius sermo credentibus aeternus et firmus est. si tibi uir grauis et laudabilis aliquid polliceretur, haberes pollicenti fidem nec te falli aut decipi ab eo crederes quem stare in sermonibus adque in actibus suis scires. Deus tecum loquitur, et tu mente incredula perfidus fluctuaris? Deus de hoc mundo recedenti inmortalitatem adque aeternitatem pollicetur, et dubitas? hoc est Deum omnino non nosse, hoc est Christum credendi magistrum peccato incredulitatis offendere, hoc est in ecclesia constitutum fidem in domo fidei non habere.

7 Quantum prosit exire de saeculo Christus ipse salutis adque utilitatis nostrae magister ostendit: qui cum discipuli eius contristarentur, quod se iam diceret recessurum, locutus est ad eos dicens: si me dilexissetis, gauderetis quoniam uado ad patrem, docens et ostendens, cum cari quos diligimus de saeculo exeunt, gaudendum potius quam dolendum.

4 Io. 16, 22. 24 Io. 14, 28.

1 laetitia *O* 2 optat *W* 3 in *W s. l. m. 2*, ad *S* laetitia *W* 5 auferat *S*, aufert *WO* 6 gaudire *O* 7 quis uiderit *SOWV*, uidere *G*, cum uiderimus *v* 10 fit *W s. l. m. 2*, *om. G* 11 esse uera *SV*, uera esse *OWG*, futura esse *v* 13 haberes *SOWGV*, haberes utique *v* 14 decepi *O* quem *ex* quae *G m. 2* adque] aut *S* 15 deus *SOWGV*, nunc deus *v* 16 fluctuas *OWGv* deus tibi *v* recedendi S^1 17 adq. aet. poll.] aeternitatemque promittit *G* et *SOWGV*, et tu *v* hoc...nosse *om. S* 18 credendi SOW^2G^2V, credenti W^1G^1, credentium *v* magistrum *SOWGV*, dominum et magistrum *v* impeccato *G* 19 domo fidei] dn̄i fide *G* 24 gauderetis utique *v* 25 docens scilicet *v* 26 potius est *G*

cuius rei memor beatus apostolus Paulus in epistula sua ponit et dicit: mihi uiuere Christus est et mori lucrum, lucrum maximum computans iam saeculi laqueis non teneri, iam nullis peccatis et uitiis carnis obnoxium fieri, exemptum pressuris angentibus et uenenatis diaboli faucibus liberatum ad laetitiam salutis aeternae Christo uocante proficisci.

8 At enim quosdam mouet quod aequaliter cum gentilibus nostros morbi istius ualitudo corripiat: quasi ad hoc crediderit christianus, ut immunis a contactu malorum mundo et saeculo feliciter perfruatur et non hic omnia aduersa perpessus ad futuram laetitiam reseruetur. mouet quosdam quod sit nobis cum ceteris mortalitas ista communis. quid enim nobis in hoc mundo non commune cum ceteris, quamdiu adhuc secundum legem primae natiuitatis manet caro ista communis? quoadusque istic in mundo sumus, cum genere humano carnis aequalitate coniungimur, spiritu separamur. itaque donec corruptiuum istud induat incorruptionem, et mortale hoc accipiat inmortalitatem, et spiritus nos perducat ad Deum patrem, quaecumque sunt carnis incommoda sunt nobis cum humano genere communia. sic cum fetu sterili terra ieiuna est, neminem fames separat: sic cum inruptione hostili ciuitas aliqua possessa est, omnes simul captiuitas uastat, et quando imbrem nubila serena suspendunt, omnibus siccitas una est, et cum nauem scopulosa saxa confringunt, nauigantibus naufragium sine exceptione commune est, et oculorum dolor et impetus febrium et omnium ualitudo membrorum cum ceteris communis est nobis, quamdiu portatur in saeculo caro ista communis.

2 Phil. 1, 21.

3 saecularibus *August. l. c.* 4 carnalibus *V* praessuris agentibus *S* 6 salutis] lucis *G* 7 ad OG^1 gentilibus nostros] gentibus nos *G* 8 ualetudo *S saepius* 10 fruatur *S* omnia hic *OWGv* perpessos *S* futura *W* 11 laetitiam *W s. l. m. 2* 13 quamdiu] quando *G* 14 quodusque W^1, quousque *G* 15 coniungimus *G* 16 corruptum istut *S* 17 spiritus] christus *Baluzius* 18 dom̃ *S* incommodo G^1 20 fetu *ex* fletu *G m. 2* terra *W s. l. m. 2* iaiuna *S* famis *G* 21 inrumptione *G*, inroptione *O* 23 constringunt *v* 24 nauigantibus *om. G* 26 quamdiu] quãduo *O*

9 Quin immo si qua condicione, qua lege crediderit christianus noscat et teneat, sciet plus sibi quam ceteris in saeculo laborandum, cui magis sit cum diaboli inpugnatione luctandum. docet et praemonet scriptura diuina dicens: fili, accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia et timore et praepara animam tuam ad temptationem, et iterum: in dolore sustine et in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum et argentum.

10 Sic Iob post rerum damna, post pignerum funera uulneribus quoque et uermibus grauiter adflictus non uictus est sed probatus, qui in ipsis conflictationibus et doloribus suis patientiam religiosae mentis ostendens ait: nudus exiui de matris utero, nudus etiam ibo sub terram. Dominus dedit et Dominus abstulit: sicut Domino uisum est, ita factum est. sit nomen Domini benedictum. et cum eum uxor quoque conpelleret, ut ui doloris inpatiens aliquid aduersus Deum querula et inuidiosa uoce loqueretur, respondit et dixit: tamquam una ex insipientibus mulieribus locuta es. si bona excepimus de manu Domini, mala non tolerabimus? in his omnibus quae contigerunt ei nihil peccauit Iob labiis suis in conspectu Domini. itaque illi Dominus Deus perhibet testimonium dicens: animaduertisti puerum meum Iob? non enim est similis illi quisquam in terris, homo sine querella, uerus Dei cultor. et Tobias post opera magnifica, post misericordiae suae multa et gloriosa praeconia caecitatem luminum passus timens et benedicens in aduersis Deum per ipsam corporis sui cladem creuit ad laudem, quem et ipsum uxor sua deprauare

4 Sir. 2, 1. 4. 5. 12 Iob 1, 21. 18 Iob 2, 10. et 1, 22. 22 Iob 1, 8.

1 conditione *WG* 2 sibi plus *G* quam ceteris *om. O* 4 dicens] quae dicit *V* 5 timore *ex* more *W m. 2* 8 argentum] *add. v*: homines uero receptibiles in camino humiliationis 9 pignorum *WOv* 10 non uictus *om. G* 12 utero matris *Ov* 13 sub terram ibo *O* et *W s. l. m. 2*, *om. v* 14 uisum est] placuit *V* 16 quoque sua *v* 17 dnm̃ *G* quaercella *O* 18 insipientibus *S*, ineptis *OWGv* 19 excepimus *SWV*, excipimus *O*, suscepimus *v*, exsuscepimus *G* cur non *Ov* 20 toleramus *S* 22 dñs ds̃ illi *G* test. perh. *W* 24 homo *om. S* querela *Wv*

temptauit dicens: ubi sunt iustitiae tuae? ecce quae pateris. at ille circa timorem Dei stabilis et firmus et ad omnem tolerantiam passionis fide religionis armatus temptationi uxoris inualidae in dolore non cessit, sed magis Deum patientia maiore promeruit. quem postmodum Raphael angelus conlaudat et dicit: opera Dei reuelare et confiteri honorificum est. nam quando orabas tu et Sarra ego optuli memoriam orationis uestrae in conspectu claritatis Dei: et cum sepelires tu mortuos simpliciter, et quia non es cunctatus exurgere et derelinquere prandium tuum et abisti et condidisti mortuum, et missus sum temptare te: et iterum me misit Deus curare te et Sarram nurum tuam: ego enim sum Raphael, unus ex septem angelis sanctis qui adsistimus et conuersamur ante claritatem Dei.

Hanc tolerantiam iusti semper habuerunt, hanc apostoli disci- 11
plinam de Domini lege tenuerunt non mussitare in aduersis sed quaecumque in saeculo accidunt fortiter et patienter excipere, cum Iudaeorum populus hinc semper offenderit, quod aduersus Deum frequentius murmuraret, sicut testatur in Numeris Dominus Deus dicens: desinat murmuratio eorum a me, et non morientur. murmurandum non est in aduersis, fratres dilectissimi, sed patienter et fortiter quidquid acciderit sustinendum, cum scriptum sit: sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum Deus non despicit. in Deuteronomio quoque monet per Moysen Spi-

1 Tob. 2, 14. 6 Tob. 12, 11 sq. 21 Num. 17, 25. 24 Ps. 50, 19.

2 ad *S* illi *O* 3 tollerantiam *O* et fide *G* timptatione *O* 4 dominum *V* 5 maiore *om. V* 6 releuare *S* et confiteri *om. G* 7 sarra *SOWGV*, sarra nurus tua *v* 9 sepelieres *S*, sepellires *O* simpliciter] similiter *coni. Rigaltius*; *cf. p. 291, 5* 10 quia] quando *G* 11 abiste *O* condisti *SOWG*[1] 12 et *om. Gv* sum *G s. l. m. 2* dn̄s *G* 13 te *W m. 2* 14 raphaelus *O* sanctus *S* 17 in aduersis non musitantes *O* 18 accidunt] aderunt *O* accipere *v* 19 offenderet *S* 20 murmurarent *W*, murmoraret *O ita l. 21, 22* 23 fortiter] firmiter *O* quicquid *W*, si quid *G* accederit *O* 25 contritum] contribulatum *S* 26 despiciet *W* (non despicit deus *G*) moneat *OWGv* spiritus sanctus *om. G*

ritus sanctus et dicit: Dominus Deus tuus uexabit te et famem iniciet tibi, et cognoscetur in corde tuo si bene custodieris praecepta eius siue non, et iterum: temptat Dominus Deus uester uos ut sciat si diligitis Dominum Deum uestrum ex toto corde uestro et ex tota anima uestra.

12 Sic Abraham Deo placuit, quia ut placeret Deo nec amittere filium timuit nec gerere parricidium recusauit. qui filium non potes lege et sortem ortalitatis amittere, quid faceres, si filium iubereris occidere? ad omnia te paratum facere timor Dei et fides debet. sit licet rei familiaris amissio, sit de infestantibus morbis adsidua membrorum et cruenta uexatio, sit de uxore, de liberis, de excedentibus caris funebris et tristis auulsio: non sint tibi offendicula ista sed proelia, nec debilitent aut frangant christiani fidem, sed potius ostendant in conluctatione uirtutem, cum contemnenda sit omnis iniuria malorum praesentium fiducia futurorum bonorum. nisi praecesserit pugna, non potest esse uictoria, cum fuerit in pugnae congressione uictoria, tunc datur uincentibus et corona. gubernator in tempestate dinoscitur, in acie miles probatur. delicata iactatio est, cum periculum non est: *cum est* conflictatio in aduersis, probatio est ueritatis. arbor quae alta radice fundata est uentis incumbentibus non mouetur et nauis quae forti conpage solidata est pulsatur fluctibus nec foratur, et quando area fruges terit, uentos grana fortia et robusta contemnunt inanes paleae flatu portante rapiuntur.

13 Sic et apostolus Paulus post naufragia, post flagella, post carnis et corporis multa et grauia tormenta non uexari sed emen-

1 Deut. 8, 2. 4 Deut. 13, 4.

1 dicat *OWGv* uexauit SG^1 2 cognoscentur W^1, cognuscitur *O* 3 siue non *om. G* 4 uos *om. S, post* temptat *ponit v* diligetis *O* 5 dñ *W s. l. m. 2* 7 quia *SG*, qui *OWv* 8 **qui *S* 9 quid *ex* quod *W m. 2* faceris *O* 10 iuberis W^1 13 carnis *G* funeris *O* 14 sit W^1 offendicula *S*, scandala *OWGv* nec] ne *G* debilitet *S* frangat *S* 15 christianam *recepit Routh* ostendat *S* conluctationem *O* 16 contemnen||sit *S* 18 uictori W^1 19 nauis gubernator *Baluzius,* nam gub. *v* dinuscitur *O* 20 periculum non *om. S* 21 cum est *om. SOWGv, add. Vahlen* ueritatis] uirtutis *v* 23 cumpagae *O* solida *v* 24 fortiora *G* 27 multa grauia *S*

dari se dicit aduersis, ut dum grauius adfligitur uerius probaretur. datus est mihi, inquit, stimulus carnis meae, angelus satanae qui me colafizet ut non extollar. propter quod ter Dominum rogaui ut discederet a me, et dixit mihi: sufficit tibi gratia mea. uirtus enim in infirmitate perficitur. quando ergo infirmitas et inbecillitas et uastitas aliqua grassatur, tunc uirtus nostra perficitur, tunc fides si temptata perstiterit coronatur, sicut scriptum est: uasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio tribulationis. hoc denique inter nos et ceteros interest qui Deum nesciunt, quod illi in aduersis queruntur et murmurant, nos aduersa non auocant a uirtutis et fidei ueritate, sed conprobant in dolore.

14 Hoc quod nunc corporis uires solutus in fluxum uenter euiscerat, quod in faucium uulnera conceptus medullitus ignis exaestuat, quod adsiduo uomitu intestina quatiuntur, quod oculi ui sanguinis inardescunt, quod quorundam uel pedes uel aliquae membrorum partes contagio morbidae putredinis amputantur, quod per iacturas et damna corporum prorumpente languore uel debilitatur incessus uel auditus obstruitur uel caecatur aspectus, ad documentum proficit fidei. contra tot inpetus uastitatis et mortis inconcussis animi uirtutibus congredi quanta pectoris magnitudo est, quanta sublimitas in ruinis humani generis stare rectum nec cum eis quibus spes in Deum nulla est iacere prostratum et gratulari magis et temporis munus amplecti, quod dum nostram fidem firmiter promimus et labore tolerato ad

2 II Cor. 12, 7 sq. 9 Sir. 27, 5.

1 in aduersis *G*, aduersus *O*¹ comprobetur *v* 2 inquit mihi *G* 3 colaphicet *v* 4 dñ *O* rogaui *W s. l. m. 2* 5 nam uirtus *OWGv* 6 perficetur *O* 7 et inbecillitas *om. S* 8 temptata si *G* persteterit coronabitur *O* 13 conprobant] corroborant *v* 14 uiris *S* ** in *G* (et *eras.*) fluxu *S* 15 uulnere *O* 16 oculis *O* 18 morbide putridinis *O* 19 iactura *S* corporumpente *O*¹ (po *eras. m. 2*) 20 obiruitur *S*, obstituitur *O* asspectus *G* 21 uastitas *O*, uastationis *v* 22 inconcussi *v* concredi *OG*¹ 23 est et *WG* in ruinis *S*, inter ruinas *OWGv* generis humani *v* 24 rectum *SOWGV*, erectum *v* spes *ex* sps *G m. 2* 25 et *S*, *om. OWGv* magis oportet *v* 26 cum *S* firmiter] fortiter *v* promemus *O*

Christum per angustam Christi uiam pergimus, praemium uiae eius et fidei ipso iudicante capiamus. mori plane timeat, sed qui ex aqua et spiritu non renatus gehennae ignibus mancipatur. mori timeat qui non Christi cruce et passione censetur. mori timeat qui ad secundam mortem de hac morte transibit. mori timeat quem de saeculo recedentem perennibus poenis aeterna flamma torquebit. mori timeat cui hoc mora longiore confertur, ut cruciatus eius et gemitus interim differatur.

15 Multi ex nostris in hac mortalitate moriuntur, hoc est multi ex nostris de saeculo liberantur. mortalitas ista Iudaeis et gentibus et Christi hostibus pestis est, Dei seruis salutaris excessus est. hoc quod sine ullo discrimine generis humani cum iniustis moriuntur et iusti, non est quod putetis malis et bonis interitum esse communem. ad refrigerium iusti uocantur, ad supplicium rapiuntur iniusti: datur uelocius tutela fidentibus, perfidis poena. inprouidi et ingrati sumus, fratres dilectissimi, ad beneficia diuina nec quid nobis conferatur agnoscimus. excedunt ecce in pace tutae cum gloria sua uirgines uenientes antichristi minas et corruptelas et lupanaria non timentes. pueri periculum lubricae aetatis euadunt, ad continentiae adque innocentiae praemium feliciter ueniunt. tormenta iam non timet delicata matrona metum persecutionis et manus cruciatusque carnificis moriendi celeritate lucrata. pauore mortalitatis et temporis accenduntur trepidi, constringuntur remissi, excitantur ignaui, desertores conpelluntur ut redeant, gentiles coguntur ut credant. uetus fidelium populus ad quietem uocatur, ad aciem recens et copiosus exercitus robore

1 uiae *SGO*, uitae *Wv* 2 eius *om. W* 5 hac] ac *S* mortem *O* 6 recidente *S* 7 torqueret *S* conferatur *G* 8 differantur *G* 10 de saeculo *om. O* ista ut *v* gentilibus *WGv* 11 et] id est *fort.* hostilibus *G*[1] dei *SOWGV*, ita dei *v* 12 discrimen *O* iniustis *ex* iustis *G m. 2* 13 putatis *G* bonis et malis *Gv* 14 ad (*ante* supplicium) *W s. l. m. 2* 15 perfides *O* 16 diuina beneficia *v* 17 nec quid] nequid *G* agnuscimus *O* 18 tutae] astutae *S s. l.* sua *om. O* uenientes *SOG*[1], preuenientes *G*[2], uenientis *Wv* antechristi *O. om. S* ad *minas *S* 20 continentiae adque *om. G* adque innocentiae *om. S* 21 ueniunt *SOWGV*, perueniunt *v* dilicata *O*, deligata *G* metu *S* 22 celebritate *G* 23 et *delendum uel* temporis *in* terroribus *mutandum censet Routh* trepidi *SV*, tepidi *OWGv* 24 ignaui *W s. l. m. 2* 25 redeant] reat *S* fidelium] credentium *O* 26 uocatur *om. G* robore] labore *O*

fortiore colligitur pugnaturus sine metu mortis, cum proelium uenerit, qui ad militiam tempore mortalitatis accedit.

Quid deinde illud, fratres dilectissimi, quale est, quam per- 16
tinens, quam necessarium, quod pestis ista et lues quae horribilis et feralis uidetur explorat iustitiam singulorum et mentes humani generis examinat, an infirmis seruiant sani, an propinqui cognatos pie diligant, an misereantur seruorum languentium domini, an deprecantes aegros non deserant medici, an feroces uiolentiam suam conprimant, an rapaces auaritiae furentis insatiabilem semper ardorem uel metu mortis extinguant, an ceruicem flectant superbi, an audaciam leniant inprobi, an pereuntibus caris uel sic aliquid diuites largiantur et donent sine herede morituri. ut nihil aliud mortalitas ista contulerit, hoc christianis et Dei seruis plurimum praestitit quod martyrium coepimus libenter adpetere, dum mortem discimus non timere. exercitia sunt nobis ista, non funera: dant animo fortitudinis gloriam, contemptu mortis praeparant ad coronam.

Sed fortasse aliquis opponat et dicat: ʻhoc me ergo in prae- 17
senti mortalitate contristat quod qui paratus ad confessionem fueram et ad tolerantiam passionis toto me corde et plena uirtute deuoueram martyrio meo priuor, dum morte praeuenior'. primo in loco non est in tua potestate sed in Dei dignatione martyrium. nec potes te dicere perdidisse quod nescis an merearis accipere. tunc deinde Deus scrutator est renis et cordis et occultorum contemplator et cognitor, uidet et conlaudat te et conprobat et qui perspicit aput te paratam fuisse uirtutem reddit pro uirtute mercedem. numquid Cain cum Deo munus offerret iam peremerat fratrem? et tamen parricidium mente conceptum Deus prouidus ante damnauit. ut illic cogitatio mala et perniciosa conceptio Deo

3 illud *om. O* 4 illa *O* 5 et feralis *om. W* explorati *S* mentis *O* 6 examinant *S* an *prius om. S* 7 pie *om. G* miserantur *O* 8 deferant *G*¹ 9 furentes *S* 10 extingunt *S*¹, extinguat *G*¹ 12 diuites indigentibus *Baluzius* 14 prestat *G* 16 ista nobis *G* 21 martyrio *G sed in marg.*: de martyrio 23 potest *SW*¹ te *om. S* 24 dein *W*¹ scrutatur *O* est *om. v* et cordis *om. O* contemplator est *WO* 25 et *om. O* et conlaudat te *S*, te et laudat *OWGv* 26 reddit *WO (legi nequit in S)*, reddet *Gv* 27 perimerat *WG*¹ 28 concoeptum *G* 29 perniciosa *OWG*, periculosa *S*

prouidente prospecta est, ita et in Dei seruis, aput quos confessio cogitatur et martyrium mente concipitur, animus ad bonum deditus Deo iudice coronatur. aliud est martyrio animum deesse, aliud animo defuisse martyrium. qualem te inuenit Dominus cum uocat talem pariter et iudicat, quando ipse testetur et dicat: et scient omnes ecclesiae quia ego sum scrutator renis et cordis. nec enim sanguinem Deus nostrum sed fidem quaerit. nam nec Abraham nec Isaac nec Iacob occisi sunt, sed tamen fidei ac iustitiae meritis honorati inter patriarchas primi esse meruerunt: ad quorum conuiuium congregatur quisque fidelis et iustus et laudabilis inuenitur.

18 Meminisse debemus uoluntatem nos non nostram sed Dei facere debere secundum quod nos Dominus cottidie iussit orare. quam praeposterum est quamque peruersum, ut cum Dei uoluntatem fieri postulemus, quando euocat nos et arcessit de hoc mundo Deus, non statim uoluntatis eius imperio pareamus! obnitimur et reluctamur et peruicacium more seruorum ad conspectum Domini cum tristitia et maerore perducimur exeuntes istinc necessitatis uinculo, non obsequio uoluntatis: et uolumus ab eo praemiis caelestibus honorari ad quem uenimus inuiti. quid ergo oramus et petimus ut adueniat regnum caelorum, si captiuitas terrena delectat? quid precibus frequenter iteratis rogamus et poscimus ut adceleret dies regni, si maiora desideria et uota potiora sunt seruire istic diabolo quam regnare cum Christo?

19 Denique ut manifestius diuinae prouidentiae indicia clarescerent quod Dominus praescius futurorum suis consulat ad ueram salutem, cum quidam de collegis et consacerdotibus nostris infir-

6 Apoc. 2, 23.

1 praeuidente *OG* prospecta *OWG* (*in S syllaba* pro *euanuit*), perspecta *Goldhorn* 2 mente bene *G* 3 est enim *v* martyrum *O* deesse] defuisse *V* 4 inuenerit *V* deus *W* 5 talem *W s. l. m. 2* iudicit *O* quando . . . dicat *om. O* testatur *WG* dicit *G* 7 deus sanguinem *v* 7 quaerit sed fidem *v*, desiderat sed fidem quaerit *Baluzius* 8 sed *SO*, et *WGv* 10 quisq. *OW*, quisquis *Gv*, quisq*uis *S* 12 dei *om. S* 13 cottidie] quottidie facere debere *S* 14 cum *W s. l. m. 2* 15 postulamus *G* accersit *WG* 16 non] nos *S* uoluntati eius et *O* obnitimus *O* 17 dei *G* 18 merore *SWG* euntes *G* 19 uolimus *W* 22 et poscimus *om. G* 23 celerat *W* desideraria *S*[1] 26 consolat *O*

mitate defessus et de adpropinquante morte sollicitus commeatum sibi precaretur, adstitit deprecanti et iam paene morienti iuuenis honore et maiestate uenerabilis, statu celsus et clarus aspectu et quem adsistentem sibi uix possit humanus aspectus oculis carnalibus intueri, nisi quod talem uidere iam poterat de saeculo recessurus. adque ille non sine quadam animi et uocis indignatione infremuit et dixit: 'pati timetis, exire non uultis, quid faciam uobis?' increpantis uox et monentis, qui de persecutione sollicitus, de arcessitione securus non consentit ad praesens desiderium sed consulit in futurum. audiuit frater noster et collega moriturus quod ceteris diceret. nam qui moriturus audiuit, ad hoc audiuit ut diceret: audiuit non sibi ille sed nobis. nam quid disceret iam recessurus? didicit immo remanentibus, ut dum sacerdotem qui commeatum petebat increpitum esse conperimus, quid cunctis expediat nosceremus.

Nobis quoque ipsis minimis et extremis quotiens reuelatum **20**
est, quam frequenter adque manifeste de Dei dignatione praeceptum est, ut contestarer adsidue, ut publice praedicarem fratres nostros non esse lugendos arcessitione dominica de saeculo liberatos, cum sciamus non amitti sed praemitti, recedentes praecedere, ut proficiscentes, ut nauigantes solent, desiderari eos debere, non plangi nec accipiendas esse hic atras uestes, quando illi ibi indumenta alba iam sumpserint, occasionem dandam non esse gentilibus, ut nos merito ac iure reprehendant, quod quos uiuere aput Deum dicimus ut extinctos et perditos lugeamus et fidem quam sermone et uoce depromimus cordis et pectoris testimonio non probemus. spei nostrae et fidei praeuari-

1 de *om. S* morte *SOWGV*, iam morte *v* 2 deprecaretur *S* etiam *W*, et *O* moriente *O* 3 uenerabiles *S* 4 posset *v* 8 uox est *v* sollicitis *v* 9 accersitione *OW*, accersione *G* securis *v* 12 *alterum* audiuit *om. S recte si correxeris* diceret *in* disceret 13 discere *O*, sibi disceret *v* immo *SOWGV*, imo nobis *v* manentibus *W* 15 expeteat *O* agnosceremus *v* 16 et *om. G* 17 adquē *O* de dei] dedi *O* 18 est *om. O* ut publice *SOWGV*, et p. *v* 19 accersitione *WGV* 20 non *SWG¹VO*, eos non *G²*, non eos *v* 21 et (*pro* ut) nauigantes *S* desiderare *G¹* 23 ibi *om. S* occansionem *SG¹O* 24 iam non *G* 25 extenctos *S* et *ex* ut *G m. 2* 26 luceamus *O* per fidem *O* uocie *O* et cordis et *G* 27 testimonium *O* et] ac *v*

catores sumus, si simulata, si ficta, si fucata uidentur esse quae dicimus. nihil prodest uerbis praeferre uirtutem et factis destruere ueritatem.

21 Inprobat denique apostolus Paulus et obiurgat et culpat, si qui contristentur excessu suorum. nolumus, inquit, ignorare uos, fratres, de dormientibus, ne contristemini sicut et ceteri qui non habent spem. si enim credimus quia Iesus mortuus est et resurrexit, sic et Deus eos qui dormierunt in Iesu adducet cum eo. eos contristari dicit in excessu suorum qui spem non habent. qui autem spe uiuimus et in Deum credimus et Christum passum esse pro nobis et resurrexisse confidimus in Christo manentes et per ipsum adque in ipso resurgentes quid aut ipsi recedere istinc de saeculo nolumus aut nostros recedentes quasi perditos lugemus et dolemus? ipso Christo Domino et Deo nostro monente et dicente: ego sum resurrectio. qui credit in me, licet moriatur, uiuet et omnis qui uiuit et credit in me non morietur in aeternum. si in Christo credimus, fidem uerbis et promissis eius habeamus: ut non morituri in aeternum ad Christum, cum quo et uicturi et regnaturi semper sumus, laeta securitate ueniamus.

22 Quod interim morimur, ad inmortalitatem morte transgredimur nec potest uita aeterna succedere, nisi hinc contigerit exire. non est exitus iste sed transitus et temporali itinere decurso ad aeterna transgressus. quis non ad meliora festinet? quis non mu-

5 I Thess. 4, 13 sq. 16 Io. 11, 25 sq.

1 si simulata *G*, simulata *OSWv* si ficta si *S*, ficta *OWG*¹*v*, et ficta ac *G*² fugata *O* 2 proferre *WO* 3 distruere *WO* 4 inprobat] increpat *Baluzius*, improperat *coni. Oxon.* 5 quis contristatur *G* excessu *SOWGV*, in excessu *v* nolimus *W*² 6 uos *om. G* ne *SOWGV*, ut non *v* 7 et *om. S* spem non habent *v* 8 ihs mortuus est *OWG*, mortuus est dms *S*; *cf. test. III 58* deus eos *expunctum in G* 9 dormient *G* adducet] resurgent *G* eo] illo *v* contristare *O* 10 in *om. V* habeant *G*²*O* 12 per] sic statim per *O* 13 quid] qui *S* stinc *S* 14 nolimus *W* lugemus et *S*, plangimus ac *OWGv* 15 monentem et dicentem *O* et] ac *v* 16 resurrectio et uita *v* 17 uiuit *GV* omnes *O* 18 moritur *O* christum *OWv* si fidem *Baluzius* 19 eius et promissis *G* ut *O*, et *SWGv* moriemur *Wv* 20 et (*ante* uicturi) *om. WG* 23 contingerit *SW* 24 iteneri *S*, itenere *O* decursu *O* 25 uenire festinet *S*

tari et reformari ad Christi speciem et ad caelestis gratiae dignitatem citius exoptet? Paulo apostolo praedicante, nostra autem conuersatio, inquit, in caelis est, unde et Dominum expectamus Iesum Christum qui transformabit corpus humilitatis nostrae conformatum corpori claritatis suae. tales nos futuros et Christus Dominus pollicetur, quando ut cum illo simus et cum illo in aeternis sedibus adque in regnis caelestibus gaudeamus patrem pro nobis precatur dicens: pater, quos mihi dedisti uolo ut ubi ego sum et ipsi sint mecum et uideant claritatem quam mihi dedisti priusquam mundus fieret. uenturus ad Christi sedem, ad regnorum caelestium claritatem lugere non debet et plangere sed potius secundum pollicitationem Domini, secundum fidem ueri in profectione hac sua et translatione gaudere.

23 Sic denique inuenimus et Enoch translatum esse qui Deo placuit, sicut in Genesi testatur et loquitur scriptura diuina: et placuit Enoch Deo et non est inuentus postmodum, quia Deus illum transtulit. hoc fuit placuisse in conspectu Dei de hoc contagio saeculi meruisse transferri. sed et per Salomonem docet Spiritus sanctus eos qui Deo placeant maturius istinc eximi et citius liberari, ne dum in isto mundo diutius inmorantur mundi contactibus polluantur: raptus est [inquit] ne malitia mutaret intellectum illius. placita enim erat Deo anima eius. propter hoc properauit educere eum de media iniquitate. sic et in psalmis ad Deum

2 Phil. 3, 20 sq. 9 Io. 17, 24. 17 Gen. 5, 24. 23 Sap. 4, 11, 14.

1 transformari *Baluzius* gratiae] gloriae *v* 2 citius *SOWGV*, uenire citius *v* praedicante et dicente *v* 3 in caelis est] caelestis *G* 4 transformauit *SWGO* 5 comformatum *S*, configuratum *v* 6 futuros *om. G* pollicitur *O* 7 ut] et *G* sumus *SG* cum] cum in *G* sedibus *SWGV*, sedibus uiuamus *Ov* adq. in r. cael. *om. G* 9 sum *S*, fuero *OWGv* 10 et ipsi sint *ex* ipsint *W m. 2* 13 et] nec *v* 14 ueri] ueritatis *v*, uerbi *aliquot codices*, uerbi ueritatis *reponendum censet Routh* professione *S* hac *om. S* translationem gauderes *O* 20 sed] sic *Krabinger* 21 salamonem *O* placent G^1 22 stinc *S* inmorantur *W s. l. m. 2* 23 contagionibus *W* inquit *om. SWGO* 25 eius] illius *S* 26 de media iniquitate educere illum *O* dominum S^1*v*

properat spiritali fide Deo suo anima deuota, sicut scriptum est: quam dilectissimae habitationes tuae, Deus uirtutum. desiderat et properat anima mea ad atria Dei.

24 Eius est in mundo diu uelle remanere quem mundus oblectat, quem saeculum blandiens adque decipiens inlecebris terrenae uoluptatis inuitat. porro cum mundus oderit christianum, quid amas eum qui te odit et non magis sequeris Christum qui te et redemit et diligit? Iohannes in epistula sua clamat et loquitur et ne carnalia desideria sectantes mundum diligamus hortatur. nolite, inquit, diligere mundum neque ea quae in mundo sunt. si qui dilexerit mundum, non est caritas patris in illo: quia omne quod in mundo est concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et ambitio saeculi quae non est a patre sed ex concupiscentia mundi. et mundus transibit et concupiscentia eius: qui autem fecerit uoluntatem Dei manet in aeternum, quomodo et Deus manet in aeternum. potius, fratres dilectissimi, mente integra, fide firma, uirtute robusta parati ad omnem uoluntatem Dei simus, pauore mortis exclusi immortalitatem quae sequitur cogitemus. hoc nos ostendamus esse quod credimus, ut nec carorum lugeamus excidium et cum arcessitionis propriae dies uenerit incunctanter et libenter ad Dominum ipso uocante ueniamus.

25 Quod cum semper faciendum fuerit Dei seruis, nunc fieri multo magis debet corruente iam mundo et malorum infestantium turbinibus obsesso, ut qui cernimus coepisse iam grauia et scimus inminere grauiora lucrum maximum conputemus, si istinc ue-

2 Ps. 83, 2 sq. 10 I Io. 2, 15 sq.

1 de deo *G* sicut scriptum est] dicens *v* 3 atria] altaria *G* dñi *O* 4 manere *G* 5 uoluntatis *S* 8 iohannis *O* 11 si quis *GOv* 12 in *om. W* 13 concupiscentia c. e. et *om. S* 14 saeculi *S*, mundi *WGO* quae...mundi *om. O* ex] et *G* 15 mundi est *S* 17 manebit *OW* quomodo...aeternum *om. S* et d̃s m. in aeternum *ponit inter* dilectissimi *et* mente *O* 18 et fide *W* 19 dei uoluntatem dei *W* sumus *S* 20 pauore dī S^{1} exclusi *S*, exclusio *O*, excluso *WGv* 21 hoc *W s. l. m. 2* credemus *S* neque *v* 22 excidium *S*, excessum *OWGv* accersitionis *W*, accersionis *G* proprie W^{2} 23 et libenter *om. S* 27 stinc *S*, de saeculo *O* uelocius *OWGv*

lociter recedamus. si in habitaculo tuo parietes uetustate nutarent, tecta desuper tremerent, domus iam fatigata, iam lassa aedificiis senectute labentibus ruinam proximam minaretur, nonne omni celeritate migrares? si nauigante te turbida et procellosa tempestas fluctibus uiolentius excitatis praenuntiaret futura naufragia, nonne portum uelocius peteres? mundus ecce nutat et labitur et ruinam sui non iam senectute rerum sed fine testatur: et tu non Deo gratias agis, non tibi gratularis quod exitu maturiore subtractus ruinis et naufragiis et plagis imminentibus exuaris?

Considerandum est, fratres dilectissimi, et identidem cogi- **26**
tandum renuntiasse nos mundo et tamquam hospites et peregrinos hic interim degere. amplectamur diem qui adsignat singulos domicilio suo, qui nos istinc ereptos et laqueis saecularibus exsolutos paradiso restituit et regno. quis non peregre constitutus properet in patriam regredi? quis non ad suos nauigare festinans uentum prosperum cupidius optet, ut uelociter caros liceat amplecti? patriam nos nostram paradisum conputamus, parentes patriarchas habere iam coepimus: quid non properamus et currimus, ut patriam nostram uidere, ut parentes salutare possimus? magnus illic nos carorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos et copiosa turba desiderat iam de sua incolumitate secura, adhuc de nostra salute sollicita. ad horum conspectum et conplexum uenire quanta et illis et nobis in commune laetitia est, qualis illic caelestium regnorum uoluptas sine timore moriendi et cum aeternitate uiuendi quam summa et perpetua felicitas! illic apostolorum gloriosus chorus, illic prophe-

1 suo *O* parietis *S* nutent *W* 4 te *om. W* 6 uelocius *SV*, uelociter *OWGv* 7 sed] quam *G* 8 deo non *G* gratulares O^1 maturore *S* 9 et ruinis et *G* plagus *O* 10 exuaris] eximaris *recepit Routh; cf. p. 328, 10* exutus 11 identidem] idem *S* 13 hic] istic *v* tegere *W* diem qui] diemq. *S* 14 istinc] string *S* 15 regno *SOWG et August. (contra duas epist. Pel. IV, 8, 22)*, regno coelorum *v* 16 properaret *OWv* 17 optaret *OWv* ut] et *O* liceret *Gv*, liciret *O* 18 nos *om. OGv* conputemus *O* 20 ut parentes OWG^1, et p. SG^2 21 illic *om. O* 22 incolumitate secura *SOWGV et August. (de praedest. sanctorum c. 14, 28)*, immortalitate secura et *v* 24 nobis et illis *O* 25 uoluntas *SGO* 26 aeternitatem *S* summam S^1 27 illic...chorus *om. O*

tarum exultantium numerus, illic martyrum innumerabilis populus ob certaminis et passionis gloriam et uictoriam coronatus, triumphantes uirgines quae concupiscentiam carnis et corporis continentiae robore subegerunt, remunerati misericordes qui alimentis et largitionibus pauperum iustitiae opera fecerunt, qui dominica praecepta seruantes ad caelestes thesauros terrena patrimonia transtulerunt. ad hos, fratres dilectissimi, auida cupiditate properemus, ut cum his cito esse, ut cito ad Christum uenire contingat optemus. hanc cogitationem nostram Deus uideat, hoc propositum mentis et fidei Christus aspiciat daturus eis caritatis suae ampliora praemia quorum circa se fuerint desideria maiora.

1 numerus gloriosus *S; malim igitur* num. copiosus 2 gloriam et *om OWGv* 3 uirgines *SOWGV*, illic uirgines *v* quae *W s. l. m. 2* continentiam *G* 4 roboris subigerunt *S* alimentis] lamentis *W* 5 et *om. S* iustitiae] iusta *W* 6 thensauros *SW*, thesaurus *O* 7 hos] hoc *S* 8 esse possimus *G* 9 optamus *G*[1] nostram *om. O* 10 dominus christus *Ov* claritatis *W*, gloriae *v* CAECILI CYPRIANI DE MORTALITATE EXPLICIT (EXPLECIT *O*) *SWO*, EXPLICIT EPISTL CECILI CIPRIANI DE MORTALITATE *G*

VIIII.

THASCI CAECILI CYPRIANI
AD FORTVNATVM
(DE EXHORTATIONE MARTYRII).

S = codex Seguierianus; deest in eo praefatio et c. 1—4 p. 325, 4.
W = codex Würzeburgensis.
R = codex Reginensis.
M = codex Monacensis.
B = codex Bambergensis.
V = codex Veronensis.

Codices *MB* ad recensenda ea quae in *S* desunt adhibui.

AD FORTVNATVM.

Desiderasti, Fortunate carissime, ut quoniam pressurarum 1
et persecutionum pondus incumbit et in fine adque in consummatione mundi antichristi tempus infestum adpropinquare iam coepit, ad praeparandas et corroborandas fratrum mentes de diuinis scripturis hortamenta conponerem quibus milites Christi ad spiritale et caeleste certamen animarem. obtemperandum fuit desiderio tuo tam necessario, ut quantum sufficit mediocritas nostra auxilio diuinae inspirationis instructa quasi arma ac munimenta quaedam pugnaturis fratribus de praeceptis dominicis promerentur. parum est enim quod Dei plebem classico nostrae uocis erigimus, nisi credentium fidem et dicatam Deo deuotamque uirtutem diuina lectione firmemus.

Quid autem potius aut maius curae nostrae ac sollicitudini con- 2
gruit quam commissum nobis diuinitus populum et exercitum in castris caelestibus constitutum aduersus diaboli tela et iacula exhortationibus adsiduis praeparare? neque enim idoneus potest esse miles ad bellum qui non exercitatus in campo prius fuerit, aut qui agonisticam coronam quaerit adipisci in stadio coronabitur, nisi usum et peritiam uirium ante meditetur. aduersarius uetus est et hostis antiquus cum quo proelium gerimus. sex milia annorum iam paene conplentur, ex quo hominem diabolus inpugnat. omnia genera temptandi et artes adque insidias dei-

INCIPIT AD FORTVNATVM (DE EXHORTATIONE MARTYRVM *add. B*, AMEN *add. R*) *WRMB*, AD FORTVNATVM DE EXHORTATIONE MARTYRII *v*   2 desiderasti f. char. nobis ut quõ *R s. l. m. rec.*   pressure *B* (persecutionum et pressurarum *v*)   3 consummationem *R*   4 iam] nunc *v*   6 componere *RB*   7 coeleste et spiritale *v*   animarum *R*   9 instructa] inistincta *R*   monumenta *M*   15 quam] ut *B*, quam ut *v*   17 praeparemus *Wv*   18 prius in campo *v*   21 anticus *R*   proelium] bellum *B*   cottidie gerimus *M*²   22 poene *W*

ciendi usu ipso uetustatis edidicit. si inparatum inuenerit Christi militem, si rudem, si non sollicito ac toto corde uigilantem, circumuenit nescium, fallit incautum, decipit inperitum. si uero quis dominica praecepta custodiens et fortiter Christo adhaerens contra eum steterit, uincatur necesse est, quia Christus quem confitemur inuictus est.

3 Ac ne in longum sermonem meum extenderem, frater carissime, et audientem uel legentem stili latioris copia fatigarem, conpendium feci, ut propositis titulis quos quis et nosse debeat et tenere capitula dominica subnecterem et id quod proposueram diuinae lectionis auctoritate solidarem, ut non tam tractatum meum uidear tibi misisse quam materiam tractantibus praebuisse. quae res in usum singulis proficit utilitate maiore. nam si confectam et paratam iam uestem darem, uestis esset mea qua alius uteretur et forsitan non pro habitudine staturae et corporis res alteri facta minus congruens haberetur: nunc uero de agno per quem redempti ac uiuificati sumus lanam ipsam et purpuram misi. quam cum acceperis tunicam tibi pro uoluntate conficies et plus ut in domestica tua adque in propria ueste laetaberis et ceteris quoque, ut conficere et ipsi pro arbitrio suo possint, quod misimus exhibebis, ut uetere illa nuditate contecta perferant omnes indumenta Christi caelestis gratiae sanctificatione uestiti.

4 Nec non et illud consilium, frater carissime, utile et salubre prospexi in exhortatione tam necessaria quae martyras faciat amputandas esse uerborum nostrorum moras et tardidates adque ambages sermonis humani subtrahendas, ponenda illa sola quae Deus loquitur, quibus seruos suos ad martyrium Christus hortatur. praecepta ipsa diuina uelut arma pugnantibus suggerenda sunt. illa sint militaris tubae hortamenta. illa pugnantibus clas-

1 christi milite *B*, militem christi *v* 2 si non] nisi non *R* sollicito *WMRBV*, sollicitum *v* 4 christi uestigiis *v* 5 uincatur] hostis *add. M*², uindicatur *W*¹ quia *ex* qua *R* 6 confitetur *Bv* 7 frs̃ kmĩ *R* 11 tractum *R* 14 darem] misissem *V* qua] quam *R* 15 *primum* et *om. R* res] *cf. p. 13. 2* 16 alteris *B* 18 uoluntatem *R* conficiens *B* 19 ut *W s. l. m. 2* laetaueris *W* 21 missimus *W saepius* ut ueteri *ex* et uetere *M m. 2* praeferant *fort.; cf. indicem* 22 caelesti *W* 23 et *om. R* frs̃ kmĩ *R* 24 in] ut *R* tam] iam *B* martyres *r* 26 sola illa *v* 27 christi *R* 28 ipsa *M s. l. m. 2* 29 sunt] sint *M*¹

sica. inde aures erigantur, inde instruantur mentes, inde et animi et corporis uires ad omnem passionis tolerantiam roborentur. nos tantum qui Domino permittente primum baptisma credentibus dedimus ad aliud quoque singulos praeparemus insinuantes et docentes hoc esse baptisma in gratia maius, in potestate sublimius, in honore pretiosius, baptisma in quo angeli baptizant, baptisma in quo Deus et Christus eius exultant, baptisma post quod nemo iam peccat, baptisma quod fidei nostrae incrementa consummat, baptisma quod nos de mundo recedentes statim Deo copulat. in aquae baptismo accipiuntur peccatorum remissa, in sanguinis corona uirtutum. amplectenda res est et optanda et omnibus postulationum nostrarum precibus expetenda. ut qui serui Dei fuimus simus et amici.

In exhortandis itaque ac parandis fratribus nostris et uirtutis 5
ac fidei firmitate ad praeconium dominicae confessionis adque ad proelium persecutionis et passionis armandis primo in loco dicendum est:

I. Idola deos non esse quae homo sibi faciat — neque enim quae fiunt factore suo et fabricatore maiora sunt, aut protegere et seruare quemquam possunt quae ipsa de templis suis pereunt, nisi ab homine seruentur — sed nec elementa colenda esse quae homini secundum dispositionem et praeceptum Dei seruiunt.

II. Destructis idolis et elementorum ratione monstrata ostendendum Deum solum colendum esse.

III. Tunc addendum quae comminatio Dei sit aduersus eos qui idolis sacrificant.

1 bistruantur mente* *R* 4 insinuantes] instruentes *V* 7 dn̄s *R* 8 iam nemo *M* 10 aquae] quae *R* accipitur *MRv* 11 sanguinis] baptismo *add. M² et Baluzius* est *om. MRB* 12 expectenda *RB* 13 fuimus *WMRBV*, sumus *v* 14 parandis *WM¹RBV*, praeparandis *M²v* uirtutis] ueritatis *M, sed s. l. m. 2*: unitatis 15 firmitatem *M* ad preconium *ex* preconio *M m. 2* ad proelium *ex* proelio *M m. 2* 16 secutionis *R* et *om. M* passionis *M s. l. m. 2* in *om. R* 18 facit *v* 19 quae] que *M s. l. m. 2* fabricatorem *R* 20 et] aut *v* 22 esse] esse uice deorum *R et Oxon.* 23 dei et praeceptum deseruiunt *B* 24 rationem *R* 26 addendum esse *M* 27 sacrificans *R*

IIII. Praeterea docendum non facile ignoscere Deum idololatris.

V. Et quod sic idololatriae indignetur Deus, ut praeceperit etiam eos interfici qui sacrificare et seruire idolis suaserint.

VI. Subiungendum post haec quod redempti et uiuificati Christi sanguine nihil Christo praeponere debeamus, quia nec ille quicquam nobis praeposuerit et ille propter nos mala bonis praetulerit, paupertatem diuitiis, seruitutem dominationi, mortem inmortalitati, nos contra in passionibus nostris paupertati saeculari paradisi diuitias et delicias praeferamus, dominatum et regnum aeternum temporariae seruituti, immortalitatem morti, Deum et Christum diabolo et antichristo.

VII. Insinuandum quoque ne erepti de faucibus diaboli et laqueis saeculi liberati, si in angustiis et pressuris esse coeperint, regredi denuo ad saeculum uelint et perdant quod euaserint.

VIII. Insistendum potius esse et perseuerandum in fide et uirtute et caelestis ac spiritalis gratiae consummatione, ut ad palmam et coronam possit perueniri.

VIIII. Ad hoc enim pressuras et persecutiones fieri ut probemur.

X. Nec timendas esse iniurias et poenas persecutionum, quia maior est Dominus ad protegendum quam diabolus ad inpugnandum.

XI. Ac ne expauescat quis et conturbetur ad pressuras et persecutiones quas patimur in isto mundo, probandum ante praedictum esse quod nos mundus odio habiturus esset et quod persecutiones aduersum nos excitaret, ut

1 idolatriae *B*, idolatria *R* 3 quod sic] quos *R* idolatriae *WMRB* 5 suasserint *W* 6 subiungendum etiam *V* et] ac *v* 8 nobis quicquam *B* illic *B* 10 dominationis *B* inmortalitatis *M*[1], inmortali *B* nos] non *B* 11 nostris *W s. l. m. 2* dilicias et diuitias *W* 12 praeponamus *V* 14 antichristum *B* 16 de laqueis *RMv* si] sit *R* 17 ad s. denuo *M* 19 in] et in *B* 20 et *W s. l. m. 2* spiritaliter *R* consummationem *R* 22 enim *om. M* probemur] prohibemur *M* 24 quia] qua *R*[1] 27 ad persecutiones *W* 29 quod *R s. l.* excitaret ut] excitaretur *R*

ex hoc ipso quod haec fiant manifesta sit fides diuinae pollicitationis in mercedibus et praemiis postmodum secuturis, nec nouum quid accidat christianis, quando ab initio mundi boni laborauerint et oppressi adque occisi sint iusti ab iniustis.

XII. In nouissima parte ponendum quae spes et quae merces maneat iustos et martyras post conflictationes huius temporis et passiones.

XIII. Et quod plus accepturi simus in passionis remuneratione quam quod hic sustinemus in ipsa passione.

Qvod idola dii non sint et qvod nec elementa vice deorvm colenda sint.

In psalmo CXXXIIII: idola gentium argentum et aurum, opus manuum hominum. os habent et non loquuntur, oculos habent et non uident, aures habent et non audiunt: neque enim est spiritus in ore eorum. 1

13 Ps. 134, 15 sq.

1 haec *W s. l. m. 2* diuina *R* 2 pollicitationibus *R* securis *R*[1] 4 boni *om. W* 5 iusti *om. Wv* 6 ponendum est *v* quae (*ante* merces) *om. RB* 7 iustis *M* martyres *Bv*, martyribus *M* 9 XIII *om. Bv* sumus *RB* 10 ipsa *om. R* 11 deidola *R* elementa mundi *M* 12 sint] ostenditur *add. v*, habes *Costerius* 13 CXXXIIII] CXXXIII *WB*, CXIII *v; cf. Ps. 113, 12* 14 opus *WMRBV*, opera *v* manu *M*[1] loquentur *M* 16 audient *M*, audiunt nares habent et non odorabunt manus habent et non palpabunt non clamabunt in gutture suo neque in ore eorum *B* eorum] ipsorum *v*

similes sint illis omnes qui faciunt ea. item in Sapientia Salomonis: omnia idola nationum aestimauerunt deos, quibus neque oculorum uisus est ad uidendum neque nares ad percipiendum spiritum neque aures ad audiendum nec digiti in manibus ad tractandum, sed et pedes eorum pigri ad ambulandum. homo enim fecit illos et qui spiritum mutuatus est is finxit illos. nemo autem sibi similem homo poterit deum fingere: cum sit enim mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. melior est autem ipse his quos colit, quoniam ipse quidem uixit, illi numquam. item in Exodo: non facies tibi idolum nec cuiusquam similitudinem. item aput Salomonem [de elementis]: neque opera adtendentes agnouerunt quis esset artifex, sed aut ignem aut spiritum aut citatum aerem aut gyrum stellarum aut nimiam aquam aut solem aut lunam deos putauerunt: quorum si propter speciem hoc aestimauerunt, sciant quanto his Dominus sit speciosior: aut si uirtutes et opera eorum mirati sunt, intellegant ab ipsis quoniam qui haec constituit fortia fortior est illis.

Qvod devs solvs colendvs sit.

2 Sicut scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis et illi soli seruies. item in Deuteronomio: non erunt tibi dii alii absque me. item illic: uidete, uidete quoniam ego sum, et non est Deus praeter me. ego in-

2 Sap. 15, 15 sq. 12 Ex. 20, 4. 13 Sap. 13, 1 sq. 23 Deut. 6, 13. 24 Ex. 20, 3. 25 Deut. 32, 39.

1 sint illis *WBV*, illis sint *R*, illis fiant *Mv* omnes *W*, hi *M*, *om. RBv* 3 nec *W* osculorum *R*¹ uisus *V*, usus *WMRBv* 4 spiritum] spem *R*, *om. B* 5 neque *v* 7 is *om. v* 9 finget *M* 10 ipse *om. B* his] iis *v* 11 illi autem *v* 13 item] iterato *R* de elementis *om. MR* 15 sed et *R* 16 aut l.] et lunam *W*; *cf. test. III 59* 17 deos] rectores orbis terrae deos *Cypr. l. c.* 18 his] iis *v* dñi sit *R*, sit dñs *B* 19 et] aut *M* minati *R* 20 ipsis] his *R* 22 solus *M s. l. m. 2* 23 est] in deuteronomio *add. v* 24 illi] ipsi *MR* item *om. M* deuteronomio] exodo *v* 25 item illic dñs *M*, item in deuteronomio *Oxon.* quia *Rv* 26 alius deus *R* interimam] occidam *M*

terimam et uiuere faciam, percutiam et ego sanabo, et non est qui eripiat de manibus meis. item in Apocalypsi: et uidi alium angelum uolantem medio caelo, habentem euangelium aeternum, ut adnuntiaret super terram per omnes nationes et tribus et linguas et populos, dicentem uoce magna: metuite potius Deum et date illi claritatem, quoniam uenit hora iudicii eius, et adorate eum qui fecit caelum et terram et mare et omnia quae in eis sunt. sic et Dominus in euangelio commemorationem facit primi et secundi praecepti dicens: audi, Israel, Dominus Deus tuus Dominus unus est, et: diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo et de tota anima tua et de tota uirtute tua. hoc primum et secundum simile huic: diliges proximum tuum tamquam te. in his duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae. et iterum: haec est autem uita aeterna ut cognoscant te solum et uerum Deum et quem misisti Iesum Christum.

Qvae comminatio dei sit adversvs eos qvi idolis sacrificant.

In Exodo: sacrificans diis eradicabitur, nisi Do- 3
mino soli. item in Deuteronomio: sacrificauerunt daemoniis et non Deo. item aput Esaiam: adorauerunt eos quos fecerunt digiti eorum, et curuatus est homo et humiliatus est uir, et non laxabo illis. et iterum: illis fudistis libamina et illis inposuistis sacrificia, super haec non indignabor? dicit Domi-

3 Apoc. 14, 6 sq. 11 Marc. 12, 29. 12 Matth. 22, 37 sq. 17 Io. 17, 3. 22 Ex. 22, 19. 23 Deut. 32, 17. 24 Es. 2, 8. 27 Es. 57, 6.

3 in medio *W¹Mv* 5 per *WMRBV*, et super *v* 6 et populos *W s. l. m. 2* magnā et uitae potius *R* 7 dn̄m *M*, dn̄i *R* 9 et (*ante* mare) *om. B* 11 deus unus *Bv* 12 deum *om. Wv* 13 de] ex *R* 15 tuum] tibi *W* te ipsum *B* 20 idola *W* 22 in] legitur in *v* diis *M s. l. m. 2* 23 item *om. M* demonis *W¹* 24 esaian *R saepius ut* hieremian 27 iterum dicit *M* 28 haec *add. m. 2 in W*, haec ergo *v*

nus. item aput Hieremiam: nolite ambulare post deos alienos ut seruiatis eis, et ne adoraueritis eos et ne incitetis me in operibus manuum uestrarum ad disperdendos uos. item in Apocalypsi: si quis adorat bestiam et imaginem eius et accipit notam in fronte sua et in manu, bibet et ipse de uino irae Dei mixto in poculo irae eius et punietur igne et sulphure sub oculis sanctorum angelorum et sub oculis agni. et fumus de tormentis eorum in saecula saeculorum ascendet: nec habebunt requiem die et nocte quicumque adorant bestiam et imaginem eius.

Non facile ignoscere Deum idololatris.

4 Moyses in Exodo pro populo rogat nec impetrat: precor, ait, Domine, deliquit populus hic delictum grande, fecerunt sibi deos aureos et argenteos. et nunc si dimittis eis delictum, dimitte: sin autem, dele me de libro quem scripsisti. et dixit Dominus ad Moysen: si qui deliquit ante me, deleam eum de libro meo. item cum Hieremias pro populo deprecaretur, Dominus ad eum loquitur dicens: et tu noli orare pro populo hoc et noli postulare pro ipsis in prece et oratione, quia non exaudiam in tempore quo inuocabunt me, in tempore adflictionis suae. Ezechiel quoque hanc eandem denuntiat indignationem Dei eis qui in Deum delinquunt. et fuit, inquit, uerbum Domini ad me dicens: fili hominis, terra quaecumque peccauerit mihi ut delinquat delictum, extendam manum meam super eam

1 Hier. 25, 6. 4 Apoc. 14, 9 sq. 13 Ex. 32, 31 sq. 20 Hier. 11, 14. 24 Ez. 14, 12—14. 16.

1 item] et *M* 2 eos *om.* *W* 3 manum *R* 4 disperdendum *M*, disperdos *W* 5 nota *R* 6 et in] aut in *v* uino] manu *M* 10 ascendit *R* ascendet in saecula s. *B* et] ac *RBv* 11 adorat *R* et *M s. l. m. 2* 12 deum ignoscere *R* idolatris *MB*, idololatriis *WR* 13 moysen *R* imperat *R* 14 grande *om.* *V* 15 et argenteos *om.* *WBv; cf. test. I 1* 16 eis] illis *WBv* sin] sine *B* 18 quis *Bv* deliquerit *M* me *om.* *W* 22 in] eos in M^2, item in *W* in quo *W* inuocauerunt *R* 24 eis] his *v* in] ad *B* delinquont *M* et *om.* *B* 25 filii *R* 26 quicumque *R* 27 ectendam W^1, et extendam *B*

et obteram stabilimentum panis et inmittam in eam famem et auferam de ea hominem et pecora. et si fuerint tres uiri hi in medio eius Noe et Danihel et Iob, non liberabunt filios neque filias, ipsi soli salui erunt. item in Regnorum . I . : si delinquendo uir peccet aduersus uirum, orabunt pro eo Dominum: si autem in Deum peccet homo, quis orabit pro eo?

Qvod sic idololatriae indignetvr Devs vt praeceperit etiam eos interfici qvi sacrificare et servire idolis svaserint.

In Deuteronomio: quodsi rogauerit te frater tuus aut 5
filius tuus aut filia tua aut uxor tua quae est in sinu tuo aut amicus tuus qui aequalis est animae tuae latenter dicens ‘eamus et seruiamus diis aliis, diis gentium’, non consenties ei et non exaudies eum et non parcet oculus tuus super eum et non celabis eum, adnuntians adnuntiabis de illo. manus tua erit super eum in primis interficere eum et manus omnis populi postremo: et lapidabunt eum, et morietur, quoniam quaesiuit auertere te a Domino Deo tuo. et iterum loquitur Dominus et dicit nec ciuitati parcendum, etiamsi uniuersa consenserit ad idololatriam: aut si audieris in una ex ciuitatibus quas Dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare te illic dicentes ‘eamus et seruiamus diis aliis quos non nostis’, interficiens necabis omnes qui sunt in ciuitate caede gladii et incendes ciuitatem igni, et erit sine habitaculo in aeternum. non reaedificabitur etiam nunc, ut auer-

5 I Sam. 2, 25. 11 Deut. 13, 6—10. 22 Deut. 13, 12—18.

2 de] ab *R* 3 hii *RB*, hi *W s. l. m. 2*, hi iusti *V* et *om. Mv* 4 que filias *ab his incipit S* sed ipsi *M* 5 erunt] fiunt *B* in] in libro *v* . I . *W s. l. m. 2* peccet uir *WRv* 6 orabant *R*¹ 7 in deum *om. W*, ad deum *R* 8 idolatria *R* 10 suasserint *W* 14 alienis *v* 15 diis] aliis *add. S*¹, *exp. S*² 16 *prius* et *om. S* *alterum* non *om. R* 18 imprimis *W* 21 nec] ne *R* 22 uniuersam *R* idolatriam *S*, idolatria *R* 23 audierit *S* 24 te *om. W* 25 nosti *v; add. Oxon.*: quaeres sollicite et si inueneris certum esse, quod dicitur 26 ciuitate . . . incendes *om. R* 27 erint *S*

tatur Dominus ab indignatione irae suae. et dabit tibi misericordiam et miserebitur tui et multiplicabit te, si audieris uocem Domini Dei tui et obseruaueris praecepta eius. cuius praecepti et uigoris memor Mathathias interfecit eum qui ad aram sacrificaturus accesserat. quodsi ante aduentum Christi circa Deum colendum et idola spernenda haec praecepta seruata sunt, quanto magis post aduentum Christi seruanda sunt, quando ille ueniens non uerbis nos hortatus sit sed et factis, post omnes iniurias et contumelias passus quoque et crucifixus, ut nos pati et mori exemplo suo doceret, ut nulla sit homini excusatio pro se non patienti, cum passus sit ille pro nobis, et cum ille passus sit pro alienis peccatis, multo magis pro peccatis suis pati unumquemque debere. et ideo comminatur in euangelio et dicit: quicumque confessus fuerit me coram hominibus, et ego confitebor eum coram patre meo qui est in caelis. qui autem me negauerit coram hominibus, et ego negabo eum coram patre meo qui est in caelis. item apostolus Paulus, si enim commorimur, inquit, et conuiuemus: si toleramus, et conregnabimus: si negamus, et ipse negabit nos. item Iohannes: qui negat filium neque patrem habet: qui confitetur filium et filium et patrem habet. unde nos ad contemptum mortis hortatur Dominus et corroborat dicens: nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt

14 Matth. 10, 32 sq. 19 II Tim. 2, 11 sq. 21 I Io. 2, 23. 24 Matth. 10, 28.

3 exaudieris *WRv* 5 matthatias *R*, matthias S^1, mathias W^1 interficit *R* accessit *ex* erat cessit *S m. 2* 6 ante *W s. l. m. 2* circa d. colendum *om. R* 7 spernda *S* 8 christi] circa deum colendum *add.* S^1, *exp.* S^2 sint *S* quando] quanto *R* uerbis *SWRV*, uerbis tantum *v* 10 docuerit *R* 11 patienti] pati *R et Baluzius* 12 ille *S s. l. m. 2* pro . . . passus sit *om. S* 14 in euuangelio comminatur *WRv* dixit S^1 quicumque *ex* qui *W m. 2* 15 fuerit in me *W*, in me fuerit *R* 16 eum] in ipso *W* in caelis est *Rv; cf. test. III 16 p. 130* qui autem . . . *l. 18* caelis *om. S, add. in marg. m. rec.* 17 negauerit me *Sv* negabo et ego *S* 18 eum] illum *W* in caelis est *WRv* 20 tolerabimus W^1 et conr. *om. R* negauerimus *v* 21 negauit *R* 24 et *om. R* corroborans S^1 25 et anima *R*

occidere. magis autem metuite eum qui potest et animam et corpus occidere in gehenna. et iterum: qui amat animam suam perdet illam, et qui odit animam suam in isto saeculo in uitam aeternam conseruabit illam.

QVOD REDEMPTI ET VIVIFICATI CHRISTI SANGVINE NIHIL CHRISTO PRAEPONERE DEBEAMVS.

In euangelio Dominus loquitur et dicit: qui diligit pa- 6
trem aut matrem super me non est me dignus, et qui diligit filium aut filiam super me non est me dignus, et qui non accipit crucem suam et sequitur me non est meus discipulus. sicut in Deuteronomio scriptum est: qui dicunt patri et matri ʻnon noui teʼ et filios suos non agnouerunt, hi custodierunt praecepta tua et testamentum tuum seruauerunt. item apostolus Paulus, quis nos, inquit, separabit a caritate Christi, pressura an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius? sicut scriptum est: quia propter te occidimur tota die, aestimati sumus ut oues uictimae. sed in his omnibus superamus pro eo qui dilexit nos. et iterum: non estis uestri: empti enim estis [pretio] magno. clarificate et portate Deum in corpore uestro. et iterum: pro omnibus mortuus est, ut et qui uiuunt iam non sibi uiuant sed illi qui pro eis mortuus est et resurrexit.

2 Io. 12, 25. 8 Matth. 10, 37. 13 Deut. 33, 9. 16 Rom. 8, 35 sq. 21 I Cor. 6, 19 sq. 23 II Cor. 5, 15.

1 autem *om.* *W* et *om.* *WRv* 2 gehennam *Rv; cf. test. l. c.* 3 illam *SWRV*, eam *v* 4 uita aeterna *W* 5 seruabit *S*; *cf. test. III 16 p. 129* 8 dixit *S*[1] 9 et qui . . . *l. 12* discipulus *om. v* 12 meus discipulus] me dignus *v* sicut] sic et *v* 14 hii *WR* 15 tua *ex* sua *S m. 2* 16 separauit *R* 17 an (*ante* persequutio) *om. R* famis *R* 18 gladiu *S*[1] 19 toto *WR* 20 in *om. S* omnibus *W s. l. m. 2* 21 superuincimus *V* pro eo *SWRV*, propter eum *v* qui] quod *W* et iterum . . . *l. 23* uestro *om. S* 22 pretio *om. WV* clarificate *WV*, glorificate *Rv* 23 et portate *W s. l. m. 2* 24 est] est christus *v* ut et *S*[2], ut *WR*, et *S*[1] 25 illi *S*, ei *WRv* eis *S*, ipsis *WRv*

Ereptos de favcibvs diaboli et de laqveis saecvli liberatos non debere denvo ad saecvlvm reverti ne perdant qvod evaserint.

7 In Exodo Iudaicus populus ad umbram nostri et imaginem praefiguratus, cum Deo tutore et uindice euasisset Pharaonis adque Aegypti id est diaboli et saeculi durissimam seruitutem, circa Deum perfidus et ingratus et aduersum Moysen mussitat respiciens solitudinis et laboris incommoda et non intellegens libertatis ac salutis beneficia diuina. et reuerti quaerit ad Aegypti hoc est ad saeculi seruitudinem, unde fuerat exutus, cum magis fidere in Deum deberet et credere, quoniam qui a diabolo et saeculo liberat populum suum protegit liberatum. quid hoc nobis, inquiunt, fecisti eiciendo nos de Aegypto? melius erat nobis seruire Aegyptiis quam obire in solitudine hac. et dixit Moyses ad populum: fidite, state et cernite salutem quae a Domino est, quam nobis faciet hodie. Dominus pro uobis pugnabit et uos tacebitis. quod nos admonens in euangelio suo Dominus ne ad diabolum rursum et ad saeculum quibus renuntiauimus et unde euasimus reuertamur dicit: nemo retro adtendens et ponens manum suam super aratrum aptus est regno Dei. et iterum: et qui in agro est non reuertatur retro. memores estote uxoris Loth. ac ne quis aliqua uel cupiditate rerum uel suorum dulcedine retardetur quo-

12 Ex. 14, 11. 13 sq. 20 Luc. 9, 62. 22 Luc. 17, 31 sq.

2 reuerti] regredi *V* 3 euaserunt *S*[2] 4 exhodo *S*[2] *ita semper m. 2* iudaeicus *S* 5 et *S s. l. m. 2* euasissent *W*[1] 7 et aduersum *S*, aduersus *WRv* musitat *WR* 8 ac (*pro* et) laboris *Rv* 9 et *om. Rv* quaerens *S* aegyptum *R* 10 seruitudinem *S*[1], seruitem *W*, seruitutem *S*[2]*Rv* exutus] abstractus *v* 11 deberet in deum *v* et *om. R* a *om. S*[1] et *S s. l.* et saeculo *om. V* 12 suum *W s. l. m. 2* 13 in eiciendo *Rv*, in *eciendo *W* 14 erat *S*, est *WRv* obire *SWV*, mori *Rv* solitudine] deserto *R* 15 ad *ex* et *R* fidete *S*[1], fidite et *v* 17 uobis *Sv* facit *R* dominus ipse *v* pro uos pugnabit *S*, pro nobis p. *R*, pugn. p. u. *Wv* 18 admonens *ex* ad moysen *S m. 2*, admonens et docens *R* dominus et docens *v* 19 rursus *WRv* 21 superponens *WRv* 22 conuertatur *WRv*; *cf. test. III 11*

minus Christum sequatur, addidit et dicit: qui non renuntiat omnibus quae sunt eius, non potest discipulus meus esse.

INSISTENDVM ESSE ET PERSEVERANDVM IN FIDE ET VIRTVTE ET CAELESTIS AC SPIRITALIS GRATIAE CONSVMMATIONE VT AD PALMAM ET AD CORONAM POSSIT PERVENIRI.

In Paralipomenon: Dominus uobiscum est, quamdiu 8
estis uos cum ipso. si autem dereliqueritis eum, derelinquet uos. item aput Ezechiel: iustitia iusti non liberabit eum in quacumque die exerrauerit. item in euangelio Dominus loquitur et dicit: qui perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. et iterum: si permanseritis in uerbo meo, uere discipuli mei estis et cognoscetis ueritatem et ueritas liberabit uos. praemonens quoque nos paratos semper esse debere et expeditos in procinctu firmiter stare adiecit et dicit: sint lumbi uestri accincti et lucernae ardentes et uos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando ueniat a nuptiis, ut cum uenerit et pulsauerit aperiant ei. felices serui illi quos aduenicns dominus inuenerit uigilantes. item beatus apostolus Paulus, ut fides nostra proficiat et crescat et ad summum perueniat, hortatur et dicit: nescitis quia qui in stadio currunt omnes quidem cur-

1 Luc. 14, 33. 7 II Paral. 15, 2. 9 Ez. 33, 12. 11 Matth. 10, 22. 12 Io. 8, 31 sq. 16 Luc. 12, 35 sq. 22 I Cor. 9, 24 sq.

1 addidit *S*, addit *WRv*; *cf. l. 16* non *ex* re *R* 2 meus discipulus esse *WR*, m. e. d. *v* 5 ut] sut *S*[1] 6 ad (*ante* cor.) *om. Rv* peruenire *S* 7 paralimpomenon . I . *S*, paralipomenoni *R* et quamdiu *R*[1] 8 et uos estis *v* derelinqueritis *R* 9 ezeciel *S*, ezechihel *R* 10 liberauit *R* quocũq. *W* exerrauerit] *add. R:* et iniquitas iniqui non affliget eum in quacumque die reuersus fuerit ab iniquitatibus suis 11 dominus *om. W* 12 in] ad *R* saluus erit] saluabitur *R* 13 eritis *Wv* 14 cognoscitis *S*[1] liberauit *R* 15 et *W s. l. m. 2* 16 procintu *S*[1], procinctum *R*, praecinctu *W* adiecit *S*, adicit *W*, addit *Rv* 17 praecincti *v* 18 deum *W* ueniat *SWRV*, reuertatur *v* 20 felices] beati *v* quod *W*[1] 22 et (*ante* ad) *S et W s. l. m. 2* summa *WRv* et dicit *S*, dicens *WRv* 23 quia *SWRV*, quoniam *v*

runt, unus tamen accipit palmam? sic currite ut occupetis: et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, uos autem incorruptam. et iterum: nemo militans Deo obligat se negotiis saecularibus, ut possit placere ei qui se probauit. sed et si certauerit quis, non coronabitur, nisi legitime pugnauerit. et iterum: oro ergo uos, fratres, per misericordiam Dei ut constituatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, placentem Deo: nec configuremini saeculo huic, sed transformemini in renouatione sensus ad probandum quae sit uoluntas Dei bona et placens et perfecta. et iterum: sumus filii Dei: si autem filii, et heredes, coheredes autem Christi, siquidem conpatimur, ut et conmagnificemur. et in Apocalypsi eadem loquitur diuinae praedicationis hortatio dicens: tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. quod exemplum perseuerandi et permanendi designatur in Exodo, ubi Moyses ad superandum Amalech qui figuram portabat diaboli in signo et sacramento crucis adleuabat supinas manus, nec uincere aduersarium potuit, nisi postquam stabilis et in signo adleuatis iugiter manibus perseuerauit. et factum est, inquit, cum leuabat manus Moyses, praeualebat Israel: ubi autem submiserat manus, inualescebat Amalech. et accepto lapide subposuerunt sub eo, et sedebat

3 II Tim. 2, 4 sq. 7 Rom. 12, 1 sq. 12 Rom. 8, 16 sq. 15 Apoc. 3, 11. 21 Ex. 17, 11 sq.

1 tamen] autem *S*; *cf. test. III 26 p. 141* 2 occupetis] *add. v*: omnis enim qui agonizat in omnibus continens est 4 obligat *SWRV*, implicat *v*; *cf. test. III 11 p. 124* se negotiis *S*, se molestiis *Wv*, semoti estis *R* 5 ei qui *WR*, qui *S*, cui *v; cf. l. c.* probauerit *S* certabit *R* 6 pugnauerint *S*[1] 7 ergo *SWRV*, autem *v* 8 uiuam *SWRV*, uiuentem *v* 9 deo] *add. R*: rationale ministerium uestrum 10 transformamini *v* sensus *SWRV*, spiritus *v* 11 probandum nobis *V* et *om. R* 13 haeredes *S*, haeredes dei *WR*, haeredes, haeredes quidem dei *v*; *cf. test. III 16 p. 132* conpatiamur *S*[2]*Rv* 14 ut *S s. l. m. 2* commagneficemur *S* 15 tene inquid *R* 18 amalec *S*[1] *item l. prox.* 19 adleuabant *S*[1], adleuanat *R* 20 et *om. WRv* 22 moyses manus *Rv* istrahel *S* 23 conualescebat *S* amalech] *add. V*: sed manus moysi graues erant; *cf. test. II 21* 24 eum *S*, eo *WRv*

super eum. et Aaron et Ur sustinebant manus eius hinc et inde: et factae sunt manus Moysi stabiles usque in occasum solis. et fugauit Iesus Amalech et omnem populum eius. et dixit Dominus ad Moysen: scribe hoc, ut sit memoriale in libro, et da in aures Iesu, quoniam deletione deleam memoriam. Amalech de sub caelo.

Ad hoc pressvras et persecvtiones fieri vt probemvr.

In Deuteronomio: Temptat Dominus Deus uester uos 9
ut sciat si diligitis Dominum Deum uestrum ex toto corde uestro et ex tota anima uestra et ex tota uirtute uestra. et iterum aput Salomonem: uasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio tribulationis. Paulus quoque paria testatur ac loquitur dicens: gloriamur in spe claritatis Dei. non solum autem sed et gloriamur in pressuris scientes quoniam pressura tolerantiam operatur, tolerantia autem probationem, probatio autem spem: spes autem non confundit, quia dilectio Dei infusa est cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. et Petrus in epistula sua ponit et dicit: carissimi, nolite mirari ardorem accidentem uobis qui ad temptationem uestram fit, nec excidatis, tamquam nouum uobis contingat. sed quotienscumque communicatis Christi passionibus, per omnia gaudete, ut et in reuelatione facta claritatis eius gaudentes exultetis. si inproperatur uobis in nomine Christi, beati estis.

9 Deut. 13, 3. 12 Sir. 27, 5. 14 Rom. 5, 2 sq. 21 I Pet. 4, 12 sq.

1 et (*ante* aaron) *om.* *S* or *V*, or* et *S* sustentabant *v* retrorsum portabat (*pro* et ur sust.) *W* 2 et (*ante* factae) *om.* *W* stabiles...solis *om.* *R* 3 in] ad *S* hiesus *W*, moyses *S* 4 eius] *add.* *V:* in ore gladii; *cf. LXX* 5 memoriale *S*, memoriae *WRV*, memoria *v* 6 iesus quo *S* 7 de] sed *R*. in sempiternum de *v* 9 tempte *W* uos *ante* dominus *ponit* *v* 12 solomonem *S* 13 furnax *S* tribulationes S^1 14 testatur ac] testac *R* 16 sercientes *W* 19 diffusa *v* in cordibus *Rv* 20 sanctum *om.* *W* in nobis *R* 22 accedentem S^1 23 fit *ex* sit *S* *m. 2* nouum aliquid *v*

quia maiestatis et uirtutis Domini nomen in uobis requiescit, quod quidem secundum illos blasphematur, secundum nos autem honoratur.

TIMENDAS NON ESSE INIVRIAS ET POENAS PERSECVTIONVM QVIA MAIOR SIT DOMINVS AD PROTEGENDVM QVAM DIABOLVS AD INPVGNANDVM.

10 Iohannes in epistula sua probat dicens: maior est qui in uobis est quam qui in isto mundo. item in psalmo CXVII: non metuam quid mihi faciat homo: Dominus mihi auxiliator est. et iterum: isti in curribus et isti in equis, nos uero in nomine Dei nostri magnificabimur. illi copulati sunt pedes et ceciderunt, nos autem exsurreximus et erecti sumus. et adhuc fortius docens et ostendens Spiritus sanctus castra diaboli non timenda et si bellum nobis hostis indixerit, in ipso magis bello spem nostram consistere et congressionem illam iustorum ad diuinae sedis et salutis aeternae praemium peruenire in psalmo XXVI ponit et dicit: si directa fuerint in me castra, non timebit cor meum: et si exsurrexerit super me bellum, in illud ego spero. unum petii a Domino, hoc exquiram, ut habitem in domo Domini per omnes dies uitae meae. item in Exodo declarat scriptura diuina pressuris multiplicari nos potius et augeri dicens: quantoque eos de-

7 I Io. 4, 4. 9 Ps. 117, 6 sq. 10 Ps. 19, 8 sq. 18 Ps. 26, 3 sq. 23 Ex. 1, 12.

2 requiescet S^1 blasfematur *S* 4 timendum *W* 5 sit] est *Wv* 7 prubat *S* 8 CXVII] CVIIX *S* 10 ausiliator S^1 et iterum] item in psalmo XVIIII *R* istis *S* turribus S^1 istis *S* 11 uero *S*, autem *WRv* dei *S*, dn̄i dei *WRv*; *κυρίου θεοῦ LXX* (*κυρίου om. cod. Alex.*) magnificabimur (..us *v*) *Sv*, inuocabimus *RV*, inuocauimus *W* 12 illi S^1, illis S^2*WR*, ipsis *V*, ipsi *v* copulati *SWRV*, obligati *v* pedes *om. v*; *αὐτοὶ συνεποδίσθησαν LXX* 13 autem *om. W* exsurreximus *SWRV*, surreximus *v* 15 spe nostra consistere et consistere *R* 16 congressione illa iustos *WRv* 17 perueniune *W* XXVI] XXV *S* 18 dixit S^1 dilecta W^1 19 et si] si *v* super] in *W* 20 illum *R* spero *WRV*, sperabo *Sv* unum *SWRV*, unam *v* peti a S^1, prae te ea *W* hoc *SWRV*, hanc *v* exquiram *SRV*, exquirat *W*, requiram *v* 21 inhabitem *v* dei *S* per] etiam *W* 23 potius *om. W* depremebat S^1

primebant, tanto plures fiebant et inualescebant magis. et in Apocalypsi protectio diuina promittitur in passionibus nostris. nihil, inquit, eorum timeas quae passurus es. nec alius securitatem nobis et protectionem pollicetur quam qui et per Esaiam prophetam loquitur dicens: noli timere, quia te redemi et uocaui te nomine tuo: meus es tu. et si transieris per aquam, tecum sum et flumina te non inundabunt. et si transieris per ignem, non conbureris, flamma te non conburet, quoniam ego Dominus Deus tuus sanctus Israel qui te saluum facio. qui et in euangelio promittit auxilium diuinum Dei seruis in persecutionibus non defuturum dicens: cum autem uos tradiderint, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. et iterum: ponite in cordibus uestris non praemeditari excusare. ego enim dabo uobis os et sapientiam, cui non possint resistere [aduersarii uestri]. sicut in Exodo ad Moysen cunctantem et ad populum ire trepidantem [Deus] loquitur dicens: quis dedit os homini et quis fecit mogilalum et surdum et uidentem et caecum? nonne ego Dominus Deus? et nunc perge, et ego aperiam os tuum et instruam te quid loquaris. nec difficile est Deo aperire os hominis deuoti sibi et confessori suo inspirare constantiam

3 Apoc. 2, 10. 5 Es. 43, 1 sq. 12 Matth. 10, 19. 17 Luc. 21, 14 sq. 21 Ex. 4, 11 sq.

1 inualescebat *S*[1] 2 magis] nimis *R* in *om. R* in *om. Rv* 5 esciam profetam *S* 8 si *om. W* per ignem transieris *S* 9 non (nec *WR*) conbureris *SWRV*, *om. v* et flamma *Wv* 10 tuus] uester *S* istrahel *S* 11 diuinum *om. S* 12 persecutionem *W* 13 uostra dederint *R* quomodo aut *om. R* 15 loquemini *S* 17 praemeditari] pro me dari *R*, prae me dari *ex* praedari *S m. 2* 19 possunt *R*. poterunt *v* adu. uestri *om. S* 20 deus *om. S* 21 os *S s. l. m. 2* hominis *R* fecit] dedit *W* mogilalum *SWV*, mogilabrum *R*, mutum *v* 22 surdum *SWRV*, quis surdum *v* et quis uidentem *v*, quis uidentem *V* 23 deus tuus *S* 24 aperi hos*R* 25 homini *S*[1] spirare *R*

et fiduciam loquendi qui in Numeris aduersus Balaam prophetam etiam asinam fecerit loqui. quare in persecutionibus nemo cogitet quod periculum diabolus inportet, sed immo consideret quod auxilium Deus praestet, nec mentem labefactet humana infestatio, sed corroboret fidem diuina protectio, quando unusquisque secundum dominica promissa et fidei suae merita tantum accipiat de Dei ope quantum se credat accipere, nec sit quod omnipotens praestare non possit, nisi si accipientis fides caduca defecerit.

Ante praedictvm esse qvod nos mvndvs odio habitvrvs esset et qvod persecvtiones adversvm nos excitaret et qvod nihil novvm christianis accidat, qvando ab initio mvndi boni laboraverint et oppressi adqve occisi sint ivsti ab inivstis.

11 Dominus in euangelio praemonet et praenuntiat dicens: si mundus uos odit, scitote quoniam me primo odit. si de mundo essetis, mundus quod suum esset amaret: sed quia de mundo non estis et ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. mementote sermonem quem dixi uobis: 'non est seruus maior domino suo.' si me persecuti sunt, et uos persequentur. et iterum: ueniet hora, ut omnis qui uos occiderit putet se officium Deo facere: sed hoc facient, quoniam non cognouerunt patrem neque me. haec autem locutus sum uobis, ut cum uenerit hora eorum memores sitis, quia ego dixi uobis. et iterum: amen amen dico uobis quoniam uos plorabitis et plangetis, saeculum autem gaudebit: uos tristes

15 Io. 15, 18 sq. 22 Io. 16, 2—4. 20. 33.

1 balam *W*, alam *S*[1] profetam *S*, piam fetam *R* 2 fecit *R* cogitet] et *add.* *R*[2] 3 periculum] perit cum *R* 4 mente *R* labet fac et *R* humane infectatio *R* 6 dominica] diuina *W* 7 se c. accipere] secreta scire *R* 8 accipienties *S*[1] fide *R* 11 persecutionem *W* 12 et quod...*l. 14* iniustis *om.* *W* 13 mundo *R*[1] et boni *S* 14 sunt *R* 16 primo odiit *v* 18 estis] essetis *R* et *om.* *W* 20 sermonis *WRv* 21 si] qui *S* persequntur *S; cf. test. III 29* 25 ora *S*[1] 27 ploratis *W* 28 plangebitis *S* et uos *W* tristis *S*[1]

eritis, sed tristitia uestra in laetitiam ueniet. et iterum: haec locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis, in saeculo autem pressuram: sed fidite quoniam ego uici mundum. et cum a discipulis suis interrogaretur de signo aduentus sui et consummationis mundi, respondit et dixit: cauete ne qui uos fallat. multi enim uenient in nomine meo dicentes 'ego sum Christus' et multos fallent. incipietis autem audire bella et auditus bellorum. uidete, nolite tumultuari: oportet enim fieri: sed nondum est finis. exurget autem gens super gentem et regnum super regnum, et erunt fames et terrae motus et pestilentiae per singula loca. omnia autem ista initia parturitionum sunt. tunc tradent uos in pressuram et interficient uos, et eritis odibiles omnibus gentibus propter nomen meum. et tunc scandalizabuntur multi et inuicem tradent et odient inuicem. et multi pseudoprophetae exurgent et seducent multos, et eo quod facinus abundet refrigescet caritas multorum. qui autem tolerauerit usque ad finem hic saluus erit. et praedicabitur euangelium istud regni per totum orbem terrae in testimonium omnibus gentibus, et tunc ueniet finis. cum ergo uideritis abominationem uastationis quae dicta est per Danielem prophetam stantem in loco sancto—qui legit intellegat—, tunc qui in Iudaea sunt fugiant in montes, et qui in tecto est non descendat tollere quicquam de domo, et qui in agro est non conuertatur retro auferre uestimentum suum. uae autem praegnantibus et nutricanti-

6 Matth. 24, 4—31.

1 estis *W* tristia *S* laetitia *R* 3 fidete *S*[1] quia *R* 4 mundum *S*, saeculum *WRv* 6 quis *WRv* fallat] seducat *W* 8 incipientes *W* autem *om. R* 10 haec fieri *v* autem] enim *Rv* 12 pestilentia *R* 13 autem *om. R* partiritionum *S* sunt *om. WR* 15 odebilis *S*[1] 16 multis *W* 17 trahent *R* 18 exsurgunt *S*, et surgent *W* et *om. R* seducunt *S* et *om. S* 20 tolerauit *S* ad] in *Wv* saluus erit] saluabitur *R* 21 istut *S*[1]*R* 23 ergo *W s. l. m. 2* abhominationem *W* 24 daniel *S* 25 legat *R*[1] intellegit *S*[1] 27 descendant *R* 29 nutrientibus *WRv*

bus in illis diebus. adorate ne fiat fuga uestra hieme neque sabbato. erit enim tunc pressura magna qualis non est facta ab initio mundi usque nunc, sed neque fiet: et nisi breuiati fuissent dies illi, non liberaretur omnis caro: propter electos autem breuiabuntur illi dies. tunc si qui dixerit uobis 'ecce hic Christus' aut 'ecce illic', nolite credere. surgent enim pseudochristi et pseudoprophetae et dabunt signa magna et portenta ad errorem faciendum, si fieri potest, et electis. uos autem cauete. ecce praedixi uobis omnia. si ergo dixerint uobis 'ecce in solitudine est', nolite exire, 'ecce in cubiculis', nolite credere. sicut enim coruscatio quae exit ab oriente et apparet usque ad occidentem, ita erit et aduentus filii hominis. ubi fuerit cadauer, illuc congregabuntur aquilae. continuo autem post pressuram dierum illorum sol tenebricabit et luna non dabit lumen suum et stellae cadent de caelo et uirtutes caelorum commouebuntur. et tunc apparebit signum filii hominis in caelo, et lamentabunt se omnes tribus terrae et uidebunt filium hominis uenientem in nubibus caeli cum uirtute magna et claritate. et mittet angelos suos cum tuba magna. et colligent electos eius a quattuor uentis, a summis caelorum usque ad summitates eorum.

Nec noua aut repentina haec sunt quae nunc accidunt christianis, cum boni semper et iusti Deo innocentiae lege ac uerae religionis timore deuoti per pressuras et iniurias et graues ac multi-

1 orate autem *v* 3 est facta *SWRV*, fuit *v* 4 essent *WRv* 5 liberaretur *SWRV*, esset salua *v* 6 quis *Sv* uobis dixerit *W* 7 hic *SWV*, inc *R*, hic est *v* aut *om. R* ecce illic] hic *V*, *om. R* 9 portenta *WRV*, poriena *S* (n *s. l. m. 2*), prodigia *v* 10 et *S*. etiam *Wv*, *om. R* electi *R* 12 exire...nolite *om. SR* 13 quae *om. v* 14 orientem *R*, orignte *W* 15 fili *S*[1]*R* cadauer *SWRV*, corpus *v* illic *W* 16 congregabuntur *S*, colligentur *Wv*, colliguntur *R* 17 tenebricabit *SRV*, tenebabit *W*, tenebrescet *v* 19 mouebuntur *WRv* 20 fili *S* l. se] lamentabuntur *WRv* 22 in] cum *W* *post* magna *praeeipit S*[1] et colligent electos, *exp. S*[2] 24 uentis coeli *V* 27 deo *S*, et deo *W*, et dei *V*, de *R* 28 et iniurias *om. S*

formes infestantium poenas angusti itineris difficultate gradiantur. sic in origine statim mundi Abel iustus a fratre primus occiditur et Iacob fugatur et Ioseph uenundatur et Dauid misericordem Saul rex persequitur et Heliam maiestatem Dei constanter ac fortiter adserentem rex Achab opprimere conatur. Zacharias sacerdos interficitur in medio templi et altaris, ut illic hostia ipse fiat, ubi Deo hostias immolabat. tot denique martyria iustorum saepe celebrata, tot edita in posterum fidei et uirtutis exempla. tres pueri, Ananias, Azarias, Misahel, aetate conpares, dilectione concordes, fide stabiles, uirtute constantes, flammis ac poenis urguentibus fortiores soli se Deo seruire, solum nosse, solum colere proclamant dicentes: Nabuchodonosor rex, non opus est nobis de hoc uerbo respondere tibi. est enim Deus cui nos seruimus potens eripere nos de camino ignis ardentis: et de manibus tuis, rex, liberabit nos. et si non, notum sit tibi quia diis tuis non seruimus et imaginem auream quam statuisti non adoramus. et Daniel Deo deuotus et sancto Spiritu plenus exclamat et dicit: nihil colo ego nisi Dominum Deum meum qui condidit caelum et terram. Tobias quoque sub regali licet ac tyrannica seruitute, sensu tamen ac spiritu liber confessionem suam Deo seruat et uirtutem maiestatemque diuinam sublimiter praedicat dicens: ego in terra captiuitatis meae confiteor illi et ostendo uirtutem eius in natione peccatrice.

Quid uero in Machabaeis septem fratres et natalium pariter et uirtutum sorte consimiles septenarium numerum sacramento perfectae consummationis implentes? sic septem fratres martyrio

12 Dan. 3, 16 sq. 19 Dan. 14, 4. 23 Tob. 13, 6.

1 infestandum *R*, infestationum *v* gradiuntur *W* 2 prius *R* 4 helian *SW* 5 oppraemere S^1 zaccharias *SR* 6 hostia...deo *om. R* 7 fiet W^1 9 pueri in camino ignis *R* misael *S* 10 fidei *W* 12 proclamabant *S* nabucodonosor *S*, nabucodonossor *R* 14 nos est eripere *R*, nos eripere *v* 16 liberauit *WR* 17 imaginem *SWRV*, statuam *v* 18 adorabimus *W* 19 et clamat *W* nil *R* nisi ego *R* 22 **seruat *W* (a *corr.*) se uirtutem S^1, **uirtutem *R* 24 confiteor —ostendo *SWRV*, ...ebor-...dam *v* 25 peccatricem *R* 26 maccabaeis *S* 27 numerum *om. R* 28 in martyrio *WRv*

cohaerentes, ut primi in dispositione diuina septem dies annorum septem milia continentes, ut septem spiritus et angeli septem qui adsistunt et conuersantur ante faciem Dei et lucerna septiformis in tabernaculo martyrii et in Apocalypsi septem candelabra aurea et aput Salomonem columnae septem, super quas aedificat domum sapientia, ita et istic septem fratrum numerus ecclesias septem numeri sui quantitate conplexus, secundum quod in primo Regnorum legimus sterilem septem peperisse. et aput Esaiam septem mulieres unum hominem adprehendunt, cuius inuocari super se nomen exposcunt. et apostolus Paulus qui huius numeri legitimi et certi meminit ad septem ecclesias scribit. et in Apocalypsi Dominus mandata sua diuina et praecepta caelestia ad septem ecclesias et earum angelos dirigit. qui nunc istic numerus in fratribus inuenitur, ut consummatio legitima conpleatur. cum septem liberis plane copulatur et mater origo et radix quae ecclesias septem postmodum peperit, ipsa prima et una super petram Domini uoce fundata. nec uacat quod in passionibus sola cum liberis mater est. martyres enim qui se Dei filios in passione testantur iam non nisi Deo patre censentur, sicut in euangelio Dominus docet dicens: n e u o c a u e r i t i s u o b i s p a t r e m s u p e r t e r r a m. u n u s e s t e n i m p a t e r u e s t e r q u i i n c a e l i s e s t.

Quae uero ediderunt confessionum praeconia, quam praeclara, quam magna documenta fidei praebuerunt! rex Antiochus infestus, immo in Antiocho antichristus expressus ora martyrum gloriosa et spiritu confessionis inuicta contagio suillae carnis maculare quaerebat et cum flagellis grauiter uerberasset ac nihil

20 Matth. 23, 9.

1 septem septe *S*¹ 2 et *W*, ut *SR*, aut *V*; *cf. test. I 20* 3 lucernas *R* 4 tabernaculi *S*¹ *super* martyrii *in S m. rec.*: moysi apocalypsis *R* 5 solomonem *S* 6 aedificauit *Rv; cf. test. l. c.* sapientiae *W* septem] septenarius *v* 8 regnorum libro *v* 9 adpraehenderunt *S* 12 in *S s. l. m. 2* dn̄i *R* 13 ad] et *R* stic *S*¹ 14 septem fratribus *v* conpleatur] inueniatur *W* 15 copulatur] computatur *R* 17 petram *S*¹, petrum *S*²*WRV*(?) uoce dn̄i *W* 18 est *om. S* 19 nisi] ut *R* dn̄o *W* cessentur *W* 20 docet] loquitur *R* 24 quam] tam *W* documenta] menta *R in ras.* anthiochus *S*¹ *bis*, antiocus *R* 26 suillae] sum illac *R*

promouere potuisset, sartagines iussit igniri: quibus ignitis et accensis eum qui primus locutus fuerat et magis regem uirtutis et fidei constantia prouocauerat admoueri praecepit et frigi producta et exsecta prius lingua quae confessa Deum fuerat: quod martyri gloriosius contigit. lingua enim confessa nomen Dei prior ad Deum debuit ipsa proficisci. post in secundo excogitatis acrioribus poenis, antequam cetera membra torqueret, cutem capiti cum capillis detraxit, odio scilicet certe eo: nam cum caput uiri Christus sit et caput Christi Deus, qui caput laniabat in martyre Deum et Christum persequebatur in capite. at ille in martyrio suo fidens et resurrectionis sibi praemium de Dei remuneratione promittens exclamauit et dixit: tu quidem, inpotens, ex hac praesenti uita nos perdis: sed mundi rex defunctos nos pro suis legibus in aeternam uitae resurrectionem suscitabit. tertius linguam postulatus cito protulit. nam poenam linguae exsecandae iam didicerat a fratre contemnere. manus quoque amputandas constanter extendit multum beatus genere isto supplicii, cui contigit extensis ad poenam manibus passionis dominicae instar imitari. nec non et quartus pari uirtute tormenta contemnens et ad retundendum regem caelesti uoce respondens exclamauit et dixit: potius est ab hominibus morti datos expectare spem a Deo iterum ab eo suscitatos. tibi enim resurrectio ad uitam non erit. quintus praeter quod carnificinam regis et duros uariosque cruciatus fidei uigore calcabat, ad praescientiam quoque et notitiam futurorum spiritu diuinitatis animatus prophetauit regi indignationem Dei et ultionem ueIociter secuturam. potestatem, inquit, inter homines habens, cum sis

12 II Macc. 7, 9. 21 II Macc. 7, 14. 28 II Macc. 7, 16 sq.

2 primo *W* 3 et] ac *W* constantiam *R* admoneri *R* 5 contingint S^1 quae confessa n. d. fuerat *Wv* 6 ipsa *om. W* 7 menbra *R* 8 capitis *WRv* capillo *W* certeo S^1, certo S^2*WRv* 10 martyrem *R* ad S^1 11 muneratione *R* 12 repromittens *S* 13 ex] de *R* perdes S^1 15 resurrectionis *W* 16 linguae *W s. l. m. 2* exsecrandae *R* 17 a *om. R* quoque ille *S* 20 ad *S s. l. m. 2* 22 mortis *R* 23 ab eo] a deo *S* suscitandos S^2, suscitatos S^1*WR*, suscitari *V*; in uitam aeternam *add. v; cf. test. III 17* resurrectio enim *S* 24 carnificii nam *R* et *om. S*

corruptibilis, facis quod uis. noli autem putare genus nostrum a Deo derelictum esse. sustine et uide magna potestas eius qualiter te et semen tuum torquebit. quale illud leuamentum fuit martyri, quam magnum, quam grande solacium in cruciatibus suis non tormenta propria cogitare sed tortoris sui supplicia praedicare! in sexto uero non uirtus sola sed et humilitas praedicanda est, nihil sibi martyrem uindicasse nec confessionis suae honorem superbis uocibus uentilasse, peccatis potius suis adscripsisse quod persecutionem a rege pateretur, Deo uero dedisse quod postmodum uindicaretur. docuit esse martyras uerecundos, de ultione fidere et nihil in passione iactare. noli, inquit, frustra errare. nos enim propter nosmet ipsos haec patimur peccantes in Deum nostrum. tu autem ne te existimes inpunitum futurum adgressus pugnare cum Deo. admirabilis quoque mater quae nec sexus infirmitate fracta nec multiplici orbitate commota morientes liberos spectauit libenter nec poenas illas pignerum sed glorias computauit, tam grande martyrium Deo praebens uirtute oculorum suorum quam praebuerant filii eius tormentis et passione membrorum. cum sex punitis et occisis superesset unus ex fratribus, cui rex diuitias et potentatus et multa pollicebatur ut crudelitas eius ac feritas uel unius subacti solacio foueretur, et peteret ut ad filium deiciendum secum deprecaretur et mater, deprecata est illa, sed ut decebat martyrum matrem, ut decebat legis et Dei memorem, ut decebat filios suos non delicate sed fortiter diligentem. deprecata est enim, sed ut Deum confiteretur. deprecata est ne a fratribus suis frater in consortio laudis et gloriae separaretur, tunc se septem filiorum conputans matrem, si sibi contingeret filios septem Deo potius

12 II Macc. 7, 18 sq.

2 esse derelictum *W*   3 magna potestas *WRV*, magnam potestatem *Sv*   4 martyri *SW*[1]*R*, martyrii *W*[2]*v*   quam magnum *om. v*   6 sui *om. R*   praedicare *ex* cogitare *S m. 2*, praedicere *R*   7 et *om. W*   8 nec] ne *S*   9 uenditasse *malim*   suis] sibi *R*   11 martyres *Rv*   14 inpunitum *SWRV*, impune *v*   16 quoque et *R*   17 expectauit *W*   18 piguorum *WRv*   19 fili *S*[1]   23 petcteret *S*   dei eiciendum *R; cf. 346, 18*   25 et] set *W*   26 deligatae *R*   27 dūm *W*   29 et filios *W*

peperisse, non saeculo. armans itaque eum et corroborans et feliciore tunc partu filium generans, fili, inquit, miserere mei quae te in utero mensibus decem portaui et lac triennio dedi et alui et in aetatem istam produxi. oro, fili, aspicias in caelum et terram et omnibus quae in eis sunt aspectis intellegas quia ex nihilo fecit illa Deus et hominum genus ita fit. nec timeas carnificem istum, sed dignus fratribus effectus excipias mortem, ut in illa miseratione cum fratribus te recipiam. magna laus matris in exhortatione uirtutis, sed maior in Dei timore et in fidei ueritate, quod nihil sibi aut filio de sex martyrum honore promisit nec fratrum precem profuturam credidit ad negantis salutem, persuasit potius participem passionis fieri, ut in iudicii die posset cum fratribus inueniri. post haec liberis suis commoritur et mater: neque enim iam aliud decebat quam ut quae martyras et pepererat et effecerat in consortio illis gloriae iungeretur et quos ad Deum praemiserat ipsa quoque sequeretur.

Ac ne qui uel libelli uel alicuius rei oblata sibi occasione qua fallat amplectatur decipientium malum munus, nec Eleazar tacendus est. qui cum sibi a ministris regis offerretur facultas, ut accepta carne qua liceret ei uesci ad circumueniendum regem simularet se illa edere quae de sacrificiis adque inlicitis cibis ingerebantur, consentire ad hanc fallaciam noluit dicens nec aetati suae nec nobilitati conuenire id fingere, quo ceteri scandalizaren-

2 II Macc. 7, 27 sq.

1 itaque] non itaq. *R* feliciori S^2 3 decem *SRV*, nouem *v* (X mensibus *W*) 4 istam aetatem *R* perduxi *WRv* 5 in *SWRV*, *om. v* in terram et in *W* 7 *post* genus *distinguit v* ita fit *SWR*, ita fiet *V*, itaque fili *v* nec] ne *Vv*; *καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος οὕτως γεγένηται* (*γίνεται cod. Alex.*). *μὴ φοβηθῇς κτλ.* 8 istum *ex* stum *S m. 2* 10 te] tuis te *Wv* recipiamus *W* exoratione S^1 14 posset et S^1 15 cum liberis *V* suis] solutis *W* aliut iam *WRv* 16 licebat *R* quae *om. R* martyres *Rv* et (*ante* pep.) *om. WRv* effecerat *S*, fecerat *WRv* 19 quis *Wv* occansionem *S* quam *W* 20 malum malum *S* eliezer *SV*, eleazarus *v* 21 offeretur *W* 22 ei *SWRV*, sibi *v* 23 ille *ex* elle la *S* de *om. W* ingerebatur *R* 24 aetatis S^1 25 nobilitatis S^1, nobilitate W^1 id] hoc *ex* hic *S m. 2*

tur et in errorem inducerentur existimantes Eleazarum nonaginta annos natum ad alienigenarum morem relicta et prodita Dei lege transisse, nec tanti esse lucrari breuia uitae tormenta, ut offenso Deo incurreret aeterna supplicia. adque ille excruciatus diu et in extremo iam constitutus, cum inter uerbera et tormenta moreretur, ingemescens ait: Domine, qui sanctam habes scientiam, manifestum est quia cum possim morte liberari durissimos dolores corporis tolero flagellis uapulans, animo autem propter ipsius metum libenter haec patior. sincera prorsus fides et uirtus integra ac satis pura non regem Antiochum cogitasse sed Deum iudicem et scisse proficere sibi ad salutem non posse, si hominem derideret ac falleret, quando Deus qui conscientiae nostrae iudex est et solus timendus nec derideri possit omnino nec falli.

Si igitur et nos dicati ac deuoti Deo uiuimus, si supra ipsa iustorum antiqua et sancta uestigia iter facimus, per eadem documenta poenarum, per eadem passionum martyria pergamus, hoc ampliorem gloriam conputantes temporis nostri, quod cum uetera exempla numerentur, exuberante postmodum copia uirtutis ac fidei numerari non possunt martyres christiani testante Apocalypsi et dicente: post haec uidi turbam multam quam dinumerare nemo poterat ex omni gente et ex omni tribu et populo et lingua stantes in conspectu throni et agni: et erant amicti stolas albas et palmae fuerunt in manibus eorum et magno clamore dicebant: salus Deo nostro sedenti super thronum et agno. et respondens unus ex senioribus dicit mihi: qui amicti sunt stolas albas qui sunt et

6 II Macc. 6, 30. 21 Apoc. 7, 9. 10. 13 sq.

1 eliezerum *S* 2 aligenigenarum *W* deo *S*¹ 3 tormenta *S*, momenta *WRv* 4 adque] at *v* 6 habet *S*¹ 7 possem *Rv* a morte *Wv*, mortem *R* 8 doloris *S*¹ 9 tui ipsius *v* 10 haece *ex* haes *S m. 2* 14 timendus est *WRv* 15 deo ac deuoti *Wv* si *W s. l.*, ut si *R* ipsa *om. Rv* 16 faciemus *S*¹ 19 exuberentur *S*¹ 21 turba *R* multam *SWRV*, magnam *v* 22 potest *R* 23 linguas *R* conspectum *S* 26 dn̄o *S*¹ sedentis *R* 27 respondit *Rv* dicens *WRv* 28 qui] isti qui *R*, hi qui *v* stolas albas *SWRV*, stolis albis *v*

unde uenerunt? et dixi ei: Domine, tu scis. et ait mihi: hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione et lauerunt stolas suas et candidas eas fecerunt in sanguine agni. propter hoc sunt in conspectu honoris Dei [et seruiunt ei in templo eius]. quodsi tantus ostenditur et probatur christianorum martyrum populus, nemo difficile uel arduum putet esse martyrem fieri, quando uideat martyrum populum non posse numerari.

Qvae spes et merces maneat ivstos et martyras post conflictationes hvivs temporis et passiones.

Per Salomonem Spiritus sanctus ostendit et praecanit dicens: 12
et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes eorum inmortalitate plena est: et in paucis uexati in multis bene disponentur, quoniam Deus temptauit illos et inuenit illos dignos se. tamquam aurum in fornace probauit illos et quasi holocaustam hostiam accepit illos, et in tempore erit respectus illorum. iudicabunt nationes et dominabuntur populis, et regnabit dominus eorum in perpetuum. item aput eundem uindicta nostra describitur et persequentium nos adque infestantium paenitentia praedicatur. tunc stabunt, inquit, iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustauerunt et qui abstulerunt labores eorum:

12 Sap. 3, 4 sq. 21 Sap. 5, 1 sq.

1 dixit *R* dñe *SWRV*, dñe mi *v* tu *om. S* ait] dixit *R* 2 hii *R* 3 fecerunt eas *S* 4 hoc *W s. l. m. 2* conspectum *S* honoris *S*, throni *WRv* 5 et *om. W* et seruiunt...eius *om. S* ei *WRV*, ei die ac nocte *v* templo] conspectu *W; cf. ad totum locum test. III 16* 7 martyre *R*, martyras *W* quando] cum *ex* quam qui *S m. 2*; quandoquidem *fort.* 10 passionis *S* 11 solomonem *S* et] et dicit S^1 praecinit *uel* praecauit *v* 13 immortalitatem S^1 et *om. SR* 14 multi *R* temtauit *S* 16 fornacem *R* illos *om. S* holocaustam *V*, holocausta *SWRv* hostiam *SWV*, hostia *R*, hostiae *v* 18 illorum] *add. W et Baluzius*: fulgebunt et (et *om. W*) tamquam scintillae in arundineto discurrent (...runt *W*) 19 regnauit S^1: *cf. ad totum locum test. III 15 p. 128* 21 infestantium] insequentium nos adq. infestantium *S sed* nos *exp. et* adq. *corr. in* et *m. 2* 22 iusti inquit *R* 23 angustiauerunt *Wv*

uidentes turbabuntur timore horribili et mirabuntur in subitatione insperatae salutis dicentes inter se, paenitentiam habentes et per angustiam spiritus gementes: 'hi sunt quos habuimus aliquando in risu et in similitudine inproperii. nos insensati uitam illorum aestimabamus insaniam et finem illorum sine honore. quomodo conputati sunt inter filios Dei et inter sanctos sors illorum est? ergo errauimus a uia ueritatis et iustitiae lumen non luxit nobis et sol non est ortus nobis. lassati sumus iniquitatis uia et perditionis et ambulauimus solitudines difficiles, uiam autem Domini ignorauimus. quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? transierunt omnia ista tamquam umbra. item in psalmo CXV pretium et merces passionis ostenditur. pretiosa est, inquit, in conspectu Dei mors iustorum eius. item in psalmo CXXV tristitia conflictationis et laetitia retributionis exprimitur. qui seminant, inquit, in lacrimis in gaudio metent. ambulantes ambulabant et plorabant mittentes semina sua: uenientes autem uenient in exultatione tollentes gremia sua. et iterum in psalmo CXVIII: beati inmaculati in uia, qui ambulant in luce Domini. beati qui perscrutantur martyria eius, in toto corde inquirunt eum. item Dominus in euangelio, ultor ipse persecu-

16 Ps. 115, 15. 18 Ps. 125, 5 sq. 22 Ps. 118, 1 sq.

2 subitationes *R* dicentis *S*¹, dicent** *W* 3 per *SWV*, prae *Rv* angustiam *SWRV*, angustia *v* 4 hii *WR* aliq. habuimus *v* 5 risu *SWV*, risum *R*, derisum *v* similitudine *SWRV*, similitudinem *v* 6 insaniam...illorum *om. W* 7 quomodo *SWRV*, quomodo ergo *v* 10 lassati] calcati *R* 11 in iniquitatis *Wv* 12 dei *S* 15 ista *S*, illa *WRv*: *cf. test. III 16, ad Demetr. c. 24* 17 dñi *Wv* iustorum *SWRV*, sanctorum *v*; *cf. test. III 16* tristia *S* 19 lacriminis *S* metent *S* en *corr.* 20 plorabant *SWRV*, flebant *v* 21 tollentes] portantes *v*; *cf. test. III 16 p. 129* 22 et *om. S* CXVIIII *R*¹ qui inmaculati sunt *WRv* 23 luce *S*, uia *WR*, lege *v*; *cf. test. III 16* 24 perscrutantur in uia *V* inquirunt *SWRV*, exquirunt *v* 25 ultor] ultro *R*

tionis nostrae et munerator passionis, beati, inquit, qui persecutionem passi fuerint propter iustitiam, quia ipsorum est regnum caelorum. et iterum: beati eritis, cum odio uos habuerint homines et separauerint uos et expulerint et maledixerint nomini uestro quasi nequam propter filium hominis. gaudete in illa die et exultate. ecce enim merces uestra multa in caelis. et iterum: qui perdit animam suam propter me hic saluabit illam. nec solos animaduersos et interfectos diuinae pollicitationis manent praemia, sed etiam si passio fidelibus desit, fides tamen integra adque inuicta perstiterit et contemptis ac relictis suis omnibus Christum se sequi christianus ostenderit, ipse quoque a Christo inter martyras honoratur pollicente ipso et dicente: nemo est qui relinquat domum aut agrum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios propter regnum Dei et non recipiat septies tantum in isto tempore, in saeculo autem uenturo uitam aeternam. item in Apocalypsi hoc idem loquitur, et uidi, inquit, animas occisorum propter nomen Iesu et sermonem Dei. et cum primo in loco posuisset occisos, addidit dicens: et quicumque imaginem bestiae non adorauerunt nec acceperunt inscriptionem in fronte aut in manu sua. quos uniuersos a se in eodem loco simul uisos coniungit ac dicit: et uixerunt et regnauerunt cum Christo. uiuere omnes dicit et regnare cum Christo, non tantum qui occisi fuerint, sed quique in fidei suae firmitate et Dei

1 Matth. 5, 10. 3 Luc. 6, 22 sq. 8 Luc. 9, 24. 14 Luc. 18, 29 sq. 18 Apoc. 20, 4.

1 noster S^1 munerator *SWRV*, remunerator *v* 3 est *S s. l. m. 2* caelorum] *add. R*: Et iterum nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere, magis autem metuite eum qui potest et animam et corpus occidere in gehenna *(Matth. 10, 28); cf. test. III 16* 8 in caelis *WV*, in c. est *S*, est in c. *Rv* perdiderit *v* 10 passio *SWRV*, ipsa passio *v* 12 suis *om. W* 13 martyres *Rv* 14 derelinquat *W* 16 propter regnum dei *om. WR* 18 apocalypis (in *om.*) *R* 19 nomen dei et testimonium iesu *V* 21 non ador. im. bestiae *R* 22 adorauerint S^1 notam et inscriptionem *V* 24 et dicit *v*, accidit *R* 25 omnis S^1 26 fuerunt S^1 sed et *v* quique] quicumque *v*

timore perstantes imaginem bestiae non adorauerint neque ad funesta eius et sacrilega edicta consenserint.

Plvs nos accipere in passionis mercede qvam qvod hic svstinemvs in ipsa passione.

13 Probat beatus apostolus Paulus qui dignatione diuina usque in tertium caelum adque in paradisum raptus audisse se inenarrabilia testatur, qui oculata fide Iesum Christum uidisse se gloriatur, qui id quod et didicit et uidit maioris conscientiae ueritate profitetur. non sunt, inquit, condignae passiones huius temporis ad superuenturam claritudinem quae reuelabitur in nobis. quis ergo non omnibus modis elaboret ad claritatem tantam peruenire, ut amicus Dei fiat, ut cum Christo statim gaudeat, ut post tormenta et supplicia terrena praemia diuina percipiat? si militibus saecularibus gloriosum est ut hoste deuicto redeant in patriam triumphantes, quanto potior et maior est gloria uicto diabolo ad paradisum triumphantem redire et unde Adam peccator eiectus est illuc prostrato eo qui ante deceperat trophaea uictricia reportare, offerre Domino acceptissimum munus incorruptam fidem, uirtutem mentis incolumem, laudem deuotionis inlustrem, comitari eum cum uenire coeperit uindictam de inimicis recepturus, lateri eius adsistere cum sederit iudicaturus, coheredem Christi fieri, angelis coaequari, cum patriarchis, cum apostolis, cum prophetis caelestis regni possessione laetari. has cogitationes quae persecutio potest uincere, quae possunt tormenta superare? durat fortis et stabilis religiosis meditationibus fundata mens et aduersus om-

9 Rom. 8, 18.

2 dicta *R* consenserunt *R*, consenserit *S*[1] 3 *cap. numerum* XIII *add. S m. rec.* mercedem *S*[1] 5 apostolos *S*[1] 6 se *om. R* inenarrabilia uerba *v*, inerrabilia u. *R* 7 qui] quia *W* oculata *SWRV*, occulta *v* iesum christum] dñm *R* 8 qui id *ex* quid *S m. 2* dicit *S*[1]*WR* maiori *v* 9 passionis *S* 10 claritatem *WRv* 11 modis *S*, uiribus *WRv* 12 claritatem dei tantam *S*, tantam claritatem *v* fiat dei *S* 15 est] et *R* triumfantem *R* 16 potior et *om. S* triumphantes *S sed* s *s. l. m. 2* 17 est eiectus *R* illut *S*[1] 18 deiecerat *v* tropea *SR*, trofea *W* deo *Rv* 19 fidem et *v* uirtute *S*[1] 20 laude *scripsit Goldhorn commate post* inlustrem *sublato* 23 adaequari *WRv* 24 possessionis *S*[1] 26 meditationi *S*[1]

nes diaboli terrores et minas mundi animus inmobilis perstat quem futurorum fides certa et solida corroborat. cluduntur in persecutionibus terrae, sed patet caelum: minatur antichristus, sed Christus tuetur: mors infertur, sed inmortalitas sequitur: occiso mundus eripitur, sed restituto paradisus exhibetur: uita temporalis extinguitur, sed aeternitas repraesentatur. quanta est dignitas et quanta securitas exire hinc laetum, exire inter pressuras et angustias gloriosum, cludere in momento oculos, quibus homines uidebantur et mundus, aperire eosdem statim, ut Deus uideatur et Christus. tam feliciter migrandi quanta uelocitas. terris repente subtraheris, ut in regnis caelestibus reponaris. haec oportet mente et cogitatione conplecti, haec die ac nocte meditari. si talem persecutio inuenerit Dei militem, uinci non poterit uirtus ad proelium prompta. uel si arcessitio ante praeuenerit, sine praemio non erit fides quae erat ad martyrium praeparata: sine damno temporis merces Deo iudice redditur: in persecutione militia, in pace conscientia coronatur.

2 cluduntur *SWRV*, clauduntur oculi *v* 4 sed] et *W (l. priore)* 5 erigitur *W* restituitur *W* 6 aeternitas *S*, aeterna *Wv*, aeternam *R* repraesentatur *S*, reparatur *WRv* (rep. aeterna *W*) 8 claudere *v* 9 et aperire *WRv* 10 tam f. m. q. uelocitas *W*, *sed s. l. m. 2*: tanto felicius migrans quanto uelocius; *malim* t. uelociter m. q. felicitas 11 ut] et *W* 13 talem *ex* tamen *S m. 2* persecutionis dies *Wv* 14 pruinta *W* arcersitio *W*, accersitio *v* 15 erat] erit *R* 16 praeparatae *S*[1], praeparatas *R* dam noc temporis *R* iudice deo *WRv* 17 coronatur amen *R* CAECILI CYPRIANI AD FORTVNATVM EXPLICIT *SR*, AD FORTVNATVM DE EXHORTATIONE MARTYRII EXPLICIT *W*

X.

THASCI CAECILI CYPRIANI

AD DEMETRIANVM.

S = codex Seguierianus; desunt c. 1 — c. 2 et c. 17 — c. 26.
W = codex Würzeburgensis.
R = codex Reginensis.
M = codex Monacensis.
B = codex Bambergensis.
V = codex Veronensis.

MB ad recensenda ea quae in *S* desunt adhibui.

AD DEMETRIANVM.

Oblatrantem te et aduersus Deum qui unus et uerus est ore sacrilego et uerbis impiis obstrepentem frequenter, Demetriane, contempseram uerecundius et melius existimans errantis inperitiam silentio spernere quam loquendo dementis insaniam prouocare. nec hoc sine magisterii diuini auctoritate faciebam, cum scriptum sit: in aures inprudentis noli quicquam dicere, ne quando audierit inrideat sensatos sermones tuos, et iterum: noli respondere inprudenti ad inprudentiam eius ne similis fias illi, et sanctum quoque iubeamur intra conscientiam nostram tenere nec inculcandum porcis et canibus exponere loquente Domino et dicente: ne dederitis sanctum canibus neque miseritis margaritas uestras ante porcos, ne inculcent eas pedibus suis. nam cum ad me saepe studio magis contradicendi quam uoto discendi uenires et clamosis uocibus personans malles tua inpudenter ingerere quam nostra patienter audire, ineptum uidebatur congredi tecum, quando facilius esset et leuius turbulenti maris **I**

7 Prou. 23, 9. 9 Prou. 26, 4. 12 Matth. 7, 6.

INCIPIT AD DEMETRIANVM (AMEN *add. R) WRMB*; AD DEMETRIANVM *Lactantius instit. V c. 4*, ADVERSVS DEMETRIANVM *Hieronymus ad Magnum epist. 83* 2 et *W s. l. m. 2, om. M* 3 obstrepentem te *M* 4 contempsi *ex* contempsere *B m. 2* et] ac *v* 5 silentius *M*¹ 6 hoc *M s. l. m. 2* magisterio *RM* diuinae auctoritatis *M*, diuini et nominis auctoritate *v* 7 scriptum sit *ex* scripsit *W m. 2* 8 insensatos *B* 9 iterum dicit *M* 10 inprouidentiam *B* illi fias *W* 14 inculcent *RMBV*, conculcent *W* pedibus suis *WRMBV*, pedibus et conuersi elidant uos *v* 16 personans] perstrepens *V* inprudenter *B* 17 gerere *W* 18 esse *R* turbulentis *R*

concitos fluctus clamoribus retundere quam tuam rabiem tractatibus coercere. certe et labor inritus et nullus effectus offerre lumen caeco, sermonem surdo, sapientiam bruto. cum nec sentire brutus possit nec caecus lumen admittere nec surdus audire.

2 Haec considerans saepe conticui et inpatientem patientia uici, cum nec docere indocilem possem nec impium religione comprimere nec furentem lenitate cohibere. sed enim cum dicas plurimos conqueri et quod bella crebrius surgant, quod lues, quod fames saeuiant, quodque imbres et pluuias serena longa suspendant nobis imputari, tacere ultra non oportet, ne iam non uerecundiae, sed diffidentiae esse incipiat quod tacemus, et dum criminationes falsas contemnimus refutare, uideamur crimen agnoscere. respondeo igitur et tibi, Demetriane, pariter et ceteris quos tu forsitan concitasti et aduersum nos odia tuis maledicis uocibus seminando comites tibi plures radicis adque originis tui pullulatione fecisti: quos tamen sermonis nostri admittere credo rationem. nam qui ad malum motus est mendacio fallente multo magis ad bonum mouebitur ueritate.

3 Dixisti per nos fieri et quod nobis debeant inputari omnia ista quibus nunc mundus quatitur et urguetur, quod dii uestri a nobis non colantur. qua in parte qui ignarus diuinae cognitionis et ueritatis alienus es illud primo in loco scire debes senuisse iam saeculum, non illis uiribus stare quibus prius steterat nec uigore et robore ipso ualere quo antea praeualebat. hoc etiam nobis tacentibus et nulla de scripturis sanctis praedicationibusque diuinis documenta promentibus mundus ipse iam loquitur et occasum sui rerum labentium probatione testatur. non hieme nutriendis seminibus tanta imbrium copia est, non frugibus aestate

1 fluctos R^1 2 affectus W^1 efferre W 4 posset W^1B (possit brutus M) lumen adm.] uidere M 5 patientiam M^1R 6 comprimerem — cohiberem W 8 et *om.* Mv 9 seuiunt W quotq. imbres B, imbres quoque M pluuiae M 12 refutare] reputare *expunctum in* R 14 forsitam B tuis] suis R 15 radices R adque] et M 16 tui M, tuae $WRBv$: *cf. l. 27 et de mortal. c. 25* 17 ratione R qui ad *ab his incipit* S 18 fallentem R ueritate cogente v 19 et W *s. l. m. 2* 21 qui SR, quia v, qui sic *ex* quisi W *m. 2* 23 saeculum S, mundum WRv 24 ipso] eo v ante WR 25 praedicationibus quae SR 26 iam non W^1 27 sui *ex* ui W *m. 2*

torrendis solita flagrantia est nec sic uerna de temperie sua laeta sunt nec adeo arboreis fetibus autumna fecunda sunt. minus de ecfossis et fatigatis montibus eruuntur marmorum crustae, minus argenti et auri opes suggerunt exhausta iam metalla et pauperes uenae breuiantur in dies singulos. et decrescit ac deficit in aruis agricola, in mari nauta, miles in castris, innocentia in foro, iustitia in iudicio, in amicitiis concordia, in artibus peritia, in moribus disciplina. putasne tu tantam posse substantiam rei senescentis existere, quantum prius potuit nouella adhuc et uegeta iuuenta pollere? minuatur necesse est quicquid fine iam proximo in occidua et extrema deuergit. sic sol in occasu suo radios minus claro et igneo splendore iaculatur, sic declinante iam cursu exoletis cornibus luna tenuatur, et arbor quae fuerat ante uiridis et fertilis arescentibus ramis fit postmodum sterilis. senectute deformis, et fons qui exundantibus prius uenis largiter profluebat senectute deficiens uix modico sudore destillat. haec sententia mundo data est, haec Dei lex est ut omnia orta occidant et aucta senescant et infirmentur fortia et magna minuantur et cum infirmata et deminuta fuerint finiantur.

Christianis inputas quod minuantur singula mundo senescente. 4
quid si et senes inputent christianis quod minus ualeant in senectute, quod non perinde ut prius uigeant auditu aurium, cursu pedum, oculorum acie, uirium robore, suco uiscerum, mole membrorum, et cum olim ultra octingentos et nongentos annos uita hominum longaeua procederet, uix nunc possit ad cente-

1 torrentis *S*, torpendis *W*[1] solita *WR*, soli** *S* (*litterae euanuerunt*). solis tanta *v* fraglantia *W* uerna de *SWRV*, uernante *Baluzius ex 4 codd. recepit* sua *WRV*, ** || a *S* (*litterae in fine lineae euanuerunt*). sata *uel* sua sata *v*; *cf. Gronou. obs. p. 324* 3 effosis *R* fruuntur *W* 5 uaenae *W*, benae *R* breuiantur et *W*[1] in d. singulos *om. R* et *delendum fort.* decrescint *S*, decrescunt *v* ac *om. v* defecit *S* 6 aruis *SWRV*, agris *v* agricula *S* in m. nauta *om. W* 7 concordiam *R* 8 posse substantiam posse substantiam *S* 10 iuuentute *v* pollere] polliceri *W* (*ex*...ere) quidquit *S* 11 demergit *R*[1] 12 radio *S* claros *R* sic *ex* si *W m. 2* 13 exsoletis *S* 14 antea *W* uirides *S* sterili *v* 15 exabundantibus *S*; *cf. de bono pat. c. 20* 16 distillat *Rv* 17 sententiam *R* occidantur *R*; *cf. Sallust. Iug. c. 2* 19 diminuta *WRv* 21 imputant *S*, inputet *R* 24 nungentos *SR* 25 nunc] non *R*

narium numerum peruenire. canos uidemus in pueris, capilli deficiunt antequam crescunt, nec aetas in senectutem desinit, sed incipit a senectute. sic in ortu adhuc suo ad finem natiuitas properat, sic quodcumque nunc nascitur mundi ipsius senectute degenerat, ut nemo mirari debeat singula in mundo deficere coepisse, cum ipse iam mundus totus in defectione sit et in fine.

5 Quod autem crebrius bella continuant, quod sterilitas et fames sollicitudinem cumulant, quod saeuientibus morbis ualitudo frangitur, quod humanum genus luis populatione uastatur, et hoc scias esse praedictum in nouissimis temporibus multiplicari mala et aduersa uariari et adpropinquante iam iudicii die magis ac magis in plagas generis humani censuram Dei indignantis accendi. non enim, sicut tua falsa querimonia et inperitia ueritatis ignara iactat et clamitat, ista accidunt, quod dii uestri a nobis non colantur, sed quod a nobis non colatur Deus. nam cum ipse sit mundi dominus et rector et cuncta arbitrio eius et nutu gerantur nec quicquam fieri possit nisi quod aut fecerit aut fieri ipse permiserit, utique quando ea fiunt quae iram Dei indignantis ostendunt non propter nos fiunt a quibus Deus colitur, sed delictis et meritis uestris inrogantur, a quibus Deus omnino nec quaeritur nec timetur nec relictis uanis superstitionibus religio uera cognoscitur, ut qui Deus unus est omnibus unus colatur ab omnibus et rogetur.

6 Ipsum denique audi loquentem, ipsum uoce diuina instruentem nos et monentem: Dominum Deum tuum [inquit] adora-

26 Deut. 6, 13.

1 perueniri *W* 2 crescant *Rv* senectute *Rv* 3 incepit *W*[1] natiuitas ipsa *W* 4 nunc *om.* *W* 5 mirari *ex* minari *S m. 2* 6 coepisse deficere *WRv* quando totus ipse iam mundus *WRv* sit et] citet *R* 7 finem *SR* 8 contineant *W*[1] 9 **cumulant *W* (et *eras.*) 12 uariari] uaria grassari *fort.* diem *R* 13 indignandis *R*, ingignantis *W*[1] 15 iactat *ponit* post querimonia *R* 16 colatur] colitur *fort.* 17 arbitrii *R* 18 gerantura *S*[1] 20 a *add.* *W*[2] 21 uestris et meritis inrogatur *R* 22 queritur *WR*, colitur *S; cf. p. 359, 23* religio *ex* relicto *R* 26 et] et mo nos et *S*. pariter ac *v* inquit adorabis *S*, adorabis inquit *WRv*

bis et illi soli seruies, et iterum: non erunt tibi dii alii absque me, et iterum: nolite ambulare post deos alienos ut seruiatis eis et ne adoraueritis eos: et ne incitetis me in operibus manuum uestrarum ad disperdendos uos. propheta item sancto Spiritu plenus contestatur et denuntiat iram Dei dicens: haec dicit dominus omnipotens: eo quod domus mea deserta est, uos autem sectamini unusquisque in domum suam, propterea abstinebit caelum a rore et terra subtrahet procreationes suas, et inducam gladium super terram et super frumentum et super uinum et super oleum et super homines et super pecora et super omnes labores manuum eorum. item propheta alius repetit et dicit: et pluam super unam ciuitatem et super unam non pluam. pars una compluetur et pars super quam non pluero arefiet. et congregabuntur duae et tres ciuitates in unam ciuitatem potandae aquae causa nec sic satiabuntur: et non conuertimini ad me, dicit Dominus.

Indignatur ecce Dominus et irascitur et quod ad eum non 7
conuertamini comminatur: et tu miraris aut quereris in hac obstinatione et contemptu uestro, si rara desuper pluuia descendat, si terra situ pulueris squaleat, si uix ieiunas et pallidas herbas sterilis gleba producat, si uineam debilitet grando caedens, si oleam detruncet turbo subuertens, si fontem siccitas statuat, aerem pestilens aura corrumpat, hominem morbida ualitudo consumat, cum omnia ista peccatis prouocantibus ueniant et plus exacerbetur Deus quando nihil talia et tanta proficiant. fieri enim ista uel ad disciplinam contumacium uel ad poenam malo-

1 Ex. 20, 3. 2 Hier. 25, 6. 6 Agg. 1, 9 sq. 14 Amos 4, 7 sq.

1 illo R^1, ipsi *W* dii tibi W^1 2 absque] praeter *R* 3 aligenos W^1 4 manum *S* 5 spiritu sancto *v* contestur S^1 9 abstinebit *R s. l. m. 2*, abstebit *S* 13 eorum] uestrarum *S* profetalius S^1 15 unam non] aliam non *v* 17 in unam ciuitatem *om. R* 18 nec] et non *R* sic *om. WRv* conuertemini *S* 21 quaereris *SWR* obtinatione S^1 22 contemptum *S* uestro *W s. l. m. 2* 23 situ] situ pluuiae *R* 24 gleua *S* cedens W^1R 25 statuat] incitat *R* 26 inpestilens *R* 27 peccata is *R* et] ut *R*

rum, declarat in scripturis sanctis idem Deus dicens: sine causa percussi filios uestros, disciplinam non exceperunt. et propheta deuotus ac dicatus Deo ad haec eadem respondit et dicit: uerberasti eos nec doluerunt: flagellasti eos nec uoluerunt accipere disciplinam. ecce inrogantur diuinitus plagae et nullus Dei metus est: ecce uerbera desuper et flagella non desunt et trepidatio nulla, nulla formido est. quid si non intercederet rebus humanis uel ista censura? quanto adhuc maior in hominibus esset audacia facinorum inpunitate secura?

8 Quereris quod minus nunc tibi uberes fontes et aurae salubres et frequens pluuia et fertilis terra obsequium praebeant, quod non ita utilitatibus tuis et uoluptatibus elementa deseruiant. tu enim Deo seruis per quem tibi cuncta deseruiunt: famularis illi cuius nutu tibi uniuersa famulantur. ipse de seruo tuo exigis seruitutem et homo hominem parere tibi et oboedire compellis, et cum sit nobis eadem sors nascendi, condicio una moriendi, corporum materia consimilis, animarum ratio communis, aequali iure et pari lege uel ueniatur in istum mundum uel de mundo postmodum recedatur, tamen nisi tibi pro arbitrio tuo seruiatur, nisi ad uoluntatis obsequium pareatur, inperiosus et nimius seruitutis exactor flagellas, uerberas, fame, siti, nuditate et ferro frequenter et carcere adfligis et crucias. et non agnoscis Dominum Deum tuum, cum sic exerceas ipse dominatum?

9 Merito ergo incursantibus plagis non desunt Dei flagella nec uerbera. quae cum nihil istic promoueant nec ad Deum singulos tanto cladium terrore conuertant, manet postmodum carcer aeternus et iugis flamma et poena perpetua, nec audietur illic rogan-

1 Hier. 2, 30. 4 Hier. 5, 3.

4 respondet *v* 6 est *om. S* et ecce *S* 7 est nulla formido *W* 8 ista *W s. l. m. 2* 9 ominibus *S*¹ 11 quaereris *ex* quaeres *S m. 2* minus *S s. l. m. 2* nunc minus tibi iuberes fortes *R* 14 seruis] non seruis *v* cuncta *W s. l. m. 2* tu famularis *uel* non fam. *v* 15 exegis *S* 16 compelles *S* 19 et pari *om. R* 20 seruiantur *R* 21 nimium *WR* 22 et ferro] ferro etiam *v* 23 adeligis *W* agnoscis miser *v* 24 tuum *om. WR* ipse] in homine *add. Manutius* 26 cum *W s. l. m. 2* isti *R*¹ dom̃ *S* singulos *post* terrore *ponit S* 27 cladum *WRV; cf. 357, 13* conuertat *R* manet] nam et *W*

tium gemitus, quia nec hic Dei indignantis terror auditus est qui per prophetam clamat et dicit: audite sermonem Domini, filii Israel, quia iudicium est Domini aduersus incolas terrae, quod neque misericordia neque ueritas neque agnitio Dei sit super terram: execratio et mendacium et caedes et furtum et adulterium diffusum est super terram, sanguinem sanguini supermiscent. idcirco terra lugebit cum uniuersis incolis suis, cum bestiis agri, cum serpentibus terrae, cum uolucribus caeli, et deficient pisces maris, ut nemo iudicet, nemo reuincat. indignari se Deus dicit quod agnitio Dei non sit in terris, et Deus non agnoscitur nec timetur. delicta mendaciorum, libidinum, fraudium, crudelitatis, impietatis, furoris Deus increpat et incusat, et ad innocentiam nemo conuertitur. fiunt ecce quae uerbis Dei ante praedicta sunt, nec quisquam fide praesentium ut in futurum consulat admonetur. inter ipsa aduersa quibus uix coartata et conclusa anima respirat uacat malos esse et in periculis tantis non de se magis sed de altero iudicare. indignamini indignari Deum, quasi aliquid boni male uiuendo mereamini, quasi non omnia ista quae accidunt minora adhuc sint et leuiora peccatis uestris.

Qui alios iudicas aliquando esto et tui iudex, conscientiae tuae **10**
latebras intuere, immo, quia nullus iam delinquendi uel pudor est et sic peccatur quasi magis per ipsa peccata placeatur, qui perspicuus et nudus a cunctis uideris et ipse te respice. aut enim superbia inflatus es aut auaritia rapax es aut iracundia saeuus aut alea prodigus aut uinolentia temulentus aut liuore inuidus

2 Os. 4, 1 sq.

1 auditurs S^1 2 sermones *V* 3 fili istrahel *S* 4 quod] eo quod *v*, quia *W* 5 supra *W* sed execratio *Wv* 7 est] set *S* supra *W* sanguinis *R* 8 cum *R s. l. m. 2* 9 besteis *S* agri et *W* 12 dicit] et irasci *add. v* 13 fraudum *WR* 15 nemo *ex* nomo *R* 19 de se] deesse *S* de *S s. l. m. 2* 20 dom̄ *S* 23 aliquos W^1 esto et] et tu esto *v* tuis *W* 24 latebras intuere] latebra sint; uere *R* metus uel pudor *v* 25 magis *om. V* 26 uideris a cunctis *v*, acuictis uideris *R* (ti *ex* u *corr. m. 2*) 27 es (*post* rapax) *om. v*, est *W* 28 prodigus] progus *ex* saeuus *S m. 2* uinulentia *SW* libore *S*

aut libidine incestus aut crudelitate uiolentus: et miraris in poenas generis humani iram Dei crescere, cum crescat cottidie quod puniatur? hostem quereris exurgere, quasi etsi hostis desit esse pax inter ipsas togas possit [hostem quereris exurgere], quasi non, etsi externa de barbaris arma et pericula conprimantur, ferocius intus et grauius de calumniis et iniuriis potentium ciuium domesticae inpugnationis tela grassentur: de sterilitate ac fame quereris, quasi famem maiorem siccitas quam rapacitas faciat, quasi non de captatis annonarum incrementis et pretiorum cumulis flagrantius inopiae ardor excrescat: quereris cludi imbribus caelum, cum sic horrea cludantur in terris: quereris minus nasci, quasi quae nata sunt indigentibus praebeantur: pestem et luem criminaris, cum peste ipsa et lue uel detecta sint uel aucta crimina singulorum, dum nec infirmis exhibetur misericordia et defunctis auaritia inhiat ac rapina. idem ad pietatis obsequium timidi, ad impia lucra temerarii, fugientes morientium funera et adpetentes spolia mortuorum, ut appareat in aegritudine sua miseros ad hoc forsitan et derelictos esse ne possent dum curantur euadere: nam perire aegrum uoluit qui censum pereuntis inuadit.

11 Tantus cladium terror dare non potest innocentiae disciplinam et inter populum frequenti strage morientem nemo considerat et se esse mortalem. passim discurritur, rapitur, occupatur: praedandi dissimulatio nulla, nulla cunctatio: quasi liceat, quasi oporteat, quasi ille qui non rapit damnum et dispendium proprium sentiat, sic unusquisque rapere festinat. in latronibus est utcumque aliqua scelerum uerecundia, auias fauces et desertas solitudines diligunt, et sic illic delinquitur, ut tamen delinquentium facinus tenebris et nocte ueletur. auaritia palam saeuit et ipsa audacia sua tuta in fori luce abruptae cupiditatis arma pro-

1 poenas] plagas *V; cf. 354. 13* 4 hostem q. exurgere *om. S* 7 ac] et *v* 8 siccitas] sterilitas *V* 9 praetiosum *R* 10 flagrantius *scripsi,* fraglantis *S*, flagrantium *W*, flagrantior *Rc sed* or *in R corr.* 11 nunc minus *v* 12 sint *S* 13 pestis ipsa* et lues *R* sint] si *R* 15 inhiant *R* 16 temerari *SW*[1] *R* 17 appeareat *S*[1] suam *S* 18 forsitam *S* et *om. v* possent *SRV*, possint *Wv* 20 tantum *R* gladium *ex* gladum *R m. 2* 21 *alterum* et *om. v* 23 simulatio *v* nulla *om. W*[1] est cunctatio *S*, cunctatio nulla formido est *v* 26 uericundia *S* 27 solitudines diligunt] ualetudines delines delinquunt *S* 28 uelletur *W*[1] 29 lucem *R*[1] abrutae *S*

stituit. inde falsarii, uenefici inde, inde in media ciuitate sicarii tam ad peccandum praecipites quam inpune peccantes. a nocente crimen admittitur, nec innocens qui uindicet inuenitur. de accusatore uel iudice metus nullus: inpunitatem consecuntur mali, dum modesti tacent, timent conscii, ueneunt iudicaturi. et idcirco per prophetam diuino spiritu et instinctu rei ueritas promitur, certa et manifesta ratio monstratur Dominum posse aduersa prohibere sed ne ille subueniat merita peccantium facere. numquid, ait, non ualet manus Dei, ut saluos faciat, aut grauabit aurem ut non exaudiat? sed peccata uestra inter uos et Deum separant, et propter delicta uestra auertit faciem a uobis ne misereatur. peccata itaque et delicta reputentur, conscientiae uulnera cogitentur, et desinat unusquisque de Deo uel de nobis conqueri, si quod patitur intellegat se mereri.

Et ecce id ipsum quale est unde nobis cum maxime sermo est, **12**
quod nos infestatis innoxios, quod in contumeliam Dei inpugnatis adque opprimitis Dei seruos? parum est quod furentium uarietate uitiorum, quod iniquitate feralium criminum, quod cruentarum conpendio rapinarum uita uestra maculatur, quod superstitionibus falsis religio uera subuertitur, quod Deus omnino nec quaeritur nec timetur: adhuc insuper Dei seruos et maiestati ac numini eius dicatos iniustis persecutionibus flagitatis. satis non est quod ipse tu Deum non colis: adhuc insuper eos qui colunt sacrilega infestatione persequeris. Deum nec colis

9 Es. 59, 1 sq.

1 falsari *S*, falsarius *R* uenefici inde *R*[1], inde uenefici *R*[2]*r*, uenefici *SW* in *S s. l. m. 2* sicari *R* 4 uel] de *W*; *cf. p. 12, 9* dum inpunitatem *R* 5 dum *W in ras.* ueniunt *SR* ***iudicaturi *R* 6 rei *ex* res *W m. 2*, rei *R sed* i *super ras.* ueritatis *W* 7 certa . . . monstratur *om. R* ratione *v* monstratur *W sed* monstra *in ras.* deum *Wv* 9 ait *ex* aut *R* domini *v* saluos *SWRV*, saluos uos *v*; *cf. test. II 4, III 47* 10 grauabit *S*, grauauit *WRv* aurem suam *S* audiat *R* pecca *W* 11 dom̃ *S* 12 uertit *W* faciem suam *v* 14 desinat *S*, desinit *WR* si *om. R* 16 et *om. WRv* nobiscum *uel* nobis uobiscum *v*; *cf. Gron. obs. p. 627* 19 ferarum *R* 22 nec q.] non queritur *WR* 23 nomini *Rv* dicatos iniustis persecutionibus *bis exhibet S* flagitas *R*, fatigatis *V*, agitatis *v*; *cf. Gron. l. c.* 24 dom̃ *ex* dñ *S m. 2* 25 dom̃ *S*

nec coli omnino permittis, et cum ceteri qui non tantum ista inepta idola et manu hominis facta simulacra sed et portenta quaedam et monstra uenerantur tibi placeant, solus displicet Dei cultor. fumant ubique in templis uestris hostiarum busta et rogi pecorum, et Dei altaria uel nulla sunt uel occulta. crocodili et cynocephali et lapides et serpentes coluntur, et Deus solus in terris aut non colitur aut non est inpune quod colitur. innoxios, iustos, Deo caros domo priuas, patrimonio spolias, catenis premis [carcere includis], bestiis, gladio, ignibus punis. nec saltim contentus es dolorum nostrorum conpendio et simplici ac ueloci breuitate poenarum: admoues laniandis corporibus longa tormenta, multiplicas lacerandis uisceribus numerosa supplicia, nec feritas adque immanitas tua usitatis potest contenta esse tormentis: excogitat nouas poenas ingeniosa crudelitas.

13 Quae haec est insatiabilis carnificinae rabies, quae inexplebilis libido saeuitiae? quin potius elege tibi alterum de duobus: christianum esse aut est crimen aut non est. si crimen est, quid non interficis confitentem? si crimen non est, quid persequeris innocentem? torqueri enim debui, si negarem. si poenam tuam metuens id quod prius fueram et quod deos tuos non colueram mendacio fallente celarem, tunc torquendus fuissem, tunc ad confessionem criminis cum ui doloris adigendus, sicut in quaestionibus ceteris torquentur rei qui se negant crimine quo accusantur teneri, ut facinoris ueritas quae indice uoce non promitur dolore corporis exprimatur. nunc uero cum sponte confitear et clamem et crebris ac repetitis identidem uocibus christianum me esse contester, quid tormenta admoues confitenti et deos tuos non in abditis et secretis locis sed palam, sed publice, sed in foro ipso magistra-

2 facta] non tantum facta *R* 3 monstrua *R* uenerentur *W* placent R^1 solus tibi *v* 4 fumant... *l. 7* quod colitur *om. S* 5 nulla] noua *R* crocodilli W^1R, corcodrilli W^2 6 cyrocefali *R* a uobis coluntur *v* 8 deo caros deo caros *R* 9 carcere includis *om. S*; *cf. de bono pat. c. 12:* subeundus carcer portandae catenae 9 gladio bestiis *v* saltem *Sv* 12 lacerandis] laniandis *W* suplicia *R* 15 quae haec *om. R* insaniabilis S^1 carnificinae] ne *R* inplebilis *R* 16 elige *Rv* 17 esse *ex* es *W m. 2* 20 fuerat S^1 21 celarem] negarem *W* 22 cum ui S^1, ui** *R*, ui S^2Wv 23 caeteris quaestionibus *v* rei] et *R* accusatur W^1 teneri] generi *R* 24 ut *om. S* 25 clamem] damen *R* 27 non *om. W* aditis W^1 28 locus R^1

tibus et praesidibus audientibus destruenti? ut et si parum fuerat quod in me prius criminabaris, creuerit quod et odisse et punire plus debeas. quid dum me christianum celebri loco et populo circumstante pronuntio et uos et deos uestros clara et publica praedicatione confundo, quid te ad infirmitatem corporis uertis, quid cum terrenae carnis inbecillitate contendis? cum animi uigore congredere, uirtutem mentis infringe, fidem destrue, disceptatione si potes uince, uince ratione.

Vel si quid diis tuis numinis et potestatis est, ipsi in ultionem **14**
suam surgant, ipsi se sua maiestate defendant. at quid praestare colentibus possunt qui se de non colentibus uindicare non possunt? nam si eo qui uindicatur pluris est ille qui uindicat, tu diis tuis maior es. si ergo his quos colis maior es, non tu eos colere, sed ab illis coli debes. sic illos laesos ultio uestra defendit, quomodo et clausos ne pereant tutela uestra custodit. pudeat te eos colere quos ipse defendis, pudeat tutelam de iis sperare quos tu tueris.

O si audire eos uelis et uidere, quando adiurantur a nobis, tor- **15**
quentur spiritalibus flagris et uerborum tormentis de obsessis corporibus eiciuntur, quando eiulantes et gementes uoce humana et potestate diuina flagella et uerbera sentientes uenturum iudicium confitentur. ueni et cognosce uera esse quae dicimus: et quia sic deos colere te dicis, uel ipsis crede quos colis. aut si uolueris et tibi credere, de te ipso loquetur audiente te qui nunc tuum pectus obsedit, qui nunc mentem tuam ignorantiae nocte caecauit. uidebis nos rogari ab eis quos tu rogas, timeri ab eis

1 destruendi *R* *post* destruenti *non distinguit v* etsi *v* 2 me prius *ex* *ebrius *R* creuit *W* 3 debeas. quid *scripsi*, debeas, quod *SWRv* 5 praeconatione *v* *post* confundo *cap. 14 incipit v* 7 distrue *S* disceptationem *R* 8 rationem *R* 9 nominis *R*[1] 10 ipsi *R s. l. m. 2* ad *S*, aut *WRv*; at *coniecerat Latinius et Ant. de Rooy spicil. crit. p. 32* 11 se colentibus *v* uindecare *S* 12 plus *S* 13 es *add. W*[2] ergo *S*, autem *WRv* his] iis *v* eos *S*, illos *WRv* 14 illis] ipsis potius *v* debes] *add. v:* et timeri ut dominus defendet *S* 15 pereant] praetereant *R* 16 colore *R* defendes *S* eis *WR* 17 tu] tu ipse *v* 18 uelles *v* a nobis adiurantur *WRv* et torquentur *v* 19 fraglis *W* 20 heiulantes *SWR* et gementes *om. R; cf. p. 25, 5 sq.* 23 quos colis crede *WRv* 24 tebi *S* loquentur *R* 25 nunc *om. W* 26 rogasti, meri *W* timeri ab eis] *add. v:* quos tu times

quos tu adoras: uidebis sub manu nostra stare uinctos et tremere captiuos quos tu suspicis et ueneraris ut dominos. certe uel sic confundi in istis erroribus tuis poteris, quando conspecxeris et audieris deos tuos quid sint interrogatione nostra statim prodere et praesentibus licet uobis praestigias illas et fallacias suas non posse celare.

16 Quae ergo mentis ignauia est, immo quae desipientium caeca et stulta dementia ad lucem de tenebris non uenire et mortis aeternae laqueis uinctos spem nolle inmortalitatis excipere, non metuere Deum comminantem et dicentem: sacrificans diis eradicabitur nisi Domino soli. et iterum: adorauerunt eos quos fecerunt digiti eorum, et curuatus est homo et humiliatus est uir, et non laxabo illis? quid te ad falsos deos humilias et inclinas, quid ante inepta simulacra et figmenta terrena captiuum corpus incuruas? rectum te Deus fecit et cum cetera animalia prona et ad terram situ uergente depressa sint, tibi sublimis status et ad caelum adque ad Dominum susum uultus erectus est. illuc intuere, illuc oculos tuos dirige, in supernis Deum quaere, ut carere inferis possis, ad alta et caelestia suspensum pectus adtolle. quid te in lapsum mortis cum serpente quem colis sternis? quid in ruinam diaboli per ipsum et cum ipso cadis? sublimitatem serua qua natus es. perseuera talis qualis a Deo factus es. cum statu oris et corporis animum tuum statue. ut cognoscere Deum possis, te ante cognosce. relinque idola quae humanus error inuenit. ad Deum conuertere: quem si inploraueris, subuenit. Christo crede quem uiuificandis ac reparandis nobis pater misit. laedere seruos Dei et Christi persecutionibus tuis desine quos laesos ultio diuina defendit.

17 Inde est enim quod nemo nostrum quando adprehenditur reluctatur nec se aduersus iniustam uiolentiam uestram quamuis

10 Ex. 22, 20. 11 Es. 2, 8 sq.

4 interrogationes *R* 5 licet *ex* hic et *R* prestrigias *W* illas *om. S* 6 celerare *S* 7 menti *R*[1] 8 non] nolle *v* 10 dom̃ *S* 12 incuruatus *v* 15 captiua *v* corpore *R* 18 deum *Rv* susum *scripsi*, suum *SRW*[1], tuum *W*[2] 19 erige *WRv* dom̃ *S* 22 ipsam *R* 24 ut] et *S* cognoscas *R* 27 pater filium *v* 30 enim *om. v* et nemo *W* 31 iniustam *om. V*

nimius et copiosus noster populus ulciscitur. patientes facit de secutura ultione securitas. innocentes nocentibus cedunt, insontes poenis et cruciatibus acquiescunt certi et fidentes quod inultum non remaneat quodcumque perpetimur quantoque maior fuerit persecutionis iniuria tanto iustior fiat et grauior pro persecutione uindicta. nec umquam impiorum scelere in nostrum nomen exurgitur, ut non statim diuinitus uindicta comitetur. ut memorias taceamus antiquas et ultiones pro cultoribus Dei saepe repetitas nullo uocis praeconio reuoluamus, documentum recentis rei satis est quod sic celeriter quodque in tanta celeritate sic granditer nuper secuta defensio est ruinis rerum, iacturis opum, dispendio militum, deminutione castrorum. nec hoc casu accidisse aliquis existimet aut fuisse fortuitum putet, cum iam pridem scriptura diuina posuerit et dixerit: mihi uindictam, ego retribuam, dicit Dominus, et iterum Spiritus sanctus praemoneat et dicat: ne dixeris: ulciscar me de inimico meo, sed expecta Dominum ut tibi auxilio sit. unde clarum est adque manifestum quia non per nos sed pro nobis accidunt cuncta ista quae de Dei indignatione descendunt.

18 Nec ideo quis putet christianos his quae accidunt non uindicari, quod et ipsi uideantur accidentium incursione perstringi. poenam de aduersis mundi ille sentit cui et laetitia et gloria omnis in mundo est. ille maeret et deflet, si sibi male sit in saeculo, cui bene non potest esse post saeculum, cuius uiuendi fructus omnis hic capitur, cuius hic solacium omne finitur, cuius caduca et breuis uita hic aliquam dulcedinem computat et uo-

14 Rom. 12, 19 (cf. Deut. 32, 35). 16 Prou. 20, 22.

1 noster sic V, noster sit *v* 4 remanet *W* maiore *R* 5 et iustior *Rv* fiet *W* 7 exurgitur *om. R* non] nos *R* uindicta nostra *R* cometetur *S* 8 memorias ta *desinit S* 9 repetita *W* uocis] doces *R* 10 quodque] quoque *MR* 11 rerum *WMBV*, aerum *R* (a *in ras.*), regum *v* 12 diminutione *B*, dū notione *R* 13 fortuitum] postremum *R* iam] tam *R* 14 uindicta *W* 16 praemonet *M*¹ dicet *M*¹ dixeris] dicas *M* ulciscor *R* me *M s. l. m. 2* 17 dñ *R* auxilior sit *R*, auxilietur *M* 19 dignatione *MB* 20 christianis *W* his] iis *v* accedunt *M*¹ 21 et *om. M* incursatione *v* 22 sentiet *R* 23 male sit] malent *R* 24 esse *W s. l. m. 2* 26 breuis uita] orem suita *R* et] ad *fort.* uoluptate *B*

luptatem, quando istinc excesserit poena iam sola superest ad dolorem. ceterum nullus his dolor est de incursatione malorum praesentium quibus fiducia est futurorum bonorum. denique nec consternamur aduersis nec frangimur nec dolemus neque in ulla aut rerum clade aut corporum ualitudine mussitamus. spiritu magis quam carne uiuentes firmitate animi infirmitatem corporis uincimus. per ipsa quae nos cruciant et fatigant probari et corroborari nos scimus et fidimus.

19 Putatis nos aduersa uobiscum aequaliter perpeti, quando eadem aduersa uideatis a nobis et uobis non aequaliter sustineri? aput uos inpatientia clamosa semper et querula est, aput nos fortis et religiosa patientia quieta semper et semper in Deum grata est, nec quicquam istic laetum aut prosperum sibi uindicat, sed mitis et lenis et contra omnes fluctuantis mundi turbines stabilis diuinae pollicitationis tempus expectat. quamdiu enim corpus hoc permanet commune cum ceteris, sit necesse est et corporalis condicio communis nec separari generi humano ab inuicem datur, nisi istinc de saeculo recedatur. intra unam domum boni et mali interim continemur. quicquid intra domum uenerit pari sorte perpetimur, donec aeui temporalis fine completo ad aeternae uel mortis uel inmortalitatis hospitia diuidamur. non ergo idcirco compares uobis et aequales sumus, quia in isto adhuc mundo et carne hac constituti mundi et carnis incommoda uobiscum pariter incurrimus. nam cum in sensu doloris

1 istinc] hinc *M* excesserint *M*¹ sola iam *RM* 2 his] iis *uel* hic *v* incursione *Mv* 4 consternimur *MB* aduersis omnino *B* frangimus *R* ullam *R*, nulla *B* 5 aut (*ante* rerum) *om. B* musitamus *WRMB* spiritus *W* 6 uiuent *W*¹ firmitatem *RM*¹ infirmitate *B* 7 uos] nos *v* comprobari *B* et *om. R* 8 scimus *om. R* fidemus *WM*¹ 9 quando] cum *v* 10 nobis et a uobis *B*, uobis et nobis *R* 11 est] et *B* 12 dūm *W*, dō *M* 13 est *W s. l. m. 2* et nec *W* quisquam *ex* quicquam *M m. 2* stic *R* 14 fluctuantes *RBM*¹ 15 pollicitationes *M*¹ tempus *add. M*² semper expectans *M sed* ns *in ras.* 16 hoc] hic *v* *ante* commune *distinguit v* sit...communis *om. W* 17 seperari *W* 18 nisi si *v* postmodum recedatur *V* 20 euenerit *Mv* repetimur *B* 21 aeterna *W*¹ diuidamur] *add. W:* loquitur et hortatur 23 constituti *ex* a constitutione *M m. 2* 24 in *W s. l. m. 2* sensum *M*¹

sit omne quod punit, manifestum est eum non esse participem poenae tuae quem uideas tecum non dolere.

Viget aput nos spei robur et firmitas fidei et inter ipsas saeculi 20
labentis ruinas erecta mens est et inmobilis uirtus et numquam non laeta patientia et de Deo suo semper anima secura, sicut per prophetam Spiritus sanctus loquitur et hortatur spei ac fidei nostrae firmitatem caelesti uoce corroborans. ficus, inquit, non adferet fructum et non erunt nascentia in uineis. mentietur opus oliuae et campi non praestabunt cibum. deficient a pabulo oues et non erunt in praesepibus boues. ego autem in Domino exultabo, gaudebo in Deo salutari meo. Dei hominem et cultorem Dei subnixum spei ueritate et fidei stabilitate fundatum negat mundi huius et saeculi infestationibus commoueri. uinea licet fallat et olea decipiat et herbis siccitate morientibus aestuans campus arescat, quid hoc ad christianos, quid ad Dei seruos quos paradisus inuitat, quos gratia omnis et copia regni caelestis exspectat? exultant semper in Domino et laetantur et gaudent in Deo suo et mala adque aduersa mundi fortiter tolerant, dum bona et prospera futura prospectant. nam qui exposita natiuitate terrena spiritu recreati et renati sumus nec iam mundo sed Deo uiuimus, non nisi cum ad Deum uenerimus Dei munera et promissa capiemus. et tamen pro arcendis hostibus et imbribus impetrandis et uel auferendis uel temperandis aduersis rogamus

7 Hab. 3, 17 sq.

1 sit] situm sit *coni. de Rooy l. c. p. 33* punitur *fort.* 2 poenae tuae *ponit ante* manifestum *M* tecum uideas aequaliter *v*, tecum non uideas *Pamelius*, tecum non uideas condolere *coni. de Rooy* dolore *B* 3 et (*ante* inter) *om. v* 4 est *om. W*, esset *R* 7 corroborans] commemorat *B* inquit] ait *M* 8 adfert *R*, afferent *V* fructus *W* erunt nascentia] erit generatio *v* 10 cibum] frumentum *v* pabulo] populo *W*, stabulo *v* in praes.] ad praesepia *R sed* d *s. l.* 12 et gaudebo *RMBv* saluatore *RV* dei] d̃s *M* dei culturae *M*, cultorem christi *B* 13 spe *R* stabilitatem *R* 14 huius mundi *M* 15 siccitatem *R* 16 ad—ad] a—a *R* 18 exultat *M*¹ dnm̃ *R* laetatur et gaudet *M*¹ 19 tolerat *M*¹ 20 bona] dona *v* futura *M s. l. m. 2* expectat *M* (*m. 2 corr.* at *in* ant) 21 creati *W* 22 cum *W s. l. m. 2* 23 pro imbribus *M* 24 pro auferendis *M sed* pro *s. l. m. 2* adtemperandis *M*¹

semper et preces fundimus et pro pace ac salute uestra propitiantes et placantes Deum diebus ac noctibus iugiter adque instanter oramus.

21 Nemo sibi itaque blandiatur quod nobis et profanis, Dei cultoribus et Deo aduersantibus sit interim per aequalitatem carnis et corporis laborum saecularium condicio communis, ut ex hoc opinetur non omnia ista quae accidunt nobis inrogari. cum Dei ipsius praedicatione et prophetica contestatione ante praedictum sit uenturam super iniustos iram Dei, persecutiones quae nos humanitus laederent non defuturas, sed et ultiones quae laesos diuinitus defenderent secuturas.

22 Et quanta sunt quae istic pro nobis interim fiunt. in exemplum aliquid datur, ut Dei uindicis ira noscatur. ceterum retro est iudicii dies quem scriptura sancta denuntiat dicens: ululate. proximus est enim dies Domini, et obtritio a Deo aderit. ecce enim dies Domini uenit insanabilis indignationis et irae ponere orbem terrae desertum et peccatores perdere ex eo. et iterum: ecce dies Domini uenit ardens uelut clibanus, eruntque omnes alienigenae et omnes iniqui stipula, et succendet illos aduenieus dies, dicit Dominus. succendi et cremari alienigenas praecanit Dominus id est alienos a diuino genere et profanos, spiritaliter non renatos nec Dei filios factos. euadere enim solos posse qui renati et signo Christi signati fuerint alio in loco Deus loquitur, quando ad uastationem mundi et interitum generis humani angelos suos mittens grauius in ultimo comminatur dicens: uadite et caedite et nolite par-

14 Es. 13, 6. 9. 18 Mal. 4. 1. 27 Ez. 9. 5 sq.

1 precem *B* 2 et placentes *M*, ac placantes *v* 4 itaque sibi *RBv* a nobis *B* nobis dei cultoribus et profanis *Oxon.* profanis dei cultoribus *coniungit v* 7 non *om. M* nobis *M* inrogant *R* 9 et persecutiones *MBv* 12 istinc *B*, est hic *R* interim pro nobis *B* exemplo *M* 13 ceterum ceterum *R* 14 iudicii *post* dies *M s. l. m. 2* 16 insanabilis et *M* 18 iterum dicit *M* 20 aligeniene *W*[1] alien. et omnes *om. R* sicut stipula *M* 21 cremari] tremori *R* 22 aligenas *W*[1] praecinit *Mv* dn̄s id est alienos *W s. l. m. 2* 23 non] nos *R* 24 eos solos *v* 25 uastationes—interitus *R* 26 emittens *W* 27 uadite] ite *v*

cere oculis uestris. nolite misereri seniores aut iuuenes et uirgines et mulieres et paruulos interficite ut perdeleantur. omnem autem super quem signum inscriptum est ne tetigeritis. quod autem sit hoc signum et qua in parte corporis positum manifestat alio in loco Deus dicens: transi mediam Hierusalem et notabis signum super frontes uirorum qui ingemunt et maerent ob iniquitates quae fiunt in medio ipsorum. et quod ad passionem et sanguinem Christi pertineat hoc signum et ille saluus adque incolumis reseruetur quisque in hoc signo inuenitur, item Dei testimonio conprobatur dicentis: et erit sanguis in signo uobis super domos in quibus ibi eritis, et uidebo sanguinem et protegam uos, et non erit in uobis plaga deminutionis, cum percutiam terram Aegypti. quod ante occiso agno praecedit in imagine impletur in Christo secuta postmodum ueritate. ut illic percussa Aegypto Iudaicus populus euadere non nisi sanguine et signo agni potuit, ita et cum uastari coeperit mundus et percuti quisque in sanguine et signo Christi inuentus fuerit solus euadit.

23 Respicite itaque dum tempus est ad ueram et aeternam salutem, et quia iam mundi finis in proximo est ad Deum mentes uestras Dei timore conuertite. nec uos delectet in saeculo inter iustos et mites inpotens ista et uana dominatio, quando et in agro inter cultas et fertiles segetes lolium et auena dominetur,

6 Ez. 9, 4. 11 Ex. 12, 13.

1 senioris *WB*, seniori *M* 2 iuuenis *WB*, iuueni *M* aut (*pro* et) uirginis *W; cf. test. II 22* et paruulos et mulieres *v* 3 perdeleantur *WMRBV*, deleantur *v* 4 scriptum *MBv* 5 qua in] quali *R* in *om. W* 6 media *R*, per mediam *WBM*^{2}*v (cf. test. II 22); add. M:* samariam et. *exp. m. 2* herusalem *W*^{1}, ierusalem *B* notabis] ***dabis *R* (non *eras.*) 7 super] in *M* frontem *R* 8 ob] propter *v* 9 et (*ante* quod) *om. W* 10 quisquis *M*^{2}*v*, quis *M*^{1} 11 dicentis *ex* de te entis *W m. 2* 12 ibi *WRM*^{1}*V, om. BM*^{2}, uos *uel* uos ibi *v* 13 abieritis *B* 14 diminutionis *WRv* 16 suppletur *W* postm. secuta *M* 18 signo et sanguine *M* nunc cum *B* 19 quisquis *M*^{2}*v* 20 euadet *v* 21 respite *W*^{1}, resipiscite *coni. Oxon.* 22 et *W s. l. m. 2* 23 timorem *B* 24 sta *R* quando *etc.; cf. Vergili Georg. I 154*

nec dicatis mala accidere, quia dii uestri a nobis non colantur, sed sciatis esse hanc iram Dei, *Dei* hanc esse censuram ut qui beneficiis non intellegitur uel plagis intellegatur. Deum uel sero quaerite, quia iam pridem per prophetam Deus praemonens hortatur et dicit: quaerite Deum, et uiuet anima uestra. Deum uel sero cognoscite, quia et Christus aduenieus hoc admonet et docet dicens: haec est autem uita aeterna ut cognoscant te solum et uerum Deum et quem misisti Iesum Christum. credite illi qui omnino non fallit. credite illi qui haec omnia futura praedixit. credite illi qui credentibus praemium uitae aeternae dabit. credite illi qui incredulis aeterna supplicia gehennae ardoribus inrogabit.

24 Quae tunc erit fidei gloria, quae poena perfidiae, cum iudicii dies uenerit, quae laetitia credentium, quae maestitia perfidorum noluisse istic prius credere et ut credant iam redire non posse. cremabit addictos ardens semper gehenna et uiuacibus flammis uorax poena, nec erit unde habere tormenta uel requiem possint aliquando uel finem. seruabuntur cum corporibus suis animae infinitis cruciatibus ad dolorem. spectabitur illic a nobis semper qui hic nos spectauit ad tempus, et in persecutionibus factis oculorum crudelium breuis fructus perpetua uisione pensabitur secundum scripturae sanctae fidem dicentis: uermis eorum non morietur et ignis eorum non extinguetur, et erunt ad uisionem uniuersae carni. et iterum: tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus

5 Amos 5, 6. 7 Io. 17, 3. 22 Es. 66, 24. 25 Sap. 5, 1 sq.

1 coluntur *RB* 2 esse hanc *WR*, hanc esse *VM*[1], hanc *M*[2]*B* dei hanc esse *scripsi*, hanc esse *B*, esse *WRV et s. l. m. 2 M* (hanc iram, dei esse cens. *uel* esse hanc irae dei censuram *v*, hanc irae dei esse censuram *Baluzius*, esse hanc iram dei, dei esse censuram *coni. Krabinger*) qui *corr. M*[2] *in* quia 3 beneficii *M*[1] 4 quia *ex* qua *R m. 2*, qui *W* praemonet *RB* 6 et *om. r* 8 et uerum] uerum *r* 10 credite... dabit *om. W* 12 inrogauit *M*[1] 15 noluisse se *M*[2] iam *R in ras.* 16 cremauit *M*[1] 17 *super* erit *M m. 2*: excipit seruantur *WRB* 19 spectabuntur *VM*[2] nos] nobis *B* 20 spectauerunt *V*, expectabit *BM*[1], expectauit *M*[2] 21 factis] falsis *W* breuis *super* crebres *M m. 2* recõpensabuntur *M sed* recõ *s. l. m. 2* 25 inquit iusti *M; cf. ad totum locum test. III 16 p. 128, ad Fortun. c. 12*

eos qui se angustauerunt et qui abstulerunt labores eorum. uidentes turbabuntur timore horribili et mirabuntur in subitatione insperatae salutis dicentes inter se, paenitentiam habentes et per angustiam spiritus gementes: 'hi sunt quos habuimus aliquando in risu et in similitudine inproperii. nos insensati uitam illorum aestimabamus insaniam et finem illorum sine honore. quomodo conputati sunt inter filios Dei et inter sanctos sors illorum est? ergo errauimus a uia ueritatis, et iustitiae lumen non luxit nobis et sol non est ortus nobis. lassati sumus iniquitatis uia et perditionis et ambulauimus solitudines difficiles, uiam autem Domini ignorauimus. quid nobis profuit superbia aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis? transierunt omnia illa tamquam umbra. erit tunc sine fructu paenitentiae dolor poenae, inanis ploratio et inefficax deprecatio. in aeternam poenam sero credunt qui in uitam aeternam credere noluerunt.

Securitati igitur et uitae dum licet prouidete. offerimus uobis **25**
animi et consilii nostri salutare munus. et quia odisse non licet nobis et sic Deo plus placemus, dum nullam pro iniuria uicem reddimus, hortamur, dum facultas adest, dum adhuc aliquid de saeculo superest, Deo satisfacere et ad uerae religionis candidam lucem de profundo tenebrosae superstitionis emergere. non inuidemus commodis uestris nec beneficia diuina celamus. odiis uestris beniuolentiam reddimus et pro tormentis ac suppli-

1 angustiauerunt *WBv* 2 eorum] illorum *B* timore] terrore *W* 3 inspiratae *WB* 4 dicent *Bv* habentes] agentes *MB* per (p̃ *B*) angustiam *WMRBV*, prae angustia *v* 5 hii *W*[1] *RB* 6 risum *MR*, derisum *v* in *om. W* similitudinem *MRv* 7 illius estimauimus *W* 8 illius *W*, eorum *B* 9 inter sanctos] in sc̃o *W* illorum *M*, eorum *WRBv* 11 et sol . . . nobis *om. B* ortus est *v* 12 in iniquitatis *v* uiae *W* et (*ante* amb.) *om. v* 16 tunc erit *M*, erit enim *V* paenit. fructu *B* 17 uel dolor uel *M* et inanis *B* deprecatio in aeternum; poenam *W* 18 credent *v* 20 licet] tempus est *V* 22 iniuriam *R*, iniuria** *W* 23 hortamur uos *B* 24 dñ̃o *M* ad ueram *M*, aduersae *B*, uerae *W* 25 de] et *M*[1], et de *M*[2] tenebrosa *B* (profunda et tenebrosa nocte *Pamelius*) 26 uestris *om. M*

ciis quae nobis inferuntur salutis itinera monstramus. credite et uiuite et qui nos ad tempus persequimini in aeternum gaudete nobiscum. quando istinc recessum fuerit, nullus iam paenitentiae locus est, nullus satisfactionis effectus. hic uita aut amittitur aut tenetur: hic saluti aeternae cultu Dei et fructu fidei prouidetur. nec quisquam aut peccatis retardetur aut annis quominus ueniat ad consequendam salutem. in isto adhuc mundo manenti paenitentia nulla sera est. patet ad indulgentiam Dei aditus et quaerentibus adque intellegentibus ueritatem facilis accessus est. tu sub ipso licet exitu et uitae temporalis occasu pro delictis roges et Deum qui unus et uerus est confessione et fide agnitionis eius inplores, uenia confitenti datur et credenti indulgentia salutaris de diuina pietate conceditur et ad inmortalitatem sub ipsa morte transitur.

26 Hanc gratiam Christus inpertit, hoc munus misericordiae suae tribuit subigendo mortem trophaeo crucis, redimendo credentem pretio sui sanguinis, reconciliando hominem Deo patri***, uiuificando mortalem regeneratione caelesti. hunc si fieri potest sequamur omnes, huius sacramento et signo censeamur. hic nobis uiam uitae aperit, hic ad paradisum reduces facit, hic ad caelorum regna perducit. cum ipso semper uiuemus facti per ipsum filii Dei: cum ipso exultabimus semper ipsius cruore reparati. erimus christiani cum Christo simul gloriosi, de Deo patre beati, de perpetua uoluptate laetantes semper in conspectu Dei et agentes Deo gratias semper. neque enim poterit nisi et laetus esse semper et gratus qui cum morti fuisset obnoxius, factus est inmortalitate securus.

2 uidete et uiuite *ex* uiuete *M m. 2* 3 recessum *WRMBV*, excessum *v* 4 est *om. R* aut̃ *R* ammittitur *W*¹ 5 salutis *M*¹*B* et cultu *M* 6 nec...retardetur *om. R* quicquam *W* aut *om. B* 10 est *om. R* exitum uitae *B* 12 ueniam *R* confitendi *W* credentibus *W* 15 suae *W s. l. m. 2* 16 tribuet *W*¹ 17 p. sanguinis sui *v* praecio*** sanguinis *M* (sus *eras.*) reconciliantem *B* patri et *M*; *lacunam indicaui; cf. p. 394, 8* 18 regenera tunc *R* 20 reducens *B* 21 regno *R* uiuimus *M*¹ 22 semper exultabimus *v* 24 uoluntate *RB* 25 deo *om. R* semper gratias deo *M* et *om. Rv* 26 de immortalitate *v* CAECILI CYPRIANI AD DEMETRIANVM EXPLICIT *RB*, AD DEMETRIANVM EXPLICIT *WM*

XI.

THASCI CAECILI CYPRIANI

DE OPERE ET ELEEMOSYNIS.

S = codex Seguierianus; deest in eo c. 16 p. 386, 4—c. 26.
F = fragmenta Taurinensia codicis Bobiensis 47 saec. VI; cf. Peyron Ciceronis orationum fragmenta p. 163.
W = codex Würzeburgensis.
G = codex Sangallensis.
V = codex Veronensis.

DE OPERE ET ELEEMOSYNIS.

Multa et magna sunt, fratres carissimi, beneficia diuina quibus in salutem nostram Dei patris et Christi larga et copiosa clementia et operata sit et semper operetur, quod conseruandis ac uiuificandis nobis pater filium misit ut reparare nos posset quodque filius missus esse et hominis filius uocari uoluit ut nos Dei filios faceret: humiliauit se ut populum qui prius iacebat erigeret, uulneratus est ut uulnera nostra curaret, seruiuit ut ad libertatem seruientes extraheret, mori sustinuit ut immortalitatem mortalibus exhiberet. multa haec sunt et magna diuinae misericordiae munera. sed adhuc qualis prouidentia illa et quanta clementia est, quod nobis salutari ratione prospicitur, ut homini qui redemptus est reseruando plenius consulatur. nam cum Dominus adueniens sanasset illa quae Adam portauerat uulnera et uenena serpentis antiqua curasset, legem dedit sano et praecepit ne ultra iam peccaret, ne quid peccanti grauius eueniret. coartati eramus et in angustum innocentiae praescriptione conclusi. nec haberet quid fragilitatis humanae infirmitas adque inbecillitas faceret, nisi iterum pietas diuina subueniens iustitiae et misericordiae operibus ostensis uiam quandam tuendae salutis ape- 1

INCIPIT DE OPERE ET ELEMOSYNIS (ELYMOSINIS *W*) *SW*, INCIPIT EIVSDEM DE OPERE ET ELIMOSINIS *G* 2 carissimi] dilectissimi *GV* 4 seruandis *G* 5 filium suum pater *G* suum misit *v* 6 esse et] esse *G*, dici se et *V*, esset *Oxon.*, est et *Marius Mercator p. 180 ed. Baluz.* filium *V* uocari *F*, *om. SWGV*, dici *Oxon.*, fieri *Baluzius*, esse *Mar. Merc.* 8 curaret *SFWGV et Mar. Merc.*, sanaret *v* 11 prouidentiae *S* 12 ut] et *F* hominis *F* 13 reseruato *F* consolatur *F* 15 antiqua *FWG et Augustinus contra duas epist. Pelag. IV. 8. 21.*, antiquae *S*, antiqui *v* 16 peccandi *S*[1] 17 proscriptione *G* 18 nec] ne *G* 20 tuendae] tenende *G*

riret, ut sordes postmodum quascumque contrahimus eleemosynis abluamus.

2 Loquitur in scripturis Spiritus sanctus et dicit: eleemosynis et fide delicta purgantur. non utique illa delicta quae fuerant ante contracta: nam illa Christi sanguine et sanctificatione purgantur. item denuo dicit: sicut aqua ignem extinguet, sic eleemosyna extinguet peccatum. hic quoque ostenditur et probatur quia sicut lauacro aquae salutaris gehennae ignis extinguitur, ita eleemosynis adque operationibus iustis delictorum flamma sopitur. et quia semel in baptismo remissa peccatorum datur, adsidua et iugis operatio baptismi instar imitata Dei rursus indulgentiam largiatur. hoc et Dominus in euangelio docet. nam cum denotarentur discipuli eius quod ederent nec prius manus abluissent, respondit et dixit: qui fecit quod est intus fecit et quod foris est. uerum date eleemosynam, et ecce uobis munda omnia. docens scilicet et ostendens non manus lauandas esse sed pectus et sordes intrinsecus potius quam extrinsecus detrahendas, uerum qui purgauerit quod est intus eum quoque id quod foris est repurgasse et emundata mente cute quoque et corpore mundum esse coepisse. porro autem monens et ostendens unde mundi et purgati esse possimus, addidit eleemosynas esse faciendas. misericors monet misericordiam fieri, et quia seruare quaerit quos magno redemit post gratiam baptismi sordidatos docet denuo posse purgari.

3 Prou. 16, 6 (=15, 27). 6 Sir. 3, 30. 14 Luc. 11, 40 sq.

1 protrahimus *F* elemosynis *SW fere semper*, aelymosinis *G saepius* 3 scripturis diuinis *v* 4 delecta *S* 6 purgata sunt *G* ignem extinguet *S*, extinguit ignem *FWGv*; *cf. test. III 1 p. 110* 7 sic et *FG* extinguit *FWGv* 8 aquae** *G* (aq. *eras.*) 9 ita et *Baluzius* operationibus] operibus *G* 11 asidua *G* 12 imitatae *S* dei] deum *coni. Routh* largitur *Gv* 13 in euangelio dominus *v* ederent] erent *S* 14 lauissent *GV* respondens dixit *G* 15 intus est *Fv* est (*post* foris) *om. G* 17 scilicet *om. G* 18 detrahendas] diluendas *v* 21 purgati et mundi *G* 22 possumus *S* addit *G* elemosynis *S*[1] 23 monet] docet et monet *v*, docet (*sed post* misericordiam) *G* misericordias esse faciendas *S* 24 magno pretio *Fv* redimit *S*, redemit praecio *G* baptismi gratiam *v*

Agnoscamus itaque, fratres dilectissimi, diuinae indulgentiae salubre munus [et] emundandis purgandisque peccatis nostris, qui sine aliquo conscientiae uulnere esse non possumus medellis spiritalibus uulnera nostra curemus. nec quisquam sic sibi de puro adque immaculato pectore blandiatur, ut innocentia sua fretus medicinam non putet adhibendam esse uulneribus, cum scriptum sit: quis gloriabitur castum se habere cor aut quis gloriabitur mundum se esse a peccatis? et iterum in epistula sua Iohannes ponat et dicat: si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est. si autem nemo esse sine peccato potest et quisque se inculpatum dixerit aut superbus aut stultus est, quam necessaria, quam benigna est diuina clementia, quae cum sciat non deesse sanatis quaedam postmodum uulnera, dedit curandis denuo sanandisque uulneribus remedia salutaria. 3

Numquam denique, fratres dilectissimi, admonitio diuina cessauit et tacuit quominus in scripturis sanctis tam ueteribus quam nouis semper et ubique ad misericordiae opera Dei populus prouocaretur et canente adque exhortante Spiritu sancto quisque ad spem regni caelestis instruitur facere eleemosynas iuberetur. mandat et praecipit Esaiae Deus: exclama, inquit, in fortitudine et noli parcere. sicut tuba exalta uocem 4

7 Prou. 20, 9. 9 I Io. 1, 8. 21 Es. 58, 1.

1 dilectissimi *SG et Augustin. l. c. IV, 10, 27.*, carissimi *FWv* 2 munus salubre *v* et] ut *v Augustini*, *om. G*, et quia *S;* munus emundandis — nostris et qui *coni. Vahlen* emundanis *S* 4 nec] ne *W et August. contra Iulian. Pel. II 25* sic *om. W* 5 atque de *August. l. c. contra d. epist. Pel.* pectore] corde *v* 8 mundum se] mundus *FW* 9 iohannes in epistola sua dicit si *G* quoniam *F* 10 decepimus *W* 11 non est *SFWGV et August.*, non est. si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis et iustus est dominus, qui nobis peccata dimittat *v* 12 quisquis *v* se] *ex* te *W m. 2*, *om. v* *post* quisque se *deest totum folium in F* se esse dixerit *v*, esse dixerit *August. l. c. contra Iul. P.* stultus est aut superbus *G* 13 quam necessaria . . . quae *om. v Augustini l. c. contra duas epist. Pel.* 15 denuo curandis *G* 17 et] numquam *v* tam u. q. nouis *om. W; cf. p. 188, 6* 18 et] ut *G* 19 exhortante] prouocante *G* quisquis *v* 20 iubeatur *G*, iubetur *v* 21 praecepit G^1 deus eseiae dicens *S* 22 turba G^1

tuam, adnuntia plebi meae peccata ipsorum et domui Iacob facinora eorum. et cum peccata eis sua exprobrari praecepisset cumque eorum facinora pleno indignationis inpetu protulisset dixissetque eos nec si orationibus et precibus et ieiuniis uterentur, satisfacere pro delictis posse, nec si in cilicio et cinere uoluerentur, iram Dei posse lenire, in nouissima tamen parte demonstrans solis eleemosynis Deum posse placari addidit dicens: frange esurienti panem tuum et egenos sine tecto induc in domum tuam. si uideris nudum, uesti et domesticos seminis tui non despicies. tunc erumpet temporaneum lumen tuum et uestimenta tua cito orientur, et praeibit ante te iustitia et claritas Dei circumdabit te. tunc exclamabis, et Deus exaudiet te. dum adhuc loqueris, dicet: ecce adsum.

5 Remedia propitiando Deo ipsius Dei uerbis data sunt, quid deberent facere peccantes magisteria diuina docuerunt, operationibus iustis Deo satisfieri, misericordiae meritis peccata purgari. et aput Salomonem legimus: conclude eleemosynam in corde pauperis, et haec pro te exorabit ab omni malo. et iterum: qui obturat aures ne audiat inbecillum, et ipse inuocabit Deum et non erit qui exaudiat eum. neque enim mereri Dei misericordiam poterit qui misericors ipse non fuerit aut inpetrabit de diuina pietate aliquid in precibus qui ad precem pauperis non fuerit humanus. quod item in psalmis Spiritus sanctus declarat et probat dicens: beatus qui intellegit super egenum et pauperem. in

8 Es. 58, 7 sq. 19 Sir. 29, 12. 21 Prou. 21, 13. 26 Ps. 40, 2.

1 adnuntia *WVG*, et adnuntia *Sv*; *cf. test. III 1 p. 108* peccata] delicta *G* 3 praecipisset *S* indignationes *G* 4 impetum *W*[1] 6 cinere et cilicio uolutarentur *V* leniri *S* 10 uesti *SWGV*, uesti eum *v* domesticum *S* dispicies *S (cf. 108, 21)*, despicias *v* 12 oriuntur *W* praebibit *W*[1] 14 dum] cum *G* dicit *V* 16 propitiante *G*[2], propiando *S* 19 in cor in corde *G*[1] 20 exorabunt *W* ab omni malo] in die malo *V* 21 obdurat *W* inbecillem *G* 23 promereri *v* misericordiam dei *v*, dñi *S (cf. 382, 10)* 26 et probat *om. G* 27 egentem *WGV*

die malo liberabit eum Dominus. quorum praeceptorum memor Daniel cum rex Nabuchodonosor aduerso somnio territus aestuaret, auertendis malis a diuina ope inpetranda remedium dedit dicens: propterea, rex, consilium meum placeat tibi, et peccata tua eleemosynis redime et iniustitias tuas miserationibus pauperum, et erit Deus patiens peccatis tuis. cui rex non obtemperans aduersa quae uiderat et infesta perpessus est: quae euadere et uitare potuisset, si peccata sua eleemosynis redemisset. Raphael quoque angelus paria testatur et ut eleemosyna libenter ac largiter fiat hortatur dicens: bona est oratio cum ieiunio et eleemosyna, quia eleemosyna a morte liberat et ipsa purgat peccata. ostendit orationes nostras ac ieiunia minus posse, nisi eleemosynis adiuuentur, deprecationes solas parum ad inpetrandum ualere, ni factorum et operum accessione satientur. reuelat angelus et manifestat et firmat eleemosynis petitiones nostras efficaces fieri, eleemosynis uitam de periculis redimi, eleemosynis a morte animas liberari.

Nec sic, fratres dilectissimi, ista proferimus, ut non quod 6
Raphael angelus dixit ueritatis testimonio conprobemus. in Actis apostolorum facti fides posita est, et quod eleemosynis non tantum a secunda sed a prima morte animae liberentur, gestae et impletae rei probatione conpertum est. Tabitha operationibus iustis et eleemosynis praestandis plurimum dedita cum infirmata

4 Dan. 4, 24. 11 Tob. 12, 8 sq.

1 malo *SWV*, mala *Gv* liberauit W^1G^1 illum deus *SWGV*, cum dominus *v*; *cf. test. III 1 p. 110* 2 nabocodonosor *W* territus *om. G* 3 aestuaret et *S* auertendis *SWGV*, pro au. *v* a] ae *SFG*, ad *Wv*, de *V* diuina ope inpetranda *SFWGV*, diuinam opem impetrandam *v* 5 et (*ante* peccata) *om. G* 7 patiens] parcens *v* 9 sua *om. G* redimisset *SG* 12 quoniam *G* quia eleemosyna *om. W* et elemosyna *S* et *om. G* 13 a peccatis *V* 15 ni *F*, nisi *WGv*, si *S* satisfactorum *G* 16 satientur *SFWGV*, farciantur *v ex coniectura Grauii*, fulciantur *coni. Goulartius*, socientur *exhibent aliquot codices* 17 petitiones... eleemosynis *om. G* 18 eleemosynis *om. G* animas a morte *Gv* 19 dilectissimi *SG*, carissimi *FWv* 20 actis *SWG*, actibus *Fv* 22 sed et *FG* 23 impleta *S* conpertum] testatum *G* dabita *S*, tabita *G* operationibus] orationibus *G* 24 plurimis *G*

esset et mortua, ad cadauer exanimae Petrus accitus est. qui cum inpigre pro apostolica humanitate uenisset, circumsteterunt eum uiduae flentes et rogantes, pallia et tunicas et omnia illa quae prius sumpserant indumenta monstrantes nec pro defuncta suis uocibus sed ipsius operibus deprecantes. sensit Petrus impetrari posse quod sic petebatur nec defuturum Christi auxilium uiduis deprecantibus, quando esset in uiduis ipse uestitus. cum itaque genibus nixus orasset et uiduarum ac pauperum idoneus aduocatus legatas sibi preces ad Dominum pertulisset, conuersus ad corpus quod in tabula iam lotum iacebat, *Tabitha*, inquit, *exurge in nomine Iesu Christi.* nec defuit Petro quominus statim perferret auxilium qui in euangelio dari dixerat quicquid fuisset eius nomine postulatum. mors itaque suspenditur et spiritus redditur et mirantibus ac stupentibus cunctis ad hanc mundi denuo lucem rediuiuum corpus animatur. tantum potuerunt misericordiae merita, tantum opera iusta ualuerunt. quae laborantibus uiduis largita fuerat subsidia uiuendi meruit ad uitam uiduarum petitione reuocari.

7 Itaque in euangelio Dominus doctor uitae nostrae et magister salutis aeternae uiuificans credentium populum et uiuificatis consulens in aeternum inter sua mandata diuina et praecepta caelestia nihil crebrius mandat et praecipit quam ut insistamus eleemosynis dandis nec terrenis possessionibus incubemus sed caelestes thesauros potius recondamus. *uendite*, inquit, *res uestras et date eleemosynam*, et iterum: *nolite uobis condere thesauros super terram, ubi tinea et comestura exterminat et ubi fures effodiunt et furan-*

10 Act. 9, 40. 24 Luc. 12. 33. 25 Matth. 6. 19 sq.

1 esset *ex* est *G m. 2* exanimae SW^1, exanime FW^2Gv acci***tus *G*, accersitus *F* 3 palea *W* 5 suis *om. F* ipsis *F* 8 genuis *G* nixis *V* et *om. v* 9 protulisset *G* 10 tabulam *S* dabitha *W* 11 nomine dm̄i *S* iesu *om. G* 12 perferret *F*, ferret *SWGv* euangelio suo *G* 14 hac *S* 16 operae iustae *F* 17 fuerant *F* ad] in hanc *F* 20 credentium populum et uiuificatis] et *S fort. rectius* 21 et diuina *G* 22 praecepit W^1 sistamus *S* 24 thensauros SW^2, thesauros W^1, *ita l. seqq. uterque nisi quod* W^1 thesaur. 25 datae *S* aelimosinas *G* 26 super terram] in terra *G* tenea *S* 27 exterminant *Vv* et (*ante* ubi) *add.* W^2

tur. thesaurizate autem uobis thesauros in caelo, ubi neque tinea neque comestura exterminat et ubi fures non effodiunt. ubi enim fuerit thesaurus tuus, illic erit et cor tuum. et cum obseruata lege perfectum et consummatum uellet ostendere, si uis, inquit, perfectus esse, uade et uende omnia tua et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et ueni sequere me. item alio loco negotiatorem caelestis gratiae et comparatorem salutis aeternae distractis omnibus rebus suis pretiosam margaritam hoc est uitam aeternam Christi cruore pretiosam de quantitate patrimonii sui dicit debere mercari. simile est, inquit, regnum caelorum homini negotianti quaerenti bonas margaritas. ubi autem inuenit pretiosam margaritam, abiit et uendidit omnia quae habuit et emit illam.

Eos denique et Abrahae filios dicit quos in iuuandis alendisque 8
pauperibus operarios cernit. nam cum Zachaeus dixisset: ecce dimidium ex substantia mea do egenis et si cui quid fraudaui quadruplum reddo, respondit Iesus: quia salus hodie domui huic facta est, quoniam et hic filius est Abrahae. nam si Abraham credidit Deo et reputatum est ei ad iustitiam, utique qui secundum praeceptum Dei eleemosynas facit Deo credit: et qui habet fidei ueritatem seruat Dei timorem: qui autem Dei timorem seruat in miserationibus pauperum Deum cogitat. operatur enim, in Deo quia credit, quia scit uera esse quae praedicta sunt uerbis Dei nec scripturam [sanc-

5 Matth. 19, 21. 11 Matth. 13, 45 sq. 17 Luc. 19, 8 sq.

1 thesaurizate...*l. 3* effodiunt *om. G* autem *om. W; cf. test. III 1 p. 111* 2 tineae *S* 3 effodiunt nec furantur *v* 4 illic] istic *V*, ibi *v* 5 uellet *post* lege *ponit G* 6 pauperibus *F*, egenis *SWGv; cf. test. III 1 p. 111* 9 suis *om. G* 10 cruorem *S* 11 de] da *G* 12 negotiatori *v* 16 habrahe *WG saepius* in *om. S* ***iuuandis *W* 17 zaccheus *S*, zacheus *WG* 18 cui *om G* 19 respondens *G* iesus] iesus et dixit *v* 20 huic domui *v* 21 abraam *S*, habraham *G* deputatum *WGv* 22 ei] illi *S* dñi *W* 24 qui a. d. t. seruat] quia *S fort. rectius; cf. p. 378, 20* miseratione *G* 25 enim *W in ras.* in deo *S*, ideo *FGv*, ideo *W in ras. corr.* 26 praedicta] praecepta *G* sanctam *om. S*

tam] posse mentiri, arbores infructuosas id est steriles homines excidi et in ignem mitti, misericordes ad regnum uocari. qui et alio in loco operarios et fructuosos fideles appellat, infructuosis uero et sterilibus fidem derogat dicens: si in iniusto mamona fideles non fuistis, quod est uerum quis credet uobis? et si in alieno fideles non fuistis, uestrum quis dabit uobis?

9 Sed uereris et metuis ne si operari plurimum coeperis patrimonio tuo larga operatione finito ad penuriam forte redigaris, esto in hac parte intrepidus, esto securus. finiri non potest unde in usus Christi impenditur, unde opus caeleste celebratur. nec hoc tibi de meo spondeo sed de sanctarum scripturarum fide et diuinae pollicitationis auctoritate promitto. loquitur per Salomonem Spiritus sanctus et dicit: qui dat pauperibus numquam egebit: qui autem auertit oculum suum in magna penuria erit, ostendens misericordes adque operantes egere non posse, magis parcos et steriles ad inopiam postmodum deuenire. item beatus apostolus Paulus dominicae inspirationis gratia plenus, qui administrat, inquit, semen seminanti et panem ad edendum praestabit et multiplicabit seminationem uestram et augebit incrementa frugum iustitiae uestrae, ut in omnibus locupletemini. et iterum: administratio huius officii non tantum supplebit ea quae sanctis desunt, sed et abundabit per multam gratiarum actionem in Domino: quoniam dum gratiarum actio ad Deum pro eleemo-

4 Luc. 16, 11 sq. 14 Prou. 28, 27. 19 II Cor. 9, 10 sq.

1 arbores es S^1 stereles *S* 2 misericordes *SFWGV*, mis. autem *v* 3 fidelis *S item l. 5 et 6* 4 et sterilibus *om. W* in *om. SG* mammona *v*, mammonae *G* 5 est uestrum *F*, uestrum est *G (sed* est *s. l. m. 2)* credit *S*, dabit *G* 6 uestrum *SWGV*, quod uestrum est *F*, quod est uestrum *v* 8 sed] si *v* 9 finiatur *F* 11 usum *G* 12 de meo *ex* debeo *S m. 2* sanctarum] singularum *W* et] et de *W* 14 et dicit *om. G* 16 magnam *S* ostendit *G* 20 ad edendum *add. W m. 2* 21 uestram *ex* eius *S* 22 locupletamini *S (corr. m. 2* a *in* i*)* 24 suppleuit *G*, implebit *W* eam S^1 25 et *om. W* abundauit *G* multas g. actiones *G* in *om.* F^1 26 d̃mo *SGV*, d̃ni F^1, dñ WF^2v; *cf. test. III 1 p. 113* cum *G* per aelemosinas ñras (adq. oper. *om.*) *G*

synis adque operationibus nostris pauperum oratione dirigitur, census operantis Dei retributione cumulatur. et Dominus in euangelio iam tum eiusmodi hominum corda considerans et perfidis adque incredulis praescia uoce denuntians contestatur et dicit: nolite cogitare dicentes: quid edemus aut quid bibemus aut quid uestiemur? haec enim nationes quaerunt. scit enim pater uester quia horum omnium indigetis. quaerite primo regnum et iustitiam Dei, et omnia ista adponentur uobis. eis omnia adponi dicit et tradi qui regnum et iustitiam Dei quaerunt: eos [enim] Dominus, cum iudicii dies uenerit, ad percipiendum regnum dicit admitti qui fuerint in ecclesia eius operati.

Metuis ne patrimonium tuum forte deficiat, si operari ex eo **10**
largiter coeperis, et nescis miser quia dum times ne res familiaris deficiat uita ipsa et salus deficiat, et dum ne quid de rebus tuis minuatur adtendis, non respicis quod ipse minuaris amator magis mamonae quam animae tuae, et dum times ne pro te patrimonium perdas, ipse pro patrimonio pereas. et ideo bene apostolus clamat et dicit: nihil intulimus in hunc mundum, uerum nec auferre possumus. habentes itaque exhibitionem et tegumentum his contenti simus. qui autem uolunt diuites fieri incidunt in temptationem et muscipula et desideria multa et nocentia quae mergunt hominem in perditionem et in interi-

5 Matth. 6, 31 sq. 20 I Tim. 6, 7 sq.

1 oratione] operatione *S* dirigetur *S* 3 tunc *WGv* 6 bebimus *S* 7 enim] autem *FWv* uester caelestis *S* omnium horum *v* 8 indegetis *S*, indictis *G*¹ primum *Gv* et iustitiam *om. G* dei et iustitiam eius *v* 9 ista *om. S; cf. ad totum l. test. III 11 p. 122* 10 dicit omnia apponi *G* dei et iusticiam *G* 11 enim *om. S; cf. p. 384, 19* 14 metuens *S; cf. p. 382, 4 et 9* 15 familiares *S* 16 salus deficit *WGv* nequit *F* 17 ipse *W s. l. m. 2* 18 et] ut *Fv* Dum times (et *om.*) *V* pro te] propter *S* patrimonium *SFWGV*, patr. tuum *v* 19 ipse] id agis ut ipse *V*; operam das ut ipse *fort.* patrimonio *FWV*, patr. tuo *SGv* et *om. G* apostolus paulus *F* 20 dicet *S* nihil *etc.; cf. p. 165, 15. 245, 14* 21 auferre quid *v* 22 simus *W s. l. m. 2*, sumus *SG*¹ 24 et] et in *Fv* muscipula *S*, muscipulas *W*, muscipulam *FGv* multa nocentia *S* 25 homines *S* et in] et *SG*¹*V*

tum. radix enim omnium malorum est cupiditas quam quidam adpetentes naufragauerunt a fide et inseruerunt se doloribus multis.

11 Metuis ne patrimonium tuum forte deficiat, si operari ex eo largiter coeperis? quando enim factum est ut iusto possent deesse subsidia? cum scriptum sit: non occidet fame Dominus animam iustam. Helias in solitudine coruis ministrantibus pascitur et Danieli in lacum [ad] leonum [praedam] iussu regis incluso prandium diuinitus apparatur: et tu metuis ne operanti et Dominum promerenti desit alimentum, quando ipse in euangelio ad exprobrationem eorum quibus mens dubia est et fides parua contestetur et dicat: aspicite uolatilia caeli quoniam non seminant neque metunt neque colligunt in horrea, et pater uester caelestis alit illa. nonne uos pluris estis illis. uolucres Deus pascit et passeribus alimenta diurna praestantur et quibus nullus diuinae rei sensus est eis nec potus nec cibus deest: tu christiano, tu Dei seruo, tu operibus bonis dedito, tu domino suo caro aliquid existimas defuturum?

12 Nisi si putas quia qui Christum pascit a Christo ipse non pascitur aut eis terrena deerunt quibus caelestia et diuina tribuuntur. unde haec incredula cogitatio, unde impia et sacrilega ista meditatio? quid facit in domo fidei perfidum pectus? quid qui Christo omnino non credit appellatur et dicitur christianus? Pharisaei tibi magis congruit nomen. nam cum Dominus in euangelio de eleemosynis disputaret et ut nobis amicos de terrestribus lucris prouida operatione faceremus qui nos postmodum in taber-

6 Prou. 10, 3. 12 Matth. 6, 26.

3 inserunt *F* 4 metuens *S* ex *om. S* 5 possent *W* (*sed* ent *corr.*), possint *G* 6 subsidia uitae *v*, substantia *V* dn̄s fame *G* 7 fugae solitudine *V* 8 daniel *S*, danihel *WG* lacu *FGVv* ad *om. SGV* praeda *V*, *om. G* ad *et* praedam *inclusi; cf. de dom. orat. p. 283, 1* 9 metues *S* 10 operanti tibi *v* dm̄ *G*, dō *F* 11 exprobationem *SG*[1] quibus] quorum *G* dubia] dura *S* 12 contestetur et *om. G* dicit *G* 15 plures *SW*[1] *G*[1]*; cf. test. III 11 p. 123* illis estis *W* 18 tu . . . caro *om. G* dōm *ex* dn̄o *W m. 2* 20 ipse *om. G* 22 ista] illa *F* 26 et *om. G* 27 prouide *G*, propria *S* oratione *W*, ratione *S* qui* *G*

nacula aeterna susciperent fideliter ac salubriter praemoneret. addidit post haec scriptura dicens: audiebant autem haec omnia Pharisaei qui erant cupidissimi et inridebant. quales nunc in ecclesia quosdam uidemus quorum praeclusae aures et corda caecata nullum de spiritalibus ac salutaribus monitis lumen admittunt, de quibus mirari non oportet quod contemnant in tractatibus seruum, quando a talibus ipsum Dominum uideamus esse contemptum.

Quid tibi cum istis ineptis et stultis cogitationibus plaudis, 13
quasi metu et sollicitudine futurorum ab operibus retarderis? quid umbras et praestigias quasdam uanae excusationis obtendis? confitere immo quae uera sunt et quia scientes non potes fallere, secreta et abdita mentis exprome. obsederunt animum tuum sterilitatis tenebrae et recedente inde lumine ueritatis carnale pectus alta et profunda auaritiae caligo caecauit. pecuniae tuae captiuus et seruus es, catenis cupiditatis et uinculis alligatus es et quem iam soluerat Christus denuo uinctus es. seruas pecuniam quae te seruata non seruat, patrimonium cumulas quod te pondere suo onerat, nec meministi quid Deus responderit diuiti exuberantium fructuum copiam stulta exultatione iactanti. stulte, inquit, hac nocte expostulatur anima tua. quae ergo parasti cuius erunt? quid diuitiis tuis solus incubas, quid in poenam tuam patrimonii pondus exaggeras, ut quo locupletior saeculo fueris pauperior Deo fias? reditus tuos diuide cum Deo tuo, fructus tuos partire cum Christo, fac tibi possessionum terrestrium Christum participem, ut et ille te sibi faciat regnorum caelestium coheredem.

2 Luc. 16. 14. 21 Luc. 12, 20.

1 succiperet *S*, susciper*int *G*¹ 2 addit *G* dicens] diuina *G* autem *om. W* 3 inridebant *SFWGV*, irridebant eum *v* 4 quosdam in ecclesia *Gv* 7 contempnat *G*¹ tractibus *F* 8 dñi *SG* 9 cum *F*, in *WG*, *om. S; cf. p. 190, 19* plaudes *F* 11 uanas *S* 12 potest *SG* 13 obsiderunt *G* 14 sterelitatis *WG* 15 auaritia *W* 18 te] a te *G* 19 grauius onerat *v* quid.. diuiti *om. S* 20 copia stulta se *V* exaltatione *G* 21 tua a te *v* 22 cui *V* tuis *om. S* 23 incumbas *F* patrimonii *SFWGV*, patr. tui *v* 24 redditus *G*¹ 25 diuide...tuos *om. S* deo *FWV*, dño *G*, domino deo *v* 26 ex poss. terr. prouentu *v* participem christum *G*

14 Erras et falleris quisque te in saeculo diuitem credis. audi in Apocalypsi Domini tui uocem eiusmodi homines iustis obiurgationibus increpantem. dicis, inquit, diues sum et ditatus sum et nullius rei egeo: et nescis quoniam tu es miser et pauper et caecus et nudus. suadeo tibi emere a me aurum ignitum de igni ut sis diues, et uestem albam ut uestiaris et non appareat in te foeditas nuditatis tuae, et collyrio inungue oculos tuos ut uideas. qui ergo locuples et diues es eme tibi a Christo aurum ignitum, ut sordibus tuis tamquam igne decoctis esse aurum mundum possis, si eleemosynis et iusta operatione purgeris. eme tibi albam uestem, ut qui secundum Adam nudus fueras et horrebas ante deformis, indumento Christi candido uestiaris. et quae matrona locuples et diues es ungue oculos tuos non stibio diaboli sed collyrio Christi, ut peruenire ad uidendum Deum possis, dum Deum et moribus et operibus promereris.

15 Ceterum quae talis es nec operari in ecclesia potes: egentem [enim] et pauperem non uident oculi superfusi nigrore, tenebris et nocte contecti. locuples et diues dominicum celebrare te credis quae corban omnino non respicis, quae in dominicum sine sacrificio uenis, quae partem de sacrificio quod pauper obtulit sumis? intuere in euangelio uiduam praeceptorum caelestium memorem, inter ipsas pressuras et angustias egestatis operantem. in gazophylacium duo quae sola sibi erant minuta mit-

3 Apoc. 3, 17 sq.

1 falleres *S* quisquis *v* 3 sum *om. GV* 5 miser et miserabilis *v* 6 a me *W s. l. m. 2* de igne *W*, *om. G* 7 uestem a. ut uestiaris] uestiaris ueste alba *G* ut] et *S* et] ut *F* 8 ungue G^2, unge WG^1 10 christo] me *F* decogtis *S* 14 matrona] *add. v*: in ecclesia christi inunge *FWv* 16 dum deum et] et dominum *ex* dum et *F m. 2* operibus et moribus *FWV*, operibus *G*, operibus bonis et m. *v* bonis ornaris *ex* promereris *F m. 2* 18 talis non F^2 ecclesiam *S* potest *G* 19 enim *om. S; cf. p. 381, 10* oculi tui *Sv* perfusi *G*, superfusioni *F* nigroris *WGv*, cruoris *F* 20 diues] es *add. G*, es et *add. v* credes *S* 21 corbam *S* respices *S* dominico *F* 22 sine sacrificium *S* 23 in euangelio] euangelicam *G* 24 operari *S* 25 caizophylacio *S* erant *S*, fuerant *FWGv* area minuta *F (corruptum pro* aeram.)

tentem, quam cum animaduerteret Dominus et uideret, non de patrimonio sed de animo opus eius examinans et considerans, non quantum sed ex quanto dedisset, respondit et dixit: amen dico uobis quoniam uidua ista omnibus plus misit in dona Dei. omnes enim isti ex eo quod abundauit illis miserunt in dona Dei. haec autem de inopia sua omnem quemcumque habuit uictum misit. multum beata mulier et gloriosa quae etiam ante diem iudicii meruit iudicis uoce laudari. pudeat diuites sterilitatis adque infelicitatis suae. uidua et inops [uidua] in opere inuenitur, cumque uniuersa quae dantur pupillis et uiduis conferantur, dat illa quam oportebat accipere, ut sciamus quae poena sterilem diuitem maneat, quando hoc documento operari etiam pauperes debeant. adque ut intellegamus haec opera Deo dari et eum quisque haec faciat Deum promereri, Christus illud dona Dei appellat et in dona Dei uiduam duos quadrantes misisse significat, ut magis ac magis possit esse manifestum quia qui miseretur pauperis Deo faenerat.

Sed nec illa res, fratres carissimi, a bonis operibus et iustis 16
refrenet et reuocet christianum quod excusari se posse aliquis existimet beneficio filiorum, quando in inpensis spiritalibus Christum cogitare qui accipere se professus est debeamus nec conseruos liberis nostris, sed Dominum praeferamus ipso instruente et monente: qui diligit, inquit, patrem aut matrem super me non est me dignus, et qui diligit filium aut filiam super me non est me dignus. item

3 Luc. 21, 3 sq. 24 Matth. 10, 37.

2 examinans *S*[1] 4 plus omnibus *FGv* 5 omnes...autem de *om. S* ex eo] de eo *W*, deo *G* 7 omne *G*[1] quodcumq. *SG*[1] 9 infelicitatis *SFWGV*, infidelitatis *v* 10 inops uidua *FWG*, inobs *S*, inops rebus diues *scripsit Baluzius*, inops uidua larga *Manutius*, inops non inops *fort.* in uniuersa *W* 11 illa* *W* a *in ras.* 12 sterili diuiti *G*[2] 13 hoc ipso *v* 14 eum *om. G* quisquis *v* haec cum quisq. *G* 15 dō *S* illuc *ex* illut *W* dei dona *v* dona dei appellat et in *om. F*[1], dei munus appellat et in *add. F*[2] 17 posset *SG* pauperi *G* 18 dn̄ *W*, dn̄o *F* 19 res *om. W* 20 excusare *SG* 21 in *om. S* 23 dn̄o *S* 24 monente] dicente *S* 25 et qui...dignus *om. G* 26 super me *S m. 2 in ras.*

in Deuteronomio ad corroborationem fidei et dilectionem Dei paria conscripta sunt. qui dicunt, inquit, patri et matri: non noui te, et filios suos non agnouerunt, hi custodierunt praecepta tua et testamentum tuum seruauerunt. nam si Deum toto corde diligimus, nec parentes nec filios Deo praeferre debemus. quod et Iohannes in epistula sua ponit caritatem Dei aput eos non esse quos uideamus operari in pauperem nolle. qui habuerit, inquit, substantiam mundi et uiderit fratrem suum desiderantem et cluserit uiscera sua, quomodo caritas Dei manet in illo? si enim Deus eleemosynis pauperum faeneratur et cum datur minimis Christo datur, non est quod quis terrena caelestibus praeferat nec diuinis humana praeponat.

17 Sic uidua illa in tertio Regnorum libro cum in siccitate et fame consumptis omnibus de modico farre et oleo quod superfuerat fecisset cinericium panem quo absumpto moritura cum liberis esset, superuenit Helias et petit sibi prius ad edendum dari, tunc quod superfuisset inde illam cum filiis suis uesci. nec obtemperare illa dubitauit aut Heliae filios mater in fame et egestate praeposuit. fit immo in conspectu Dei quod Deo placeat, prompte ac libenter quod petebatur obfertur nec de abundantia portio sed de modico totum datur, et esurientibus liberis alter prius pascitur, neque in penuria et fame cibus ante quam misericordia cogitatur, ut dum in opere salutari carnaliter uita contemnitur spiritaliter anima seruetur. Helias itaque typum Christi gerens et quod ille pro misericordia uicem singulis reddat ostendens respondit et dixit: haec dicit Dominus: fidelia far-

2 Deut. 33, 9. 8 I Io. 3, 17. 27 I Reg. 17, 14.

2 dicunt *ex* diligunt *S* et m.] aut matri *r*. *om.* *S* 3 nouerunt *G* hii *FG*, hic *S* 4 custodiunt *F*, costodie || *reliqua desunt in S* 5 seruerunt *F* dilimus *W* 6 prefere *G* 7 ponit et dicit *G* 8 pauperes *Gr* habuerint—uiderint *F* 9 desiderantem aliquid *V* 10 clauserit u. sua ab eo *v* dei *om.* *F* 11 illum *F* quomodo poterit caritas dei manere in illo *V* 16 cinericium *FWGV*, subcinericium *v* adsumpto (to *ex* ta) *G* 17 liberis] filiis *F* petiit *v* 18 tunc *add.* *W*² suis *om.* *G* 19 aut...20 placeat *om.* *G* 20 fit] sit *F* 21 quo *F* 23 et] ac *G* 24 ut] et *W* salutari] spãli *G* condempnitur *G* 26 redat *G* 27 dicit *W* dñs *G s. l. m. 2* fidelia] ydria *G* farinae *F*

ris non deficiet et capsaces olei non minuet usque in diem quo dabit Dominus imbrem super terram. secundum diuinae pollicitationis fidem multiplicata sunt uiduae et cumulata quae praestitit et operibus iustis ac misericordiae meritis augmenta et incrementa sumentibus farris et olei uasa conpleta sunt. nec filiis abstulit mater quod Heliae dedit, sed magis contulit filiis quod benigne et pie fecit. et illa nondum Christum sciebat, nondum praecepta eius audierat, non cruce et passione eius redempta cibum et potum pro sanguine rependebat. ut ex hoc appareat quantum in ecclesia peccet qui se et filios Christo anteponens diuitias suas seruat nec patrimonium copiosum cum indigentium paupertate communicat.

18 Sed enim multi sunt in domo liberi et retardat te numerositas filiorum quominus largiter bonis operibus insistas. adqui hoc ipso operari amplius debes, quo multorum pignorum pater es. plures sunt pro quibus Dominum depreceris, multorum delicta redimenda sunt, multorum purgandae conscientiae, multorum animae liberandae. ut in hac uita saeculari alendis sustinendisque pignoribus quo maior est numerus hoc maior et sumptus est, ita et in uita spiritali adque caelesti quo amplior fuerit pignorum copia esse et operum debet maior inpensa. sic Iob sacrificia numerosa pro liberis obferebat, quantusque erat in domo pignorum numerus tantus dabatur Deo et numerus hostiarum. et quoniam cotidie deesse non potest quod peccetur in conspectu Dei, sacrificia cotidiana non deerant quibus possent peccata tergi. probat scriptura dicens: Iob homo uerus et iustus habuit filios septem et filias tres et emundabat illos offerens pro eis hostias Deo secundum numerum illorum et pro peccatis eorum uitulum unum. si ergo

26 Iob 1, 2. 3. 5.

1 deiciet *G*¹ et capsaces olei *WG*, nec in uas oleum *F* minuetur *Gv* 5 farriis *G* 6 eheliae *G*¹ 11 ante praeponens *F* 14 adqui *WF*¹, atquin *F*², atque *G* *post* ipso *erasum* largiter *in W* 15 amplius] plurimum *V* quo] quod *malim* pignerum *G* 18 saecularia *W*¹ sustentandisq. *G* 19 hoc] eo *G* est *om. G* 21 et *om. G* sic et *v* 25 possunt *G*, possint *F* tergi *F et August. l. c. IV. 10, 27.*, tergeri *WGv* 26 scriptura diuina *v*

uere filios tuos diligis, si eis exhibes plenam et paternam dulcedinem caritatis, operari magis debes ut filios tuos Deo iusta operatione commendes.

19 Nec eum liberis tuis cogites patrem qui et temporarius et infirmus est, sed illum pares qui aeternus et firmus filiorum spiritalium pater est. illi adsigna facultates tuas quas heredibus seruas: ille sit liberis tuis tutor, ille curator, ille contra omnes iniurias saeculares diuina maiestate protector. patrimonium Deo creditum nec respublica eripit nec fiscus inuadit nec calumnia aliqua forensis euertit. in tuto hereditas ponitur quae Deo custode seruatur. hoc est caris pignoribus in posterum prouidere, hoc est futuris heredibus paterna pietate consulere secundum fidem scripturae sanctae dicentis: iunenior fui et senui et non uidi iustum derelictum neque semen eius quaerens panem. tota die miseretur et faenerat et semen eius in benedictione erit. et iterum: qui conuersatur sine uituperatione in iustitia beatos filios relinquet. praeuaricator itaque et proditor pater es, nisi filiis tuis fideliter consulas, nisi conseruandis eis religiosa et uera pietate prospicias. quid studes terreno magis quam caelesti patrimonio, filios tuos diabolo mauis commendare quam Christo? bis delinquis et geminum ac duplex crimen admittis et quod non praeparas filiis tuis Dei patris auxilium et quod doces filios patrimonium plus amare quam Christum.

20 Esto potius liberis tuis pater talis qualis Tobias extitit. da utilia et salutaria praecepta pignoribus qualia ille filio dedit, manda filiis tuis quod et ille mandauit dicens: et nunc, fili, mando uobis, seruite Deo in ueritate et facite co-

13 Ps. 36, 25 sq. 16 Prou. 20, 7. 27 Tob. 14, 10 sq.

1 plenam] ueram *G* 2 debes magis *G* 4 eum] te *Gv* 5 es *G* pares *om. G*, patrem pares *Oxon.* 9 credito *G* (o *in ras.*); *add. ex 1 cod. Krabinger:* nec fur rapit; *cf. Gron. obs. p. 324* eripit] eruit *idem* 10 in..ponitur *om. G* 13 iunior *v* non] numquam *F* 14 quaerentem *F*, egens *v* 15 faenerat] commodat *Fv* 16 erit] est *Wv*; *cf. test. III 1 p. 110* 17 beatos post se *v* 20 quid *F*, qui *WGv* 21 mauis *W*, magis *FGv* christo, bis *sic distinguit v* 22 praeparas] properas *Krabinger ex 1 cod. recepit* 27 mandauit *FWGV*, filio mandauit *v* 28 uobis serui te *FWGV*, tibi serui *v* et *om. W* fac *v*

ram illo quod illi placet, et filiis uestris mandate ut faciant iustitiam et eleemosynas et sint memores Dei et benedicant nomen eius omni tempore. et iterum: omnibus diebus uitae tuae, fili, Deum in mente habe et noli praeterire praecepta eius. iustitiam fac omnibus diebus uitae tuae et noli ambulare uiam iniquitatis, quoniam agente te ex ueritate erit respectus operum tuorum. ex substantia tua fac eleemosynam et noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. ita fiet ut nec a te auertatur facies Dei. prout habueris, fili, sic fac: si tibi fuerit copiosa substantia, plus ex illa fac eleemosynam. si exiguum habueris, ex hoc ipso exiguo communica. et ne timueris, cum facis eleemosynam: praemium bonum reponis tibi in diem necessitatis, quia eleemosyna a morte liberat et non patitur ire in tenebras. munus bonum est eleemosyna omnibus qui faciunt eam coram summo Deo.

Quale munus est, fratres carissimi, cuius editio Deo spectante **21**
celebratur. si in gentilium munere grande et gloriosum uidetur proconsules uel imperatores habere praesentes, et apparatus ac sumptus aput munerarios maior est ut possint placere maioribus, quanto inlustrior muneris et maior est gloria Deum et Christum spectatores habere, quanto istic et apparatus uberior et sumptus largior exhibendus est, ubi ad spectaculum conueniunt caelorum uirtutes, conueniunt angeli omnes, ubi munerario non quadriga uel consulatus petitur, sed uita aeterna praestatur, nec captatur inanis et temporarius fauor uulgi, sed perpetuum praemium regni caelestis accipitur.

4 Tob. 4, 5 sq.

1 illi] ei *V* placeat *F* et *om. F* uestris mandate *FWGV*, tuis manda *v* 2 ut] et *F* 4 fili *FWGV*, fili dilectissime *v* fili...*l. G* tuae *add. in G m. rec. in margine* 7 ex ueritate] ueritatem *G* 10 fiat *WG; cf. test. III 1 p. 109* facies *ex* a facie *W m. 2* 13 ex hoc ipso ex hoc ipso communia *G* 14 praemium enim *v* 15 die *G* 17 tenebras *FWGV*, gehennam *v* 19 spectanti *G* 23 inlustria *W* 24 sumptu *W*

22 Adque ut pigros et steriles et cupiditate nummaria nihil circa fructum salutis operantes magis pudeat, ut plus conscientiam sordidam dedecoris ac turpitudinis suae rubor caedat, ponat unusquisque ante oculos suos diabolum cum seruis suis id est cum populo perditionis ac mortis in medium prosilire, plebem Christi praesente et iudicante ipso comparationis examine prouocare dicentem: 'ego pro istis quos mecum uides nec alapas accepi nec flagella sustinui nec crucem pertuli nec sanguinem fudi nec familiam meam pretio passionis et cruoris redemi, sed nec regnum illis caeleste promitto nec ad paradisum restituta immortalitate denuo reuoco: et munera mihi quam pretiosa, quam grandia, quam nimio et longo labore quaesita sumptuosissimis apparatibus conparant rebus suis uel obligatis in muneris comparationem uel uenditis: ac nisi editio honesta successerit, conuiciis ac sibilis eiciuntur et furore populari nonnumquam paene lapidantur. tuos tales munerarios, Christe, demonstra, illos diuites, illos copiosis opibus afluentes, an in ecclesia praesidente et spectante te eiusmodi munus edant obpigneratis uel distractis rebus suis, immo ad caelestes thesauros mutata in melius possessione translatis. in istis muneribus meis caducis adque terrenis nemo pascitur, nemo uestitur, nemo cibi alicuius aut potus solacio sustinetur. cuncta inter furorem edentis et spectantis errorem prodiga et stulta uoluptatum frustrantium uanitate depereunt. illic in pauperibus tuis tu uestiris et pasceris, tu aeternam uitam operantibus polliceris: et uix tui meis perdentibus adaequantur qui a te diuinis mercedibus et praemiis caelestibus honorantur.'

1 numeraria *G* 2 operantes *W* tes *corr.* 3 robur *F* 4 ante oculos suos *W s. l. m. 2* suis seruis *WG et August. contra duas epist. Pel. IV, 8, 21* 5 plebe *aliquot codd. August.* 6 ipsum *W* 9 redimi *G*¹ sed *om. G* 11 mihi *W s. l. m. 2* 13 comparatione *Gv*. obligatione *W* 14 accesserit *G* 16 lapidentur *G*¹ demonstra] *add. Manutius (ex V?)*: praeceptis tuis monitos et pro terrenis caelestia recepturos 17 illos *G s. l. m. 2* affluentes *Wv* an** *G* 18 te] ut *G* oppigneratis *v* 19 thensauros *W*² 20 tranlatis *G* 22 sustentetur *G*² 23 frustrantium] prostrantium *F* 25 perdentibus *F*¹ *WGV*, pereuntibus *F*² *v*

Quid ad haec respondemus, fratres carissimi? sacrilegas ste- 23
rilitates et quadam tenebrarum nocte coopertas diuitum mentes qua ratione defendimus, qua excusatione purgamus? qui diaboli seruis minores sumus, ut Christo pro pretio passionis et sanguinis uicem nec in modicis rependamus. praecepta ille nobis dedit, quid facere seruos eius oporteret instruxit, operantibus praemium pollicitus et supplicium sterilibus comminatus sententiam suam protulit, quid iudicaturus sit ante praedixit. quae potest excusatio esse cessanti, quae defensio sterili? nisi quod non faciente seruo quod praecipitur Dominus faciet quod minatur. qui et dicit: cum uenerit filius hominis in claritate sua et omnes angeli cum eo, tunc sedebit in throno claritatis suae et colligentur ante eum omnes gentes, et segregabit eos ab inuicem quemadmodum pastor segregat oues ab haedis, et statuet oues a dextera sua, haedos autem a sinistra. tunc dicet rex eis qui a dextera sua sunt: uenite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. esuriui enim et dedistis mihi manducare, sitiui et potastis me, hospes fui et abduxistis me, nudus et texistis me, infirmatus sum et uisitastis me, in carcere fui et uenistis ad me. tunc respondebunt ei iusti dicentes: Domine, quando te uidimus esurientem et pauimus, sitientem et potauimus? quando te uidimus hospitem et abduximus,

11 Matth. 25, 31 sq.

1 fratres dilectissimi *V* sacrilegas sterilitates *FWV*, sacrilegas sterelitate *G*, sacrilega sterilitate *v* 2 quasdam *W* 3 qui] qua *F* 5 modicum *F* 6 eius] suos *v* 7 pollicetur *G* et *om.* *WG* comminatur *WG* sentiam *G*[1] 8 et ante *v* 9 potest esse *G* excusatio... quae *om.* *G* 11 dixit *G* cum uenerit] *cf. test. II 30 p. 99, III 1 p. 111* claritate *FWGV*, maiestate *v*; *item l. 13* 14 eas *V* quemammodum *W* 15 edis *G* a] ad *FWGv* 16 dexteram suam *FGv* ad sinistram *Fv*, ad sinistris *G* dicit *F* 17 iis *v* ad dexteram *FGv* suam *FG*, eius *v* sunt *FWGV*, erunt *v*; *post* sunt *falso repetit* *G*: haedos autem ad sinistris tunc dicet rex eis 18 accipite *W* regnum *ponit post* paratum est *G* est *om.* *W* 19 esurii *F* 20 adduxistis *v*: *item l. 25* 21 me *om.* *WG* texistis] uestistis *G* me *om.* *WG* infirmus *v* 22 fui *om.* *G*

nudum et uestiuimus? quando autem te uidimus infirmari aut in carcere et uenimus ad te? tunc respondens rex dicet eis: amen dico uobis, quamdiu fecistis uni horum ex fratribus meis minimis, mihi fecistis. tunc dicet illis qui a sinistra sunt: discedite a me, maledicti, in ignem aeternum quem parauit pater meus diabolo et angelis eius. esuriui enim et non dedistis mihi manducare, sitiui et non potastis me, hospes fui et non abduxistis me, nudus et non uestistis me, infirmus et in carcere et non uenistis ad me. tunc respondebunt et ipsi dicentes: Domine, quando te uidimus esurientem aut sitientem aut hospitem aut nudum aut infirmum aut in carcere et non ministrauimus tibi? et respondebit illis: amen dico uobis, quamdiu non fecistis uni ex minimis his, neque mihi fecistis. et abibunt isti in ignem aeternum, iusti autem in uitam aeternam. quid potuit nobis maius Christus edicere? quomodo magis potuit iustitiae ac misericordiae nostrae opera prouocare? quam quod praestari dixit sibi quicquid egenti praestatur et pauperi, et se dixit offendi nisi egenti praestatur et pauperi, ut qui respectu fratris in ecclesia non mouetur uel Christi contemplatione moueatur et qui non cogitat in labore adque in egestate conseruum uel Dominum cogitet in ipso illo quem despicit constitutum.

24 Et idcirco, fratres carissimi, quibus metus in Deum pronus est et spreto calcatoque iam mundo ad superna et diuina animus erectus est, fide plena, mente deuota, operatione continua promerendo Domino obsequium praebeamus. demus Christo uesti-

2 infirmari *FWGV*, infirmum *v* aut *F*, et *WG*, et uisitauimus te aut *V* carcerem *F* 3 dicit *FG* 5 dicit *F*, dicet et *v* ad sinistram *FGv* sunt *FGV*, *om.* *W*, eius erunt *v* 9 adduxistis *v*, suscepistis *F* 10 uestistis] cooperuistis *F* infirmus et non uisitastis me in carcerem *F* 11 uenistis ad *F*, uisitastis *WGv* 17 ambibunt *W*[1] ignem aeternum *F*, ambustionem aeternam *WGv* 19 mais *G*[1] ac] et *W* 20 praestare *W*[1] quidquid *Fv* 21 praestetur *v* 22 fratris] pauperis *V* 24 illo ipso *G* 26 promtus *ex* pronius *F m. 2* 28 est *ex* et *W m. 2* 29 demus *ex* debemus *W m. 2*

menta terrena indumenta caelestia recepturi. demus cibum et potum saecularem cum Abraham et Isaac et Iacob ad conuiuium caeleste uenturi. ne parum metamus plurimum seminemus. securitati ac saluti aeternae dum tempus est consulamus Paulo apostolo admonente et dicente: *ergo dum tempus habemus, operemur quod bonum est ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus.*

25 Cogitemus, fratres dilectissimi, quid sub apostolis fecerit credentium populus, quando inter ipsa primordia maioribus uirtutibus mens uigebat, quando credentium fides nouo adhuc fidei calore feruebat. domicilia tunc et praedia uenundabant et dispensandam pauperibus quantitatem libenter ac largiter apostolis obferebant, terreno patrimonio uendito adque distracto fundos illuc transferentes ubi fructus caperent possessionis aeternae, illic comparantes domos ubi inciperent semper habitare. talis tunc fuit in operationibus cumulus qualis in dilectione consensus, sicut legimus in Actis apostolorum: *turba autem eorum qui crediderant anima ac mente una agebant nec fuit inter illos discrimen ullum nec quicquam suum iudicabant ex bonis quae eis erant, sed fuerunt illis omnia communia.* hoc est natiuitate spiritali uere Dei filium fieri, hoc est lege caelesti aequitatem Dei patris imitari. quodcumque enim Dei est in nostra usurpatione commune est, nec quisquam a beneficiis eius et muneribus arcetur quominus omne humanum genus bonitate ac largitate diuina aequaliter perfruatur. sic aequaliter dies luminat, sol radiat, imber rigat, uentus adspirat, et dormientibus somnus unus est, et stellarum splendor ac lunae communis est. quo aequalitatis exemplo qui possessor in terris reditus ac fructus suos cum fraternitate partitur,

5 Gal. 6, 10. 9. 18 Act. 4, 32.

2 et (*ante* isaac) *om.* *WG* 5 monente *G* 8 metemus] *add.* *F*²: non fatigati 14 atque distracto fundos *W s. l. m. 2* 15 fructus fructus *G* 21 uindicabant *V* fuerint *G*¹ 22 filios *v* 23 imitare *G*¹ 25 eius et] ac *G* 27 luminat *FWV*, inluminat *Gv* rigat] irrorat *V* 28 *prius* et *om.* *G* 29 est *om.* *G* quo] eo *G* aequitatis *Wv* 30 in terris *W s. l. m. 2*, in terris est *G*²

dum largitionibus gratuitis communis ac iustus est, Dei patris imitator est.

26 Quae illa erit, fratres carissimi, operantium gloria, quam grandis et summa laetitia, cum populum suum Dominus coeperit recensere et meritis adque operibus nostris praemia promissa contribuens pro terrenis caelestia, pro temporalibus sempiterna, pro modicis magna praestare, obferre nos patri cui nos sua sanctificatione restituit, aeternitatem nobis inmortalitatemque largiri ad quam nos sanguinis sui uiuificatione reparauit, reduces ad paradisum denuo facere, regna caelorum fide et ueritate suae pollicitationis aperire. haec haereant firmiter sensibus nostris, haec intellegantur plena fide, haec corde toto diligantur, haec indesinentium operum magnanimitate redimantur. praeclara et diuina res, fratres carissimi, salutaris operatio, solacium grande credentium, securitatis nostrae salubre praesidium, munimentum spei, tutela fidei, medella peccati, res posita in potestate facientis, res et grandis et facilis, sine periculo persecutionis corona pacis, uerum Dei munus et maximum, infirmis necessarium, fortibus gloriosum, quo christianus adiutus perfert gratiam spiritalem, promeretur Christum iudicem, Deum computat debitorem. ad hanc operum salutarium palmam libenter ac prompte certemus, omnes in agone iustitiae Deo et Christo spectante curramus et qui saeculo et mundo maiores esse iam coepimus cursum nostrum nulla saeculi et mundi cupiditate tardemus. si expeditos, si celeres, si in hoc operis agone currentes dies nos uel redditionis uel persecutionis inuenerit, nusquam Dominus meritis nostris ad praemium deerit. in pace uincentibus coronam candidam pro operibus dabit, in persecutione purpuream pro passione geminabit.

7 nos patri *W s. l. m. 2* 9 que *W s. l. m. 2* sui *om. W* 11 ereant *G* 14 res est *scripsit Routh* fratres dilectissimi *W* operatio| oratio *F* 16 monumentum *G*[1] res *ex* re *G m. 2* 17 facientes *W* 20 perferet *G*, perferri *F*, praefert *coni. Morellius* christi *W* 23 expectante *G*[1] 25 celerius *F* 26 reditionis *V*, redditiones *G* inueniat *F* numquam *V* 27 dñm *W* 29 geminauit *G*, geminabit *W s. l. m. 2* CAECILI CYPRIANI DE OPERE ET ELEMOSYNIS EXPLICIT *F*. DE OPERE ET ELEMOSINIS EXPLICIT *W*. EXPLICIT DE OPERE ET AELEMOSINE *G (litterae* ET A *erasae)*.

XII.

THASCI CAECILI CYPRIANI

DE BONO PATIENTIAE.

S = codex Seguierianus; deest c. 1 — c. 6 et c. 20 — c. 24.
W = codex Würzeburgensis.
G = codex Sangallensis.
V = codex Veronensis.

DE BONO PATIENTIAE.

De patientia locuturus, fratres dilectissimi, et utilitates eius 1
et commoda praedicaturus unde potius incipiam, quam quod
nunc quoque ad audientiam uestram patientiam uideo esse neces-
sariam, ut nec hoc ipsum quod auditis et discitis sine patientia
facere possitis? tunc enim demum sermo et ratio salutaris effica-
citer discitur, si patienter quod dicitur audiatur. nec inuenio,
fratres dilectissimi, inter ceteras disciplinae caelestis uias qui-
bus ad consequenda diuinitus praemia spei ac fidei nostrae secta
dirigitur quid magis sit uel utilius ad uitam uel maius ad glo-
riam quam ut qui praeceptis dominicis obsequio timoris ac deuo-
tionis innitimur patientiam maxime tota obseruatione tueamur.

Hanc se sectari philosophi quoque profitentur, sed tam illic 2
patientia falsa est quam et falsa sapientia est. unde enim uel
sapiens esse uel patiens possit qui nec sapientiam nec patientiam
Dei nouit? quando ipse de his qui sibi sapere in mundo uidentur
moneat et dicat: perdam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium reprobabo, item beatus apo-
stolus Paulus plenus Spiritu sancto et uocandis formandisque
gentibus missus contestetur et instruat dicens: uidete ne qui

17 Es. 29, 14. 20 Col. 2. 8 sq.

INCIPIT DE PATIA *W*, INCIPIT DE PATIENTIA LGG VITA IN XPO *G*; *cf. Cypr. epist. 73 c. 26:* propter hoc etiam libellum nunc de bono patientiae quantum ualuit nostra mediocritas . . . conscripsimus 4 audentiam *W* esse *om. V* 5 hoc *om. W* 7 inueni o *W* 8 coelestis disciplinae *v* 10 **utilius *W* 13 quoque] quique *V* 14 est (*post* sapientia) *om. G* 16 ipse *W*, ipse dns *G*, *om. v* his] iis *v* 17 ipse moneat *v* hominum sapientium *V* 20 contestatur et instruit *G*[1] quis *Gr*

nos depraedetur per philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi et non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis. et alio loco, nemo se, inquit, decipiat. si qui putat sapientem se esse in uobis, mundo huic stultus fiat ut fiat sapiens. sapientia enim huius mundi stultitia est aput Deum. scriptum est enim: reprehendens sapientes in astutia ipsorum. et iterum: cognouit Deus cogitationes sapientium quia sunt stultae. quare si sapientia illic uera non est, esse non potest et uera patientia. nam si patiens ille est qui est humilis et mitis, philosophos autem nec humiles uidemus esse nec mites sed sibi multum placentes et hoc ipso quod sibi placeant Deo displicentes, apparet illic non esse patientiam, ubi sit insolens adfectatae libertatis audacia et exerti ac seminudi pectoris inuerecunda iactantia.

3 Nos autem, fratres dilectissimi, qui philosophi non uerbis sed factis sumus, nec uestitu sapientiam sed ueritate praeferimus, qui uirtutum conscientiam magis quam iactantiam nouimus, qui non loquimur magna sed uiuimus, quasi serui et cultores Dei patientiam quam magisteriis caelestibus discimus obsequiis spiritalibus praebeamus. est enim nobis cum Deo uirtus ista communis. inde patientia incipit, inde claritas eius et dignitas caput sumit. origo et magnitudo patientiae Deo auctore procedit. diligenda res homini quae Deo cara est: bonum quod amat maiestas diuina commendat. si dominus nobis et pater Deus est, secte-

9 I Cor. 3, 18 sq.

4 inhabitat *W*[2]*v* 5 quis *Gv* se put. sapientem *Gv* 6 huic mundo *G* 7 fiat] sit *Gv* mundi huius *v* 8 reprehendes *G*, reprehendam *v*; *cf. test. III 69 p. 170* 10 ds *W̃ G V*, dominus *v* hominum sapientium *V* 11 quare? si *W* 12 patiens] sapiens *v* est et humilis *malim* 13 esse uidemus *W* multum] tantum *V* 15 non] ueram non *v* 19 facti *G*[1] nos non habitu sapientiam sed mente praeferimus, non eloquimur magna sed uiuimus *Minucius Felix Oct. c. 38, 6* 21 quasi *W*, qua *V*, ut *G* *post* dei *puncto distinxit Erasmus* 23 est enim] *cf. August. contra duas epist. Pel. IV. 9. 25* 26 ac bonum *W*

mur patientiam domini pariter et patris, quia et seruos esse oportet obsequentes et filios non decet esse degeneres.

Qualis uero in Deo et quanta patientia, quod in contumeliam 4
suae maiestatis et honoris instituta ab hominibus profana templa et terrena figmenta et sacra sacrilega patientissime sustinens super bonos et malos aequaliter facit diem nasci et lumen solis oboriri, et cum imbribus terras rigat, nemo a beneficiis eius excluditur quominus iustis similiter et iniustis indiscretas pluuias largiatur. uidemus inseparabili aequalitate patientiae nocentibus et innoxiis, religiosis et impiis, gratias agentibus et ingratis Dei nutu tempora obsequi, elementa famulari, spirare uentos, fontes fluere, grandescere copias messium, fructus mitescere uinearum, exuberare pomis arbusta, nemora frondescere, prata florere. et cum crebris immo continuis exacerbetur offensis Deus, indignationem suam temperat et praestitutum semel retributionis diem patienter expectat, cumque habeat in potestate uindictam, mauult diu tenere patientiam sustinens scilicet clementer et differens, ut si fieri potest multum malitia protracta aliquando mutetur et homo in errorum et scelerum contagio uolutatus uel sero ad Deum conuertatur ipso monente et dicente: nolo mortem morientis, quantum ut reuertatur et uiuat. [et iterum: reuertimini ad me, dicit Dominus.] et iterum: reuertimini ad Dominum Deum uestrum, quoniam misericors et pius est et patiens et multae miserationis et qui sententiam flectat aduersus malitias inrogatas. quod beatus apostolus Paulus commemorans et peccatorem ad paenitentiam reuocans proponit et dicit: an numquid opulentiam bonitatis eius et sustinentiam et

20 Ezech. 18. 32. 22 Mal. 3. 7. 23 Ioel 2. 13. 27 Rom. 2, 4 sq.

2 oportet esse *v* 4 prophana *WG* 10 reliosis *W* 12 grandescere] candescere *Morellius* mitescere] maturescere *v* 13 arbuta *W*¹ 19 contagio *WGV*, contagione *v* 21 quantum ut] tantum *W* et iterum.. dominus *om. WGV* 24 et pius est *om. G* patiens est *G* 25 malitias inrogatas *WV*, maliciam inrogatam *Gv; cf. de lapsis p. 263* 26 quod item *v*, quod et *malim* paulus *om. G* peccatorum *G*¹ 27 paenitentiam] patientiam *W* numquid] inquit *v* 28 sustinentiam et patientiam (eius *add. V*) *WGV*, sustinentiae et longanimitatis *uel* sustentionis et longanimitatis *v: cf. test. III 35*

patientiam contemnis ignorans quoniam patientia et bonitas Dei ad paenitentiam te adducit? tu autem secundum duritiam tuam et cor inpaenitens thesaurizas tibi iram in die irae et reuelationis iusti iudicii Dei qui reddet unicuique secundum opera sua. iustum iudicium Dei dixit esse, quia serum est, quia diu multumque differtur ut homini ad uitam longa Dei patientia consulatur. tunc repraesentatur poena impio et peccatori, quando iam non potest paenitentia prodesse peccati.

5 Adque ut plenius intellegere possimus, fratres dilectissimi, quia patientia Dei res est et quisque lenis patiens et mitis est Dei patris imitator est,- cum in euangelio suo Dominus praecepta in salutem daret et diuina monita depromens ad perfectum discipulos erudiret, posuit et dixit: audistis quia dictum est: diliges proximum tibi et odio habebis inimicum tibi. ego autem dico uobis: diligite inimicos uestros et orate pro eis qui uos persecuntur, ut sitis filii patris uestri qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. si enim dilexeritis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne et publicani sic faciunt? et si salutaueritis fratres uestros tantum, quid amplius facitis? nonne et ethnici id ipsum faciunt? eritis itaque uos perfecti, quomodo pater uester caelestis perfectus est. sic perfectos dixit fieri Dei filios, sic consummari ostendit et docuit caelesti natiuitate reparatos, si patientia Dei patris ma-

14 Matth. 5, 43 sq.

1 condempnis *G* ignoras *G* 3 paenitens *W* 4 diem *V* 5 reddit *G* 6 quia serum est *om. G* 7 difertur *G* 8 consolatur *W* 9 peccati *WV*, peccanti *Gv* 10 possimus *ex* posse *W m. 2*, possemus *G* 11 res] lenis *editio Dauentriensis* quisque *G m. 2 add. in marg.*, quisquis *v* *****lenis *G* et patiens *v*, pacienter *G* 15 tibi *WV*, tuum *G; item l. 16* odio habebis] odies *V; cf. de zelo et liuore c. 15* 18 ***patris *G* 21 habetis *W* 22 sic et publicani *v*, et sic p. *V* 23 facietis *v* et *om. G* 24 eritis *WGV*, estote *v* 25 quomodo *WGV*, sicut *v*

neat in nobis, si similitudo diuina quam peccato Adam perdiderat manifestetur et luceat in actibus nostris. quae gloria est similem Deo fieri, qualis et quanta felicitas habere in uirtutibus quod diuinis laudibus possit aequari.

Nec hoc, fratres dilectissimi, Iesus Christus Dominus et Deus **6**
noster tantum uerbis docuit, sed impleuit et factis. et qui ad hoc descendisse se dixerat ut uoluntatem patris faceret inter cetera mirabilia uirtutum quibus indicia diuinae maiestatis expressit paternam quoque patientiam tolerantiae tenore seruauit. omnis denique actus eius ab ipso statim aduentu patientia comite signatur, quod primum de [illa] sublimitate caelesti ad terrena descendens non aspernatur Dei filius carnem hominis induere et cum peccator ipse non esset aliena peccata portare. inmortalitate interim posita fieri se mortalem patitur ut innocens pro nocentium salute perimatur. Dominus baptizatur a seruo et remissam peccatorum daturus ipse non dedignatur lauacro regenerationis corpus abluere. diebus quadraginta ieiunat per quem ceteri saginantur: esurit et famem sensit ut qui in fame sermonis et gratiae fuerant caelesti pane saturarentur. cum diabolo temptante congreditur et inimicum tantum uicisse contentus nihil ultra uerba conatur. discipulis non ut seruis dominica potestate praefuit, sed benignus et mitis fraterna eos caritate dilexit, dignatus etiam pedes apostolorum lauare, ut dum circa seruos talis est dominus, exemplo suo doceret qualis circa conpares et aequales debeat esse conseruus. nec mirandum quod circa obaudientes talis extiterit qui Iudam potuit usque ad extremum longa patientia sustinere, cibum cum inimico capere, hostem domesticum scire

1 in nobis] si consummari...natiuitate *repetit* G^1, *exp.* G^2 si *om.* *G* peccando *G* 5 ne G^1 et deus *W s. l. m. 2* deus et dominus *uel* et dominus deus *v* 6 pleuit et quia *ab his incipit S* qui] quia *v* 7 discendisse se $S^1 W^1$, descendi sese *G* dei patris *S* 8 admirabilia *W*, ammirabilia *G*, magnalia *V*, magnalia et mirabilia *scripsit Krabinger* uirtutum suarum *uel* suarum uirtutum *v* 9 seruauit tenore *G* 10 omnes *v* pacientiae *G* 11 signantur *v* illa *om.* *S* 13 portaret S^1 *G* 14 seposita S^2 et mortalem *Wv* 15 peremátur *W* remissa S^1 16 designatur W^1 17 sagiantur S^1 18 famen *G* sentit—saturentur *WGv* 19 diabulo *SW* 20 uerba *om.* *G* 22 dignatus est *v* 24 aequa les *ex* quales *S m. 2* 25 oboedientes *WG*, compares obaudientes *Baluzius* tales *S* 27 capere *SWGV*, sumere *v*

nec palam ostendere, traditoris osculum non recusare. in Iudaeis uero tolerandis aequanimitas quanta et quanta patientia incredulos ad fidem suadendo flectere, obsequio ingratos fouere, contradicentibus respondere leniter, superbos sustinere clementer, humiliter persequentibus cedere, prophetarum interfectores et aduersus Deum semper rebelles usque ad crucis et passionis horam uelle colligere.

7 Sub ipsa autem passione et cruce, priusquam ad crudelitatem necis et effusionem sanguinis ueniretur, quae conuiciorum probra patienter audita, quae contumeliarum tolerata ludibria, ut insultantium sputamina exciperet qui sputo suo caeci oculos paulo ante formasset et cuius nomine a seruis eius nunc diabolus cum angelis suis flagellatur flagella ipse pateretur, coronaretur spinis qui martyras floribus coronat aeternis, palmis in faciem uerberaretur qui palmas ueras uincentibus tribuit, spoliaretur ueste terrena qui indumento inmortalitatis ceteros uestit, cibaretur felle qui cibum caelestem dedit, aceto potaretur qui salubri poculo propinauit. ille innocens, ille iustus, immo innocentia ipse et ipse iustitia inter facinorosos deputatur et testimoniis falsis ueritas premitur, iudicatur iudicaturus et Dei sermo ad crucem tacens ducitur. et cum ad crucem Domini confundantur sidera, elementa turbentur, contremescat terra, nox diem cludat, sol ne Iudaeorum facinus aspicere cogatur et radios et oculos suos subtrahat, ille non loquitur nec mouetur nec maiestatem suam sub ipsa saltim passione profitetur: usque ad finem perseueranter ac iugiter tolerantur omnia ut consummetur in Christo plena et perfecta patientia.

2 aequaanimitas *S*[1] quanta**** et *G* 6 aduersum *v* dom̃ *S* 7 collegere *S*[1] 10 ut] aut *W* 11 spumatamina *G* exciperet *SWGV*, patienter exciperet *v* 12 in cuius *v et W corr. in margine* nunc eius *WGv* 14 marturas *W*, martyres *Gv* coronaret *S*[1] 17 putaretur *S*[1] salubri *S*, salutari *WV*, salutare *Gv* poculo *SWV*, poculum *Gv* 18 ipsa et ipsa *v* 19 facinerosos *W* 21 et *W s. l. m. 2* crucem *S*, uictimam *WGv; cf. p. 414, 11., test. II 15 p. 80* confundatur *S* 22 nox] non *S* 23 ne] et ne *S* (et *s. l. m. 2)* 25 saltem *Sv* perseuerantur *G*[1] 26 consumetur *W*, consummatur *S*[2]

8 Et post ista adhuc interfectores suos, si conuersi ad eum uenerint, suscipit et patientia salutari ad conseruandum benignus ecclesiam suam nemini cludit. illos aduersarios, illos blasphemos, illos nominis sui semper inimicos, si paenitentiam delicti agant, si admissum facinus agnoscant, non solum ad indulgentiam criminis sed ad praemium regni caelestis admittit. quid potest patientius, quid benignius dici? uiuificatur Christi sanguine etiam qui fudit sanguinem Christi. talis est Christi ac tanta patientia: quae nisi talis et tanta existeret, Paulum quoque apostolum ecclesia non haberet.

9 Quodsi et nos, fratres dilectissimi, in Christo sumus, si ipsum induimus, si ipse est salutis nostrae uia, qui Christum uestigiis salutaribus sequimur per Christi exempla gradiamur, sicut Iohannes apostolus instruit dicens: *qui dicit se in Christo manere debet quomodo ille ambulauit et ipse ambulare.* item Petrus super quem ecclesia Domini dignatione fundata est in epistula sua ponit et dicit: *Christus passus est pro uobis relinqens uobis exemplum, ut sequamini uestigia eius qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, qui cum malediceretur non remaledixit, cum pateretur non minabatur, tradebat autem se iudicanti iniuste.*

10 Inuenimus denique et patriarchas et prophetas et iustos omnes qui figuram Christi imagine praeeunte portabant nihil magis custodisse in laude uirtutum suarum quam quod patientiam forti et stabili aequanimitate tenuerunt. sic Abel originem martyrii et passionem iusti initians primus et dedicans aduersus fratrem

14 I Io. 2, 6. 17 I Petr. 2, 21 sq.

1 ista omnia *v* uenerint] fuerint *v* 2 benignus *SWGV*, benignus et patiens *v* 3 illos blasphemos *om. S* 4 nominis] dominis *S* 6 sed et *Gv* 8 qui *om. S* est christus *W* ac tanta] sca *G* 9 tanta ac talis *WGv* 10 **ecclesia *G* (et *eras.*) 11 si (*ante* ipsum) *W s. l. m. 2* 12 si ipsum induimus *post* uia *ponit S; fort. delendum* 14 instruet S^1 18 uobis *WGV*, nobis *S; cf. test. III 39. de zelo et liuore c. 11* uobis] nobis S^1 20 est *om. W* 21 remaledixit SW^2GV, remaledicebat W^1v minabatur *SWGV*, comminabatur *v* 22 tradebant *S* iniuste *ex* iuste sit *S m. 2*, se iniuste *v* 23 et *om. S* patriarcas *WG* 27 iusti *SWGV*, iusti hominis *v* aduersus *W s. l. m. 2*

parricidam non resistit nec reluctatur, sed humilis et mitis patienter occiditur. sic Abraham Deo credens et radicem ac fundamentum fidei primus instituens temptatus in filio non dubitat neque cunctatur, sed praeceptis Dei tota patientia deuotionis obsequitur. et Isaac ad hostiae dominicae similitudinem praefiguratus quando a patre immolandus offertur, patiens inuenitur. et Iacob fugatus a fratre de terra sua patienter excedit et maiore patientia postmodum supplex adhuc magis impium et persecutorem muneribus pacificis ad concordiam redigit. Ioseph uenundatus a fratribus et relegatus non tantum patienter ignoscit, sed et gratuita uenientibus frumenta largiter et clementer impertit. Moyses ab ingrato et a perfido populo contemnitur frequenter et paene lapidatur, et tamen lenis et patiens pro eisdem Dominum deprecatur. in Dauid uero, ex quo secundum carnem Christi natiuitas oritur, quam magna et mira et christiana patientia habuisse in manu saepe ut Saul regem persequentem se et interficere concupiscentem posset occidere et tamen subditum sibi et traditum maluisse seruare nec rependisse inimico uicem, sed occisum adhuc insuper et uindicasse. tot denique prophetae interfecti, tot martyres gloriosis mortibus honorati, qui omnes ad caelestes coronas patientiae laude uenerunt. neque enim potest accipi dolorum et passionum corona, nisi praecedat in dolore et passione patientia.

11 Quam sit autem patientia utilis et necessaria, fratres dilectissimi, ut manifestius possit et plenius nosci, Dei sententia cogitetur quam in origine statim mundi et generis humani Adam praecepti inmemor et datae legis transgressor accepit. tunc sciemus quam patientes esse in isto saeculo debeamus, qui sic nascimur, ut pressuris istic et conflictationibus laboremus.

1 fratricidam *v; cf. p. 307, 28., de zelo et l. c. 5., Quintil. inst. VIII, 6, 35* 5 isac *S* 7 fratre suo *S* maiora *G* 8 secutorem *W*[1] 9 redigit] reducit *G* 10 religatus *SG* agnoscit *S* 11 et *om. G* frumenta uenientibus *WGv* 12 a *om. WGv* 13 isdem *W* 14 natiuitatis *G*[1] 15 patientia] patia *S* 17 cupientem *G* et *om. S* sibi *ex* tibi *S* 19 interfecti *W s. l. m. 2* 20 tot] hoc *S* martyris *S* gloriosos *W*[1] 21 patiae *W*[1] 24 patientiam quam *S* 25 dinosci *G* 27 et *om. S* leges *S* 29 in pressuris *G* istinc *W*[1], isthic *August. contra duas epist. Pel. IV, 8, 22*

quia audisti, inquit, uocem mulieris tuae et manducasti ex illa arbore, de qua sola praeceperam tibi ne manducares, maledicta terra erit in omnibus operibus tuis, in tristitia et gemitu edes ex ea omnibus diebus uitae tuae. spinas et tribulos eiciet tibi et edes pabulum agri. in sudore uultus tui edes panem tuum, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quoniam terra es et in terram ibis. huius sententiae uinculo conligati omnes et constricti sumus, donec morte expuncta de isto saeculo recedamus. in tristitia et gemitu simus necesse est omnibus diebus uitae nostrae, edamus panem necesse est cum sudore et labore.

12 Vnde unusquisque cum nascitur et hospitio mundi huius excipitur, initium sumit a lacrimis et quamuis adhuc omnium nescius et ignarus nihil aliud nouit in illa ipsa prima natiuitate quam flere. prouidentia naturali lamentatur uitae mortalis anxietates et labores et procellas mundi quas ingreditur in exordio statim suo ploratu et gemitu rudis anima testatur. sudatur enim quamdiu istic uiuitur et laboratur. nec sudantibus et laborantibus possunt alia magis quam patientiae subuenire solacia: quae cum apta sint et necessaria in isto mundo uniuersis, tum magis nobis qui diabolo inpugnante plus quatimur, qui in acie cotidie stantes inueterati et exercitati hostis conluctationibus fatigamur, quibus praeter uarias et adsiduas temptationum pugnas in persecutionum quoque certamine patrimonia relinquenda sunt, subeundus carcer, portandae catenae, animae inpendendae, gladius, bestiae, ignes, cruces, omnia denique tormentorum ac poenarum genera fide et uirtute patientiae perferenda Domino ipso

1 Gen. 3, 17 sq.

2 de *om. S* 3 manducaris *S* omnibus *om. S* 4 tristia *S* 5 et spinas *S* 6 in] et in *W* sudorem *S* 7 terra *S* 8 sumptus *G et August l. c.*, adsumptus *S*, et sumptus *W*; *cf. test. III 58* quoniam] quia *v* terram] terra *S* 10 expuncta morte *v* 11 sumus *W* 12 labore et sudore *W* 13 unusque *W*[1], unusquisque nostrum *v* 14 quamuis *ex* quamquis *G m. 2* 16 lamentetur *S* mortalis] temporalis *V* 17 procelles *G* in *om. W* 19 stic *S* sudantibus et *om. G* 20 suuenire *W*[1], sublinire *S; cf. de zelo et l. c. 9* 21 sit *GV* tunc *WG* 24 persecutionem *G*[1] 27 bestia et oms cruces *G* denêque *S*

instruente et dicente: haec locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. in saeculo autem pressuram: sed fidite, quoniam ego uici mundum. si autem qui diabolo et mundo renuntiauimus pressuras et infestationes diaboli et mundi crebrius ac uiolentius patimur, quanto magis patientiam tenere debemus qua adiutrice et comite omnia infesta toleremus.

13 Domini et magistri nostri salutare praeceptum est: qui tolerauerit usque ad finem hic saluus erit. et iterum: si permanseritis in uerbo meo, uere discipuli mei estis: et cognoscetis ueritatem, et ueritas liberabit uos. tolerandum est et perseuerandum, fratres dilectissimi, ut ad spem ueritatis et libertatis admissi ad ueritatem et libertatem ipsam peruenire possimus, quia hoc ipsum quod christiani sumus fidei et spei res est. ut autem peruenire spes et fides ad fructum possint sui patientia opus est. non enim praesentem gloriam sequimur sed futuram secundum quod et Paulus apostolus monet dicens: spe saluati sumus. spes autem quae uidetur non est spes. quod enim uidet quis, quid sperat? si autem quod non uidemus speramus per expectationem sustinemus. expectatio et patientia necessaria est, ut id quod esse coepimus impleamus et quod speramus et credimus Deo repraesentante capiamus. de-

1 Io. 16, 33. 8 Matth. 10, 22. 9 Io. 8, 31 sq. 18 Rom. 8, 24 sq.

1 hoc W^1 2 saeculo *S*, mundo *WGv* pressuram *SWV*, pressuram habebitis *Gv; cf. test. III 6 p. 119., ad Fortun. c. 11 p. 335* 5 patimur] quatimur *S; malim igitur* per pressuras—quatimur patiam W^1 6 et comite *W s. l. m. 2* infeste *G*, festa W^1 8 salutare] saluatoris *G* tolerauerit inquid *Gv* 9 ad] in *G* et *om.* W^1 10 manseritis *G*, permanseritis inquit *v* discipuli *om. S* 11 estis *SWGV*, eritis *v* cognoscitis *G* liberauit *W* 12 et perseuerandum est *Wv* 13 ueritatis et *om. S* 14 possemus *S* 15 peruenire *post* possint *ponit v* 16 possint sui] posita sui *S*, sui possint *v* 17 secundum] sed *uel om. v* et *SWGV*, *om. v* 18 p. apostolos *S*, apostolus paulus *W* 19 uident S^1 21 expectationem *SWGV*, patientiam *v* sustenemus *S*, speramus *WGV*, exspectamus *v: cf. test. III 45* expectatio *SWV*, expextatio**** *G*, propterea exspectatio *v* 22 esse iam *Krabinger ex 1 cod. recepit* 23 credimus et speramus *v* repraesentante *SWGV*, praestante *v et W in margine*

nique alio in loco idem apostolus iustos et operantes et de diuini faenoris incremento caelestes sibi thesauros recondentes ut patientes quoque sint instruit et docet dicens: ergo dum tempus habemus, operemur quod bonum est ad omnes, maxime uero ad domesticos fidei. bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus. admonet ne quis inpatiens in operatione deficiat, ne quis temptationibus aut auocatus aut uictus in medio laudis et gloriae itinere desistat et pereant praeterita, dum quae coeperant desinunt esse perfecta, sicut scriptum est: iustitia iusti non liberabit eum in quocumque die exerrauerit, et iterum: tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam. quae uox adhortatur patienter et fortiter perseuerare, ut qui ad coronam laude iam proxima nititur durante patientia coronetur.

Patientia autem, fratres dilectissimi, non tantum bona custo- 14
dit, sed et repellit aduersa. Spiritui sancto fauens et caelestibus ac diuinis cohaerens contra facta carnis et corporis quibus anima expugnatur et capitur uirtutum suarum propugnaculo reluctatur. inspiciamus denique pauca de multis, ut de paucis intellegantur et cetera. adulterium, fraus, homicidium mortale crimen est. sit fortis et stabilis in corde patientia, nec adulterio sanctificatum corpus et Dei templum polluitur nec iustitiae dicata innocentia contagio fraudis inficitur nec post gestatam eucharistiam manus gladio et cruore maculatur.

Caritas fraternitatis uinculum est, fundamentum pacis, tena- 15
citas ac firmitas unitatis, quae et spe et fide maior est, quae et

3 Gal. 6, 10. 9. 10 Ezech. 33, 12. 12 Apoc. 3, 11.

1 iustus *S* iustos et *om. G* de *om. WGv* diuine *G* 2 sibi thensauros *S*, thes. sibi *WGv* reponentes *V* ut patientes *om. S* 3 instruet *S* docet] monet *S; cf. p. 409, 5* 6 deficiemus *S* 9 ceperant *S*, acceperant *W*¹ 11 quacunque *v* errauerit *G*, peccauerit *V* 13 hortatur *G* 20 inspicimus *W*¹ 21 homicidum *W*¹ 22 sed (*pro* sit) forti*** || et stabili manente in corde *G* et nec *W*²*v*, et *W*¹ scĩficato *W*¹ 24 contagio *SWGV*, contagione *v* gestatam *W*'*GV*, gustata *S* 26 est] et *G* 27 et (*ante* spe) *om. S*

opera et martyria praecedit, quae nobiscum semper aeterna in regnis caelestibus permanebit. tolle illi patientiam, et desolata non durat, tolle sustinendi tolerandique substantiam, et nullis radicibus ac uiribus perseuerat. apostolus denique cum de caritate loqueretur, tolerantiam illi et patientiam iunxit. caritas, inquit, magnanima est, caritas benigna est, caritas non aemulatur, non inflatur, non inritatur, non cogitat malum, omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. ostendit inde illam perseuerare tenaciter posse, quod nouerit omnia sustinere. et alio loco, sustinentes, inquit, inuicem in dilectione, satis agentes seruare unitatem spiritus in coniunctione pacis. probauit nec unitatem seruari posse nec pacem, nisi se inuicem fratres mutua tolerantia foueant et concordiae uinculum patientia intercedente custodiant.

16 Quid deinde, ut non iures neque maledicas, ut tua ablata non repetas, ut accepta alapa et alteram maxillam uerberanti praebeas, ut fratri in te peccanti non tantum septuagies septies sed omnia omnino peccata dimittas, ut diligas inimicos tuos, ut pro aduersariis et persecutoribus precem facias, poterisne ista perferre nisi patientiae et tolerantiae firmitate? quod factum uidemus in Stephano, qui cum a Iudaeis ui et lapidibus necaretur, non sibi uindictam sed interfectoribus ueniam postulabat dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. sic esse oportuit primum martyrem Christi qui martyras secuturos gloriosa morte praecurrens non tantum praedicator esset dominicae passionis sed et patientissimae lenitatis imitator. quid dicam de ira,

5 1 Cor. 13, 4. 5. 7. 10 Eph. 4, 2 sq. 24 Act. 7, 60.

1 opera] fides opera *S* semper aeterna *SWGV*, s. aeterna apud deum *v*, *exp. Krabinger* 4 non perseuerat *coni. Vahlen; an* peruersa est? 5 subiunxit *W* caritias *S* 6 benigna est caritas *om. S* 10 norit *WGv* et] item *V* in loco *v* sustinentis *S* 11 inquit *om. V* dilectionem *S* agentis *S* 17 prebeas uerberanti *G* 18 septuagies septies] LXX et VII *W*, septies sed septuagies septies *v* 19 et omnia *v* 20 aduersarios *S* perferferre *S*, perficere *v* 21 patientia *W* firmitate] teneas firmitatem *v* 22 stefano *S* a *ex* ac a *G m. 2* negaretur *S* 25 martyres *Gv* secutoros *S*[1] 26 dominicae passionis praedicator esset *v*, predicator esse dominice meruit passionis *G* 27 et *om. S* patientissimae] sapientissime *W*

de discordia, de simultate, quae in christiano esse non debent? sit patientia in corde, et haec illic locum habere non possunt, aut si adire temptauerint, cito exclusa discedunt, ut domicilium pacificum perseueret in corde, ubi Deum pacis delectet habitare. admonet denique apostolus et docet dicens: nolite contristare Spiritum sanctum Dei in quo signati estis in diem redemptionis. omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia auferatur a uobis. si enim christianus a furore et contentione carnali tamquam de maris turbinibus excessit et tranquillus ac lenis in portu Christi esse iam coepit, nec iram nec discordiam debet intra pectus admittere cui nec malum pro malo reddere liceat nec odisse.

17 Nec non ad uaria quoque carnis incommoda et crebros corporis durosque cruciatus quibus humanum genus cottidie fatigatur et quatitur patientia necessaria est. nam cum in illa prima transgressione praecepti firmitas corporis cum immortalitate discesserit et cum morte infirmitas uenerit nec possit firmitas recipi nisi cum recepta et immortalitas fuerit, oportet in hac fragilitate adque infirmitate corporea luctari semper et congredi, quae luctatio et congressio non nisi patientiae potest uiribus sustineri. examinandis autem nobis adque explorandis diuersi inportantur dolores et multiplex temptationum qualitas inrogatur de iacturis facultatum, de ardoribus febrium, de cruciatibus uulnerum, de amissione carorum. nec aliud magis iniustos discernit et iustos quam quod in aduersis per inpatientiam queritur et blasphemat iniustus, patientia iustus probatur, sicut scriptum est: in dolore sustine et in humilitate tua pa-

5 Eph. 4, 30 sq. 27 Sir. 2, 4 sq.

2 corde *S*, pectore *WGv* et *om. S* 4 dom̄ *S* 5 apostolus paulus *V* docet] monet *S* contristari *SW*¹ 7 die *WG* et (*ante* ind.) *om. S* 8 auferantur *G*, auferentur *W*; *cf. test. III 5* 9 contemptione *S* 12 pro *om. G* 17 inmortalitatem *S* 18 firmitas] infirmitas *S* 20 corporea] corporis *August. l. c. IV, 8, 22* luctare *S*¹ 21 uiribus potest *v* susteneri *S* 22 explorandis] probandis *V* 25 ammissione *W et alias* magis inter *v* iustos disc. et iniustos *W* 26 quaeritur *SG* 27 blasfemat iniustos *SG* iustos *S*¹

tientiam habe, quoniam in igne probatur aurum et argentum.

18 Sic Iob examinatus est et probatus et ad summum fastigium laudis patientiae uirtute prouectus. quanta aduersus eum diaboli iacula emissa, quanta admota tormenta. iactura rei familiaris infligitur, numerosae subolis orbitas inrogatur: diues in censu dominus et in liberis pater ditior nec dominus repente nec pater est. accedit uulnerum uastitas et tabescentes ac fluentes artus uermium quoque edax poena consumit. ac ne quid omnino remaneret quod non Iob in suis temptationibus experiretur, armat diabolus et uxorem illo antiquo nequitiae suae usus ingenio, quasi omnes per mulierem decipere posset et fallere, quod fecit in origine. nec tamen Iob grauibus et densis conflictationibus frangitur quominus inter illas angustias et pressuras Dei benedictio uictrice patientia praedicetur. Tobias quoque post iustitiae et misericordiae suae opera magnifica luminum amissione temptatus in quantum patienter caecitatem pertulit in tantum granditer Deum patientiae laude promeruit.

19 Adque ut magis, fratres dilectissimi, patientiae bonum luceat, quid mali e contrario inpatientia inportet consideremus. nam ut patientia bonum Christi est, ita contra inpatientia malum diaboli est, et sicut in quo habitat et manet Christus patiens inuenitur, ita inpatiens semper existit cuius mentem diaboli nequitia possedit. exordia ipsa denique uideamus. diabolus hominem ad imaginem Dei factum inpatienter tulit: inde et perit primus et perdidit. Adam contra caeleste praeceptum cibi letalis inpatiens in mortem cecidit nec acceptam diuinitus gra-

1 ignem *S* 3 examinatust et *G* 5 missa W^1 6 sobolis *WG* inrogatur] inicitur *G* 7 in *om. G* 9 edax quoque uermium poena *v* 10 expediretur *S* 11 et *om. G* 12 decepere *S* possit *WG* quod...origine *suspectum uidetur* 13 mundi origine *v; cf. p. 404, 26* et] ac *v* 14 pressuras *WGV*, pressuras suas *Sv* dm̃i *S* 16 sua *W* ammissione WG^1 18 dō W^1 20 et quid *G* 21 nam *W s. l. m. 2* ita *SWGV*, sic e *uel* sic *v* malum diaboli est *S*, diaboli malum *WGv* 24 possedit W^2GV, possidet W^1, possidit *S* ipsa denique *S*, denique ipsa *WGv* 25 et *W s. l. m. 2* 26 periit *Gv* primum *G* perdidit *W s. l. m. 2* caelestē *S*

tiam patientia custode seruauit, et ut fratrem Cain perimeret sacrificii eius et muneris inpatiens fuit, et quod Esau de maioribus ad minora descendit, primatus suos per inpatientiam lentis amisit. quid Iudaicus populus circa beneficia diuina perfidus et ingratus nonne quod a Deo primum recessit inpatientiae crimen fuit? dum Moysi cum Deo conloquentis moras non potest ferre, profanos deos ausus est postulare, ut itineris sui duces nuncuparet caput bubulum et terrestre figmentum, nec umquam ab eadem inpatientia destitit quominus semper docilitatis et diuinae administrationis impatiens prophetas suos et iustos quosque perimendo ad crucem quoque et ad sanguinem Domini prosiliret. inpatientia etiam in ecclesia haereticos facit et ad Iudaeorum similitudinem contra Christi pacem et caritatem rebelles ad hostilia et furiosa odia compellit. et ne longum sit singula recensere, omnia omnino quae patientia operibus suis aedificat ad gloriam inpatientia destruit ad ruinam.

Quare, fratres dilectissimi, et bonis patientiae et inpatientiae **20**
malis diligenter expensis patientiam per quam in Christo manemus et uenire cum Christo ad Deum possumus, plena obseruatione teneamus: quae copiosa et multiplex non angusto fine concluditur uel breuibus terminis coercetur. late patet patientiae uirtus et ubertas eius et largitas de unius quidem nominis fonte proficiscitur, sed exundantibus uenis per multa gloriarum itinera diffunditur, nec proficere aliquid in actibus nostris potest ad consummandam laudem, nisi inde consummationis accipiat firmitatem. patientia est quae nos Deo et commendat et seruat: ipsa est quae iram temperat, quae linguam frenat, quae mentem

1 patientia *W s. l. m. 2* custode custode *W*[1] peremeret *SW* 2 sacrificis *S* 3 suus *G*[1] lentis] entis *S* 4 iudeicus *S* 6 dum] cum *S* loquentis *Wv*, conloquenti *ex* loquenti *G m. 2* 7 est *om. v* 8 caput *W s. l. m. 2* terrestrem *S* 9 eodem *S* docibilitatis *G*[2] 10 administrationis *S*. ammonitionis *W*, admonitionis *Gv* quosque *W*, quoque *SG* 11 *alterum* ad *om. WG* domini *om. G* 12 ad *W s. l. m. 2* 13 et caritatem *om. W* 14 et (*ante* fur.) *om. W* sit *W s. l. m. 2* 15 omnia omnino] non omnia *S* 19 et] ut *v* dom̃ *S* possimus *Sv* 21 uel *S*, nec *WGv* 23 ex***undantibus *W*; *cf. ad Demetr. p. 353, 15* 24 nec prius *G* profecere *S* 25 consumandam *W*; *item p. 412, 9* 27 quae (*ante* mentem) *om. v*

gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, libidinis impetum frangit, tumoris uiolentiam conprimit, incendium simultatis extinguit, coercet potentiam diuitum, inopiam pauperum refouet, tuetur in uirginibus beatam integritatem, in uiduis laboriosam castitatem, in coniunctis et maritatis indiuiduam caritatem. facit humiles in prosperis, in aduersis fortes, contra iniurias et contumelias mites. docet delinquentibus cito ignoscere, si ipse delinquas, diu et multum rogare. temptationes expugnat. persecutiones tolerat, passiones et martyria consummat. ipsa est quae fidei nostrae fundamenta firmiter munit. ipsa est quae incrementa spei sublimiter prouehit. ipsa actum dirigit, ut tenere possimus uiam Christi, dum per eius tolerantiam gradimur. ipsa efficit ut perseueremus filii Dei, dum patientiam patris imitamur.

21 Et quoniam plurimos scio, fratres dilectissimi, uel pondere iniuriarum angentium uel dolore de eis qui aduersum se grassantur et saeuiunt uindicari uelociter cupere, nec illud in extrema parte reticendum est, ut in istis fluctuantis mundi turbinibus et Iudaeorum siue gentilium et haereticorum quoque persecutionibus constituti patienter expectemus ultionis diem nec ad uindictam doloris nostri querula festinatione properemus, cum scriptum sit: expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meae in testimonium, quoniam iudicium meum ad congregationes gentium, ut excipiam reges et effundam super eos iram meam. expectare nos iubet Dominus et futurae ultionis diem forti patientia sustinere, qui et in Apocalypsi loquitur dicens: ne signaueris uerba prophetiae libri huius, quia iam tempus in proximo est: et hi qui perseuerant nocere, noceant, et qui in sordibus est sordescat adhuc, iustus autem ad-

21 Soph. 3, 8. 26 Apoc. 22, 10 sq.

2 tomoris *S* 4 uirgibus *S* in uiduis l. castitatem *om. W* laboriosam] *desinit S* 13 fili *W*[1] imitatur *G* 14 et] sed *v* quoniam] quam *G* 15 eis *W*, his *G* crassantur *G* 16 nec...reticendum est] nec in illum extremi iudicii diem malorum retributionem differre: nobiscum hortor interim amplectimini patientiae bonum *v post Morellium* 20 querula et inuidiosa *v* scriptum *om. W*[1] 21 dns *W s. l. m. 2* diem *W* 25 sustineri *W* 28 et hi] ut et ii *v*; *cf. test. III 23*

huc iustiora faciat, similiter et sanctus sanctiora. ecce uenio cito, et merces mea mecum est reddere unicuique secundum facta sua. unde et clamantes martyres et ad uindictam suam dolore erumpente properantes expectare adhuc iubentur et temporibus consummandis implendisque martyribus praebere patientiam. et cum aperuisset, inquit, quintum signum, uidi sub ara Dei animas occisorum propter uerbum Dei et martyrium suum, et clamauerunt magna uoce dicentes: quousque, Domine sanctus et uerus, non iudicas et uindicas sanguinem nostrum de his qui in terris inhabitant? et data est eis singulis stola alba et dictum est ut requiescerent breui adhuc tempore, donec impleatur numerus conseruorum et fratrum eorum quique postea occidentur exemplo ipsorum.

Quando autem ueniat sanguinis iusti diuina uindicta declarat **22**
per Malachin prophetam Spiritus sanctus dicens: ecce dies Domini uenit ardens uelut clibanus, eruntque omnes alienigenae et omnes iniqui stipula, et succendet illos adueniens dies, dicit Dominus. quod item legimus in psalmis, ubi Dei iudicis praedicatur aduentus censurae suae maiestate uenerandus: Deus manifestus ueniet Deus noster et non silebit. ignis ante eum ardebit et in circuitu eius procella nimia. uocabit caelum susum et terram ut separet populum suum. colligite illi iustos eius, eos qui disponunt testamentum eius in sacrificiis. et nuntiabunt caeli iu-

6 Apoc. 6, 9 sq. 17 Mal. 4, 1. 22 Ps. 49, 3 sq.

1 iustiora faciat] iustior fiat *V* sanctus *WGV*, qui sanctus est *v* sanctior *V* 2 est *W s. l. m. 2* 3 et] etiam *v* 4 et *om. G* 7 signum *WGV*, sigillum *v; cf. test. III 16* aram *G*[1] 9 uoce magna *v* 11 his] iis *v* 12 datae sunt eis singulae stolae albae *v* est *WGV*, est eis *v* 14 quique] qui *v* 17 malachin *WG*, malachian *v* prophetam *om. V* dicens *ex* docens *W m. 2* 19 et (*ante* succ.) *om. W; cf. test. II 28* 20 dies *om. W* 21 iudicii *G* 22 uenerandus *WGV*, uerendus *v* 24 uocauit *WG*, uocabit *V*, aduocabit *v; cf. test. II 28* 25 susum *WV*, sursum *Gv* terram deorsum *v* 27 annuntiabunt *v*

stitiam eius, quoniam Deus iudex est. et Esaias eadem praenuntiat dicens: ecce enim Dominus sicut ignis ueniet. et sicut procella currus eius retribuere in ira uindictam. in igne enim Domini iudicabuntur et in gladio eius uulnerabuntur. et iterum: Dominus Deus uirtutum prodibit et comminuet bellum, excitabit certamen et clamabit super inimicos suos cum fortitudine: tacui, numquid semper tacebo?

23 Quis autem est hic qui tacuisse se prius dicit et non semper tacebit? utique ille qui sicut ouis ad uictimam ductus et sicut agnus coram tondente sine uoce non aperuit os suum. utique ille qui non clamauit neque in plateis uox eius audita est. utique ille qui non fuit contumax neque contradixit. cum dorsum suum poneret ad flagella et maxillas ad palmas, faciem autem suam non auerteret a foeditate sputorum. utique ille qui cum accusaretur a sacerdotibus et senioribus nihil respondit et mirante Pilato patientissimum silentium tenuit. hic est qui cum in passione tacuerit in ultione postmodum non tacebit. hic est Deus noster id est non omnium sed fidelium et credentium Deus. qui cum in secundo aduentu manifestus uenerit non silebit. nam cum in humilitate prius fuerit occultus, ueniet in potestate manifestus.

24 Hunc expectemus, fratres dilectissimi, iudicem et uindicem nostrum ecclesiae suae populum et ab initio mundi iustorum omnium numerum secum pariter uindicaturum. qui ad uindictam suam nimium festinat et properat, consideret quia necdum uindicatus est ipse qui uindicat. [pater Deus praecepit filium suum

2 Es. 66, 15 sq. 5 Es. 42. 13 sq.

2 pronuntiat *W* 6 prodiuit *G* communiet *G* 7 excitauit *G* clamauit *G* 11 ductus est *v; cf. test. II 15 p. 80* 12 tondente se *Gv*, tondentibus *V teste Rigaltio* 13 **est *W* (ea *eras.*) 15 maxillas suas *V; cf. test. II 13 p. 78, 5* 16 auertit *v* 17 admirante *Gv* 19 prius tacuerit *V* 22 cum] qui *W* 25 et *om. W*[1] mundi initio *W* 28 est *W s. l. m. 2* uindicat] iudicat *W* pater . . . *p. 415, 5* et *om. WG; diuerso ordine uerba ita collocat V:* qui uindicat. in apocalypsi angelus—adora. et apostolus paulus diuini praecepti memor—infernorum. pater deus iesum filium praecipit adorari. qualis iesu domini et quanta *etc.*

adorari et apostolus Paulus diuini praecepti memor ponit et dicit: Deus exaltauit illum et donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omnes genu curuent caelestium, terrestrium et infernorum. et] in Apocalypsi angelus Iohanni uolenti adorare se resistit et dicit: uide ne feceris, quia conseruus tuus sum et fratrum tuorum. Iesum Dominum adora. qualis Iesus Dominus et quanta patientia ut qui in caelis adoratur necdum uindicetur in terris. huius patientiam, fratres dilectissimi, in persecutionibus et passionibus nostris cogitemus. huius aduentui plenum expectationis obsequium praebeamus nec defendi ante Dominum serui inreligiosa et inuerecunda festinatione properemus. insistamus potius et elaboremus et toto corde uigilantes adque ad omnem tolerantiam stabiles dominica praecepta seruemus, ut cum ille irae et uindictae dies uenerit non cum impiis et peccatoribus puniamur, sed cum iustis et Deum timentibus honoremur.

2 Phil. 2, 9 sq. 6 Apoc. 22, 9.

2 quod est] ad hoc ut sit *V*, ut sit *Cyprianus test. II 13, III 39* 3 omnes *V*, omne *v* 4 curuent *V teste Rigaltio*, flectant *V teste libro Goetting.*, flectatur *v* 5 uolenti iohanni *G* se adorare *V* 8 iesus dn̄s *W*, hic dn̄s *G*, iesu domini *V* patientia eius *v* 13 autem potius *G* laboremus *V* 14 adque *om. W* 15 euenerit *G*[1] DE BONO PATIENTIAE EXPLICIT *W*, CECILI CIPRIANI DE PATIENTIA EXPLICIT *G*

XIII.

THASCI CAECILI CYPRIANI
DE ZELO ET LIVORE.

W = codex Würzeburgensis.
D = codex Parisinus 13047; cf. p. 186.
M = codex Monacensis.
B = codex Bambergensis.
V = codex Veronensis.

DE ZELO ET LIVORE.

1 Zelare quod bonum uideas et inuidere melioribus leue aput quosdam et modicum crimen uidetur, fratres dilectissimi, dumque existimatur leue esse et modicum non timetur, dum non timetur contemnitur, dum contemnitur non facile uitatur, et fit caeca et occulta pernicies quae dum minus perspicitur ut caueri a prouidentibus possit, inprouidas mentes latenter adfligit. porro autem Dominus prudentes esse nos iussit et cauta sollicitudine uigilare praecepit, ne aduersarius uigilans semper ipse et semper insidians ubi in pectus obrepsit de scintillis conflet incendia, de paruis maxima exaggeret et dum remissis et incautis leniore aura et flatu molliore blanditur, procellis ac turbinibus excitatis ruinas fidei et salutis ac uitae naufragia moliatur. excubandum est itaque, fratres dilectissimi, adque omnibus uiribus elaborandum, ut inimico saeuienti et iacula sua in omnes corporis partes quibus percuti et uulnerari possumus dirigenti sollicita et plena uigilantia repugnemus secundum quod Petrus apostolus in epistula sua praemonet et docet dicens: sobrii estote, uigilate, quia aduersarius uester diabolus tamquam leo rugiens aliquid deuorare quaerens circuit.

18 I Petr. 5, 8.

INCIPIT DE ZELO ET LIVORE (LIBORE *D*) *WDMB* 2 inuideri *W* leue et modicum apud q. *v* 7 adfligit] adficit *D* 8 nos esse *M*, nos *B* 9 semper ipse *om. D*: ipse *om. v* 10 obrepsit *WMBVD*[1], obrepserit *D*[2]*v* 11 exaggerat *B* et (*ante* dum) *D s. l. m. 2*, ut *M* 12 et] aut *M* 14 elaborandum est *D* 15 mittenti iacula *M*[2] omnis *D* 16 possimus *M* dirigenti] diligenti ac *M sed* ac *s. l. m. 2* 18 praemonet in aepistula sua *M* et uigilate *M*[2]*D*[2]*Bv* 20 aliquid *WDMBV*, et aliquid *uel* aliquem *v* circuit *post* rugiens *ponit v*

2 Circuit ille nos singulos et tamquam hostis clausos obsidens muros explorat et temptat an sit pars aliqua membrorum minus stabilis et minus fida, cuius aditu ad interiora penetretur. offert oculis formas inlices et faciles uoluptates, ut uisu destruat castitatem. aures per canora musica temptat, ut soni dulcioris auditu soluat et molliat christianum uigorem. linguam conuicio prouocat, manum iniuriis lacessentibus ad petulantiam caedis instigat. ut fraudatorem faciat lucra opponit iniusta: ut animam pecunia capiat ingerit perniciosa conpendia: honores terrenos promittit ut caelestes adimat: ostentat falsa ut uera subripiat, et cum latenter non potest fallere, exerte adque aperte minatur, terrorem turbidae persecutionis intentans, ad debellandos seruos Dei inquietus semper et semper infestus, in pace subdolus, in persecutione uiolentus.

3 Quamobrem, fratres dilectissimi, contra omnes diaboli uel fallaces insidias uel apertas minas stare debet instructus animus et armatus, tam paratus semper ad repugnandum quam est ad inpugnandum semper paratus inimicus. et quoniam frequentiora sunt tela eius quae latenter obrepunt magisque occulta et clandestina iaculatio quo minus perspicitur hoc et grauius et crebrius in uulnera nostra grassatur, ad haec quoque intellegenda et depellenda uigilemus. ex quibus est zeli et liuoris malum. quod si qui penitus inspiciat, inueniet nihil magis christiano cauendum, nihil cautius prouidendum, quam ne quis inuidia et

2 membrorum] murorum *ex 2. codd. recepit Baluzius* 3 et *om. M* aditus *B* inferiora *W* 4 uoluntates *WD* 5 canoram musicam *ex* canorem musica *M m. 2* sonitu *D* 6 resoluat *M*[1] conuitio *MB*, ad conuicium *D*[2]; conuicio ad conuicia *coni. Vahlen* 7 prouocat ad petulantiam *coni. Routh* manum *om. D* ad inpetulantiam *D*, ad uiolentiam *coni. Routh* 8 fraude capiat (faciat...pecunia *om.*) *D* 9 ingerit] ostendit *D* 10 permittit *D*[1] ostendit *ex* ostendat *D m. 2* 12 turbide *D* debellandum *W* dei seruos *v* 13 inquietos *B* et semper *om. D*[1] 15 diaboli uel minas uel fallatias et insidias uel apertas minas *D sed* uel ap. minas *exp. m. 2* uel *exp. Baluzius* 17 quam est ad inpugnandum *om. B* 19 oprepunt *W* magis magisque *M* occulta est *D* 21 crassatur *B*, grassantur *ex* grasatur *M m. 2* quoque] quaecque *malim* 22 ex | et *D* liboris *D ita saepissime, rarius W* 23 quis *M*[2]*Bv* inueniat *D* magis *om. D* 24 nequis *ex* neque uis *M m. 2* inuidiae liuore *M*

liuore capiatur, ne quis fallentis inimici caecis laqueis implicatus, dum zelo frater in fratris odia conuertitur, gladio suo nescius ipse perimatur. quod ut colligere plenius et manifestius perspicere possimus, ad caput eius adque ad originem recurramus. uideamus unde zelus et quando et quomodo coeperit. facilius enim a nobis malum tam perniciosum uitabitur, si eiusdem mali et origo et magnitudo noscatur.

Hinc diabolus inter initia statim mundi et perit primus et 4
perdidit. ille angelica maiestate subnixus, ille Deo acceptus et carus postquam hominem ad imaginem Dei factum conspexit, in zelum maliuolo liuore prorupit, non prius alterum deiciens instinctu zeli quam ipse zelo ante deiectus, captiuus ante quam capiens, perditus ante quam perdens, dum stimulante liuore homini gratiam datae immortalitatis eripit, ipse quoque id quod prius fuerat amisit. quale malum est, fratres dilectissimi, quo angelus cecidit, quo circumueniri et subuerti alta illa et praeclara sublimitas potuit, quo deceptus est ipse qui decepit. exinde inuidia grassatur in terris, dum liuore periturus magistro perditionis obsequitur, dum diabolum qui zelat imitatur, sicut scriptum est: inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. imitantur ergo illum qui sunt ex parte eius.

Hinc denique nouae fraternitatis prima odia, hinc parricidia 5
nefanda coeperunt, dum Abel iustum Cain zelat iniustus, dum bonum malus inuidia et liuore persequitur. tantum ualuit ad consummationem facinoris aemulationis furor, ut nec caritas fratris nec sceleris immanitas nec timor Dei nec poena delicti

20 Sap. 2, 24.

1 fallentibus D^1 2 dum se *B* frater i. f. odia] nescius in fratre *D* 3 perematur *W* 4 ad (*post* adq.) *om. Mv* 5 zelum *D* 8 statim *om. D* et *om. B* periit *Mv* 9 ille dudum ang. *v* duõ *D* 10 in *D s. l. m. 2* 13 ipse perditus M^2 14 datam immortalitatis gratiam *D* eripiat D^2 15 quo *ex* quod *W m. 2* 16 circum inueniri W^1 17 quo *ex* quod *M m. 2* decipit W^1M^2 exinde *ex* ex *W m. 2* 18 magistrum D^2 20 autem *om. Augustin. de bapt. contra Don. IV, 8, 11* introibit *M* 21 orbe *B* illum] eum *V* 22 eius *WB*. illius *DV*. illius iustorum autem animae in manu dei sunt *M* 23 odia prima *M* parricidia ne *add. m. 2 in W* 24 iniuste *M* 25 bonus *B* 27 dilecti W^1

cogitaretur. iniuste oppressus est qui iustitiam primus ostenderat, odia perpessus est qui odisse non nouerat, occisus est impie qui moriens non repugnabat. et quod Esau fratri suo Iacob inimicus extitit zelus fuit: nam quia ille benedictionem patris acceperat, hic in odium persecutionis facibus liuoris exarsit. et quod Ioseph fratres sui uendiderunt, causa uendendi de aemulatione descendit: postquam id quod sibi in uisionibus prosperum fuerat ostensum simpliciter ut fratribus frater exposuit, in inuidiam maliuolus animus erupit. Saul quoque rex ut Dauid odisset, ut persecutionibus saepe repetitis innocentem, misericordem, miti lenitate patientem necare cuperet, quid aliud quam zeli stimulus prouocauit? quia Goliath interfecto et ope ac dignatione diuina tanto hoste deleto populus admirans in laudes Dauid praedicationis suffragio prosiliit, Saul simultatis adque insectationis furias de liuore concepit. et ne longum faciam singulos recensendo, pereuntis semel populi adtendamus interitum. Iudaei nonne inde perierunt, dum Christo malunt inuidere quam credere? obtrectantes magnalibus quae ille faciebat zelo excaecante decepti sunt nec ad diuina noscenda cordis oculos aperire potuerunt.

6 Quae nunc considerantes, fratres dilectissimi, contra tantam mali perniciem uigilanter et fortiter dicata Deo pectora muniamus. aliorum mors proficiat ad nostram salutem, inprudentium poena prouidentibus conferat sanitatem. non est autem quod aliquis existimet malum istud una specie contineri aut breuibus terminis et angusto fine concludi. late patet zeli multiplex et fecunda pernicies. radix est malorum omnium, fons cladium, seminarium delictorum, materia culparum. inde odium surgit,

3 suo *D s. l. m. 2* 5 hic *ex* hinc *M m. 2* faucibus *M* 6 uendiderunt] uinderunt *D* 8 in *M s. l. m. 2, om. D* inuidia *M*[1] 11 mitem *v* lenitatem *M*[1] necare *ex* negaret *D m. 2* cuperent *M*[1] 12 golian *B*, golia *M*, goliad *v* dei ope *W* 14 prosiliuit *B* 15 concepit et pertulit *W* et *om. W*[1] 16 singula *D* recensendum *D*[1], regenerando *B*, accensendo *Oxon.* semel *WMB*, simul *D et in margine W*[2]; *cf. p. 215, 22* 18 quam *ex* quod *D m. 2* 19 nec] ne *M* 21 nunc] nos *Wv* 22 et] ac *M* dn̄o *D* pectora] et uegetata pectora nostra *v* 24 prudentibus *V* 25 istum *D* breuius *D* 27 facunda *B* est enim *B* omnium malorum *v* gladium *DM*

animositas inde procedit. auaritiam zelus inflammat, dum quis suo non potest esse contentus uidens alterum ditiorem. ambitionem zelus excitat, dum cernit quis alium in honoribus auctiorem. zelo excaecante sensus nostros adque in ditionem suam mentis arcana redigente Dei timor spernitur, magisterium Christi neglegitur, iudicii dies non prouidetur. inflat superbia, exacerbat saeuitia, perfidia praeuaricatur, inpatientia concutit, furit discordia, ira feruescit, nec se iam potest cohibere uel regere qui factus est potestatis alienae. hinc dominicae pacis uinculum rumpitur, hinc caritas fraterna uiolatur, hinc adulteratur ueritas, unitas scinditur, ad haereses adque ad schismata prosilitur, dum obtrectatur sacerdotibus, dum episcopis inuidetur, dum quis aut queritur non se potius ordinatum aut dedignatur alterum ferre praepositum. hinc recalcitrat, hinc rebellat de zelo superbus, de aemulatione peruersus, animositate et liuore non hominis sed honoris inimicus.

7 Qualis uero est animae tinea, quae cogitationum tabes, pectoris quanta rubigo zelare in altero uel uirtutem eius uel felicitatem id est odisse in eo uel merita propria uel beneficia diuina, in malum proprium bona aliena conuertere, inlustrium prosperitate torqueri, aliorum gloriam facere suam poenam, uelut quosdam pectori suo admouere carnifices, cogitationibus et sensibus suis adhibere tortores qui se intestinis cruciatibus lacerent, qui cordis secreta maliuolentiae ungulis pulsent. non cibus talibus laetus, non potus potest esse iocundus. suspiratur semper et ingemescitur et doletur, dumque ab inuidis numquam liuor exponitur, diebus ac noctibus pectus obsessum sine intermissione laniatur. mala cetera habent terminum et quodcumque delin-

1 auaritiae *M* 2 suo non potest] non uult suo *D* 3 auctiorem] altiorem *v*. auctorem *D* 4 zeli *D* sensos D^1 5 redigentem *WD* 6 inflatur s. exacerbatur *WMB*; *cf. de mort. p. 299, 18* 8 peruescit *D* se iam *ex* etiam *D m. 1* potest iam *v*, iam non potest W^1 cohibere se D^1 uel] nec *v* 9 potestati *B* 10 hinc (*ante* car.) *om. B* 11 haeresis *D* 14 p̃ferre *B* recalcitat *W* 16 inimicus est *D* 17 est] et *D* tinia quae *B*, tinaniaq. *D*, iniquae *M in ras.* pectoris *ex* peccatoris *M m. 2* 18 robigo M^1B, est robigo animae M^2 19 benificia *D* 21 et uelut D^2v 22 cogitationi W^1 23 crucitatibus *D* 25 potest potus *B* iucundus *Bv* 26 inuidiis *B* 27 obsessum pectus *D*

quitur delicti consummatione finitur. in adultero cessat facinus perpetrato stupro, in latrone conquiescit scelus homicidio admisso et praedoni rapacitatem statuit possessa praeda et falsario modum ponit impleta fallacia. zelus terminum non habet, permanens iugiter malum et sine fine peccatum, quantoque ille cui inuidetur successu meliore profecerit tanto inuidus in maius incendium liuoris ignibus inardescit.

8 Hinc uultus minax, toruus aspectus, pallor in facie, in labiis tremor, stridor in dentibus, uerba rabida, effrenata conuicia, manus ad caedis uiolentiam prompta, etiamsi a gladio interim uacua, odio tamen furiatae mentis armata. et idcirco Spiritus sanctus dicit in psalmis: noli zelare bene ambulantem in uia sua. et iterum: obseruabit peccator iustum et stridet ad eum dentes suos. Deus autem inridebit eum, quoniam prouidet quia ueniet dies eius. hos beatus apostolus Paulus designat et denotat dicens: uenenum aspidum sub labiis eorum et os eorum maledicto et amaritudine plenum est. ueloces ad effundendum sanguinem pedes eorum. contritio et calamitas in uiis eorum, qui uiam pacis non agnouerunt, nec est timor Dei ante oculos eorum.

9 Multo malum leuius et periculum minus est cum membra gladio uulnerantur. facilis cura est ubi plaga perspicua est, et cito ad sanitatem medella subueniente perducitur quod uidetur. zeli uulnera abstrusa sunt et occulta, nec remedium curae me-

12 Ps. 36, 7. 12. 13. 16 Rom. 3, 13 sq.

3 praedonis *MBD*², praedones *D*¹ praeda possessa *v* 4 zelus autem *D*² et permanens *D* 6 in *W s. l. m. 2* 9 rapida *M* et infrenata *ex* et frenata *M m. 2* 10 caedes et ad *M sed* et ad *s. l. m. 2* promptae *DM*¹ etsi *B* a *om. M* 11 uacuae *D* furiosae mentes armatae *D* 12 dicit sp̃s sc̃s *M* ambulantes *M* (s *s. l. m. 2*) 13 obseruauit *M* 14 stridet *WDMBV*, stridebit *v* dentes suos *WDMV*, dentibus suis *Bv* 16 et notat *D*, *om. M* 17 aspidum *om. B* et os eorum] quorum os *DM* maledicto *WBV*, maledictione *DMv* 19 pedes eorum ad effundendum sanguinem *DM* contribulatio *BV* calamitas] infelicitas *DM* in *M s. l. m. 2* 20 qui *W*, quia *DB*, et *M* cognouerunt *M* nec] non *M* est] et *W* 23 facilior *M* 24 perducitur *WDMBV*, perducitur uulnus *v* 25 zeli autem *D*² oculta *D* medentes *D*¹

dentis admittunt quae se intra conscientiae latebram caeco dolore cluserunt. quicumque es inuidus et malignus, uideris quam sis eis quos odisti insidiosus, perniciosus, infestus. nullius magis quam tuae salutis inimicus es. quisque ille est quem zelo persequeris subterfugere et uitare te poterit. tu te non potes fugere. ubicumque fueris, aduersarius tuus tecum est, hostis semper in pectore est, pernicies intus inclusa est, ineluctabili catenarum nexu ligatus et uinctus es, zelo dominante captiuus es, nec solacia tibi ulla subueniunt. perseuerans malum est hominem persequi ad Dei gratiam pertinentem, calamitas sine remedio est odisse felicem.

Et idcirco, fratres dilectissimi, huic periculo consulens Do- **10**
minus ne quis zelo fratris in laqueum mortis incurreret, cum eum discipuli interrogarent quis inter illos maior esset, qui fuerit, inquit, minimus in omnibus uobis hic erit magnus. amputauit omnem aemulationem responso suo, omnem causam et materiam mordacis inuidiae eruit et abscidit. discipulo Christi zelare non licet, non licet inuidere. exaltationis aput nos non potest esse contentio. de humilitate ad summa crescimus, didicimus unde placeamus. denique et apostolus Paulus instruens et monens, ut qui inluminati Christi lumine tenebras nocturnae conuersationis euasimus in factis adque in operibus luminis ambulemus, scribit et dicit: nox transiuit, dies autem adpropinquauit. abiciamus ergo opera tenebrarum et induamus arma lucis. tamquam in die decenter ambulemus, non in comisationibus et ebrietatibus,

14 Luc. 9, 48. 23 Rom. 13, 12 sq.

1 latebras *DMr* 2 clauserunt M^2r quam sis *corr. in* quasi *M m. 2* 3 in eos *D* perniciosus *om. D* et infestus *D* 4 quisquis *r* 5 tu te autem D^2 fugere et uitare *M* 7 pectore *WDMV*, pectore tuo *Br* 8 legatus M^1 9 peruerans D^1 14 inter illos] eorum *B* esset respondit *D* 15 in *om. D*; in omnibus nobis *om. V* 17 inuidiae mordacis *M* 18 exultationis *M* 19 contemptio *B* dicimus W^1 20 et *om. DM* 21 christi sumus M^2 22 operimus W^1 23 nox inquit *M* transibit *D* autem *om. D* adpropinquabit DM^2 24 ergo] a nobis *D*, ergo a nobis *M* 25 diem *W* decenter honeste *B* 26 comisationibus DM^1V, comessationibus WM^2Br et] et in *WB*

non in concupiscentiis et impudicitiis, non in certaminibus et zelo. si recesserunt de pectore tuo tenebrae, si nox inde discussa est, si caligo detersa est, si luminauit sensus tuos splendor diei, si homo lucis esse coepisti, quae sunt Christi gere, quia lux et dies Christus est.

11 Quid in zeli tenebras ruis, quid te nubilo liuoris inuoluis, quid inuidiae caecitate omne pacis et caritatis lumen extinguis, quid ad diabolum cui renuntiaueras redis, quid Cain similis existis? homicidii namque facinore constringi eum quisque zelauerit et odio habuerit fratrem suum declarat Iohannes apostolus in epistula sua dicens: qui fratrem suum odit homicida est: et scitis quia omnis homicida non habet in se uitam manentem. et iterum: qui dicit se in luce esse et fratrem suum odit in tenebris est usque adhuc et in tenebris ambulat et non scit quo eat, quoniam tenebrae excaecauerunt oculos eius. qui odit, inquit, fratrem suum in tenebris ambulat et non scit quo eat. it enim nescius in gehennam, ignarus et caecus praecipitatur in poenam, recedens scilicet a Christi lumine monentis et dicentis: ego sum lumen mundi. qui me secutus fuerit non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitae. sequitur autem Christum qui praeceptis eius insistit, qui per magisterii eius uiam graditur, qui uestigia eius adque itinera sectatur, qui id quod Christus et docuit et fecit imitatur secundum quod Petrus quoque hortatur et monet dicens: Christus passus est pro uobis relinquens uobis exemplum, ut sequamini uestigia eius.

11 Io. 3, 15. 13 Io. 2, 9. 11. 20 Io. 8, 12. 25 I Petr. 2, 21.

1 et inpudititiis *D s. l. m. 2* 3 *alterum* est *om. B* illuminauit D^2M^2v 6 te *ex* de *W m. 2* 8 quid c. s. existis *om. D* 9 homicidi D^1B facinoris *D* quisquis M^2v, qui *Dv* 11 odit *om. B* 12 scietis *D* 13 manentem] aeternam *M*, aeternam in se manentem *B* lucem *B* 14 odit] *add. M*: homicida est et usque adhuc est *M* 15 tenebris est D^1 nescit *B* 18 *super* iit enim *W m. 2* itineris in gehennam nescius *M* in poenam *ex* poena *D m. 2* 20 lumen] lux *D; cf. test. II 7 p. 72* 21 ambulauit DM^1 24 qui quod DM^2, quid quod M^1 et christus D^2 et (*ante* doc.) *om. M* fecit et docuit *v* 26 uobis *WDMBV*, nobis *v; cf. test. III 39, de bono pat. c. 9* uobis] nobis *v*

12 Meminisse debemus quo uocabulo plebem suam Christus appellet, quo titulo gregem suum nuncupet. oues nominat, ut innocentia christiana ouibus aequetur: agnos uocat, ut agnorum naturam simplicem simplicitas mentis imitetur. quid sub uestitu ouium lupus latitat, quid gregem Christi qui christianum se mentitur infamat? Christi nomen induere et non per Christi uiam pergere quid aliud quam praeuaricatio est diuini nominis, quam desertio itineris salutaris? quando ipse doceat et dicat eum ad uitam uenire qui mandata seruauerit et eum esse sapientem qui uerba eius audierit et fecerit, doctorem quoque eum maximum in regno caelorum uocari qui docuerit et sic fecerit, tunc praedicanti profuturum quod bene adque utiliter praedicatum fuerit, si id quod ore promitur factis sequentibus inpleatur. quid uero insinuauit crebrius discipulis suis Dominus, quid inter monita salutaria et praecepta caelestia custodiendum magis seruandumque mandauit quam ut eadem dilectione qua discipulos ipse dilexit nos quoque inuicem diligamus? quomodo autem uel pacem Domini uel caritatem tenet qui intercedente zelo nec pacificus potest esse nec carus?

13 Ideo et apostolus Paulus cum pacis et caritatis merita depromeret cumque adseueraret firmiter et doceret nec fidem sibi nec eleemosynas nec passionem quoque ipsam confessoris et martyris profuturam, nisi caritatis foedera integra adque inuiolata seruasset, adiecit et dixit: c a r i t a s m a g n a n i m a e s t, c a r i t a s b e n i g n a e s t, c a r i t a s n o n z e l a t, docens scilicet et ostendens eum posse caritatem tenere quisque magnanimus fuerit et benignus et zeli ac liuoris alienus. item alio loco cum moneret ut homo iam sancto Spiritu plenus et natiuitate caelesti Dei

24 1 Cor. 13, 4.

2 nominet *W*[1] 4 simplitas *W* uestito *D* 5 quid] qui *M*[1] se christianum *v*, ch. se esse *B* 6 christi... pergere *om. D* 10 eum *om. W* 11 fecerit et sic docuerit *WDMB*: *em. Vahlen* 12 praedicanti tunc *B* 13 quodquod *D*[1] 15 salutaria monita *v* seruandum quae *WD* 17 nos quoque nos *W*, nos *D* 18 intercidente *D*[1] 20 et *om. M* caritatis et pacis *M* 21 adseueret *D*[1] 22 elimosinas *D* confessionis *D* martyrii *D*, martyriis *B* 24 adicit et dicit *D* magnanimis *B* caritas benigna est *om. B* 25 zelat] aemuletur *D* 26 quisquis *v* magnanimis *B* 27 ac] et *D* a zelo ac liuore *v*

filius factus non nisi spiritalia et diuina sectetur, ponit et dicit: et ego quidem, fratres, non potui uobis loqui quasi spiritalibus sed quasi carnalibus, quasi infantibus in Christo. lacte uos potaui, non cibo. nondum enim poteratis, sed neque nunc potestis. adhuc enim estis carnales. ubi enim in uobis zelus et contentio et dissensiones, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis?

14 Obterenda sunt, fratres dilectissimi, uitia et peccata carnalia et terreni corporis infesta labes spiritali uigore calcanda, ne dum iterum ad ueteris hominis conuersationem reuoluimur letalibus laqueis inplicemur, apostolo hoc idem prouidenter et salubriter praemonente. itaque, inquit, fratres, non secundum carnem uiuamus. si enim secundum carnem uiuitis, incipietis mori: si autem spiritu opera carnis mortificatis, uiuetis. quotquot enim spiritu Dei aguntur hi sunt filii Dei. si filii Dei sumus, si templa eius esse iam coepimus, si accepto Spiritu sancto sancte et spiritaliter uiuimus, si de terris oculos ad caelum sustulimus, si ad superna et diuina plenum Deo et Christo pectus ereximus, non nisi quae sunt Deo et Christo digna faciamus, sicut apostolus excitat et hortatur. si consurrexistis, inquit, Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quae sursum sunt sapite, non quae terrena sunt. mortui enim estis, et uita uestra ab-

2 I Cor. 3, 1 sq. 13 Rom. 8, 12 sq. 22 Col. 3, 1 sq.

3 infantibus] instantibus *B* 4 lacte uobis *B*, lac uobis *v* potum dedi non escam (cibum *v*) *Mv; cf. test. III 3 p. 115* 5 nunc quidem *M* 6 ubi] cum *D* in uobis] sit inter uos *D* contemptio *B* 7 dissensiones sunt *v* 9 obterenda] obseruanda *D*, temperanda *M*, obtemperanda *Morellius* peccata *om.* D^1 10 et***de terreni *M* infesta labe *ex* infestas labes *M m. 2* necdum M^1 12 inplecemur *D* apostolus *M* idem] quidem *D* prouidente *B* 13 praemonet *M* fratres *om. B* 14 uiuitis *WDV*, uiuatis *B*, uixeritis *v* 15 mortificatis *WBV*, ...cetis *D*, ...caueritis *v* 16 quodquod *D* 17 hii *WB* filii dei sunt *v* eius] dei *D* 18 et *M s. l. m. 2* 19 uiuamus D^1 si ad] si at *D* 20 et ereximus *D* 21 sicut et *v* 22 christo WD^1V, cum christo MD^2Bv; *cf. test. III 11 p. 124* 24 sedet *D* susum W^1 25 terrena sunt *WDMBV*, super terram *v*

scondita est cum Christo in Deo. cum Christus apparuerit uita uestra, tunc et uos apparebitis [cum eo] in gloria. qui ergo in baptismo secundum hominis antiqui peccata carnalia et mortui et sepulti sumus, qui regeneratione caelesti Christo consurreximus, quae sunt Christi et cogitemus pariter et geramus, sicut idem apostolus docet rursus et monet dicens: primus homo de terrae limo, secundus homo de caelo. qualis ille e limo, tales et qui de limo: et qualis caelestis, tales et caelestes. quomodo portauimus imaginem eius qui de limo est, portemus et imaginem eius qui de caelo est. imaginem autem caelestem portare non possumus, nisi in eo quod esse nunc coepimus Christi similitudinem praebeamus.

Hoc est enim mutasse quod fueras et coepisse esse quod non **15**
eras, ut in te diuina natiuitas luceat, ut ad patrem Deum deifica disciplina respondeat, ut honore et laude uiuendi Deus in homine clarescat ipso exhortante et monente et eis qui se clarificant uicem mutuam pollicente. eos, inquit, qui clarificant me clarificabo, et qui spernit me spernetur. ad quam clarificationem formans nos ac praeparans Dominus et filius Dei similitudinem Dei patris insinuans in euangelio suo dicit: audistis quia dictum est: diliges proximum tibi et odibis inimicum tibi. ego autem dico uobis: diligite inimicos uestros et orate pro his qui uos per-

7 I Cor. 15, 47 sq. 18 I Sam. 2, 30. 22 Matth. 5, 43 sq.

1 in deo *om. D* cum autem *MBv* 2 apparebitis cum eo (ipso *v*) *WDVv*, cum eo app. *MB; cf. test. l. c.* 3 gloria sempiterna *M*[2] in *om. M*[1] 4 et mortui] emortui *W* regenerationi *D* 5 et *W*, haec *D*, *om. MB* 6 idem *om. M* rusus monet et docet *M* 7 dicens *ex* docens *W* terra e limo *D*, terra terrenus *M* 8 e caelo *D*, de caelo caelestis *M* ille *om. M* e limo *WDB*, de l. *v*, terrenus *M; cf. test. III 11 p. 123* talis *D* qui de limo] terreni *M* 9 talis *D* 10 de] e *D* ita portemus *D* 11 de] e *D* 12 nunc] iam *Mv* 15 ad *om. D* 17 hortante *D* clarificent *MB* 18 uicem] lucem *M* pollicentem *DMB* 19 spernitur *D; cf. de dom. orat. c. 11* 20 praeparans] corroborans *W* filiis *D* 21 dei (*ante* patris) *om. B* 22 Aaudistis *W* diligis *D* 23 odibis *WB*, odies *ex* odiis *M*, odio habebis *Dv; cf. de bono pat. c. 5* 24 his] eis *M* persequentur *M*[1]

secuntur, ut sitis similes patris uestri qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. si hominibus laetum est et gloriosum filios habere consimiles et tunc magis generasse delectat, si ad patrem liniamentis paribus suboles subsiciua respondeat, quanto maior in Deo patre laetitia est, cum quis sic spiritaliter nascitur, ut in actibus eius et laudibus diuina generositas praedicetur. quae iustitiae palma est, quae corona esse te talem, de quo Deus non dicat: filios generaui et exaltaui, ipsi autem me spreuerunt. conlaudet te potius Christus et inuitet ad praemium dicens: uenite, benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi.

16 His meditationibus conroborandus est animus, fratres dilectissimi, eiusmodi exercitationibus contra omnia diaboli iacula firmandus. sit in manibus diuina lectio, in sensibus dominica cogitatio, oratio iugis omnino non cesset, salutaris operatio perseueret. spiritalibus semper actibus occupemur, ut quotienscumque inimicus accesserit, quotiens adire temptauerit, et clausum aduersum se pectus inueniat et armatum. non enim christiani hominis corona una est quae tempore persecutionis accipitur. habet et pax coronas suas, quibus de uaria et multiplici congressione uictores prostrato et subacto aduersario coronamur. libidinem subegisse continentiae palma est. contra iram, contra iniuriam repugnasse corona patientiae est. de auaritia triumphus

9 Es. 1, 2. 11 Matth. 25, 34.

1 simelis *D*, filii *v; cf. test. III 49* patri urõ *M* 2 supra *D* 5 patrum M^2 paria *M* soboles *Wv*, soboli* *M* subsecciua M^2, subcisiua *uel* successiua *v* 6 respondeant *M* 7 quis sic] qui*si *D*, quis *M* 8 iustitia et *B* 9 corona est *MB* te *WD*, se *Baluzius, om. MB* genui *D* 10 spreuerunt me *v* sed collaudet *v* 11 et inuitet christus *D* 12 patres *D* percipite] possidete *D* 15 et eiusmodi *M* exercitationibus] generationibus *D* 16 in manibus] in animo *M*, ante oculos *v* lectio] *add. v*: in manibus bona operatio dominica] diuina *M* 18 actibus semper *D* quotiescumque—quoties *Wv* 19 et] ut *D, om. M* 20 aduersum] contra *B* 21 homines *D* sola corona est *M sed* sola *s. l. m. 2* 23 coronantur *Baluzius* 24 libidine *D* est *om. D*

est pecuniam spernere. laus est fidei fiducia futurorum mundi aduersa tolerare. et qui superbus in prosperis non est gloriam de humilitate consequitur. et qui ad pauperum fouendorum misericordiam pronus est retributionem thesauri caelestis adipiscitur. et qui zelare non nouit quique unanimis et mitis fratres suos diligit dilectionis et pacis praemio honoratur. in hoc uirtutum stadio cotidie currimus, ad has iustitiae palmas et coronas sine intermissione temporis peruenimus.

Ad quas ut peruenire tu etiam possis qui fueras zelo et liuore **17** possessus, omnem illam malitiam qua prius tenebaris abice, ad uiam uitae aeternae uestigiis salutaribus reformare. euelle de pectore tuo spinas et tribulos, ut te dominicum semen fertili fruge locupletet, ut diuina et spiritalis seges in copiam fecundae messis exuberet. uenena fellis euome, discordiarum uirus exclude, purgetur mens quam serpentinus liuor infecerat, amaritudo omnis quae intus insederat Christi dulcedine leniatur. de sacramento crucis et cibum sumis et potum. lignum quod aput Merrham profecit in imagine ad saporis dulcedinem tibi in ueritate proficiat ad mulcendi pectoris lenitatem, nec ad medellam prosperandae ualitudinis laborabis. unde uulneratus fueras inde curare. ama eos quos ante oderas, dilige illos quibus iniustis obtrectationibus inuidebas. bonos imitare, si sectari potes: si sectari non potes, conlaetare certe et gratulare melioribus. fac te illis adunata dilectione participem, fac te consortio caritatis et fraternitatis uinculo coheredem. dimittentur tibi debita, quando ipse dimiseris: accipientur sacrificia tua, cum pacificus ad Deum

1 et pecunias *D* fidei *om. M;* fidei fiducia est *D s. l.* futurorum bonorum *B* 2 qui] quisquis *D* 3 misericordia *WD* 5 et *om. D* unanimes et mites DM^2 7 has *om. D* 9 tu etiam *om. D* 14 praecordiarum *M* 16 sederat W^1, infecerat *D* dulcedene *D* de *DMBV*, si de *Wv* 18 merram *WDV*, myrram *M*, mirrham *uel* mara *v* proficit *MB* imaginem *B* soporis dulcedine *D* ueritatem *D* 19 mulgendi *M* 20 ualetudinis *Mv* labores *D*, laboris *W sed in margine* laborabis 21 illos] eos *WD* 22 si sectari potes *om. D*, sectare si potes *M* si sectari non *WDBV*, si autem sectari non *v*, si non *M* 23 gratulare *WDMBV*, congr. *v* 24 adunandi *D* te] te eis *M* et *om. D* 25 coheredem] cohaerentem *v* demittentur *D* debita] delicta *V* 26 et ipse *DBv*. tu ipse *v* demiseris *D* accipiuntur *B* dominum *V*

ueneris. sensus adque actus tui diuinitus dirigentur, quando ea quae diuina et iusta sunt cogitaueris, sicut scriptum est: cor uiri cogitet iusta, ut a Deo dirigantur gressus eius.

18 Habes autem multa quae cogites. paradisum cogita, quo Cain non redit qui zelo fratrem peremit. cogita caeleste regnum, ad quod non nisi concordes adque unanimes Dominus admittit. cogita quod filii Dei hi soli possint uocari qui sint pacifici, qui natiuitate et lege diuina ad similitudinem Dei patris et Christi respondeant adunati. cogita sub oculis nos Dei stare, spectante ac iudicante ipso conuersationis ac uitae nostrae curricula decurrere, peruenire nos tunc demum posse, ut eum uidere contingat, si ipsum nunc uidentem delectemus actibus nostris, si nos dignos gratiae eius et indulgentiae praebeamus, si placituri semper in regno in hoc mundo ante placeamus.

3 Prou. 16, 1.

1 dirigantur *B* 2 sunt et iusta *D* 3 cogitat *B* d̃no *v* 5 in quo *D* 6 redit] ingreditur *Baluzius* fratrem zelo *D* 7 non *om. W* concordes adque *om. B* 8 fili *W*[1]*D*[1] hii *MB* uocari] esse *D* qui sunt *M*, *om. D* pacifeci *D* natiuitate caelesti *Dv* 10 oculos *B* dei nos stare *Mv*, dei stare nos *B* (stare *expungendum uidetur*) 13 *prius* si *om. D* 14 gratia *DBv* et indulgentiae *M s. l. m. 2*, et indulgentia *DBv* praebehamus *D*[1] si *corr. in* sic *M m. 2* 15 si in hoc *M*[2] DE ZELO ET LIVORE EXPLICIT *W*, EXPLICIT DE ZELO ET LIBORE *C*, CAECILI CYPRIANI DE ZELO ET LIVORE EXPL̃C *MB*

XIIII.

SENTENTIAE EPISCOPORVM NVMERO LXXXVII

DE

HAERETICIS BAPTIZANDIS

(CONCILIVM CARTHAGINENSE SVB CYPRIANO SEPTIMVM ANNO P. CHR. N. CCLVI HABITVM).

S = codex Seguierianus; deest sententia 53—67.
L = codex Laureshamensis; cf. p. 18.
T = codex Reginensis 118 saec. X.
V = codex Veronensis; de quo nisi quae Rigaltius protulit ad hunc librum nihil potui edere.
M = codex Monacensis, quem ad s. 53—67 adhibui.
A = Augustinus de baptismo contra Donatistas lib. VI et VII, tom. IX p. 162—199.

SENTENTIAE EPISCOPORVM
NVMERO LXXXVII
DE
HAERETICIS BAPTIZANDIS.

Cum in unum Cartaginem conuenissent kalendis Septembribus episcopi plurimi ex prouincia Africa Numidia Mauritania cum presbyteris et diaconibus, praesentibus etiam plebis maxima parte, et lectae essent litterae Iubaiani ad Cyprianum factae, item Cypriani ad Iubaianum rescriptae de haereticis baptizandis quidque postmodum Cypriano Iubaianus idem rescripserit, Cyprianus dixit: audistis, collegae dilectissimi, quid mihi Iubaianus coepiscopus noster scripserit consulens mediocritatem nostram de inlicito et profano haereticorum baptismo quidque ego ei rescripserim, censens scilicet quod semel adque iterum et saepe censuimus haereticos ad ecclesiam uenientes ecclesiae baptismo baptizari et sanctificari oportere. item lectae sunt uobis et aliae Iubaiani litterae quibus pro sua sincera et religiosa deuotione ad epistulam nostram rescribens non tantum consensit, sed etiam instructum se esse confessus gratias egit. superest ut de hac ipsa

incipit sententiae episcoporvm nvmero lxxxvii *ST*, incipit sententiae episcoporvm *L*, sententiae episcoporvm *V* 5 cartaginem *S*, carthagine *V*, chartagini *T* (conu. kartagini *L*) kal. *STV*, kalendas *L* septembribus *LV*, sept. *S*. septembris *Tr* 6 mauretania *LT*¹ 7 praesentibus *S*, praesente *LTr* 8 iubazani *T ita semper* 9 rescriptis *S* 10 quiq. *S* iobaianus *S*, iubainus *L* 11 dixit *om. ST*¹ 12 conscripserit *T* nostram] meam *V* 13 quidque] et quid *v A* (*sed idem lib. III. c. 3, 4* quidque) 14 censes *S* 15 censeuimus *S*, censemus *L sed s. e scr.* ui *m. 1* 16 baptizari et sanctificari] sanctizari *S* 17 iuuaiani *L* sencera *S* 18 etiam] et *A* 19 confessus *om. TAv* agit *S* hac *L s. l. m. 2*

re singuli quid sentiamus proferamus neminem iudicantes aut a iure communicationis aliquem si diuersum senserit amouentes. neque enim quisquam nostrum episcopum se episcoporum constituit aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit, quando habeat omnis episcopus pro licentia libertatis et potestatis suae arbitrium proprium tamque iudicari ab alio non possit, quam nec ipse possit alterum iudicare. sed expectemus uniuersi iudicium Domini nostri Iesu Christi qui unus et solus habet potestatem et praeponendi nos in ecclesiae suae gubernatione et de actu nostro iudicandi.

Caecilius a Biltha dixit:

1 Ego unum baptismum in ecclesia sola scio et extra ecclesiam nullum. hic erit unum, ubi spes uera est et fides certa. sic enim scriptum est: u n a f i d e s, u n a s p e s, u n u m b a p t i s m a, non aput haereticos, ubi spes nulla est et fides falsa, ubi omnia per mendacium geruntur, ubi exorcizat daemoniacus

14 Eph. 4, 5.

1 quid singuli *A lib. III l. c.* 2 communionis *A* alique *S* 3 se *SLTVA*, se esse *v* 4 errore *S* sequendi *S* 5 adegit *T*[1] 6 tamquam *L* 7 possint *T*[1] quam] cum *ex* quam *T m. 2* ipse possit] ipse potest *Av* alterum *om. v, bis exhibet T* 9 nos] uos *S* suae *om. V* 11 bilta *Av* dixit *om. ST*[1] 12 baptisma *v* sola *ex* sua *S*, solum *v* et *om. T* extra ecclesiam] ex ecclesia sola *S; cf. 457, 14* 13 ubi spes uera] ibisuera *S* 14 baptismum *LT* 16 ubi] ibi *S* geruntur] aguntur *Av* exorcidiat *SV* daemoniacos *S*

sacramentum interrogat, cuius os et uerba cancerem mittunt, fidem dat infidelis, ueniam delictorum tribuit sceleratus, et in nomine Christi tinguit antichristus, benedicit a Deo maledictus, uitam pollicetur mortuus, pacem dat inpacificus, Deum inuocat blasphemus, sacerdotium administrat profanus, ponit altare sacrilegus. ad haec omnia accedit etiam illud malum ut antistes diaboli audeat eucharistiam facere. aut qui illis adsistunt dicant haec omnia falsa esse de haereticis. ecce ad qualia igitur ecclesia consentire et sine baptismo et uenia delictorum communicare conpellitur. quam rem, fratres, fugere [ac uitare] debemus et a tanto scelere nos separare et unum baptismum tenere quod soli ecclesiae a Domino concessum est.

Primus a Misgirpa dixit:

Censeo omnem hominem ab haeresi uenientem baptizandum. **2**
frustra enim illic putat se esse baptizatum, cum non sit baptisma nisi in ecclesia unum et uerum, quia et Deus unus et fides una et ecclesia una est, in qua stat unum baptisma et sanctitas et cetera. nam quae foris exercentur nullum habent salutis effectum.

Polycarpus ab Hadrumeto dixit:

Qui haereticorum baptismum probat nostrum euacuat. **3**

1 interrogat] *add. Baluzius* sacrilegus os et *L s. l. m. 2* uera *S* cancerem *LT*, carcerem *S*, cancer *Av* emittunt *Av* 2 dilectorum *T* 3 tingit *LTv* antichristi *L*, antichristum *T* 4 pollecetur *S* mortus mortuus *L* iuocat *S* 6 accidit *S* etiam] et *Av* antistes *AT*², antestites *L*, antistetis *S*, antistites *T*¹ 7 audeant *v* aut] et *ex* in *T m. 2* dicant haec] cant hac *S* 8 omnia *om. codd. August.* ecce] esse *S* igitur *SLT*, cogitur *Av*; adigitur *fort.* 9 sine] si *S* et] ac *v* ueniam *L* 10 ac deuitare *L*, *om. S* 11 baptisma *Av* teneri *S* 12 a deo *LT*, *om. A* 13 primus felix *A ex coniectura Erasmi* miscirpa *L*, migiripa *v*, migirpa *Av* dixit *om. ST*¹ 14 hominem ab *om. S* heresim *S* 16 unus est *S* 17 una et ecclesia *om. S* baptismum *LT* 18 namq. *SLT* 19 affectum *T* 20 hadrimeto *S*, hadrymeto *L*, adrimetu *T*¹, adrumeto *Av* dixit *om. ST*¹ 21 baptisma *v* probat *SV*, probant *LTAv* euacuat *S*, euacuant *LTAv*, improbat *V*, haereticis communicant *Erasmus*

Nouatus a Thamogade dixit:

4 Licet sciamus omnes scripturas sibi testimonium reddere de salutari baptismo: debemus ergo fidem nostram exprimere ut haereticos et schismaticos ad ecclesiam uenientes qui pseudobaptizati uidentur debere eos in fonte perenni baptizari, et ideo secundum testimonium scripturarum et secundum decretum collegarum nostrorum sanctissimae memoriae uirorum omnes schismaticos et haereticos qui ad ecclesiam conuersi sunt baptizaui. sed et eos qui ordinati uidebantur laicos recepi.

Nemesianus a Thubunas dixit:

5 Baptisma quod dant haeretici et schismatici non esse uerum ubique in scripturis sanctis declaratum est. quoniam ipsi praepositi eorum falsi Christi sunt et falsi prophetae dicente Domino per Salomonem: qui fidens est falsis hic pascit uentos, idem autem ipse sequitur aues uolantes. deseruit enim uias uineae suae, semitas uero agelli sui errauit. ingreditur autem per auia loca adque arida et terram destinatam in sitim. contrahit autem manibus infructuosa. et iterum: ab aqua autem aliena abstine nec de fonte extraneo biberis. ut

15 Prou. 9, 12. 20 Prou. 9, 18.

1 thomagade *ST*. thamocade *L*, thamugade *Ar* dixit *om. S* 2 omnem scripturam *r* 3 ergo] tamen *r: cf. 441, 10* expremere *S* 4 ut *LT*, ut ab *S*, *om. Ar: cf. 458, 2* 5 debere] uidere *T sed s. l.* non uidentur perenne *SLT*[1] 9 baptizaui *LT et Zonaras*, baptizari *Sr* et *om. TL*[1] inter laicos *r* 10 recepi *L et Zonaras*, recipi *Tr*, *om. S* 11 thubunis *Ar* dixit *om. ST*[1] 12 quod] quo *S* 14 christiani *Baluzius* 15 solomonem *S* in falsis *LTAr* 16 uentus *S* idem autem *T in ras.* 17 deserit *Ar* enim *S*[2]*LT*, autem *S*[1]*A* semitas *SLT*[1], et a semitis *T*[2], et a semita *A* (*τοὺς δὲ ἄξονας-πεπλάνηται*) uero *exp. T*[2] 18 errat *A* ingredimur *T*[1], et ingreditur *A* auia] deuia *T*, abdita *S* 19 in siti *LT*, siti *A* contrait *T*, consequitur *A* 20 autem *exp. T* infructuosam *S*, infructuosae *T* autem *om. r* 21 alia *LT* abstinete *LT* nec] te et *r* extraneo] alieno *r* ne biberis *r*

longum uiuas tempus, adiciantur etiam tibi anni uitae. et in euangelio diuina sua uoce Dominus noster Christus locutus est dicens: nisi si quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum Dei. hic est Spiritus qui ab initio ferebatur super aquam. neque enim Spiritus sine aqua separa*tim opera*ri potest nec aqua sine Spiritu. male ergo sibi quidam interpretantur ut dicant, quod per manus impositionem Spiritum sanctum accipiant et sic recipiantur, cum manifestum sit utroque sacramento debere eos renasci in ecclesia catholica. tunc poterunt filii Dei esse dicente apostolo: curantes seruare unitatem spiritus in coniunctione pacis. unum corpus et unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestrae, unus Dominus, una fides, unum baptisma. haec omnia ecclesia catholica loquitur. et iterum in euangelio dicit Dominus: quod natum est de carne caro est, et quod natum est de spiritu spiritus est. quia Deus spiritus est, et ex Deo natus est. ergo omnes haeretici et schismatici omnia quaecumque faciunt carnalia sunt dicente apostolo: manifesta sunt enim opera carnis, quae sunt fornicationes, inmunditiae, incestum, idololatriae seruitus, ueneficia, inimicitiae, certamina, zelus, ira, diuisiones, haereses et his similia: de quibus praedixi uobis, sicut praedico, quoniam quicumque haec faciunt regnum Dei non hereditabunt. condemnat ita-

3 Io. 3. 5. 10 Eph. 4. 3 sq. 15 Io. 3, 6, 19 Gal. 5, 19 sq.

1 diciantur *S* 2 iesus christus *r* 3 si *om. LTr* 4 spū sc̄o *T* 5 sp̄s sc̄s *L*[1] aquas *r* 6 separatim operari *scripsi*, separari *SLT*, operari *Av* neque *r* 7 quidam sibi *S* quod *om. LT* manus *add. in marg. L* 8 interpositionem *S* et sic recipiantur *exp. T* 10 et tunc *T*, tunc quippe *v* potuerunt *S*, poterint *L*, posse *ex* poterunt *T* fili *ST*[1], filios *T*[2] 11 coniunctionem *ST*[1] 13 unam *S* spe* *T*, spem *S* quia unus *T* 14 baptisma] unus deus *add. v* in ecclesia *TL* 17 ex] de *r* 18 omnis *S* 19 manifestae *S* 20 enim sunt *Ar* operae *S* fornicationis *ST*[1] inimmunditiae *S* 21 incestus *T*[1] idolatria *L* seruitus *om. r; cf. test. III 64* beneficia *T*[1] 22 inimitiae *S* certamina *om. L* 23 heresis *SLT* 25 condempnat *T*, condemnant *S*

que apostolus cum omnibus malis et qui diuisionem faciunt hoc est schismaticos et haereticos. nisi ergo acceperint baptismum salutare in ecclesia catholica quae est una, salui esse non possunt, sed cum carnalibus in iudicio Domini Christi damnari.

Ianuarius a Lambese dixit:

6 Secundum scripturarum sanctarum auctoritatem decerno haereticos omnes baptizandos et sic in ecclesiam sanctam admittendos.

Lucius a Castra Galbae dixit:

7 Cum Dominus in euangelio suo dixerit: uos estis sal terrae. quodsi autem sal fatuus fuerit, in quo condietur? ex eo ad nihilum ualebit, nisi ut proiciatur foras et conculcetur ab hominibus, et iterum post resurrectionem suam mittens apostolos suos mandat dicens: data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. ite ergo et docete gentes baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. cum ergo manifestum sit haereticos id est hostes Christi non integram sacramenti habere confessionem, item schismaticos non posse condire sapientia spiritali, cum ipsi ab ecclesia quae una est recedendo infatuati

11 Matth. 5. 13. 15 Matth. 28, 18 sq.

1 eos qui *Av* 2 est *ex* et *L m. 2* et haereticos *om. S* acciperint *L* baptisma *v* 3 una est *v* 5 damnabuntur *v; cf. p. 450, 13* 6 a lambes *S,* salambese *L,* a lambaese *codd. Aug.* dixit *om. S,* dicit *T* 7 auctoritatem *om. S* 8 sanctam *om. S* 10 castro *A* galbae *A,* galba *LT.* quando *S* dixit *om. S,* dicit *T* 12 quodsi *S,* si *LTv* sal *L s. l. m. 2* fatuus *S²,* fatuum *ex* factum *L m. 2,* infatu* *T,* infatuus *S¹,* infatuatum *v* in quod *L¹,* iniquo *T¹,* id quod *A* condietur *S,* salietur *TA,* saluetur *L; cf. test. III 87* 13 nihil *LT* ualebit] ultra *s. l. add. T* 14 et foras *T¹* hominibus] omnibus *S* 15 suos *om. L* mandauerit *v* 16 ergo *om. v* 17 omnes gentes *v* eos *om. S* 19 hostis *L* 20 confessionem habere *v* sapientiam *S* 21 infatuam contrari *S*

contrarii facti sint, fiat sicut scriptum est: domus contrariorum legis debent emundationem, et consequens eos qui a contrariis baptizati inquinati sunt primo purgari et tunc demum baptizari.

Crescens a Cirta dixit:

Tanto coetu sanctissimorum consacerdotum lectis litteris Cy- 8
priani dilectissimi nostri ad Iubaianum itemque ad Stephanum, quae tantum in se sancti*ssimorum testi*moniorum descendentium ex scripturis deificis continent, ut merito omnes per Dei gratiam adunati consentire debeamus, censeo ergo omnes haereticos et schismaticos qui ad catholicam ecclesiam uoluerint uenire non ante ingredi, nisi exorcizati et baptizati prius fuerint, exceptis his sane qui in ecclesia [catholica] fuerint ante baptizati: ii tamen per manus inpositionem in paenitentia ecclesiae reconcilientur.

Nicomedes a Segermis dixit:

Mea sententia haec est ut haeretici ad ecclesiam uenientes 9
baptizentur eo quod nullam foris aput peccatores remissionem peccatorum consequentur.

1 Prou. 14, 9.

1 sunt ST^1 contrariorum *om. S* 2 debet *v* emundatione purgari *T* consequentes L^1 eos] et eos $S^2L^2T^2$, est eos *Av* 3 contraris baptizatis *S* inquinati] in aqua nati *S* 5 certens *T* dicit *T* 6 in tanto *LTAv* sacerdotum *S* 7 idemq. *T* 8 sanct. test. *scripsi*, sanctimoniorum *SLT*, sanctissimorum *A* descendentium] discentium *S*, *om. codd. Aug.* 9 deificis] dei magnificis *S* 10 debemus L^1 ergo *om. Lv: cf. p. 438, 3* 11 et] siue *A* chismaticos *L* 12 uenire uoluerint *A* et baptizati *om. S* prius *om. A* 13 catholica *om. S* ante *L s. l. m. 2* 14 ii tamen *scripsi*, ita tamen SLT^1, ita tamen ut T^2Av paenitentiam *Av* 15 reconcilietur L^1T^1 16 nicomedis *S* secermis *S* dicit *T* 18 nullum *S*, ullam *L* peccatoris *S*, peccatorem *T* 19 consequantur *LTAv*

Monnulus a Girba dixit:

10 Ecclesiae [catholicae] matris nostrae ueritas [semper] aput nos, fratres, et mansit et manet, eo quod in baptismate est trinitas Domino nostro dicente: ite et baptizate gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. cum ergo manifesto sciamus haereticos non habere nec Patrem nec Filium nec Spiritum sanctum, debent uenientes ad ecclesiam matrem nostram uenire, renasci et baptizari, ut cancer quod habebant et damnationis iram et erroris offecturam per sanctum et caeleste lauacrum sanctificetur.

Secundinus a Cedias dixit:

11 Cum Dominus noster Christus dicat: qui mecum non est aduersum me est, et Iohannes apostolus eos qui ab ecclesia exeunt antichristos dicat, indubitanter hostes Christi quique antichristi nominati sunt gratiam baptismi salutaris ministrare non possunt. et ideo censeo eos qui de insidiis haereticorum confugiunt ad ecclesiam baptizandos esse a nobis qui amici appellati sumus Dei de eius dignatione.

4 Matth. 28, 19. 12 Matth. 12, 30.

1 monnullus *L*, monnulius *T*, munnulus *v*, momnillus *Concil.* girba *S*, gibar *T* dicit *T* (*'in cod. V omnes fere deinceps episcopi sententiis suis hanc formulam praemittunt* IN PACE' *Rigaltius*) 2 catholicae *om. S* ueritatis *L* semper *om. S*, *post* fratres *ponit A* 3 *prius* et *om. A* eo quod *S*, et uel *Lv*, uel AT^1 (*eras. m. 2*) in *S*, maxime in *LTAv* baptismati est trinitas *S*, baptismatis (baptismi *A*) trinitate *LTAv* 4 item et T^1, ite *A* 5 cum *in ras.* T^2 6 manifeste *LTv* scimus T^1 8 uenire] uere *Av* nasci *LT* 9 habeant L^1 ira* *T*, ira *Av* et *om. T* offectura* *T*, offectura *uel* offensa *codd. Aug.*, effectura *v* 10 caelestem *ST*, caelestae *L* sanctifecetur *S* 11 acedias *T*, acedius *L*, a chezas *Conc.*, a quida *coni. Harduinus* 12 non est mecum *Lv* 13 aduersus *v* apostolos S^1 15 gratia *S* 16 et *om. S* 18 dei *om. ST et codd. Aug.* de *om. T* eius *corr. in* dei *T*

Felix a Bagai dixit:

Sicut caecus caecum ducens sic in foueam cadent, ita haere- **12**
ticus haereticum baptizans simul in mortem cadent. et ideo haereticus baptizandus est et uiuificandus, ne nos uiui mortuis communicemus.

Polianus a Mileo dixit:

Iustum est haereticum baptizari in ecclesia sancta. **13**

Theogenes ab Hippone regio dixit:

Secundum sacramentum Dei gratiae caelestis quod accepimus **14**
unum baptisma quod est in ecclesia sancta credimus.

Datiuus a Vadis dixit:

Nos quantum in nobis est haeretico non communicamus, **15**
nisi baptizatus in ecclesia fuerit et remissam peccatorum acceperit.

Successus ab Abbir Germaniciana dixit:

Haereticis aut nihil licet aut totum licet. si possunt ba- **16**
ptizare, possunt et sanctum Spiritum dare: si autem sanctum Spiritum dare non possunt, quia non habent Spiritum sanctum, nec baptizare spiritaliter possunt. propterea censemus haereticos baptizandos esse.

1 a *om. L* bacai *S*, altagai *ex* altai *L m. 2*, bigai *Conc.* 2 sic *S*, simul *LTAv* fouea *S* cadunt *ATv sed in T* unt *corr.* 4 uiuificandus] iustificandus *v*, innouandus *Oxon.* 7 haereticum *L s. l. m. 2* baptizare *T* (in ecclesia s. baptizari *L*) ecclesiam sanctam *S* 8 regione *T* 9 et gratiae *T* accipimus *S* 10 baptismum *LTA* 11 a uadis *S*, abbadis *T*, a badis *LAv* 12 est] et *S* haereticis *v* 13 baptizati *v* fuerint *v* remissa *S*, remissionem *Av* acceperint *v* 15 abbir] abbis *L sed* bis *s. l. m. 2* germanicipiana *T* 17 dare et spiritum sanctum *v* 18 spiritum dare...spiritum sanctum *om. S* spiritum sanctum dare *v*, *om. L*[1], *post* non possunt *add. L*[2]: scm spm dare baptizari *S* 20 baptizandos esse] baptizari *A*

Fortunatus a Thuccabori dixit:

17 Iesus Christus Dominus et Deus noster Dei patris et creatoris filius super Petrum aedificauit ecclesiam, non super haeresim, et potestatem baptizandi episcopis dedit, non haereticis. quare qui extra ecclesiam sunt et contra Christum stantes oues eius et gregem spargunt baptizare foris non possunt.

Sedatus a Thuburbo dixit:

18 In quantum aqua sacerdotis prece in ecclesia sanctificata abluit delicta, in tantum haeretico sermone uelut cancer infecta cumulat peccata. quare omnibus pacificis quidem uiribus nitendum est, ne qui haeretico errore infectus et intinctus singulare et uerum ecclesiae baptismum retractet accipere, quo quisquis non fuerit baptizatus regno caelorum fiet alienus.

Priuatianus a Sufetula dixit:

19 Qui haereticos potestatem baptizandi habere dicit, dicat prius quis haeresim condiderit. si enim haeresis a Deo est, habere et indulgentiam diuinam potest: si uero a Deo non est, quomodo gratiam Dei aut habere aut conferre alicui potest?

Priuatus a Sufibus dixit:

20 Qui haereticorum baptismum probat quid aliud quam haereticis communicat?

1 thuccabori *SA*, dhuccabori *LT*, tuchabori *v* 3 petrum *SLTVA*, petram *v* ecclesiam] suam *add. v*, suum *V* heresin *SL* 4 habere dedit *V* 5 sunt] non super heresin quare qui *S* 7 tuburbo *Av* 8 prece * *T* 9 cancer *SLTV*, cancere *Av* comulat *S* 10 pacis *T* uiris *V* 11 quis *Av* est et *T* intinctus *S*, tinctus *LTAv* 12 ecclesiae baptismum] baptisma *A* detrectet *v* quis *SL* 13 a regno *T* 14 a sufetolanus *T* 15 baptizandi *om. L* 16 quis *om. L* haeresin *SL* est] et *T* et *eras. in T* 17 simodo (uero...quo *om.*) *S* 20 qui *om. S* probant *A* quam] quae *S* 21 communicant *SA*

Hortensianus a Laribus dixit:

Viderint aut praesumptores aut fautores haereticorum: nos 21
unum baptisma quod non nisi in ecclesia nouimus ecclesiae uindicamus. aut quomodo possunt in nomine Christi aliquem baptizare quos ipse Christus dicit aduersarios suos esse?

Cassius a Macomadibus dixit:

Cum baptismata duo esse non possint, qui haereticis bapti- 22
smum concedit sibi tollit. censeo itaque flebiles et tabidos haereticos baptizandos esse, cum ad ecclesiam uenire coeperint, et sacra et diuina lauatione lotos et in lumine uitae inluminatos non hostes sed pacificos, non alienos sed fidei Domini domesticos, non adulteros sed Dei filios, non erroris sed salutis effectos in ecclesiam recipi, absque his qui de ecclesia fideles supplantati ad haeresis tenebras transierant, sed eos per manus inpositionem restituendos.

Alius Ianuarius a Vico Caesaris dixit:

Si non obtemperat error ueritati, multo magis ueritas non 23
consentit errori. et ideo nos ecclesiae adsistimus, in qua praesidemus, ut baptismum eius ipsi soli uindicantes eos quos ecclesia non baptizauit baptizemus.

Alius Secundinus a Carpos dixit:

Haeretici christiani sunt an non? si christiani sunt, cur in 24
ecclesia Dei non sunt? si christiani non sunt, fiant. aut quo

2 uiderint *SLTV et codd. Aug.*, quot sint baptismi uiderint *Av* prosumptore *S* 3 *ante* quod *T s. l.* tenere nouimus] est et id nobis *et ex* nouis *T* 5 dixit *T* 6 casius *L* macomanibus *S*¹ 7 baptisma *T* possunt *S* baptisma *v* 8 itaque *in ras. T* et tabidos] sectabiles *S*; et desperabiles *fort.* 9 coeperunt *S* et sacra *om. L* 10 in *om. LTAv* 11 pacificus *S*¹ 12 effectus *S* 13 absque his] sp̃s quae his qui *S*, absque eos *ex* adqueis *T* de] in *A sed idem* § *55* de fidelis *S* 14 sed eos *exp. in T* 18 quam *T* praesedemus *S* 21 carpos *SLV*, carpus *T*, carpis *Av* 23 dei *om. T* si ch. non sunt *L s. l.* fiant *LTVA et Zonaras*, fiunt *S*, quõmodo christianos faciunt *v* aut quod *S*, ad quos *ex* aut quo *T*

pertinet sermo Domini dicentis: qui non est mecum aduersum me est, et qui non mecum colligit spargit? unde constat super filios alienos et suboles antichristi Spiritum sanctum per manus inpositionem non tantummodo non posse descendere, cum manifestum sit haereticos baptisma non habere.

Victoricus a Thabraca dixit:

25 Si licet haereticis baptizare et remissam peccatorum dare, quid illos infamamus et haereticos illos appellamus?

Alius Felix ab Vthina dixit:

26 Nemini dubium est, sanctissimi consacerdotes, non in tantum posse humanam praesumptionem, quantum Domini nostri Christi adorandam et uenerabilem maiestatem. memores ergo periculi hoc quoque non tantum obseruare debemus, uerum etiam ab omnibus nobis confirmare, ut omnes haeretici qui ad sinum matris ecclesiae adcurrunt baptizentur, ut mens haeretica quae diuturna tabe polluta est sanctificatione lauacri purgata in melius reformetur.

Quietus a Buruc dixit:

27 Qui fide uiuimus obsequi his quae instruendis nobis ante praedicta sunt credula obseruatione debemus. nam scriptum est aput Salomonem: qui baptizatur a mortuo quid proficit

22 Sir. 34, 30.

1 pertinebit *VAr*, pertineat *ex* pertinant *L m. 2* dei dm͠i *S* aduersus *Av* 2 collegit T^1 3 subules *S*, soboles *Lv* antichristi *om. S* 4 sanctum *om. T* non *om. Av* (*ante* tantummodo) 5 discendere *S* haereticum *ex* haeretico *T* 8 remissa *S* 9 et *S*, ut *LTA* illos *om. Lv* appellemus *LTA* 11 in *om. v* 12 humana *S* quantum *SA*, quam *LT* 13 iesu christi *Av* 14 debemus *om. Erasmus* 15 confirmare debemus *Erasmus*, confirmari oportet *Baluzius* 17 pulluta *S* sanctificationem lauagri *S* 19 confessor quietus *V* a buruc *ST*, a burug *V*, ab urbe *L*, a buruch *v* 20 iis *v* instruendis] stuendis *S* praedicata *T* 21 credulat *S* 22 solomonem *S*, salam. *L* mortuo *SLTA*, mortuo et iterum tangit mortuum *v*

lauatione eius? quod utique de his qui ab haereticis intinguuntur et de tinguentibus loquitur. si enim qui aput illos baptizantur per remissionem peccatorum uitam aeternam consequuntur, cur ad ecclesiam ueniunt? si uero a mortuo salutis nihil accipitur, ac propterea cognito errore pristino ad ueritatem cum paenitentia reuertuntur, uno uitali baptismate quod in catholica ecclesia est et sanctificari debere manifestum.

Castus a Sicca dixit:

Qui contempta ueritate praesumit consuetudinem sequi aut **28**
circa fratres inuidus est et malignus quibus ueritas reuelatur aut circa Deum ingratus cuius inspiratione ecclesia eius instruitur.

Eucratius a Thenis dixit:

Fidem nostram et baptismatis gratiam et legis ecclesiasticae **29**
regulam Dominus et Deus noster Iesus Christus suo ore apostolos docens perimpleuit dicens: ite et docete gentes baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. falsum ergo haereticorum baptisma et iniquum a nobis pellendum est et omni contestatione refutandum, de quorum ore uirus, non uita, nec gratia caelestis, sed blasphemia trinitatis exprimitur. et ideo uenientes ad ecclesiam haereticos integro et catholico baptismate baptizari debere manifestum est, ut a blas-

17 Matth. 28, 19.

1 lauatio *TAv* ab] ad *L* intinguuntur *S*, tinguntur *LTAv; cf. p. 444, 11* 3 remissione *S* 4 consequitur *ST*[1] cor *L*[1] uenient *T*[1] morto *S*[1] 5 cognitio *S*, agnito *v* 6 reuertantur *S* 7 baptismo *T* ecclesia catholica *Av* et *om. LTAv* debere manifestum *S*, debebunt *LTAv* 9 caustus *S* 12 ingratus est *Av* spiratione *S* 14 euchrarius *L*, euchratius *v* thanis *T*[1] 15 nostram et] n. a *S* 16 regulae *S* deus et dominus *TAv*, ds̄ dn̄o *L* apostolus *SL* 17 et *om. LTA* omnes gentes *Av* 18 eas *LT* fili *S* 19 iniqum *SL* 20 contestatione *SLTVA*, detestatione *v* ore] more *S* 21 uita nec *A*, uitari et *SL*[1]*T*[1], uita non *T*[2], uita et *L*[2] 22 had ecclesia *S* 23 baptismatae baptizare *S* a *om. L* blasphemia *SLTAv*, blasphemiae *v*

phema sua praesumptione purificati possint Spiritus sancti gloria reformari.

Libosus a Vaga dixit:

30 In euangelio Dominus, ego sum, inquit, ueritas. non dixit: ego sum consuetudo. itaque ueritate manifestata cedat consuetudo ueritati, ut etsi in praeteritum quis in ecclesia haereticos non baptizabat, nunc baptizare incipiat.

Leucius a Thebeste dixit:

31 Haereticos blasphemos adque iniquos uerbis uanis decerpentes sancta et adorabilia scripturarum uerba exsecrandos censeo et ideo exorcizandos et baptizandos.

Eugenius ab Ammedera dixit:

32 Et ego hoc idem censeo haereticos baptizandos esse.

Item alius Felix a Bamaccora dixit:

33 Ecce secutus diuinarum scripturarum auctoritatem baptizandos haereticos esse censeo, sed et eos qui schismaticos baptizatos se esse contendunt. si enim secundum cautum Christi priuatus fons noster est, intellegant cuncti ecclesiae nostrae aduer-

4 Io. 14, 6.

1 suae (sua *L*) praesumptionis *LA*, suae praesumptione *v* possunt *S* gloria *LT et codd. Aug.*, gloriam *S*, gratia *Av* 3 libosus] confessor et martyr in nouis areis positus libosus *V* uaga] gaua *T* 5 ueritas est ut (man. c. c. ueritati *om.*) *V* manifestata *ST²A (cf. Aug. lib. III, 6, 9)*, manifesta *LT¹v* consuetudo ueritati] mansuetudo itaque ueritate manifestata cedat *S* 6 ut] iustae *T* etsi *ex* est *L m. 2* 7 baptizat *T*, baptizant *S* incipiant *S* 8 leucius *SLT et codd. Aug.*, lucius *v*, confessor et martyr in fausti positus leucius *V* theueste *LV*, thaueste *T* 9 iniquo uerbo *S* uanis] uariis *Av* 11 exorcidiandos *S*; resipiscentes *s. l. add. T m. 2* baptizandos esse *Tv* 13 haereticos uidelicet *T* 14 ab amacora *L*, abbamaccora *T*, ab amaccura *Av*; *cf. Morcelli Afric. christ. I p. 95* 15 ecce *S*, et ipse *LTv*, et ego ipse *Baluzius* 16 qui se *A* schismaticos *S*, aput sch. *LTAv*; *cf. sent. 72* baptizando *L¹* 17 se *om. SLT¹A*

sarii quia alienus esse non potest. nec duobus populis salutarem aquam tribuere potest ille qui unius gregis pastor est. et ideo manifestum est nec haereticos nec schismaticos aliquid caeleste posse suscipere, qui a peccatoribus hominibus ab ecclesia extraneis audeant accipere. quando danti locus non est, utique nec accipienti prodest.

Item alius Ianuarius Muzulensis dixit:

Miror quod cum omnes confiteantur unum esse baptismum, **34** non omnes intellegant eiusdem baptismi unitatem. ecclesia enim et haeresis duae et diuersae res sunt. si haeretici habent baptisma, nos non habemus: si autem nos habemus, haeretici habere non possunt. dubium autem non est ecclesiam solam baptismum Christi possidere quae sola possideat et gratiam Christi et ueritatem.

Adelphius a Thasualthe dixit:

Sine causa quidam falso et inuidioso uerbo inpugnant uerita- **35** tem ut rebaptizare nos dicant, quando ecclesia haereticos non rebaptizet, sed baptizet.

Demetrius a Leptiminus dixit:

Vnum baptisma nos custodimus, quia ecclesiae soli rem suam **36** uindicamus. qui autem dicunt quia haeretici uere et legitime

1 quia] qui *S* alienis *v* qui (quia *Oxon.*) alieni sunt nobiscum esse non possunt (potest *Oxon.*) *Erasmus et Oxon.* 2 aqua *S* graegis *S*, graecis *T*¹ 3 nec schismaticos *om. S* 4 a *om. S* peccantibus *A* ab] et ab *Av* extraneant *S* 5 audent *A*, baptisma audeant *T* et quando *T* danti *T (sed* ti *in ras.)*, tanti *S*, danti dandi *coni. Routh* 7 mozulensis *S* 8 non omnes *S* baptisma *v* 9 non omnes *om. S* intellegent *S* eiusdem] baptismum non eiusdem *S* baptismatis *v* 11 si autem nos habemus *L s. l. m. 2, om. S* 12 solum *L*, sola *S* baptismum] possit et gratiam *S* 13 possideant *ST*² *post* christi *exp.* possider *in S* 15 thasualte *Av*, thasuate *T* 16 quidem *A* et *ex* est *L* ueritate *S* 18 rebaptizent *S*¹ 20 quia *corr. in* et *T*, quae in *S* ecclesiae catholicae *Av* suam *om. S* 21 qui ab haereticis *L sed* s *s. l.*

baptizant, ipsi sunt qui non duo sed multa baptismata faciunt. nam cum haereses multae sint, pro earum numero et baptismata conputabantur.

Vincentius a Thibari dixit:

37 Haereticos scimus esse peiores quam ethnicos. si conuersi ad Dominum uenire uoluerint, habent utique regulam ueritatis quam Dominus praecepto diuino mandauit apostolis dicens: ite. in nomine meo manum inponite, daemonia expellite. et alio loco: ite et docete gentes tinguentes eas in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. ergo primo per manus inpositionem in exorcismo, secundo per baptismi regenerationem, tunc possunt ad Christi pollicitationem peruenire: alias autem non debere.

Marcus a Macthari dixit:

38 Mirandum non est, si haeretici hostes adque inpugnatores ueritatis rem sibi uindicant potestatis et dignationis alienae. illud mirandum est quod quidam nostri praeuaricatores ueritatis haereticis suffragantur et christianis aduersantur. propterea decreuimus haereticos baptizandos esse.

Sattius a Sicilibba dixit:

39 Si haereticis in baptismo suo peccata donantur, sine causa ad ecclesiam ueniunt. nam cum in die iudicii peccata sint quae

7 Marc. 16, 17. (?) 9 Matth. 28, 19.

1 duo] unum *v* faciant *T* 2 cum *ex* co *T* haeresis SLT^{1} sunt *S* numero] nomine *S* 4 dhibari *T* 5 esse] illos esse LT^{1} si] si ergo *v* a dño *L* 6 uoluerunt ST^{1} habemus *v* 9 et (*post* ite) *om. T* tinguentes] baptizantes *v et s. l. m. 2 L* eos *v* 10 fili *S* 11 primum *ex* primus *T* 12 tunc *exp. in T* 13 uenire *Av* autem] fieri censeo *add. Av*, fieri *add. LT et codd. Aug.; cf. 440, 5* 14 mactari *Av*, machari *T* 16 sibi rem *A* potestati *S* alienae *om. T in ras.* 17 illud] sed illud *v*, illud autem *T* 18 quapropter *T* decernimus *Av* 20 satius *A* sicilibra *T* 21 sua *v* donantur] sunt quae puniuntur donantur *S*

puniuntur, nihil est quod timere possint haeretici de iudicio Christi, si sunt remissionem peccatorum consecuti.

Victor a Gorduba dixit:

Cum peccata non nisi in ecclesiae baptismo remittantur, qui 40
haereticum ad communicationem sine baptismo admittit utrumque contra rationem facit, nec haereticos purgat et christianos inquinat.

Aurelius ab Vtica dixit:

Cum dicat apostolus non communicandum peccatis alienis, 41
quid aliud quam peccatis alienis communicat qui haereticis sine ecclesiae baptismo communicat? et ideo censeo baptizandos esse haereticos, ut accipiant remissionem peccatorum et sic illis communicetur.

Iambus a Germaniciana dixit:

Qui haereticorum baptismum probant nostrum inprobant, ut 42
extra ecclesiam non dicam lotos, sed sordidatos negent in ecclesia baptizari oportere.

Lucianus a Rucuma dixit:

Scriptum est: et uidit Deus lucem quia bona est, 43
et diuisit inter lucem et tenebras. si potest luci et tenebris conuenire, potest nobis et haereticis aliquid esse commune. propterea censeo haereticos baptizandos esse.

19 Gen. 1, 4.

1 non possunt *S* 2 remissione *S* 3 gorduba*SV*, gor*LTAv* 4 baptissimo *L* 5 haereticorum *S* communicatione *S* sine bapt. ad commun. *A* 7 inquirat *T*[1] 8 ab utica] abutte *T* 9 apostulus *S* alia alienis *L*[1] 10 quid . . . alienis *S s. l.* sine *ex* si in *T* 11 ecclesia *S* 12 remissione *S*, remissam *Av* 14 lambus *S*, confessor Iambus *Erasmus* germaciana *S*, germaniciana *T sed* ana *in ras.* 15 baptisma *v* probat *S* exprobant *S* 16 ecclesia *S* negant *ST*[1] 17 oportet *T*[1] 18 lucilianus *L* rucuna *S*, rucima *L* 19 et ut *S* 20 inter *ex* in *L m. 2* non potest *T*, *item l. 21 sed* non *s. l. utroque loco* 22 et propterea *T sed* et *s. l.*

Pelagianus a Luperciana dixit:

44 Scriptum est: aut enim Deus Deus est aut Baal Deus est. ita et nunc aut ecclesia ecclesia est aut haeresis ecclesia est. porro si haeresis ecclesia non est, quomodo esse aput haereticos baptisma ecclesiae potest?

Iader a Midili dixit:

45 Scimus non esse nisi unum baptisma in ecclesia catholica, et ideo non debemus admittere haereticum, nisi baptizatus aput nos fuerit, ne se putet extra ecclesiam catholicam baptizatum esse.

Item alius Felix a Marazana dixit:

46 Vna fides, unum baptismum, sed ecclesiae catholicae cui soli licet baptizare.

Paulus ab Obba dixit:

47 Me non mouet, si aliquis ecclesiae fidem et ueritatem non uindicat, quando apostolus dicat: quid enim si exciderunt a fide quidam illorum? numquid infidelitas eorum fidem Dei euacuauit? absit. est enim Deus uerax, omnis autem homo mendax. si autem Deus uerax est, quomodo esse aput haereticos baptismi ueritas potest aput quos Deus non est?

2 I Reg. 18, 21. 16 Rom. 3, 3 sq.

1 pelacianus *S* 2 enim *om. A* deus deus *SL*, deus *T*, dominus deus *A*, dominus tuus deus *v* 3 est *om. T* ecclesia ecclesia est *A*, ecclesia est *S*, ecclesia *LT* 5 ecclesia *S* 6 confessor et martyr Iader *Erasmus: item in Erasmi editione titulus* confessor *praefigitur episcopo* 47. 48. 49. 52. 54. 58. 61. 62. 68. 79. 82., *titulus* martyr *episcopo* 72. 76. 80. midili *ST*, madili *L*, midila *Av* 7 baptismum *LTA* 8 aput] a *S* fuerit apud nos *A* 11 alius *om. codd. Aug.* marazanda *T* 12 baptisma *LAv* sole *S* 14 ab obba *SL*, a bobba *TAv* 15 uindicet *T* 16 si] quia *A* 17 eorum] illorum *A* 18 euacuabit *T* 19 autem *ex* artem *T* 20 quomodo autem S^1 esse *post* ueritas *A* baptismi . . *p. 453, 2* haereticos *om. S*

Pomponius a Dionysiana dixit:

Manifestum est haereticos non posse baptizare et remissam 48
peccatorum dare qui potestatem non habent ut aut soluere aut ligare aliquid in terris possint.

Venantius a Thinisa dixit:

Si maritus peregre proficiscens amico suo commendasset uxo- 49
rem suam custodiendam, commendatam sibi ille quanta posset diligentia seruaret, ne ab aliquo castitas eius et sanctitas adulteraretur. Christus Dominus et Deus noster ad patrem proficiscens sponsam suam nobis commendauit. utrumne eam incorruptam et inuiolatam custodimus an integritatem eius et castitatem moechis et corruptoribus prodimus? qui enim baptisma ecclesiae commune cum haereticis facit sponsam Christi adulteris prodit.

Ahymmus ab Ausuaga dixit:

Nos unum baptismum accepimus, et ipsum exercemus. qui 50
autem dicit quia haereticis licet baptizare, ipse duos baptismos facit.

Saturninus a Victoriana dixit:

Si licet haereticis baptizare, excusati sunt et defensi inlicita 51
facientes, nec uideo quare eos aut Christus aduersarios suos aut apostolus antichristos appellauerit.

2 remissa *S*, remissionem *Av* 4 aliquis *S* potest *S*, possit *T*[1] 5 uenantibus *L* thinnisa *L*, thinusa *T*, tinisa *Av* 7 et commendatam *T* 8 conseruaret *LTAv* adulteretur *L* 11 inuiolatam] inunatam *L* custodibismus *L*[1], custodiemus *v* 12 moecis *ST*[1] prodemus *v* 15 ahymmus *SL et codd. Aug.*, ahymnus *Tv* ausuago *S*, ausuagga *L*, adausuagga *T* dixit *om. S* 16 baptisma *Av* tenemus et exercemus *v* 17 quia et *Av* duo baptismata *v* 19 uictorina *S* 20 licita *coni. Marshal* 21 christi *T*[1] 22 antichristus *S*

Alius Saturninus a Tucca dixit:

52 Gentiles quamuis idola colant, tamen summum Deum patrem creatorem cognoscunt et confitentur. in hunc Marcion blasphemat: et quidam non erubescunt Marcionis baptismum probare. quomodo tales sacerdotes sacerdotium Dei aut seruant aut uindicant qui hostes Dei non baptizant et sic illis communicant?

Marcellus a Zama dixit:

53 Cum peccata non nisi in ecclesiae baptismo remittantur, qui haereticum non baptizat peccatori communicat.

Irenaeus ab Vlulis dixit:

54 Si ideo ecclesia haereticum non baptizat, quod dicatur iam baptizatus esse, haeresis maior est.

Donatus a Cibaliana dixit:

55 Ego unam ecclesiam et unum baptismum eius noui. si est qui dicat esse aput haereticos baptismi gratiam, ante est ut ostendat et probet esse illic ecclesiam.

Zosimus a Tharassa dixit:

56 Reuelatione facta ueritatis cedat error ueritati, quia et Petrus qui prius circumcidebat cessit Paulo ueritatem praedicanti.

1 alius *om. v* a tucga *S*, attu*ca *T*. a thucca *v* 3 marcion—baptismum] marcionis baptismum eius noui sic est qui dicat esse aput haereticos baptismi gratiam ante est ut ostendat *S* 5 et quomodo *T* sacerdotes... qui *om. T* seruat *S* 6 hostis *S* 8 a *ex* an *S* 9 in *om. v* 10 battizat *T* peccatori commu || *post haec deest totum folium in S* 11 ululis] uzulis *coni. Harduinus* 15 aecclesia* *T* baptisma *v* noui si est] nobis uindico etsi est *T sed* etsi *s. l. et* uindico *in marg.* 16 ante *om. T in ras.* 20 circum cedebat *M* ueritate *M*

Iulianus a Thelepte dixit:

Scriptum est: nemo potest aliquid accipere, nisi da- **57**
tum fuerit illi de caelo. si haeresis de caelo est, potest et baptisma dare.

Faustus a Timida regia dixit:

Non sibi blandiantur qui haereticis patrocinantur. qui pro **58**
haereticis ecclesiastico baptismo intercedit illos christianos et nos haereticos facit.

Geminius a Furnis dixit:

Quidam de collegis haereticos praeponere sibi possunt, nobis **59**
non possunt. et ideo quod semel decreuimus tenemus ut haereticos uenientes baptizemus.

Rogatianus a Noua dixit:

Ecclesiam Christus instituit, haeresim diabolus. quomodo **60**
potest habere baptismum Christi synagoga Satanae?

Therapius a Bulla dixit:

Qui haereticis ecclesiae baptismum concedit et prodit quid **61**
aliud quam sponsae Christi Iudas extitit?

Item alius Lucius a Membresa dixit:

Scriptum est: Deus peccatorem non audit. haereticus **62**
qui peccator est quomodo audiri in baptismo potest?

2 Io. 3, 27. 20 Io. 9, 31.

1 telepte *Av* 3 et *om. A* 5 thimida *L* 6 patroncinantur *L* 7 baptismati *Mv* et nos *om. T*, et non *L*[1] 9 gemminus *T*, geminus *M* 10 nobis n. possunt *om. T* 11 tenemus] maneat uidelicet *T s. l.* haereticos *LT*, ab haereticis *MAv* 14 christi *L* haeresin *LM*, haeresim autem *T sed* autem *s. l.* et quomodo *T sed* et *s. l.* 15 synagoge *T*[1] 16 ab illa *ex* ab ulla *M m. 2* 17 baptisma *v* 18 sponsa *ex* sponse *T* iudas sponsae christi *v* 19 membressa *L*, membrosa *M* 20 hereticos *M*, et hereticus *T*, *om. A*

Item alius Felix a Buslacenis dixit:

63 In haereticis sine ecclesiae baptismo admittendis nemo consuetudinem rationi et ueritati praeponat, quia consuetudinem ratio et ueritas semper excludit.

Alius Saturninus ab Auitinis dixit:

64 Si potest antichristus dare alicui gratiam Christi, possunt et haeretici baptizare qui appellati sunt antichristi.

Quintus ab Aggya dixit:

65 Ille potest dare aliquid qui aliquid habet. haeretici autem quid possunt dare, quos constat nihil habere?

Alius Iulianus a Marcelliana dixit:

66 Si potest homo duobus dominis seruire, Deo et mamonae, potest et baptisma duobus seruire, christiano et haeretico.

Tenax ab Horreis Caeliae dixit:

67 Scriptum est quia Deus unus et Christus unus et ecclesia una et baptisma unum. quomodo illic baptizari aliquis potest, ubi Deus et Christus et ecclesia non est.

Alius Victor ab Assuras dixit:

68 Baptisma unum est, sed et ecclesiae. ubi ecclesia non est, baptisma illic esse non potest.

1 a buslaecenis *A (cf. tamen lib. III c. 8, 11)*, a bustiacgenis *L*, abustlaccens *T*, abusti lacceni *M*, a byzacene *coni. Fellus* 3 praeponit LT^1 5 abitinis *A*, auitinisi *T*, uitinis L^1 8 aggya *A*, acbia *MT*, acdia *L* 9 habent *M*, haberet T^1, habuerit *v* 11 ad marcellianam L^1 12 deo scilicet *T sed* scilicet *s. l.* 13 seruire id est *T sed* id est *s. l.* 15 scriptum est . . . *l. 17* non est *proximo Victori eiusque sententiam Tenaci adsignat Av* christus] spiritus *Erasmus et Concil.* 16 quomodo ergo T^2v aliquid L^1 17 christi *L* ecclesia una *v* 18 assuris *Av* 19 sed] *incipit S* et *om. TAv, fort.* id et ubi *T sed* et *s. l.* ecclesia] ecclesiae ubi ecclesia *S*

Donatulus a Capse dixit:

Et ego semper hoc sensi, ut haeretici qui nihil foris possunt **69**
consequi, quando ad ecclesiam conuertuntur, baptizentur.

Verulus a Rusiccade dixit:

Homo haereticus dare non potest quod non habet: multo ma- **70**
gis schismaticus quod habuit amisit.

Pudentianus a Cuiculi dixit:

Nouitas episcopatus effecit, fratres dilectissimi, ut sustinerem **71**
quid maiores iudicarent. nam haereses nihil habere nec posse manifestum est. adque ita si qui ex eis uenerint, baptizare aequissime iudicatum est.

Petrus ab Hippone diarrhyto dixit:

Cum baptisma unum sit in catholica ecclesia, manifestum est **72**
non posse extra ecclesiam baptizari. et ideo in haeresi intinctos siue in schismate ad ecclesiam uenientes censeo baptizari oportere.

Item alius Lucius ab Ausafa dixit:

Secundum motum animi mei et Spiritus sancti, cum sit unus **73**
Deus pater Domini Iesu Christi et unus Christus et una spes,

1 gapse *T*, capsede *S* 3 consequi possunt *LT*, sunt consequi *S*, consecuti sunt *A* 4 martyr de schismaticis Verulus *Erasmus* rusicade *L*, rusiceade *T*, succade *S* 5 et multo *T sed* et *s. l.* 6 quod] qui quod *Av* 8 sustinere quod *S* 9 heresis *SLT* nec posse *om. S* 10 quis *ST* eis] is *T* baptizari T^2Av 11 aequissimae *ST* iudicatum *S*, statutum L^2TAv, statum L^1 12 ippone *T* diarrito *LA*, diharrito *T*, diarrhytorum *v*, *om. S* dixit orito dixit *S* 14 extra] ex *S* haeresin tinctus *S*, haeresi tinctos *LTAv* 15 in *om. T* uenientes (uentes *L*) ad ecclesiam *LTAv* 17 ausafa] ausura *S* 18 cum sit *A*, qui iussit *S*, cui sit *LT*; *uerba grauius corrupta uidentur* 19 domini nostri *Av*, dn̄s nr̄ LT^1 ih̄s xp̄s LT^1 spes et *v*

*

unus Spiritus in ecclesia, unum habet esse et baptisma. et ideo dico ut si quid aput haereticos motum aut factum fuerit, rescindi debere, et eos qui inde ueniunt in ecclesia baptizandos esse.

Item alius Felix a Gurgitibus dixit:

74 Ego censeo, ut secundum sanctarum scripturarum praecepta baptizatos ab haereticis inlicite extra ecclesiam, si ad ecclesiam confugere uoluerint, gratiam baptismi ubi licite datur consequantur.

Pusillus a Lamasba dixit:

75 Ego credo baptisma salutare non esse nisi in ecclesia catholica. quidquid absque catholica fuerit simulatio est.

Saluianus a Gazaufala dixit:

76 Haereticos nihil habere constat, et ideo ad nos ueniunt, ut possint accipere quod non habent.

Honoratus a Thucca dixit:

77 Cum Christus ueritas sit, magis ueritatem quam consuetudinem sequi debemus, ut haereticos qui ideo ad nos ueniunt, quia foris nihil accipere potuerunt, ecclesiae baptismo sanctificemus.

1 in *S*, una *LTA*, et una *v*   habet *S*, debet *LTAr*   esse et] esse *A*   2 ut si *SL*, et si *A*, **si *T*, si *v*; *cf. 438, 4*   ab haereticis *r*   aut *om. S*   rescindere *S*   3 exinde *A*   5 item alius *om. A*   7 baptizatos *SLT*, baptizati *A*   inlicitis S^1 si] cum *v*   si ad ecclesiam *om. S*   8 uoluerit *r*   gratia *S*   licet et *ex* licete *T*   consequantur *SLTA*, consequatur *v*; *cf. 438, 4*   10 lamasba *LTA*, labama *S*, lambese *r*   11 in e. catholica] ecclesiae catholicae *T*   12 et quidquid *T*   *sup.* catholica *scr.* baptismo ecclesie *T*   simiatio *T*   13 cazauphala *S*, gazauphalia *LT*   14 cum constet *ex* constat *T*   et *om. T*   conueniunt* *T*   17 christi *T*   18 qui] quia *S*   19 sanctifecemus *T*, *om. S*

Victor ab Octauu dixit:

Quod et ipsi scitis, non olim sum episcopus constitu- 78
tus, et ideo expectabam praecessorum consilium. hoc itaque existimo ut qui, cum ex haeresi sint, ueniunt sine dubio baptizentur.

Clarus a Mascula dixit:

Manifesta est sententia Domini nostri Iesu Christi apostolos 79
suos mittentis et ipsis solis potestatem a patre sibi datam permittentis, quibus nos successimus eadem potestate ecclesiam Domini gubernantes et credentium fidem baptizantes. et ideo haeretici qui nec potestatem foris nec ecclesiam Christi habent neminem baptizare baptismo eius possunt.

Secundianus a Thambis dixit:

Non debemus haereticos nostra praesumptione decipere, ut in 80
ecclesia Domini nostri Iesu Christi non baptizati ac per hoc remissionem peccatorum non consecuti, cum iudicii dies uenerit, nobis imputent quod per nos non sint baptizati et indulgentiam diuinae gratiae consecuti. propter quod, cum sit una in ecclesia et unum baptisma, quando ad nos conuertuntur, simul cum ecclesia et ecclesiae baptismum consequantur.

Item alius Aurelius a Chullabi dixit:

Iohannes apostolus in epistula sua posuit: si quis ad nos 81
uenit et doctrinam Christi non habet, nolite eum

22 II Io. 1, 10. 11.

1 octauo *Av* 2 et *om. S* 4 quicum *S*, quicumque *LTAv* haeresint *S*, haeresi *LTAv* ueniunt *S*, uenerit *L*[1], uenerint *L*[2]*TAv* 6 massula *S* 7 dn̄o nr̄o ih̄u xp̄o *L*[1] 8 mittens *S* patrem *S* permittendis *S* 9 potestate] potestatem a patrem dei nisi datam permittentes quib. nos successimus eadem potestatem *S* 13 secundinus *S* thambis *LT*, thanbis *S*, thambeis *Av* 14 decepere *S* 15 dn̄s nr̄ ih̄s xp̄s *T*[1] 17 imputet *S* 18 non sint consecuti *Baluzius* una in *S*, una *LTAv* 21 chullabi *T* 22 posuit dicens *v* nos] eos *A*

admittere in domum uestram et aue illi ne dixeritis. qui enim dixerit illi aue communicat factis eius malis. quomodo admitti tales temere in domum Dei possunt qui in domum uestram priuatam admitti prohibentur? aut quomodo cum eis sine ecclesiae baptismo communicare possumus, quibus si aue tantum dixerimus factis eorum malis communicamus?

Litteus a Gemellis dixit:

82 Caecus caecum si ducat, ambo in foueam cadent. cum ergo haereticos constet non posse inluminare quemque utpote caecos, baptisma eorum non ualet.

Natalis ab Oëa dixit:

83-85 Tam ego praesens, quam **Pompeius Sabratensis**, quam etiam **Dioga Leptimagnensis**, qui mihi mandauerunt corpore quidem absentes, spiritu praesentes, censemus quod et collegae nostri, quod haeretici communicationem habere nobiscum non possunt, nisi ecclesiastico baptismo baptizati fuerint.

Iunius a Neapoli dixit:

86 Ab eo quod semel censuimus non recedo, ut haereticos uenientes ad ecclesiam baptizemus.

1 haue *SL*, habe T^1; *item locis proximis* dixeris *S* 2 qui enim dixerit *om. S* communica *S* 3 et quomodo *T* (et *s. l.*) ales *T* temere *corr. in* temerarii *T*, debere *S* domo *T* 4 uestram *S*, nostram *LTAv* 5 communicat T^1 6 factis] tantis *S* 8 littaeus *T* 9 si coecum *v* deducat *LT* cadunt *Av* 10 ut pote] ut putet *S* 12 Oëa] oē *T* dicit T^1, *item l. 18* 13 tam** *T* (en *eras.*) pompetus *S* sabrathensis *T*, abrathensis *L*, gabratesis *S* 14 lepcimagnensis *LT* 15 praesentis *S* quod et] cum *ex* quodas *T* collegis nostris *ex* collegе nostri *T* 16 nobiscum *om. S* possint *LT* 18 niopali *S*, neapolli T^1 19 ab eo] habeo *S*

Cyprianus a Cartagine dixit:

Meam sententiam plenissime exprimit epistula quae ad Iubaia- 87
num collegam nostrum scripta est, haereticos secundum euangelicam et apostolicam contestationem aduersarios Christi et antichristos appellatos, quando ad ecclesiam uenerint, unico ecclesiae baptismo baptizandos esse, ut possint fieri de aduersariis amici, de antichristis christiani.

1 confessor et martyr Cyprianus *Erasmus* dicit *T* 2 sententiam] scientiam *T* iubanum L^1 3 collega *S* nostram *T* euuangelica *S* 4 apostolica contestatione *S* et aduersarios *Baluzius* 5 anticyristos *L* 7 amici et *LTAv* anticyristis cyristiani *L* SENTENTIAE EPISCOPORVM (NVMERO LXXXVII *add. T*) DE HAERETICIS BAPTIZANDIS EXPLICIT *ST*, SENTENTIAE EPISCOPORVM EXPLICANT *L*

TYPIS CAROLI GEROLD FILII.

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. III. PARS II.

S. THASCI CAECILI CYPRIANI OPERA OMNIA

EX RECENSIONE G. HARTELII.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXI.

S. THASCI CAECILI CYPRIANI

OPERA OMNIA

RECENSVIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

GVILELMVS HARTEL

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXI.

THASCI CAECILI CYPRIANI

EPISTVLAE.

B = codex Bambergensis 476, saec. XI.
C = codex (Sangermanensis 720) Parisinus 12126, saec. VIIII.
c = alterum epistulae 70 apographum quod C exhibet.
E = codex (Compendiensis 68) Parisinus 17349, saec. X.
e = alterum epistulae XII. apographum quod *E* exhibet.
F = fragmenta codicis Bobiensis saec VI. partim Taurinensia (cf. Peyron Ciceronis orationum fragmenta p. 156 sq.) partim Ambrosiana (cod. D. 519).
G = codex Sangallensis 454, saec. VIIII.
H = codex (Sorbon. 207) Parisinus 15242, saec. XI–XII.
I = codex (S. Victor. 101) Parisinus 14461, saec. XII.
L = codex Laureshamensis nunc Vindobonensis 962, saec. VIIII.
M = codex Monacensis 208, saec. VIIII; cf. cod. *Q*.
m = alterum epistulae XII. apographum, quod M exhibet.
N = codex Casinas 204, saec. X.
O = codex Floriacensis nunc Aurelianensis 131, saec. VII.
P = codex Parisinus 1647 A, saec. VIIII–X.
Q = codex Trecensis 581, saec. VIII–VIIII (cf. Catalogue générale des manuscrits des bibliothèques de départements publiques II 249). cum codd. *Q* et *M* ex eodem libro archetypo descripti sint, ubi easdem exhibent lectiones, Trecensis libri signo *Q* eas comprehendi uolui.
q = alterum apographum epistulae 12 quod exhibet *Q*.
R = codex Reginensis 116, saec. VIIII.
S = codex Seguierianus nunc Parisinus 10592, saec. VI–VII.
T = codex Reginensis 118, saec. X.
V = codex Veronensis saec. VII; cf. p. 2.
W = codex Wirceburgensis 56, saec. VIIII (?).
Z = codex Parisinus 1658, saec. XIIII.
z = alterum aliquot epistularum apographum quod exhibet *Z*.
g = codex Baluzianus nunc Parisinus 1650, saec. XIIII–XV.
h = codex Vossianus lat. 7, saec. X.
i = codex (S. Victor. 77) Parisinus 14460, saec. XIII.
o = codex (Orat. 9) Parisinus 17350, saec. XII.
r = codex Remensis 218, 311; saec. XV.
w = codex Vindobonensis 798, saec. XV.
β = codex Trecensis 442, saec. XIII.
μ = codex Monacensis 18203, saec. XV.
ν = alterum aliquot epistularum apographum quod exhibet *μ*.
ϱ = codex Parisinus 1659, saec. XII–XIII.
φ = codex Vaticanus 199, saec. XV.
ω = codex Parisinus 1656, saec. XII.
v = editiones uel omnes uel aliquot.

EPISTVLA I.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS ET PLEBI FVRNIS CONSISTENTIBVS S.

Grauiter conmoti sumus ego et collegae mei qui praesentes I
aderant et conpresbyteri nostri qui nobis adsidebant, fratres carissimi, cum cognouissemus quod Geminius Victor frater noster de saeculo excedens Geminium Faustinum presbyterum tutorem testamento suo nominauerit, cum iam pridem in concilio episcoporum statutum sit ne quis de clericis et Dei ministris tutorem uel curatorem testamento suo constituat, quando singuli diuino sacerdotio honorati et in clerico ministerio constituti non nisi altari et sacrificiis deseruire et precibus adque orationibus uacare debeant. scriptum est enim: nemo militans Deo obligat se molestiis saecularibus, ut possit placere ei cui se probauit. quod cum de omnibus dictum sit, quanto magis molestiis et laqueis saecularibus obligari non debent qui diuinis rebus et spiritalibus occupati ab ecclesia recedere et ad terrenos et saeculares actus uacare non possunt. cuius ordinationis et reli-

13 II Tim. 2, 4.

Epist. I. — Incipit ad clerum et plebem (ad clerum et plebem *om. F*, furnitanorum *add. C*) de Victore qui Faustinum presbyterum tutorem nominauit *CFLNPQV*. — 2 diaconis C^1 5 et presbyteri *L* nobiscum *CP* 6 cum cognouissemus quod *om.* L^1 7 geminum *C* 8 cum] eum *N* 9 clericis et] aecclesiae *C* dei] de *V* 11 et in] extincti *C* clericorum ministerio *ex* clerico monasterio *L m. 2*, clerici ab ministerio *C* 12 alteri *L* 13 deo nemo *C sed* nemo *exp. m. 2* 14 cui *CF*, qui *LNPQ* 15 probabit L^1 17 ecclesiae C^1 ad] in *C* 18 cuius] cius *C*

gionis formam leuitae prius in lege tenuerunt, ut cum terram diuiderent et possessiones partirentur undecim tribus, leuitica tribus, quae templo et altari et ministeriis diuinis uacabant, nihil de illa diuisionis portione perciperet, sed aliis terram colentibus illa tantum Deum coleret et ad uictum adque alimentum suum ab undecim tribubus de fructibus qui nascebantur decimas reciperet. quod totum fiebat de auctoritate et dispositione diuina, ut qui operationibus diuinis insistebant in nulla re auocarentur nec cogitare aut agere saecularia cogerentur. quae nunc ratio et forma in clero tenetur, ut qui in ecclesia Domini ordinatione clerica promouentur in nullo ab administratione diuina auocentur, ne molestiis et negotiis saecularibus adligentur, sed in honore sportulantium fratrum tamquam decimas ex fructibus accipientes ab altari et sacrificiis non recedant et die ac nocte caelestibus rebus et spiritalibus seruiant.

2 Quod episcopi antecessores nostri religiose considerantes et salubriter prouidentes censuerunt ne quis frater excedens ad tutelam uel curam clericum nominaret, ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. neque enim apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece qui ab altari sacerdotes et ministros uoluit auocari. et ideo Victor cum contra formam nuper in concilio a sacerdotibus

1 leuuitae *PQ saepius* ut] et *P* 2 diuiderunt *L*, uiderunt *F* leuitica tribus *om. N*, ad leuitas tribus *ex* leuitici a quibus *corr. C* 3 altari et] altaris *C* ministerio *C sed* io *s. l.* diuinis] diaconus *C sed exp. m. 2* uacabat *v* 4 perciperent *P*, pertineret *C* 5 illi *C²P* colerent *CP* suum *om. Vv* 6 tribubus] tribus *C¹LNPQ* reciperent *P*, perciperent *C*, perciperet *FQv* 7 totum *ex* tantum *C* 8 re *om. LNP* reuocarentur *FLNP* 9 cogitare *ex* cogitatione *C* ratio] oratio *F* 10 ut *om. Q* quis *C* ordinationem clericam *FLQ¹M*, ad ordinationem clericam *Q²V*, ad ordinationem clericalem *C*; *fort.* ordinationem clericam promerentur 11 in nullo] nullo modo *C* ab *om. L* uocentur *P¹* ne] nec *CVv* 12 *super* sportulantium *C m. 2* et solatio 13 accipientem *L* 14 altariis *LP*, altaribus *N* recedebant *C¹* et] sed *v* 16 et antecessores *F* 17 tutelam *ex* uitae iam *C* 18 hoc *om. F* 19 offeretur *C¹Q¹* (offerretur *M*) 20 me(re)retur *C* 21 prete (c) *C* altare *C* ministros suos leuita (sa)uocare *C* auocare *LNPQv* 22 a *om. F*

datam Geminium Faustinum presbyterum ausus sit tutorem constituere, non est quod pro dormitione eius apud uos fiat oblatio aut deprecatio aliqua nomine eius in ecclesia frequentetur. ut sacerdotum decretum religiose et necessarie factum seruetur a nobis, simul et ceteris fratribus detur exemplum, ne quis sacerdotes et ministros Dei altari eius et ecclesiae uacantes ad saecularem molestiam deuocet. obseruari enim de cetero poterit ne ultra hoc fiat circa personam clericorum, si quod nunc factum est fuerit uindicatum. opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere.

EPISTVLA II.

CYPRIANVS EVCRATIO FRATRI S.

Pro dilectione tua et uerecundia mutua consulendum me existi- 1
masti, frater carissime, quid mihi uideatur de histrione quodam, qui apud uos constitutus in eiusdem adhuc artis suae dedecore perseuerat et magister et doctor non erudiendorum sed perdendorum puerorum id quod male didicit ceteris quoque insinuat, an talis debeat communicare nobiscum, quod puto ego nec maiestati di-

1 tutorem] auctorem *C* 2 non] et non *C*[1] quo *Q* fiat] fatiat *M* (fiat *Q*) 3 aut deprecatio *om. P*, aut delegatio *C* in nomine *F* frequentetur *om. P* 4 sacerdotium *C*[1] necessarium *C*[1] 6 alteri *L*, altare *C* eius *om. C* euacantes *N*, uocantes *C*[1] saeculares molestias *LNPQv* 7 euocet *F* 8 fiat] faciat *FQ* circa] erga *ex* terra *C* quod] quidquid *ex* quid *C* 9 opto ... ualere *om. LN*[1] uos] te *PQ* frater *PQ* carissime *Q*, karissimi in dño *C*. — Ad clerum et plebem (plebem et clerum *N*) de Victore qui Faustinum presbyterum tutorem nominauit explicit *FLNPQ* (*nisi quod P exh.:* Explicit ad clerum *etc.*), Explicit *C*. —
Epist. II. — Incipit ad Eucratium (eucracium *P*, eugratium *Q et sup.* eucratium *M m. 2*) de histrione (istrione feliciter *C*) *CLNPQR*. — 12 eugratio *Q*, et eucratio *C*, euchratio *v* 13 tua] mutua *v* mutua] tua *v* 14 quod *C*[1] uidetur *C* istrione *CL* quomdam *L*, quondam *CR* 15 qui *om. C* 17 quod *om. C* didicit] dicunt *C* insinuant *CR* an] si *C s. l. m. 2* 18 quod *om. v*

uinae nec euangelicae disciplinae congruere, ut pudor et honor ecclesiae tam turpi et infami contagione foedetur. nam cum in lege prohibeantur uiri induere muliebrem uestem et maledicti eiusmodi iudicentur, quanto maioris est criminis non tantum muliebria indumenta accipere sed et gestu quoque turpes et molles et muliebres magisterio inpudicae artis exprimere?

2 Nec excuset se quisquam si a theatro ipse cessauerit, cum tamen hoc ceteros doceat. non potest enim uideri cessasse qui uicarios substituit et qui pro se uno plures succidaneos suggerit contra institutionem Dei erudiens et docens quemadmodum masculus frangatur in feminam et sexus arte mutetur et diabolo diuinum plasma maculanti per corrupti adque eneruati corporis delicta placeatur. quod si paenuriam talis et necessitatem paupertatis optendit, potest inter ceteros qui ecclesiae alimentis sustinentur huius quoque necessitas adiuuari, si tamen contentus sit frugalioribus et innocentibus cibis nec putet salario se esse redimendum ut a peccatis cesset, quando hoc non nobis sed sibi praestet. ceterum quantum uult inde quaerat, qualis quaestus est qui de conuiuio Abraham et Isaac et Iacob homines rapit et male ac perniciose in saeculo saginatos ad aeternae famis ac sitis supplicia deducit. et ideo quantum potes ab hac eum prauitate et dedecore ad uiam innocentiae adque ad spem uitae suae reuoca, ut sit contentus ecclesiae sumptibus parcioribus quidem sed salutaribus. quod si illic ecclesia non sufficit ut laborantibus praestet

1 nec euangelice disciplinae *M m. 2 add. in margine* 2 in *om. C* 3 mulierem *QR* 4 maiores L^1, maior *NPQ* 5 muliebri *R* sed] it *R* gestus *CRv* 6 mulieres *N* impudice *LQ* 8 uidere *N* 9 uicario *R*, carios *C* substituit] substrauit *C* et *om. M (exh. Q)* se uno] secundo *L*, uno *C* succedaneos *PQR*, succedant eos *C* 10 masculum *C* 11 et d.] ex d. *C* 12 maculati *PQ* correpti C^1 enceruati C^1 13 poenoria *C* 14 obstendit *L*, ostendit *P* potest] potest qui *Q* alimentis ecclesiae *CR* sustinent** *P* 16 et] sed *N* salario *L sed* ri *corr.*, saluti *ex* salatio *C* salario … cesset *om. R* se *exp. C* redimentum C^1P^1, remedium C^2 17 a *P s. l. m. 2* peccatis] spectatis *C* 18 uult] uelit *CR* inde quaerat] adquirat *CR* 19 abrahae *P* et *(ante* isaac) *om. C* 20 sagnitos R^1, signatos *C* 21 supplucia *L* potest *CM*, potes* *Q* eum] cum *C* 22 suae] aeternae *v* reuocet *ex* reuocauit *C* 23 ut *om. C*, si *P* pa^{u}cioribus *C* quidam *Q* 24 illi *C*

alimenta, poterit se ad nos transferre et hic quod sibi ad uictum adque ad uestitum necessarium fuerit accipere, nec alios extra ecclesiam mortalia docere, sed ipse salutaria in ecclesia discere. opto te, fili carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA III.

CYPRIANVS ROGATIANO FRATRI S.

Grauiter et dolenter conmoti sumus ego et collegae qui prae- **1** sentes aderant, frater carissime, lectis litteris tuis, quibus de diacono tuo conquestus es quod inmemor sacerdotalis loci tui et officii ac ministerii sui oblitus contumeliis et iniuriis suis te exacerbauerit. et tu quidem honorifice circa nos et pro solita tua humilitate fecisti, ut malles de eo nobis conqueri, cum pro episcopatus uigore et cathedrae auctoritate haberes potestatem qua posses de illo statim uindicari, certus quod collegae tui omnes gratum haberemus quodcumque circa diaconum tuum contumeliosum sacerdotali potestate fecisses, habens circa eiusmodi homines praecepta diuina, cum Dominus Deus in Deuteronomio dicat: et homo quicumque fecerit in superbia ut non exaudiat sacerdotem aut iudicem et quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, et omnis populus cum audierit timebit, et non agent impie

18 Deut. 17, 12. 13.

1 ad nostras ferre *C* 2 adq. uestitum *P s. l. m. 2* ad] ac *N* uestimentum *L* 3 ipsa *P* 4 opto ... ualere *om. C* te *om. M (exh. Q)* fili] frater *v.* — Ad eucratium (eugratium *Q)* de histrione explicit (explicat *L*) *LNQR*, explicit (*ex* incipit *corr. C*) ad eucratium de istrione *CP*. — Epist. III. — Incipit ad Rogatianum de diacono (qui contra episcopum contendit *add. P) BLPQT*. — 6 fratri *om. L* 7 collegae mei *BQTv* 8 lectis] elictis *T* 9 quod] qui *B* 11 exaceruauerit *QT*, exacerbaret *V* solita] silita *T* 13 cathedra *Q* quam *B*, quia *M*, qu*a *Q*, quas *T* 15 ratum *Erasmus* circa] contra *in ras. Q sed in margine* circa (circa *M*) tuum *om. Q* 16 huiusmodi *v* hominis *T* 18 in *om. Q* 19 et *om. Bv* quicum *M* (quicumque *Q*)

etiam nunc. et ut sciamus hanc Dei uocem cum uera et summa maiestate eius processisse ad honorandos ac uindicandos sacerdotes suos, cum aduersus Aaron sacerdotem tres de ministeriis Chore Dathan et Abiron ausi sunt superbisse et ceruicem suam extollere et sacerdoti praeposito se adaequare, hiatu terrae absorpti ac deuorati paenas statim sacrilegae audaciae persoluerunt. nec soli illi, sed et ceteri ducenti quinquaginta qui eis comites ad audaciam fuerunt prorumpente a Domino igne consumpti sunt, ut probaretur sacerdotes Dei ab eo qui sacerdotes facit uindicari. in libro quoque regnorum cum Samuel sacerdos a Iudaeorum populo ob senectutem, sicut tu modo, contemneretur, exclamauit iratus Dominus et dixit: non te spreuerunt, sed me spreuerunt. et ut hoc ulcisceretur, excitauit eis Saul regem, qui eos iniuriis grauibus adfligeret et per omnes contumelias et paenas superbum populum calcaret et premeret, ut contemptus sacerdos de superbo populo ultione diuina uindicaretur.

2 Sed et Salomon in spiritu sancto constitutus testatur et docet quae sit sacerdotalis auctoritas et potestas dicens: ex tota anima tua time Deum, et sacerdotes eius sanctifica. et iterum: honora Deum ex tota anima tua et honorifica sacerdotes eius. quorum praeceptorum memor beatus apostolus, secundum quod in actis apostolorum legimus, cum ei diceretur: sic insilis in sacerdotem Dei maledicendo, respondit et dixit: nesciebam, fratres, quia pontifex est. scriptum est enim: principem plebis tuae non male-

12 I Sam. 8, 7. 18 Sir. 7, 29. 20 Sir. 7, 31. 23 Act. 23, 4. 5.

1 uocem] sententiam *V* cum *om. B* 2 horandos *T*, adorandos *B* ac *ex* hac *Q* 3 ministris *BLv* 4 core *LPT* et dathan *v* habiron *L* superbisse *V*, superbi*sse *Q*, superbi esse *BLMPT* 5 absorti *BLQT* 6 ac *om. B* 7 illi *om. T* es *L*, eius *B* 8 fuerint *T* 9 probarentur *BQT* sacerdos *Q* ab eo qui sacerdotes dei *P s. l. m. 2* sacerdotes dei *LP* uindicare *L* 10 sacerdotes iudeorum samuhel *B* 11 ob *ex* ab *L*, a *P* senectute *BP* tu *om. P* 12 iratus *om. LP* *alterum* spreuerunt *om. V* 13 hoc *om. T* ei *T* sal *P*[1] 14 effligerit *T* 16 de] a *P* superbo *om. P* 17 sed et *om. L* solomon *LPQ* 21 apostolus Paulus *BQv* 22 actibus *v* cum] et cum *T* 23 dñi *B* 25 plebis tui *T*, populi tui *Qv* maledicens *T*

dices. Dominus etiam noster ipse Iesus Christus rex et iudex et Deus noster usque ad passionis diem seruauit honorem pontificibus et sacerdotibus, quamuis illi nec timorem Dei nec agnitionem Christi seruassent. nam cum leprosum emundasset, dixit illi: uade et monstra te sacerdoti et offer donum. humilitate ea qua nos quoque esse humiles docuit sacerdotem adhuc appellabat quem sciebat esse sacrilegum. item sub ictu passionis cum alapam accepisset et ei diceretur: sic respondes pontifici, nihil ille contumeliose locutus est in personam pontificis, sed magis innocentiam suam tuitus est dicens: si male locutus sum, exprobra de malo: si autem bene, quid me caedis? quae omnia ab eo ideo facta sunt humiliter adque patienter ut nos humilitatis ac patientiae haberemus exemplum. docuit sacerdotes ueros legitime et plene honorari, dum circa falsos sacerdotes ipse talis existit.

Meminisse autem diaconi debent quoniam apostolos id est epi- 3
scopos et praepositos Dominus elegit, diaconos autem post ascensum Domini in caelos apostoli sibi constituerunt episcopatus sui et ecclesiae ministros. quod si nos aliquid audere contra Deum possumus qui episcopos facit, possunt et contra nos audere diaconi a quibus fiunt. et ideo oportet diaconum de quo scribis agere audaciae suae paenitentiam, ut honorem sacerdotis agnoscat et episcopo praeposito suo plena humilitate satisfacere. haec sunt enim initia haereticorum et ortus adque conatus schismaticorum

5 Matth. 8, 4. 8 Io. 18, 23.

1 ipse *om.* *B* 2 dn̄s *B* 3 adignationem *T* 5 demonstra *V* offers *BMQ*[1], offeres *Q*[2] 6 esse *om.* *B* adhoc *BLPQT* 7 sub ictu] subditus *B* passioni *B* 8 alapa* *T* respondis *ex* respondit *L m. 2,* respondes *P sed* es *corr.* 9 ille] esse *T* 10 sed sic *B* tuitus *BLPQT*[2]*V*, tutus *T*[1], tutatus *v* 11 exproba *T* 12 quae *Q sed* ae *corr.*, qui *M* 13 ut] cum *L* ac] hac *B*, et *L* patientiae] paenitentiae *L* 14 docuit enim *BQTv* uero *PQ* 15 exstitit *v* 16 apostolus *T* episcopus *T* 17 ascensam *Q*[2] (ascensum *MQ*[1]) 18 caelo *B* 19 nos si *T* 20 possunt] possum *T* et *BQ sed* t *Q corr.*, ei *LMT* audere] addere *LP* diacones *L* 21 cassium diaconum *B* 22 ut *scripsi*, et *BLPQTv* sacerdotii *B* adagnoscat *L*, adignoscat *T*, agnoscere *v* 23 praeposito *ex* praeposo *Q m. 2*, praetioso *M*, p̄tio *T* 24 initia *om.* *LP*

male cogitantium, ut sibi placeant, ut praepositum superbo tumore contemnant. sic de ecclesia receditur, sic altare profanum foris conlocatur, sic contra pacem Christi et ordinationem adque unitatem Dei rebellatur. quod si ultra te contumeliis suis exacerbauerit et prouocauerit, fungeris contra eum potestatem honoris tui, ut eum uel deponas uel abstineas. nam si apostolus Paulus ad Timotheum scribens dixit: iuuentutem tuam nemo despiciat, quanto magis tibi a collegis tuis dicendum est: senectutem tuam nemo despiciat. et quoniam scripsisti quendam cum eodem diacono tuo se miscuisse et superbiae eius adque audaciae participem esse, hunc quoque et si qui alii tales extiterint et contra sacerdotem Dei fecerint uel coercere poteris uel abstinere. nisi quod hortamur et monemus ut peccasse se potius intellegant et satisfaciant et nos propositum nostrum tenere patiantur. magis enim optamus et cupimus contumelias et iniurias singulorum clementi patientia uincere quam sacerdotali licentia uindicare. opto te, frater carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA IIII.

CYPRIANVS, CAECILIVS, VICTOR, SEDATVS, TERTVLLVS CVM PRESBYTERIS QVI PRAESENTES ADERANT POMPONIO FRATRI S.

1 Legimus litteras tuas, frater carissime, quas per Paconium fratrem nostrum misisti postulans et desiderans ut tibi rescribe-

7 I Tim. 4, 12.

1 sibi] sic *P* superno *T* 2 contemnunt *T* regreditur *B* 3 foris *ex* fors *L m. 2* 4 si* *L* 5 prouocauerit] proclamauerit *L*, probauerit *T* fungeris ille *L*, fungaris Q^2 (fungeris MQ^1) contra] circa *QV*, circum *T* potestatem *BV*, potestate *LPQTv* 6 eum] eum potestate *T* 7 despiciat *T (item. l. 9)* 8 quando *T* tua tibi *T* 10 tuo *om. B, in ras. P m. 2* miscom̃isset *T* 11 ali*i**P* extiterunt *L* 12 d̃i *P s. l. m. 2* certe cohercere *T* potueris *L* 14 praepositum *LQ* 15 et iniuriam *QT, om. B* 17 opto ... ualere *om. L*, opto te bene ualere *B*. — Ad (Caecilii Cypriani ad *B*) Rogatianum de diacono exp *BMT*, exp ad Rogatianum de diacono *P*, ad Rogatianum exp *Q*, *om. L*. —
Epist. IIII. — Incipit ad Pomponium (Pompeium Q^1M) de uirginibus *BLMQRW*. — 19 tertulus *Q*, tertalus *W* 20 cum presbyteris] conpresbiteri *R* 23 scriberemus *B*

remus quid nobis de his uirginibus uideatur quae cum semel statum suum continenter et firmiter tenere decreuerint, detectae sint postea in eodem lecto pariter mansisse cum masculis, ex quibus unum diaconum esse [dicis]: plane easdem quae se cum uiris dormisse confessae sint adseuerare integras esse. circa quam rem quoniam consilium nostrum desiderasti, scias nos ab euangelicis et apostolicis traditionibus non recedere quo minus fratribus et sororibus nostris constanter et fortiter consulatur et per omnes utilitatis et salutis uias ecclesiastica disciplina seruetur, cum Dominus loquatur et dicat: et dabo uobis pastores secundum cor meum, et pascent uos pascentes cum disciplina. et iterum scriptum est: disciplinam qui abicit infelix est, et in psalmis quoque spiritus sanctus instruit dicens: continete disciplinam, ne forte irascatur Dominus, et pereatis a uia recta, cum exarserit cito ira eius super uos.

Primo igitur in loco, frater carissime, et praepositis et plebi 2
nihil aliud elaborandum est quam ut qui Deum timemus cum omni obseruatione disciplinae diuina praecepta teneamus nec patiamur errare fratres nostros et pro arbitrio et ructu suo uiuere, sed ad uitam singulis fideliter consulere, nec pati uirgines cum masculis habitare, non dico simul dormire sed nec simul uiuere,

10 Hier. 3, 15. 12 Sap. 3, 11. 14 Ps. 2, 12.

1 his] iis *v* cum] se *R* semel *om. V* 2 statum s. c. et] in statu suo esse et continentiam *Vv*, instituisse et continentiam *R* continentes *W* decreuerunt *R* 3 sunt *R* eadem *Q* 4 dicis esse *LW* se cum *om. W* 5 sunt *R* integras se *R*, se integras *Qv* 6 sciens *R* 7 quominibus *L*[1] 8 nostris] non *R* et fortiter *om. W* consuleretur *LQ*, consolaremur *B*, consolamus *W* et *om. BLW* 9 omnis *W* utilitates *B* et salutis *om. R* uias *om. BQW* aeclesiasticae *W* disciplinae *BW* seruetur *om. BW* 12 scriptum est] cum scriptum sit *Q* 13 psalmo *Q* instruet *B*, admonet et instruit *R*, admoneat et instruat *Lv* 15 recta] iusta *L* cito] in breui *R* 17 frs kmi *R* 18 est *om. B* 19 diuinae *BW*, ueneramur diuina *R* 20 ructu *V*, fructu *LQRW*, fluctu *B*; *cf. Pontii uitam Cypr. c. 15:* absit—ut de tam beatissimo martyre ructus hominis iudicaret uiuentes *B* 21 sed et *Q* ad *om. BW* patitur *W* 22 dico] tantum *R* cumdormire *W*[1] nec] nec debere *R*

quando et sexus infirmus et aetas adhuc lubrica per omnia frenari a nobis et regi debeat, ne diabolo insidianti et saeuire cupienti ad nocendum detur occasio, quando et apostolus dicat: nolite locum dare diabolo. liberanda est uigilanter de periculosis locis nauis, ne inter scopulos et saxa frangatur. exuenda est uelociter de incendio sarcina prius quam flammis superuenientibus concremetur. nemo diu tutus est periculo proximus. nec euadere diabolum seruus Dei poterit qui se diaboli laqueis inplicauit. intercedendum est cito talibus [ut separentur] dum adhuc separari innocentes possunt, quia diuidi postmodum nostra intercessione non poterunt [postea quam conscientia grauissima cohaeserunt]. denique quam graues multorum ruinas hinc fieri uidemus et per huiusmodi inlicitas et periculosas coniunctiones corrumpi plurimas uirgines cum summo animi nostri dolore conspicimus. quod si se ex fide Christo dicauerunt, pudicae et castae sine ulla fabula perseuerent, ita fortes ac stabiles praemium uirginitatis expectent: si autem perseuerare nolunt uel non possunt, melius nubant quam in ignem delictis suis cadant. certe nullum fratribus aut sororibus scandalum faciant, cum scriptum sit: si cibus scandalizat fratrem, non manducabo carnem in saeculo ne fratrem scandalizem.

3 Nec aliqua putet se [posse] hac excusatione defendi quod inspici et probari possit an uirgo sit, cum et manus obstetricum et

3 Eph. 4, 27. 20 I Cor. 8, 13.

1 et sexus] est sexus *B* et *om. L* 2 a *om. W* debeant *MW*, debeat et *R* zabulo *R ut solet* 5 scopolos *B* eruenda *W* 7 proximis *L* 9 intercedundum *L*[1], intercidendum *R* ut separentur *om. V* 10 possint *B* 11 postea . . . cohaeserunt *om. V* conscientia * *Q*, conscientiae *M*, glutino conscientiae *R*, conscientiam *B* grauissimam *B*, *om. R* cohaeserint *R*, admiserunt *B* 12 qua *B* hinc fieri uidemus *om. B* 13 eiusmodi *R* 15 ex fide se *v;* se *om. BR* pudice et caste et *R* 16 ita] et ita *v*, et *RV* ac] et *Rv* 17 expectant *BW* autem] praemium uirginitatis *add. B* 18 melius] melius est *W*, melius est ut *v; cf. August. de uirginibus c. 34:* melius nuberent quam urerentur quam] quamquam *W* in *om. B* delicti sui *R* nullum certe *B* 19 scandalum *ex* scandum *L* 21 saeculum *Bv*, aeternum *W* 22 putet] potest *Q* se posse] posse se *R*, se *V* hac] ac *B* posse defendi *R*[1] *sed m. 2* posse *exp.* quod et *Rv* 23 obsetricum *BLMQ*[1]

oculus saepe fallatur, ut et si incorrupta inuenta fuerit uirgo ea parte qua mulier potest esse, potuerit tamen et ex alia corporis parte peccasse quae corrumpi potest et tamen inspici non potest. certe ipse concubitus, ipse complexus, ipsa confabulatio et osculatio et coniacentium duorum turpis et foeda dormitio quantum dedecoris et criminis confitetur? si superueniens maritus sponsam suam iacentem cum altero uideat, nonne indignatur et fremit et per zeli dolorem fortassis et gladium in manus sumit? quid Christus Dominus et iudex noster cum uirginem suam sibi dicatam et sanctitati suae destinatam iacere cum altero cernit, quam indignatur et irascitur et quas paenas incestis eiusmodi coniunctionibus comminatur, cuius ut gladium spiritalem et uenturum iudicii diem unusquisque fratrum possit euadere omni consilio prouidere et elaborare debemus. et cum omnes omnino disciplinam tenere oporteat, multo magis praepositos et diaconos curare hoc fas est, qui exemplum et documentum ceteris de conuersatione et moribus suis praebeant. quomodo enim possunt integritati et continentiae praeesse, si ex ipsis incipiant corruptelae et uitiorum magisteria procedere?

4 Et idcirco consulte et cum uigore fecisti, frater carissime, abstinendo diaconum qui cum uirgine saepe mansit, sed et ceteros qui cum uirginibus dormire consueuerant. quod si paenitentiam huius inliciti concubitus sui egerint et ab se inuicem recesserint, inspiciantur interim uirgines ab obstetricibus diligenter, et si

1 oculos *QW*, oculi *v* fallatur ut *scripsi*, fallat ut *W*, fallatur *BMR*, fallantur *Lv*, fallant** *Q* ea] ex ea *Q²R* 2 parte *BLMQ¹RVW*, parte sua *Q²*, parte sui *v* quam *L*, *om. Q* potuit *ex* potuerit *Q* et ex *BL*, ex *RWv*, et *Q* 3 corrumpi] uiolari *RV* 4 concubitos *Q* inosculatio *v* 5 turpisim et feda *B¹ sed* im et feda *exp. m. 2* 7 nonne] non *W* 8 dolorem] liuorem *RV* fortasses *Q*, portans *B* et *om. B* in *om. R* manus *scripsi*, manu *BLQR*, manum *Wv* sumit] sua et *B* quid *R*, quia *BLQ* 9 christus et *Wv* 11 huiusmodi *W* 12 ut] et *LW* 13 frater *L* 14 et] ut *L* et] ut *R* omnis *Q* 18 si] si sic *L* exemplis *ante* ipsis *eras. in W* incipiunt *R* corruptile *M* 19 procedere] prodire *R* 20 cum uigore et consulte *R* 21 uirginem *LQ* saepe *om. B* 22 cum uirgn *L* consueuert *B* 23 sui *om. W* egerunt *BQW* ab] a *v* recesserunt *BQRW* 24 obsetricibus *BQ*, obstetricio *W* diligentes *W*

uirgines inuentae fuerint, accepta communicatione ad ecclesiam admittantur hac tamen interminatione, ut si ad eosdem masculos postmodum reuersae fuerint aut si cum isdem in una domo et sub eodem tecto simul habitauerint, grauiore censura eiciantur nec in ecclesiam postmodum tales facile recipiantur. si autem de eis aliqua corrupta fuerit deprehensa, agat paenitentiam plenam, quia quae hoc crimen admisit non mariti sed Christi adultera est, et ideo aestimato iusto tempore postea exomologesi facta ad ecclesiam redeat. quod si obstinate perseuerant nec se ab inuicem separant, sciant se cum hac sua inpudica obstinatione numquam a nobis admitti in ecclesiam posse, ne exemplum ceteris ad ruinas delictis suis facere incipiant. nec putent sibi uitae aut salutis constare rationem, si episcopis et sacerdotibus obtemperare noluerint, cum in Deuteronomio Dominus Deus dicat: et homo quicumque fecerit superbiam, ut non exaudiat sacerdotem aut iudicem, quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, et omnis populus cum audierit timebit et non agit impie etiam nunc. interfici Deus iussit sacerdotibus suis non obtemperantes, iudicii sui tempus constituit non oboedientibus. et tunc quidem gladio occidebantur,

14 Deut. 17, 12. 13.

1 in accepta *B* communicationem *Q*, communione *R* 2 haec *B* interim ratione *W* ut *eras. B* si *om. B*[1]*LRW* 3 si postmodum *BRW*, ** postmodum *Q* reuerae furint *M* hisdem *BW*, eisdem *Rv* 4 tecto] lecto *R* grauiori *B* censu reiciantur *W* 5 tales *om. BRW* facile *om. W* 6 eis] his *R* aliquae *QR* corruptae *R*, contumaces *Q sed s. l. m. 2:* corrupte fuerint *Q* deprensa *L*, et deprehensa *B*, depraehensae *QR* agant *Q* 7 quia quae *Q*, quaeque *LW*, quae *B*, quia qui *R* crimine ut *B* 8 aestimato iusto] existi *W* post *W* exhomologesin *BLQRW* ecclesia *Q* 9 redeant *LR* si *om. L* opstinatae *L* ab inuicem se *B;* se *om. W* 10 obstinationum quam *Q* 11 in] ad *R* ne] nec *QW* ruinam *LWv* 12 delicti sui *R* aut] ac *R* 13 si] qui *W* noluerunt *LW* 14 dominus *om. R* deus *om. W* et *om. B* 15 in superbia *Rv* 16 in *om. W* 18 agent *Rv* 19 iussit deus *W* obtemperantes] *incipit F,* obtemperante *B,* obtemperantes et *v* iudicii sui *W*, iudicii suisi *F*, iudiciis suis si *B*, iudicibus a se *LQRv* tempus constituit *FW,* templum constituit *B,* ad tempus constitutis *LQRv* 20 oboedientibus *BFLW*, oboedientes *QRv* et] sed *FV*

quando adhuc et circumcisio carnalis manebat: nunc autem quia circumcisio spiritalis esse ad fideles seruos Dei coepit, spiritali gladio superbi et contumaces necantur, dum de ecclesia eiciuntur. neque enim uiuere foris possunt, cum domus Dei una sit et nemini salus esse nisi in ecclesia possit. indisciplinatos autem perire, dum non audiunt nec obtemperant salubribus praeceptis, testatur scriptura diuina quae dicit: non diligit indisciplinatus castigantem se. qui autem oderunt correptiones, consumentur turpiter.

Ergo ne indisciplinati consumantur et pereant da operam, frater 5
carissime, ut quantum potes consiliis salubribus fraternitatem regas et singulis ad salutem suam consulas. arta et angusta est uia per quam ingredimur ad uitam, sed summus et magnus est fructus cum peruenimus ad gloriam. qui se semel castrauerunt propter regnum caelorum, per omnia Deo placeant nec sacerdotes Dei ** aut per ecclesiam scandalo se et fratribus offerant. et ad praesens si a nobis contristari uideantur, nos tamen salubri persuasione moneamus scientes et apostolum dixisse: ergo ego inimicus factus sum uerum praedicans uobis? quod si obtemperauerint, nobis gratissimum est. stantes eos ad salutem

7 Prou. 15, 12. 10. 18 Gal. 4, 16.

2 ad] apud *RVv* 3 sic superbi *QR* 4 unus *L* et . . . possit *om. B* 6 obtemperare *L*, obaudiunt *W* 9 consumentur. Turpiter ergo ne disciplinati *F* 10 consummantur *F*, consumuntur *R* 11 kmi *L* quantos *B* salutaribus *BQv* 12 in singulis *Q* consolas *Q* arcta *v* 13 uia est *BR* gradimur *RV*, ingrediuntur *F* 14 qui et semel se *B* 15 ut per omnia dno *R* sacerdotibus *W* 16 *post* dei *intercidit* offendant *uel tale quid* aut per *BFLW*, aut *Qv*, ad *R* ecclesiam] dni *add. Qv*, xpi *add. B* scandalo se et *scripsi*, scandalos et *BFL*, scandalo se *QW*, scandalo *RVv* fratribus offerant] suae prauitatis offendant *RVv* 17 ad praesens si *scripsi*, ad praesentia *F*, ad praesens *BLW*, si praesens *R*, si ad praesens *Qv* a *om. F* nobis] quidam ex fratribus nostris *add. v* uideantur *BW*, uideatur *FL*, uidentur *QRv* nos] nonos *F* in salubri *Qv* 18 persuasione] per sua sine *Q* maneamus *Qv* et apostolum scientes *W* et *om. R* ego *om. RW* 19 uobis factus *RQ*, factus uobis *v* praedicans *F*, dicens *BRQW*, *om. L* 20 nobis] uobis *RW*[1] gratissimum est stantes eos] lucrati sumus fratres et (et *om. L*) eos *LRv*

dignatione nostri sermonis firmauimus. si autem quidam de peruersis obtemperare noluerint, secundum eundem apostolum dicentem: si hominibus placerem, Christi seruus non essem, si quibusdam suadere non possumus ut eos Christo placere faciamus, nos certe quod nostrum est Christo Domino et Deo nostro praecepta eius seruantes placeamus. opto te, frater carissime ac desiderantissime, in Domino semper bene ualere.

EPISTVLA V.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS FRATRIBVS CARISSIMIS S.

1 Saluto uos incolumis per Dei gratiam, fratres carissimi, laetus quod circa incolumitatem quoque uestram omnia integra esse cognouerim. et quoniam mihi interesse nunc non permittit loci condicio, peto uos pro fide et religione uestra fungamini illic et uestris partibus et meis, ut nihil uel ad disciplinam uel ad diligentiam desit. quantum ad sumptus suggerendos, siue illis qui gloriosa uoce Dominum confessi in carcere sunt constituti, siue his

3 Gal. 1, 10.

1 dignatione nostri sermonis *FW*, pariter dignatione (dignitate *L*) nostri sermonis *BLQ*, pariter et dignitatem (dignationem *R*) nostro sermone *Rr* firmauimus *LR*, formauimus *BFQWv* quidam *om. R* 2 secundum] sequamur *Rv* eundem *om. FW* dicent *W* 3 seruus christi *W* 5 xpo et dno nro *R*, xpi dni et di nri *BFLQW* 6 seruando *Rr* opto ... ualere *om. L* optamus *R* 7 ac desideratissime *FW*, *om. BLRQ* in dm *F*, *om. BRQW* semper *om. BRQv* — Ad Stephanum exp *F*, ad Pomponium de uirginibus exp *BLRQW*, Explicit ad Pompeium de uirginibus *M*. —

Epist. V. — Incipit ad clerum sicut supra *NT*, Incipit ad clerum propter curam pauperum *Z*, Ad clerum propter curam pauperum et peregrinorum incipit *μ*. — 9 diaconis *Z* carissimis *om. Zμ* 11 incolumes *Z* 12 quod] quo *T* 14 fundamini *Zμ* 15 et uestris] uestris *Z* nichil *NZ* uel ad d. u. a. d. desit] indigentia et ad humilitatem uel ad humanitatem uel ad disciplinam sit *Z* 16 quantum autem *v* sumptos *NT* illis] iis *v* 17 dno *μ* siue] sibi *Z* hiis *Z*, iis *v*

qui pauperes et indigentes laborant et tamen in Domino perseuerant, peto nihil desit. cum summula omnis quae redacta est illic sit apud clericos distributa propter eiusmodi casus, ut haberent plures unde ad necessitates et pressuras singulorum operari possint.

Peto quoque ut ad procurandam quietem solertia et sollicitudo 2
uestra non desit. nam etsi fratres pro dilectione sua cupidi sunt ad conueniendum et uisitandum confessores bonos quos inlustrauit iam gloriosis initiis diuina dignatio, tamen caute hoc et non glomeratim nec per multitudinem semel iunctam puto esse faciendum, ne ex hoc ipso inuidia concitetur et introeundi aditus denegetur et dum insatiabiles multum uolumus, totum perdamus. consulite ergo et prouidete ut cum temperamento fieri hoc tutius possit, ita ut presbyteri quoque qui illic apud confessores offerunt singuli cum singulis diaconis per uices alternent, quia et mutatio personarum et uicissitudo conuenientium minuit inuidiam. circa omnia enim mites et humiles, ut seruis Dei congruit, temporibus seruire et quieti prospicere et plebi prouidere debemus. opto uos, fratres carissimi ac desiderantissimi, semper bene ualere et nostri meminisse. fraternitatem uniuersam salutate. salutat uos diaconus et qui mecum sunt salutant. ualete.

1 dn̄i *Z* 2 summala T^1, summa *Zμ* 3 propter] per *μ* ut h. plures] unde haberent pauperes *Z* 4 ad] an *Z* necessitatem *μ* et pressuras] exp̄ssa *μ* 5 possent *μ* 6 sollertia *N* 7 desit *N*, sit *T*, desinat *Zμ* nam *om.* *Zμ* sint *μ* 8 lustrauit *μ* 9 gloriosis initiis] gloriosos intus *Zμ* 10 semel] simul *v* uinctum *Z* 12 degeneretur *Z* et *om.* *Z* insatialis *T*, instabiles *N* multum] totum *Zv* 13 consulete *T* fieri hoc *T*, fieri *N*, hoc *Zμ*, hoc agi *v* 14 totius *NTZ* possit impleri *μ* ita] itaque *N* 15 diaconibus *Zμ* et quia *μ* 17 himiles *T* congruum sit *μ*, congruit sit sed *Z* 18 quietem *μ* 19 ac desiderantissimi *NTV*, *om.* *Zμ* 20 et nostri . . . ualete *om.* *Zμ* fraternitatem uestram *N* salutate *om.* *NT* salutant *Nv* 21 salutant *om.* *v*. — Ad clerum ut (sicut *T*) supra explicit *NT*. Ad clerum propter curam pauperum explicit *Z*, *om.* *μ*. —

EPISTVLA VI.

CYPRIANVS SERGIO ET ROGATIANO ET CETERIS CONFESSORIBVS IN DEO PERPETVAM S.

1 Saluto uos, fratres carissimi, optans ipse quoque conspectu uestro frui, si me ad uos peruenire loci condicio permitteret. quid enim mihi optatius et laetius posset accidere quam nunc uobis inhaerere, ut conplecteremini me manibus illis quae purae et innocentes et dominicam fidem seruantes sacrilega obsequia respuerunt? quid iocundius et sublimius quam osculari nunc ora uestra quae gloriosa uoce Dominum confessa sunt, conspici etiam praesentem ab oculis uestris qui despecto saeculo conspiciendo Deo digni extiterunt? sed quoniam huic laetitiae interesse facultas non datur, has pro me ad aures et ad oculos uestros uicarias litteras mitto, quibus gratulor pariter et exhortor ut in confessione caelestis gloriae fortes et stabiles perseueretis et ingressi uiam dominicae dignationis ad accipiendam coronam spiritali uirtute pergatis, habentes Dominum protectorem et ducem qui dixit: e t e c c e e g o u o b i s c u m s u m o m n i b u s d i e b u s u s q u e a d c o n s u m m a t i o n e m m u n d i. o beatum carcerem quem inlustrauit uestra praesentia. o beatum carcerem qui ho-

18 Matth. 28, 20.

Epist. VI. — Incipit ad Rogatianum (iuniorem *add.* $C^{2}QT$) et ceteros (ceteris *N*, *om.* $C^{2}QT$) confessores (confessoribus *N*) $C^{2}NQRT$, Incipit ad Rogationem C^{1}, Incipit ad confessores *LP*. — 2 cyrrianus *T* seagio et C^{1}, *om.* *LNPT* rogatiano iuniori *CR* 3 domino *CRTv* 4 carissimi ac beatissimi *v* optas *R* (as *in ras.*), ortans C^{1} ipse] ** se *R* 6 possit *CQ*. posse^{t} *M* *** quam *L* (per *eras*) 7 ut *om.* R^{1} conplecteremini *R* *sed* mini *in ras.*, conplecteret^{er} *C* me *om.* *C* 8 in obsequia *R* 9 respuere *R*, res fuerunt C^{1} 10 gloriose uocem *C* dni $C^{2}R$, dno $C^{1}LT$ etiam] et tam *R*, me *T in ras.* 11 despectu *L* conspiciendo] conspiciamus indeque *C* 12 dno *CRV* letiae *C* 13 et ad] et *C* 14 et exhortor] et moneo *T s. l.* ut in] uti LPT^{1} confessionem $C^{1}T^{1}$ 15 caelesti gloria C^{1} et fortes et *C* 16 ad *om.* *LR* 17 dno *L* profectorem *Q* (protectorem *M*) 18 et *om.* $T^{2}v$ diebus diebus *R* 19 mundi] saeculi *CRV* 20 qui *om.* *R*

mines Dei mittit ad caelum. o tenebras lucidiores sole ipso et luce hac mundi clariores, ubi modo constituta sunt Dei templa et sanctificata diuinis confessionibus membra uestra.

Nec quicquam nunc uersetur in cordibus et mentibus uestris 2
quam diuina praecepta et mandata caelestia, quibus nos ad tolerantiam passionis spiritus sanctus semper animauit. nemo mortem cogitet sed immortalitatem nec temporariam poenam sed gloriam sempiternam, cum scriptum sit: pretiosa est in conspectu Dei mors iustorum eius. et iterum: sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum Deus non despicit. et iterum ubi loquitur scriptura diuina de tormentis quae martyras Dei consecrant et ipsa passionis probatione sanctificant: et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes eorum inmortalitate plena est. et in paucis uexati in multis bene disponentur, quoniam Deus temptauit illos et inuenit illos dignosse. tamquam aurum in fornace probauit illos et quasi holocaustam hostiam accepit illos. et in tempore erit respectus illorum. iudicabunt nationes et dominabuntur populis, et regnabit dominus eorum in perpetuum. quando ergo iudicaturos uos et regnaturos cum Christo Domino cogitatis, exultetis necesse est et futurorum gaudio praesentia supplicia calcetis, scientes ab initio mundi sic institutum ut laboret istic in saeculari conflictatione iustitia, quando

8 Ps. 115, 15. 9 Ps. 50, 19. 13 Sap. 3, 4—8.

1 dei mittit] dimittit *C* o *ex* quo *T* 2 hac] ac *RT sed exp. T* 3 sanctificanda *Tv* 4 uersatur *C* 5 quam] nisi *C* nos] non *R*, uos *Nv* 7 nec *N corr.* temporalem *C* 8 est *om. C* 9 dñi *Cv* iustorum] sanctorum *Q* 11 despiciet *CR* 12 martyres *CNTv* in ipsa *CQRv* 13 sanctificat *R* 14 eorum] illorum *CR* immortalitatem *R*, inmortalitatis *C* 17 portabit C^1R 18 quasi] ut *Q* holocausta *CV*, holocaustum *Q*, holocausti *RT sed* i *corr.* hostia *CR* 19 illorum] *add. CRv*: fulgebunt iusti (iusti *om. R*) et tamquam scintillae in harundineto discurrent; *om. hoc additamentum reliqui codd. et V* 20 populi *Q* (populis *M*) regnauit *Q* eorum dominus *v* 21 perpetuum] aeternum *Q* 22 et] ut *C* 23 sic] huius *C* 24 labore $\overset{\text{tist}}{||||}$ sic *T*, labore iussit *C* in] cum *TQ* iustitiam *L*

in origine statim prima Abel iustus occiditur et exinde iusti quique et prophetae et apostoli missi. quibus omnibus Dominus quoque in se ipso constituit exemplum, docens ad suum regnum non nisi eos qui se per suam uiam secuti sint peruenire dicens: qui amat animam suam in isto saeculo, perdet illam. et qui odit animam suam in isto saeculo, in uitam aeternam conseruabit illam. et iterum: nolite timere eos qui occidunt corpus, animam uero non possunt occidere. magis autem metuite eum qui potest et animam et corpus occidere in gehennam. Paulus etiam nos adhortatur ut qui ad Domini promissa uenire cupimus imitari Dominum in omnibus debeamus. sumus, inquit, filii Dei: si autem filii, et heredes Dei, coheredes autem Christi, siquidem compatiamur ut et conmagnificemur. addidit etiam conparationem praesentis temporis et futurae claritatis dicens: non sunt condignae passiones huius temporis ad superuenturam claritatem quae reuelabitur in nobis. cuius claritatis gloriam cogitantes pressuras omnes et persecutiones tolerare nos conuenit, quia etsi sunt multae pressurae iustorum, ex omnibus tamen liberantur qui in Deum fidunt.

3 Beatas etiam feminas quae uobiscum sunt in eadem confessionis gloria constitutae, quae dominicam fidem tenentes et sexu suo fortiores non solum ipsae ad coronam proximae sunt, sed et ce-

4 Io. 12, 25. 7 Matth. 10, 28. 12 Rom. 8, 16. 17. 16 Rom. 8, 18.

1 originem T^1 *Q* primo *CR*, mundi prima *Q* 2 qui *CR* dn͠o *C* 3 ducens *ex* docens *C* 4 uiam suam *CRv* sunt *MT* (sint *Q*) 6 uita aeterna *Q* 7 conseruauit *QR* 8 uero] autem *Q* 9 metuit N^1, metuite *R* *in ras.* et animam] animam *C* 10 et cor || *reliquam huius epistulae partem et initium proximae (Ad Antonianum) om. P* gehenna *C* 11 adortat *C* dn͠m R^1T^1, dĩ nr̃i *Q* 12 dn͠o *LR*, dm̃ *Q* 13 et heredes *CLQTV*, dei et heredes *N*, et heredes heredes quidem *Rv* 14 et] sic *C* commagnificemur C^2 *in marg.*, conglorificemur C^1 *in cont.* 15 addit *CV* 16 ducens T^1 passionis C^1T^1Q 18 claritatem C^1 gloria *R* 19 persecutionem *C* tolerare] colet probare *C* etsi] ut si *L* 20 liberantibus *C* 21 dn͠m *V*, dn͠o *CR* confidunt *C* 22 beatos *C* 22 gloriam C^1 24 gloriae coronam *v* proxime *CQ* (proximae *M*)

teris quoque feminis exemplum de sua constantia praebuerunt. ac ne quid deesset ad gloriam numeri uestri, ut omnis uobiscum et sexus et aetas esset in honore, pueros etiam uobis gloriosa confessione sociauit diuina dignatio, repraesentans nobis tale aliquid quale Ananias Azarias Misael inlustres pueri aliquando fecerunt, quibus inclusis in caminum cesserunt ignes et refrigerium flammae dederunt praesente cum illis Domino et probante, quod in confessores et martyras eius nihil posset gehennae ardor operari, sed quod qui in Deum crederent incolumes semper et tuti in omnibus perseuerarent. et consideretis diligentius peto pro uestra religione quae apud illos pueros fides fuerit, quae promereri plenius Deum potuit. ad omnia enim parati, sicuti omnes esse debemus, aiunt regi: Nabuchodonosor rex, non opus est nobis de hoc uerbo respondere tibi. est enim Deus cui nos seruimus potens eripere nos de camino ignis ardentis, et de manibus tuis, rex, liberabit nos. et si non, notum tibi sit quoniam diis tuis non seruimus et imaginem auream quam statuisti non adoramus. cum se et crederent et pro fide sua scirent posse etiam de praesenti supplicio liberari, iactare hoc tamen et uindicare sibi noluerunt dicentes et si non, ne minor esset confessionis uirtus sine testimonio passionis. addiderunt posse omnia Deum fa-

13 Dan. 3, 16—18.

2 ac] an *C* numeri] muneris *V* omnes *C*, omnibus *N* 3 *prius* et *om. L*, est *M* (et *Q*) et] et̃ *C* gloriosam *L*¹ *T*¹ *Q* confessionem *T*¹ *Q* 4 representes *R* aliquod *T* 5 annanias *CLT*¹, annanios *R* et misael *CLRv* 6 inclusum *C*¹ cessauerunt *R* refrigerium *CQRV*, refrigerii locum *LNT* 8 martyres *CTv* nihil eius *T sed* eius *exp.* possit *ex* posse *T* arbor *R* 9 quod *om. CR* incolomes *CRT*¹ *Q* semper] essent *T* et tuti *om. C* 10 perseuerent *LNT*² *Q* et] et ut *CR* 11 illos *om. v* 12 dominum plenius *CRv* omni *C* sicut *L*, secuti *C* esse] se *C* 13 nabucodonossor *R*, nabugodonosor *C* 14 hoc uerbo *super* ac re *C m. 2* uerbo] sermone *Q* 15 potest *R* 16 ardenti *L* tuis manibus *Q* rex *om. NQv* libera[u]bit *Q*, libera[re]*** *M*, libera[b]uit *T* 17 sit tibi *LN* quoniam] rex quia *Q* 19 se et] se *Qv* 20 liberi *Q* iactarent *C* 21 dicentes] licet *Q* et si non ne] ut non eis *C*, non *Q* confessionis *ex* contemionis *R*

cere, sed tamen non in hoc fidere ut liberari in praesentia uellent, sed illam libertatis et securitatis aeternae gloriam cogitarent.

4 Quam fidem nos quoque retinentes et die ac nocte meditantes toto corde ad Deum prompti contemptu praesentium futura tantummodo cogitemus, fructum regni aeterni, conplexum et osculum Domini, conspectum Dei: ut sequamini in omnibus Rogatianum presbyterum gloriosum senem uiam uobis ad gloriam temporis nostri religiosa uirtute et diuina dignatione facientem, qui cum Felicissimo fratre nostro quieto semper et sobrio excipiens ferocientis populi impetum primum hospitium uobis in carcere praeparauit et metator quodammodo uester nunc quoque uos antecedit: quod ut consummetur in uobis adsiduis orationibus Dominum deprecamur, ut initiis ad summa pergentibus quos confiteri fecit faciat et coronari. opto uos, fratres carissimi ac beatissimi, in Domino semper bene ualere et ad coronae caelestis gloriam peruenire.

EPISTVLA VII.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS FRATRIBVS CARISSIMIS S.

1 Saluto uos, fratres carissimi, per Dei gratiam incolumis, optans cito ad uos uenire, ut desiderio tam meo quam uestro et

1 sed] se *Q* 2 et securitatis *om. T* aeternam *Q* 3 nos] uos *NRv* et die a. n. meditantes *om. C* 4 prumpti *LT*, prompti et *C* ** futura *R* (et *eras.*) 5 cogitatis ut ad *v* conplexu *Q*, conplexi *L*, et ad complexum *v* 6 dn̄i et ** *R* (*sed* i *corr.*), dn̄o et *L*, et *C*, domini et *v* conspectum] uenire possitis *add. v* *sup.* ut *scr. T:* oramus autem; et *fort.* 8 religiosa] gloriosa *CR* 10 ferocientis] furentis *C* 12 consumetur *CR* dn̄o *LM* (dn̄m *Q*) 13 summam *C* 14 faciat *om. C* opto . . . peruenire *om. C* 15 dn̄m *TQ* (dn̄o *M*) bene *om. N* coronam c. gloriae *LRv* 16 peruenire] *ex codice Remigiano add. v*: Victor diaconus et qui mecum sunt uos salutant. — Ad Rogatianum (rogationum *T*) iuniorem et confessores explicit *LNTQ*, Explicit ad Rogatianum et ceteros confessores *R*, Explicit *C*. —

Epist. VII. — Incipit ad clerum de cura pauperum *EMT*, Ad clerum ut curam pauperum et peregrinorum diligentiorem habeant *N m. 2 add.* — 18 presbyteris b̄b *N* 20 carissimi *om. N* incolomis E^1M gratioptans *T*

omnium fratrum satisfiat. oportet nos tamen paci communi consulere et interdum quamuis cum taedio animi nostri deesse uobis, ne praesentia nostri inuidiam et uiolentiam gentilium prouocet et simus auctores rumpendae pacis, qui nos magis quieti omnium consulere debemus. quando ergo uos scripseritis rebus compositis me uenire debere aut si ante dignatus fuerit Dominus ostendere, tunc ad uos ueniam. ubi enim mihi aut melius possit esse aut laetius quam illic ubi me Deus et credere uoluit et crescere? uiduarum et infirmorum et omnium pauperum curam peto diligenter habeatis. sed et peregrinis si qui indigentes fuerint sumptus suggeratis de quantitate mea propria quam apud Rogatianum compresbyterum nostrum dimisi. quae quantitas ne forte iam uniuersa erogata sit, misi eidem per Naricum acoluthum aliam portionem, ut largius et promptius circa laborantes fiat operatio. opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere [et nostri meminisse. fraternitatem uestram meo nomine salutate et ut nostri memores sint admonete.]

EPISTVLA VIII.

Didicimus secessisse benedictum Papatem Cyprianum a Cremen- 1
tio subdiacono, qui a uobis ad nos uenit certa ex causa, quod uti-

1 fratrum *** *T*, fratruum *E*[1] 2 a uobis *V* 3 nostri *M*, nostra *ENTv* gentium *V* 4 et] ut *V* nos *om. Ev* quiete *MN* 6 si] sit *T* ante $\overset{\text{dns}}{\text{uenire}}$ *E* dominus *om. E* ostenderet *T* 7 ueniant *N* mihi aut *om. N* aut et melius *E* 8 laetius ... uiduarum et *om. E* deus *NV*, dns *TM* *prius* et *om. M* dominus esse decreuit *Manutius* 10 sumptos *N* 11 propia *MT* cumpresbiterum *T* 12 demisi *T* 13 acoluthum *T*, acolitum *N*, accolytum *E* 14 pruniptius *M* 15 et nostri ... admonete *om. EMNT*. — Ad clerum propter curam pauperum explicit *EMT, om. N*. —

Epist. VIII. — Incipit rescribens Celerino Luciano *T*, Epistola confessorum de erigendis lapsis et ad penitentiam prouocandis *φ*, Celerini responsio ad Lucianum de cura pastoris et ad obuiandum idolatriam. Celerinus Luciano salutem *w*, Alia rescripta *μ*. — 19 dicimus *φ* papam *v*, *om. w*[1] a *om. μ* cremenio *μ* 20 diacono *φw* ex *om. μ* quod] quos *T*

que recte fecerit, propterea cum sit persona insignis † et inminente agone quem permisit Deus in saeculo colluctandi causa aduersarium simul cum seruis suis, uolens etiam angelis et hominibus certamen hoc manifestare, ut qui uicerit coronetur, uictus uero reportauerit in se sententiam quae nobis manifestata est. et cum incumbat nobis qui uidemur praepositi esse et uice pastorum custodire gregem, si neglegentes inueniamur, dicetur nobis quod et antecessoribus nostris dictum est, qui tam neglegentes praepositi erant, quoniam perditum non requisiuimus et errantem non correximus et claudum non colligauimus et lactem eorum edebamus et lanis eorum operiebamur. denique et ipse Dominus implens quae erant scripta in lege et prophetis docet dicens: ego sum pastor bonus, qui pono animam meam pro ouibus meis. mercennarius autem et cuius non sunt propriae oues, cum uiderit lupum uenientem, relinquit et fugit, et lupus dispargit eas. sed et Simoni sic dicit: diligis me? respondit diligo. ait ei: pasce oues meas. hoc uerbum factum ex actu ipso quo cessit cognoscimus, et ceteri discipuli similiter fecerunt.

2 Nolumus ergo, fratres dilectissimi, mercennarios inueniri, sed bonos pastores, cum sciatis tum non minimum periculum incumbere, si non hortati fueritis fratres nostros stare in fide immobiles, ne praeceps euntes ad idololatriam funditus eradicetur fraternitas. nec enim hoc solum uerbis uos hortamur, sed discere poteritis a

12 Io 10, 11. 12. 17 Io. 21, 15.

1 p̄terea *μ* cum] quod *v* imminenti *μ* 2 dn̄s *μ* cum aduersario *v* 3 seruo suo *T* 5 portauerit *φω* manifesta *φμw* cum *om. μ* 6 incumbant *Tφ*, incumbit *μ* pastorem *T*, pastoris *φv* 7 custodirem *T* inueniantur *φw* 8 neglegenter *φμ* 10 clodum *μ* collegauimus *T*, collegimus *μ* et *om. φ* lac *φwv*, lactantem *μ* 11 operabamur *T*, operiemur *μ* 12 scripta erant *w* docet *om. μw* dixit *μ* 15 oues proprie *φw* uidet *φ* relinquet *T* 16 et dixit fugit *w* eas] oues *φw* 17 sic *om. μ* 18 factum est *φ* acto *Tφμw* quo gestum *μ* 20 uos fratres dilectissimi *w*, f. d. uos *v* mercenarii *μ* inuenire *v* 21 boni *μ* tum *om. φμ* 22 fuerimus *μ* uestros *Oxon.* fidem *T* 23 in praeceps *μv* euntes] iens *Oxon.* ydolatriam *φw*, idolatria *Tμ* 24 solum haec *μ* uerbis *om. w* hortamur uos *φ*

pluribus a nobis ad uos uenientibus quoniam ea omnia nos Deo adiuuante et fecimus et facimus cum omni sollicitudine et periculo saeculari ante oculos plus habentes timorem Dei et paenas perpetuas quam timorem hominum et breuem iniuriam, non deserentes fraternitatem et hortantes eos stare in fide et paratos esse debere ire cum Domino. sed et ascendentes ad hoc quod conpellebantur reuocauimus. ecclesia stat fortiter in fide, licet quidam terrore ipso conpulsi, siue quod essent insignes personae siue adprehensi timore hominum, ruerunt: quos quidem separatos a nobis non dereliquimus, sed ipsos cohortati sumus et hortamur agere paenitentiam, si quo modo indulgentiam poterint recipere ab eo qui potest praestare, ne si relicti fuerint a nobis, peiores efficiantur.

Videtis ergo, fratres, quoniam et uos hoc facere debetis, ut 3
etiam illi qui ceciderunt, hortatu uestro corrigentes animos eorum, si adprehensi fuerint iterato confiteantur, ut possint priorem errorem corrigere, et alia quae incumbunt uobis, quae etiam et ipsa subdidimus, ut si hi qui in hanc temptationem inciderunt coeperint adprehendi infirmitate et agant paenitentiam facti sui et desiderent communionem, utique subueniri eis debet: siue uiduae siue thlibomeni qui se exhibere non possunt siue hi qui in carce-

1 plures *T* a] ex *w* ad nos *Tw,* a dō uos *μ* uenientes *T,* conueniente *μ* ea] mea *T* 2 iuuante *μ* 3 plus *om. φμw* 4 magis quam *μ,* quem *w* 5 eos stare] extare *μ* 6 debere *om. φwv* sed et] sedent *T,* sed *φμ,* sed et te *w* ascendentes] accedentes *μ,* dentes *w* ad *om. w,* ab *μ* 7 compellebatur *φ,* conpellabantur *T* ecclesia stat *T,* ecclesia ista *φ,* et ecclesiam istam *w,* ecclesias ut *μ* fortiter *om. v* in fidem *φ,* starent in fide *μ,* in fide roborauimus *w* 8 terrori *Tμ* persona *T* 9 timore apprehensi *φ* ruerunt] uererentur *φwv* seperatos *φ* 10 derelinquimus *φμw* sed et *μ* et cohortamur *μ, om. φ* 11 si] sed *φ* poterint *Tμ,* petierint *w,* poterunt *φv*; *cf. Lachm. in Gaium I, 146 n. 15* 12 reciperint *T,* consequi (*sed ante* poterint) *μ* ne si] nisi *Tw* delicti *φ* 13 peiores se *T,* priores *w* 15 etiam] et tam *φ* hortato *T* nostro *μ* 16 si] $\overset{\text{cum}}{\text{iam}}$ *μ* ut *μ, om. Tφw* priore errore *T* 17 corripere *μ* alios *μ* qui *μ* incombant *φ* quae *om. w;* quae etiam *om. φ* et *om. μ* 18 si ii *w,* sibi *Tμ,* si *φv* hac temptatione *Tφw* inciderent *μ* coeperunt *Tφμw* 19 apprehensi *φ* infirmitati *T,* affirmitati *φ* agent *μ* 20 eis *om. μ* 21 thlibomeni *coni. Bosquetus,* thilbomeni *μ,* clidomeni *T,* chlidomeni *φw,* clinomeni *coni. Pamelius* hii *φ*

ribus sunt siue exclusi de sedibus suis utique habere debent qui eis ministrent: sed et catecumini adprehensi infirmitate decepti esse non debebunt, ut eis subueniatur. et quod maximum est, corpora martyrum aut ceterorum si non sepeliantur, grande periculum imminet eis quibus incumbit hoc opus. cuiuscumque ergo uestrum quacumque occasione fuerit effectum hoc opus, certi sumus eum bonum seruum aestimari, ut qui in minimo fidelis fuit constituatur super decem ciuitates. faciat autem Deus, qui omnia praestat sperantibus in se, ut omnes nos in his operibus inueniamur. salutant uos fratres qui sunt in uinculis et presbyteri et tota ecclesia, quae et ipsa cum summa sollicitudine excubat pro omnibus qui inuocant nomen Domini. sed et nos petimus mutua uice memores sitis nostri. sciatis autem Bassianum peruenisse ad nos: et petimus uos, qui habetis zelum Dei, harum litterarum exemplum apud quoscumque poteritis transmittere per idoneas occasiones, uel uestras faciatis, siue nuntium mittatis, ut stent fortes et inmobiles in fide. optamus uos, fratres carissimi, semper bene ualere.

EPISTVLA VIIII.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS ROMAE CONSISTENTIBVS FRATRIBVS S.

1 Cum de excessu boni uiri collegae mei rumor apud nos incertus esset, fratres carissimi, et opinio dubia nutaret, accepi

1 excudi *w*, expulsi *μ* de] a *w* 2 caticumini *T*, cathecumini *φμw* in infirmitate *μ* 3 debebunt] habebunt *μ* quid *φ* 4 grandis periculis *T* 5 immineat *μ* eis] his *μ* cuiusque *μ*; cuiuscumque . . . hoc opus *om. φw* 6 effectum fuerit *μ* 7 existimari *μ* minimo *om. φ* 8 fuit] erit *μ* super *om. w* decem] XI *w* facit *μ*[1] 11 cum *ex* con *T* 12 omnes *T* nos] uos *v* 13 autem] at eum *μ* basianum *Tμ* 15 exempla *μ* apud] ad *μv* potueritis *μ* 16 uestra *μ* mutatis *w* 17 et *om. w* in fide *om. w* fratres om. *w* 18 semper *om. w* — Scribens Celerinus Luciano explicit *T*, *om. φμw*.

Epist. VIIII. — Ad clerum de excessu episcopi eorum *V*, Incipit (epistula Cypriani *add. IT*) scribentis (scribens *o*) Romae clero (ad clerum *T*) de redicione (de redditione *IT*, *om. M*) episcopi urbici (urbicini *o*) *EIMoT*, *om. ω*. — 23 esse *M* notaret *T*

a uobis litteras ad me missas per Crementium hypodiaconum, quibus plenissime de glorioso eius exitu instruerer, et exultaui satis quod pro integritate administrationis eius consummatio quoque honesta processerit. in quo uobis quoque plurimum gratulor quod eius memoriam tam celebri et inlustri testimonio prosequamini, ut per uos innotesceret nobis quod et uobis esset circa praepositi memoriam gloriosum et nobis quoque fidei ac uirtutis praeberet exemplum. nam quantum perniciosa res est ad sequentium lapsum ruina praepositi, in tantum contra utile est et salutare cum se episcopus per firmamentum fidei fratribus praebet imitandum.

Legi etiam litteras, in quibus nec qui scripserint nec ad quos 2
scriptum sit significanter expressum est. et quoniam me in isdem litteris et scriptura et sensus et chartae ipsae quoque mouerunt ne quid ex uero uel subtractum sit uel inmutatum, eandem ad uos epistolam authenticam remisi, ut recognoscatis an ipsa sit quam Crementio hypodiacono perferendam dedistis. perquam etenim graue est, si epistulae clericae ueritas mendacio aliquo et fraude corrupta est. hoc igitur ut scire possimus, et scripturam et subscriptionem an uestra sit recognoscite et nobis quid sit in uero rescribite. opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere.

1 a uobis accepi *ω* crimentium *EIMo* 2 instrueret M^1, instruer *T* 4 quoque uobis *o sed* quoque *s. l. m. 2* 7 propositi $T^1 \omega$ a nobis $E^1 \omega$ 8 quanto *ω* sequentiam *T*, consequentium *V* 9 est et] et *oωv* 12 litteras alias *T*, alias litteras *EIMoω* nec] ne *M* scripserit quis (qui *ω*) $E^1 \omega$, qui (quis *Io*) scripserit *MTIo* quos] uos *T* 14 hisdem $E^1 MoT\omega$, iisdem *Iv* carthae *ET* ipse *ETM* 15 ne] nec *T* sustractum T^1 uel] uellit *T* mutatum *T* 16 autenticam *I* ut] ut cum *T* recognouiscatis *T* 17 ipse *E* 18 graues *T* 19 et] uel *V* 20 subscriptione *T* uestra manu *V* 22 ualere bene ualete *T*, bene ualere ualete *M* — Epistula Cypriani rescribentis (scribens *EM*) Romae clero de redditione episcopi urbici (urbici *T*) explicit *EMT*, *om. Iω*, Explicit de redicione urbicini episcopi *o.* —

EPISTVLA X.

CYPRIANVS MARTYRIBVS ET CONFESSORIBVS IESV CHRISTI DOMINI NOSTRI IN DEO PATRE PERPETVAM S.

1 Exulto laetus et gratulor, fortissimi ac beatissimi fratres, cognita fide et uirtute uestra, in quibus mater ecclesia gloriatur, gloriata et nuper quidem cum confessione perstanti suscepta paena est quae confessores Christi fecit extorres. confessio tamen praesens quantum in passione fortior, tantum clarior et maior in honore est. creuit pugna, creuit et pugnantium gloria. nec retardati estis ab acie tormentorum metu, sed ipsis tormentis magis estis ad aciem prouocati, fortes et stabiles ad maximi certaminis proelium prompta deuotione prodistis. ex quibus quosdam iam conperi coronatos, quosdam uero ad coronam uictoriae proximos, uniuersos autem quos agmine glorioso carcer inclusit pari et simili calore uirtutis ad gerendum certamen animatos, sicut esse oportet in diuinis castris milites Christi, ut incorruptam fidei firmitatem non blanditiae decipiant, non minae terreant, non cruciatus ac tormenta deuincant, quia maior est qui est in nobis quam qui est in hoc mundo, nec plus ad deiciendum potest terrena paena quam ad erigendum tutela diuina. probata res est certamine fratrum glorioso, qui ad tormenta uincenda ceteris du-

Epist. X. — Incipit (thibari *add. L*) ad martyras et confessores (feliciter *add. R*) *CLQR*, Incipit ad martyras *P*, Incipit epistula Cipriani ad Siluanum et Regianum martyres in metallo constitutos *N* — 2 iesu christi] in christo *Pv* 3 dño (dñi *R*) nrõ *PRv* in] et in *Pv* deo] dño *NR* patre *om. CLM* (*exh. Q*) 5 et] ac *v* gloriatur] gratulatur *P* 6 gloriata *corr. in* glorificata *M m. 2*, gloriata es *R*, gloriata est *v*, *om. P* et *om. R* cum confessione quidem *P* perstante *N*, perstantes *P*, per tantos *C*, perstantibus *M* (perstanti *Q*) 7 quae confessores] qui confessione *C* 8 quanto *PRv* in passione *CLR* tanto *PRv* 9 honorest *R*, honore *P* 10 acie] icie *R* magis ac magis *v* 11 ad a.] ab a. *L* 12 proelium] praecium *C* prodidistis *CN*, redistis *v* 13 iam *om. CNR* iamiamque proximos *Pv* 14 autem quos] uero *P* agmine] cognomine *C* 15 et] ac *v* regendum *PR* 16 oportuit *P* fidem fidei firmitate *P* sed te *add. m. 2* 17 non m. terreant *om. N* 18 qui *om. R* p̃est in nobis *C*, in nobis est *Pv* 19 est *om. P* 21 gloriosum *N*

ces facti exemplum uirtutis et fidei praebuerunt congressi in acie, donec acies succumberet uicta.

Quibus ergo uos laudibus praedicem, fortissimi fratres? robur 2
pectoris uestri et perseuerantiam fidei quo praeconio uocis exornem? tolerastis usque ad consummationem gloriae durissimam quaestionem, nec cessistis suppliciis, sed uobis potius supplicia cesserunt. finem doloribus quem tormenta non dabant coronae dederunt. laniena grauior ad hoc diu perseuerauit, non ut stantem fidem deiceret, sed ut homines Dei ad Dominum uelocius mitteret. uidit admirans praesentium multitudo caeleste certamen Dei et spiritale, proelium Christi, stetisse seruos eius uoce libera, mente incorrupta, uirtute diuina, telis quidem saecularibus nudos, sed armis fidei credentes armatos. steterunt torti torquentibus fortiores et pulsantes ac laniantes ungulas pulsata ac laniata membra uicerunt. inexpugnabilem fidem superare non potuit saeuiens diu plaga repetita, quamuis rupta conpage uiscerum torquerentur in seruis Dei iam non membra sed uulnera. fluebat sanguis qui incendium persecutionis extingueret, qui flammas et ignes gehennae glorioso cruore sopiret. o quale illud fuit spectaculum Domini, quam sublime, quam magnum, quam Dei oculis sacramento ac deuotione militis eius acceptum, sicut scriptum est in psalmis spiritu sancto loquente ad nos pa-

1 fidei et uirtutis *N* et] ac *Pv* aciem CR^1, aciae *Q* 2 succumberetis *R* uicta *om. R* 3 for praedicent *R* 4 quo] qui *C* exornati *ex* exornae *C* 5 toleratis *C* usque] utique *P* 8 laniena *LR* (*sed* e *corr. L*), lanienda *Q*, laniendea *N*, lam͠entia *C*, quaestio *v*, *om. P* grauiora *LQ* perseuerauerit C^1 9 fidem] finem *R* ut *om. P* ad deum *C*, a dn͠o *L* uelociter *NQ* 10 admirata *P* 11 dei] certamen dei certamen *Nv* et *om. NRv*, qui *C* spiritali *ex* spiritalem *C m. 2* praelio *ex* praelium *C m. 2*, premium *N* seruo *N* 12 telis] tales *P*, talis C^1 13 fidei] fideles *N* credentis C^1LRQ armati *C* torti] fortiter *P* 14 pulsantibus *C* ac laniantibus *C*, *om. R* ungulis *P* 15 ac] et *Q* ac laniata *om. R* expugnabilem *P* superare non] superant *N* 16 diu p. repetita] diu placere petita *LN*, dupla repetit ac *C* ruptam *N* 17 torquentur *P* 18 qui] cui *N* 19 ignem *C* glorios*e *R* (a *eras.*) 20 domino *v*, dō *CR* sublimen *N* 21 quam] quod *P* dī *R sed* i *corr.*, deo *N* ac deuotione *om. P* milites eius accepto *P* 22 sancto *om. P* ad … monente *om. N*

riter et monente: pretiosa est in conspectu Dei mors iustorum eius. pretiosa mors haec est quae emit inmortalitatem pretio sui sanguinis, quae accepit coronam Dei consummatione uirtutis.

3 Quam laetus illic Christus fuit, quam libens in talibus seruis suis et pugnauit et uicit protector fidei et dans credentibus tantum quantum se credit capere qui sumit. certamini suo adfuit, proeliatores adque adsertores sui nominis erexit corroborauit animauit. et qui pro nobis mortem semel uicit semper uincit in nobis. cum uos, inquit, tradiderint, nolite cogitare quid loquamini. dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis.

4 Documentum rei praesens proelium praebuit. uox plena spiritu sancto de martyris ore prorupit, cum Mappalicus beatissimus inter cruciatus suos proconsuli diceret: uidebis cras agonem. et quod ille cum uirtutis ac fidei testimonio dixit Dominus inpleuit. agon caelestis exhibitus et Dei seruus in agonis promissi certamine coronatus est. hic est agon quem propheta Esaias ante praedixit dicens: non pusillum uobis certamen cum hominibus, quoniam Deus praestat agonem. et ut ostenderet quis hic agon futurus esset, addidit di-

1 Ps. 115, 15. 10 Matth. 10, 19. 20. 20 Es. 7, 13. 14.

1 et] ac *C* monente] meminisse *P* est *om. P* dei C^2NQ 2 iustorum] sanctorum *Q; cf. p. 344, 16; 129, 6* quae] qui *R* emit] eximit *C* 3 praetiosa uis sanguis *C* quae] qui *P* accipit *LM* (accepit *Q*) dei] de *CPRv*, fidei *N* 4 uirtutis] ueritatis *C* 5 illic] in illis *P* 6 protecta *C* et *om. CR* 7 capere] accipere *NV* qui] quo *C* sumit] sumac *N* certaminis sui *C* afuit *N* 8 adque adsertores *om. R* 9 semel uicit *om. N*, semel mihi *R* uicit *R* 10 traderint *N* 11 dabitur . . . loquamini *om. P* 12 loquamini *L sed* a *in* i *corr. m. 2*, loquimini *N* 14 documenta *C* sp̃s sc̃i *N* 15 prorumpit C^1, praerupit *R* 16 inter] in *N* cruciatos *Q*, cruciatu C^1 suo C^1N cras] trans *N* 17 dominus] deo *N* 18 conpleuit *C* acon *C*, agonem *N* et] est *P* 19 praemissi *P* certamen *C* coronatur (est *om.*) *P* 20 esceias ante *PQ*, se testante *N* praedixit] promisit *P* 22 hic *om. P* esset futurus *P*

cens: ecce uirgo in utero accipiet et pariet filium et uocabitis nomen eius Emmanuel. hic est agon fidei nostrae qua congredimur, qua uincimus, qua coronamur. hic est agon quem nobis ostendit et beatus apostolus Paulus, in quo oportet nos currere et ad coronae gloriam peruenire. nescitis, inquit, quia qui in stadio currunt omnes quidem currunt, unus tamen accipit palmam. sic currite ut occupetis. et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. item suum certamen ostendens et hostiam se Domino cito futurum esse promittens ait: ego iam libor, et tempus instat assumptionis. bonum agonem certaui, cursum perfeci, fidem seruaui. iam superest mihi corona iustitiae quam mihi reddet Dominus in illa die ille iudex iustus, non solum autem mihi, sed et omnibus qui dilexerunt aduentum eius. hunc igitur agonem per prophetas ante praedictum, per Dominum commissum, per apostolos gestum Mappalicus suo et collegarum suorum nomine proconsuli repromisit. nec fefellit in promisso suo uox fidelis. pugnam quam spopondit exhibuit et palmam quam meruit accepit. istum nunc beatissimum martyrem et alios participes eiusdem congressionis et comites in fide stabiles, in dolore patientes, in quaestione uic-

5 I Cor. 9, 24. 25. 11 II Tim. 4, 7. 8.

1 uterum *NRVv* et pariet *om. P* 2 uocabitur *C* emmanuhel *LNR* 3 uincimur *C* est *om. N* 4 et *om. Pv* paulus apostolus *v*, apostolus *N* 5 ad *om. N* gloriam coronae *P*, coronam gloriae *v* dicens nescitis *Q* 6 stadio currit *P* 7 ut *ex* et *C* 8 omnes occupetis *P*, occupetis omnis autem qui agonizatur in omnibus (nominibus *R*) continens est *CR* et] ut *CN* ut *om. N* 9 nos] uos *Q* incorruptibilem *Q* 10 ostendens *om. P* dn̄i *LRr*, dn̄o et *C* futuram *CRP* 11 delibor *C*, imolor *Q* adsumptionis meae *Pv* 12 agonem *super* certamen *scr. C m. 2* fide *R* 14 reddet dn̄s mihi *Q* illo die *R*, illum diem *C* ille *om.* C^2P iustus iudex *Pv* 15 qui *om. R* dilexerint *N*, diligunt *Qv* 17 apostolum *P* 18 mappalicus[o] suo[s] *R* nomen *N* 19 promissu C^2NR^1, promiss*o *P* (u *eras.*) suo *om. P* 20 expopondit *N* et] ex *R* palma R^2 nunc] hunc *P* 21 congressionis] consensionis *P* 22 et] eius et *N*, milites et *v*

tores ut ceteri quoque sectemini et opto pariter et exhortor, ut quos uinculum confessionis et hospitium carceris simul iunxit iungat etiam consummatio uirtutis et corona caelestis, ut lacrimas matris ecclesiae quae plangit ruinas et funera plurimorum uos uestra laetitia tergeatis et ceterorum quoque stantium firmitatem uestri exempli prouocatione solidetis. si uos acies uocauerit, si certamiuis uestri dies uenerit, militate fortiter, dimicate constanter, scientes uos sub oculis praesentis Domini dimicare, confessione nominis eius ad ipsius gloriam peruenire, qui non sic est ut seruos suos tantum spectet, sed ipse luctatur in nobis, ipse congreditur, ipse in certamine agonis nostri et coronat pariter et coronatur.

5 Quod si ante diem certaminis uestri de indulgentia Domini pax superuenerit, uobis tamen manet uoluntas integra et conscientia gloriosa. nec contristetur aliquis ex uobis quasi illis minor qui ante uos tormenta perpessi uicto et calcato saeculo ad Dominum glorioso itinere uenerunt. Dominus scrutator est renis et cordis, arcana perspicit et intuetur occulta. ad coronam de eo promerendam sufficit ipsius testimonium solum qui iudicaturus est. ergo utraque res, fratres carissimi, sublimis pariter et inlustris: illa securior ad Dominum uictoriae consummatione properare, haec laetior accepto post gloriam commeatu in ecclesiae laude florere. o beatam ecclesiam nostram quam sic honor diuinae dignationis inluminat, quam temporibus nostris

1 ut] et *C* hortor *P* 2 consensionis *P* iuncxit *CN* 3 etiam et *P* consumationis C^1 coronae *P* lacrimam *C*, ad lacrimas *N* 5 uestram laetitiam *Q* tergatis C^2 6 exemplum *C*, exemplis *N* prouocauerit *CRV* 7 certamini *L* 8 dn̄o *N* 9 qui *ex* quia *C* 10 ut *ex* et *C* tantum spectet *om. R* sed et *NPv*, se *R* 11 ipse *om. R* congregit *N* et coronat ... *l. 13* uestri *om. C* 12 coronatus *L* 13 si ante] stante *N* indulgentie *C* dei *P*, dn̄m *N*, domo *C* 14 maneat *v*, monet *C*, *om. P* et *om. P* 15 tristetur L^1 aliqui P^1 16 minor sit *Nv* quia ante R^1, quia nec *C* perpessi estis *C sed* estis *add. m. 2* 17 peruenerunt *CNR* 18 est] et *L*, est ** *R* cordis et renis *Q* archana NR^1Q et *om. N* intuemini *C* 19 de eo] domini *V*, dn̄m *N*, dei P^1 *sed* suam *s. l. m. 2* 20 utraque] ueraque *C sed* que *exp. m. 2* carissimi] dilectissimi *P* 21 securiora *N* deum *L*, dn̄m nr̄i *P* consummationem *Q* 22 properasse *CR* haec] hic *Q* letitior *N*, letiora *C* 23 ecclesia *P* laudem *C* o *om. P* quam sic] quas hic *C* 24 quam] qua *C*

gloriosus martyrum sanguis inlustrat. erat ante in operibus fratrum candida: nunc facta est in martyrum cruore purpurea. floribus eius nec lilia nec rosae desunt. certent nunc singuli ad utriusque honoris amplissimam dignitatem. accipiant coronas uel de opere candidas uel de passione purpureas. in caelestibus castris et pax et acies habent flores suos quibus miles Christi ob gloriam coronetur. opto uos, fortissimi ac beatissimi fratres, semper in Domino bene ualere et nostri meminisse. ualete.

EPISTVLA XI.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS FRATRIBVS S.

Quamquam sciam, fratres carissimi, pro timore quem singuli 1
debemus Deo uos quoque illic adsiduis orationibus et enixis precibus instanter incumbere, admoneo tamen etiam ipse religiosam sollicitudinem uestram ut ad placandum adque exorandum Deum non uoce sola, sed et ieiuniis et lacrimis et omni genere deprecationis ingemescamus. intellegendum est enim et confitendum pressurae istius tam turbidam uastitatem quae gregem nostrum maxima ex parte populata est et adhuc usque populatur secundum peccata nostra uenisse, dum uiam Domini non tenemus nec data

1 gloriosis *P*[1] *R*, gloriosos *C* sanguinis *N*[1] 2 purporea *CQ*, *item l.* 5 3 nec rosae nec lilia *NP* singulari *N* 4 honoris *ex* horis *L* accipiunt *P* uel (si) *C* 5 operibus *CR* 6 milites *P* ob gloriam] gloria *N* 7 coronantur *P*, coronetur amen *N* opto ... ualete *om. P;* opto ... meminisse *C in marg. add.* fortissimi a. b. f.] frs kmi *N* 8 dnm *Q* (dno *M*) nostri meminisse] nm esse *R* ualete *om. NP* — Ad martyras et confessores (et confessores *om. P*) explicit *LPQ*, Explicit (epistola Cipriani *add. C*) ad martyres et confessores *CR*, b martyribus eiusdem explicit *N.* —

Epist. XI. — Incipit ad clerum de deprecando (precando *P*[1]) deo pro peccatis nostris (pro p. nostris *om. R*) *CLNPQR* — 10 presbyterorum et de diaconorum *L*, ppbb et dd *M*, prbris et dilectissimis *Q* fratribus *exp. in C*, fratres *Q*[1], ff *M* 13 etiam] et *Pv* religiosa sollicitudine uestra *R* 14 adque ad *CR* dominum *CRv* 15 sed et] sed *C* 17 pressuram *N* am *in ras.* istius iam *C*, iusticiae et *ex* iusticiam *N* turpidam *R* castitatem (u) *C* 18 maxime *C* 19 tenemus] temus *R*

nobis ad salutem caelestia mandata seruamus. fecit Dominus noster uoluntatem patris, et nos non facimus Dei uoluntatem patrimonio et lucro studentes, superbiam sectantes, aemulationi et dissensioni uacantes, simplicitatis et fidei neglegentes, saeculo uerbis solis et non factis renuntiantes, unusquisque sibi placentes et omnibus displicentes. uapulamus itaque ut meremur, cum scriptum sit: seruus autem ille qui cognoscit uoluntatem domini sui et non paruerit uoluntati eius, uapulabit multas. quas autem plagas, quae uerbera non meremur, quando nec confessores qui exemplo ceteris ad bonos mores esse debuerant teneant disciplinam? itaque dum quosdam insolenter extollit confessionis suae tumida et inuerecunda iactatio, tormenta uenerunt, et tormenta sine fine tortoris, sine exitu damnationis, sine solacio mortis, tormenta quae ad coronam non facile dimittant sed tamdiu torqueant quamdiu deiciant, nisi si aliquis diuina dignatione subtractus inter ipsa cruciamenta profecerit, adeptus gloriam non termino supplicii sed uelocitate moriendi.

2 Haec patimur delicto et merito nostro, sicut praemonuit diuina censura dicens: si dereliquerint legem meam et in iudiciis meis non ambulauerint, si iustificationes meas profanauerint et praecepta mea non obseruauerint, uisitabo in uirga facinora eorum et in flagellis delicta eorum. uirgas igitur et flagella sentimus qui Deo nec bonis factis placemus nec pro peccatis satisfacimus. ro-

7 Luc. 12, 47. 20 Ps. 88, 31—33.

1 facit *P* 2 patris ... uoluntatem *om. R* domini *Cv* 3 superbiam sectantes *om. C* 4 uagantes *Q*, uitantes *C* simplicitatem *Q*, simplicitatis *ex* unusquisque *C* fidem *Q* 5 solis *L s. l. m. 2* tibi *L*[1] 6 uapulare *C* ut *om. C* 7 cognouit *C* 9 uapulauit *MR* (uapulabit *Q*) multis *v* 10 ceteros *P* 12 insolentes *C* tumida] timor *C* iactantia in *C* 13 uenerunt *ex* uerentur *M m. 2* (uenerunt *Q*), uerterunt *C* et *om. C* et tormenta *eras. in N* 15 demittant *Q* 16 defecerit *Oxon.* 17 ad tempus gloria * *Q* (adeptus gloriam *M*) 19 praemoneo (t *supra*) *C* 20 derelinquerint *C* in *om. L*[1]*N* 21 si iustificationes ... obseruauerint *om. C*[1] 24 uirgas eorum *R* 25 dño *C*[1]*R* nec] non *LP*, de *R*

gemus de intimo corde et de tota mente misericordiam Dei, quia et ipse addidit dicens: misericordiam autem meam non dispargam ab eis. petamus, et accipimus: et si accipiendi mora et tarditas fuerit, quoniam grauiter offendimus, pulsemus, quia et pulsanti aperitur, si modo pulsent ostium preces et gemitus et lacrimae nostrae quibus insistere et inmorari oportet, et si sit unanimis oratio.

Nam quod magis suasit et conpulit ut has ad uos litteras scri- 3
berem, scire debetis, sicut Dominus ostendere et reuelare dignatur, dictum esse in uisione: petite et inpetratis, tunc deinde praeceptum plebi adsistenti ut pro quibusdam personis designatis sibi peterent, in petendo autem fuisse dissonas uoces et dispares uoluntates et uehementer hoc displicuisse illi qui dixerat: petite et inpetratis, quod plebis inaequalitas discreparet nec esset fratrum consensio una et simplex et iuncta concordia, cum scriptum sit: Deus qui inhabitare facit unanimes in domo, et in actis apostolorum legamus: turba autem eorum qui crediderant anima ac mente una agebant, et Dominus sua uoce mandauerit dicens: hoc est mandatum meum, ut diligatis inuicem, et iterum: dico autem uobis quoniam si duobus ex uobis conuenerit in terra de

2 Ps. 88, 34. 10 cf. Matth. 18, 19. 16 Ps. 67, 7. 17 Act. 4, 32. 19 Io. 15, 17. 20 Matth. 18, 19.

1 intimo] toto *C* m͠ia^{s} dĩ *N* 3 accipiemus *CNRv*, accipiamus *Q* in accipiendo *CR* 4 more *C*[1] grauiter] *add.* fuerit *C*[1], *exp. m. 2* 5 et *om. Q* aperietur *CRQv* et gemitus] gemitus *v* 6 et si sit] si sit *CQR*, ** si sit *N* 7 unianimis *LQ* 8 quis m. suasis *R* scriberemus *CR* 9 scire] scribere *R* ostendere et *om. CR* dignatus est *Cv* 10 esse *corr. in* ẽ *Q m. 2* (esse *M*) impetrabitis *C*, impe-ratis *R*[1], in^{e}petratis *Q* (inpetratis *M*) 11 adsistent enim *C* 12 peterent] penetrent *corr. in* impetrent *C* fuerunt dissones *C* (es *corr. in* ae *m. 2*) uoce *L*[1] 13 dixerit *ex* dixerunt *C* 14 impetrastis *R*, impetrabitis *C* 15 fratruum *L* confessio *C* et] in *Q* (et *M*) concordias *R* 16 habitare *CR* unianimes *CLN ut saepius* 17 legimus *CQ* turbae *P*[2], turba turba *R* quae *ex* qui *P m. 2* 18 animi *R* 1 duo *C* conuenerint *C*

omni re quamcumque petieritis continget uobis a patre meo qui in caelis est. quod si duo unanimes tantum possunt, quid si unanimitas apud omnes esset? quod si secundum pacem quam Dominus nobis dedit uniuersis fratribus conueniret, iam pridem de diuina misericordia inpetrassemus quod petimus nec tamdiu in hoc salutis et fidei nostrae periculo fluctuaremus: immo uero nec uenissent fratribus haec mala, si in unum fraternitas fuisset animata.

4 Nam et illud ostensum est quod sederet paterfamilias sedente sibi ad dexteram iuuene, qui iuuenis anxius et cum quadam indignatione subtristis maxillam manu tenens maesto uultu sedebat. alius uero in sinistra parte consistens rete portabat, quod se mittere ut circumstantem populum caperet minabatur. et cum miraretur quid hoc esset ille qui uidit, dictum est ei iuuenem qui ad dexteram sic sederet contristari et dolere quod praecepta sua non obseruarentur, illum uero in sinistra exultare quod sibi daretur occasio ut a patrefamilias potestatem sumeret saeuiendi. hoc prius longe ostensum est quam tempestas uastitatis huius oriretur. et uidemus inpletum quod fuerat ostensum, ut dum Domini praecepta contemnimus, dum datae legis mandata salutaria non tenemus, facultatem nocendi inimicus acciperet, minus armatos et ad repugnandum minus cautos iactu retis operiret.

5 Oremus instanter et adsiduis precibus ingemescamus. nam et hoc nobis non olim per uisionem, fratres carissimi, exprobratum sciatis, quod dormitemus in precibus nec uigilanter oremus. et

1 re quacumque *Q*, reliquacumque *R*, re quaecumquae *C* 2 est in caelis *R*, est in caelo *C* quod *corr. in* quid *C* unamines *P* 3 quid *ex* quod *C* esset *ex* ẽt *C* quod] quid *C*P^1*QR* 4 nobis dominus *Nv* 5 impetranssemus L^1, imperasemus R^1, impetremus *C* quodquod *R* 6 fructuaremus *R* 7 fratribus *om. N* mala] maria *L* 11 subtristi *P* tenens] sustinens *V* mestu *C* 12 sinixtra R^1 retem *P*Q^1 (rete *M*) 13 ut] testabatur ut *Q* capere *LN* 14 quod *C* est] e^{s}se *P* 16 obseruaret *C*, obseruaretur *R* 18 oriretur *CNP* (*sed in NP* i *in ras. corr.*), oreretur *QR*, oper^{i}eretur *L* 19 uidimus *v* impetum *C* ut] est quam tempestas ut *R* dum *ex* dn̄m *C* 20 contempnimus *LP* data P^1 21 tenemur *R* acce^{i}peret *Q* (acciperet *M*) armatus C^1, armator *R* 22 et ad] ad *QR* (et ad *M*) cautus C^1 iactu retis] iactaret et *CR* 24 non] iam *scripsit Erasmus* 25 scimus *N* nec] ut et *C* et] ut *C*

Deus utique, qui quem corripit diligit, quando corripit, ad hoc corripit ut emendet, ad hoc emendat ut seruet. excutiamus itaque et abrumpamus somni uincula et instanter ac uigilanter oremus, sicut Paulus apostolus praecipit dicens: instate orationi uigilantes in ea. nam et apostoli orare diebus ac noctibus non destiterunt, et Dominus quoque ipse disciplinae magister et exempli nostri uia frequenter et uigilanter orauit, sicut in euangelio legimus: exiit in montem orare et fuit pernoctans in oratione Dei. et utique quod orabat orabat ille pro nobis, cum peccator ipse non esset, sed nostra peccata portaret. adeo autem pro nobis ille deprecabatur, ut legimus alio loco: dixit autem Dominus ad Petrum: ecce satanas postulauit ut uos uexaret quomodo triticum. ego autem rogaui pro te ne deficiat fides tua. quod si pro nobis ac pro delictis nostris ille et laborat et uigilat et precatur, quanto nos magis insistere precibus et orare et primo ipsum Dominum rogare, tunc deinde per ipsum Deo patri satisfacere debemus? habemus aduocatum et deprecatorem pro peccatis nostris Iesum Christum Dominum et Deum nostrum, si modo nos in praeteritum peccasse paeniteat, et confitentes adque intellegentes delicta nostra quibus nunc Dominum offendimus, uel de cetero nos ambulare in uiis eius et praecepta eius metuere spondeamus. pater nos et corrigit et tuetur, stantes tamen in fide et pressuris adque angustiis licet Christo eius firmiter adhaerentes. sicut scriptum est: quis nos separabit a dilectione

4 Col. 4, 2. 8 Luc. 6, 12. 12 Luc. 22, 31. 25 Rom. 8, 35.

1 qui *om.* *CLPQR* diligit q. corripit *om.* *C* corripi^{a}et *C* 2 emendat *corr. in* emendet *C* 3 somnii *MPR*, omni $L^1 Q$, omnia L^2, sompnus C^1 uigilantes *C* 4 apostolus paulus *Q* instaten oratio *R* 6 *alterum* et *om.* *LR* 9 quod *exp.* *C* *alterum* orabat *om.* *C* 10 sed] ut *add.* M^2 nostra] aliena *Vv* 11 depraecatur *C* legamus *LNv* 14 quodsi** *C* 15 laborabat et uigilabat *Rv* precantur *R*, precabatur *v* 16 magis nos *R*, magis *C* 17 dominum ... ipsum *om.* *R* tunc] tum *v* dn͞o *L* 18 depraecationem C^1 19 iesum *om.* *V* et *om.* *C* dn͞o *L*, deum *MR* (dn͞m *Q*) 23 nos *om.* *R* et corrigit] corrigit *Nv* 24 in pressuris *Q* in angustiis *P*, angustis *R* licet] scilicet *v*, et *Oxon.* eius] praeceptis *add.* *M m. 2* 25 separauit *R* delectione *Q*

Christi, pressura an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius? nihil horum potest separare credentes, nihil potest auellere corpori eius et sanguini cohaerentes. persecutio ista examinatio est adque exploratio peccati nostri. excuti nos Deus uoluit et probari, sicut suos semper probauit, nec tamen in probationibus eius aliquando auxilium credentibus defuit.

6 Denique ad minimum famulum suum et in delictis licet plurimis constitutum et dignatione eius indignum tamen ille pro sua circa nos bonitate mandare dignatus est. dic illi, inquit, securus sit, quia pax uentura est, sed quod interim morula est, supersunt adhuc aliqui qui probentur. sed et de uictu parco et sobrio potu diuinis dignationibus admonemur, scilicet ne uigore caelesti sublime iam pectus inlecebra saecularis eneruet, uel ne largioribus epulis mens grauata minus ad preces orationis euigilet.

7 Dissimulare haec singula et apud conscientiam meam solus occultare non debui, quibus unusquisque nostrum et instrui et regi possit. nec ipsi denique apud uos hanc epistulam teneatis occultam, sed legendam fratribus suggeratis. intercipere enim quibus nos Dominus admonere et instruere dignatur eius est qui admoneri et instrui fratrem suum nolit. probari nos a Domino nostro sciant, nec a fide qua in eum semel credidimus praesentis pressurae conflictatione deficiant delicta sua singuli recognoscentes uel modo conuersationem ueteris hominis exponant. nemo enim retro adtendens et superponens manum suam super aratrum

25 cf. Luc. 9, 62.

2 an nuditas *om.* *N* 3 auellere[i] corporis[e] *C* 4 sanguis[ne] *C* exploratio est C^1 5 pro peccatis nostris QM^1, corporis nr̃i *M s. l. m. 2*, pectoris *V*, pectoris nostri *v* suos] et uos *CR* 8 plurimum *C* 10 dic *ex* dicit *L m. 2*, dic ** *Q* (dic *M*) 12 adhuc *om.* *CR* 14 inlecebraseculas *corr. in* inlecebroso poculo se *C m. 2* 15 nimus *R* orationibus *R* 18 nostrum *CLNPQRV*, uestrum *v* 19 haec epistola teneatis occulta *R* 20 patribus *C* 21 deus *C* eius *exp.* *C* 22 nollit *P* probare *R* 23 nec] nec umquam *Vv* 24 conflictationem *C* deficiant ... conuersationem *om.* *C* cognoscentes *Q* (recognoscentes *M*) 26 tendens *C* super aratrum] aratro *C*

aptus est regno Dei. denique uxor Lot, quae liberata contra praeceptum retro respexit, quod euaserat perdidit. adtendamus non posteriora quo diabolus reuocat, sed priora quo Christus uocat. oculos erigamus ad caelum, ne oblectamentis et inlecebris nos suis terra decipiat. unusquisque oret Deum, non pro se tantum, sed pro omnibus fratribus, sicut Dominus orare nos docuit, ubi non singulis priuatam precem mandat, sed oratione communi et concordi prece orantes pro omnibus iussit orare. si nos Dominus humiles et quietos, si nobis inuicem copulatos, si circa iram suam timidos, si praesenti tribulatione correctos emendatosque conspexerit, tutos ab inimici infestationibus exhibebit. praecessit disciplina, sequetur et uenia.

Nos tantum sine cessatione poscendi et cum fide accipiendi 8
simplices et unanimes Dominum deprecemur, cum gemitu pariter et fletu deprecantes, sicut deprecari oportet eos qui sint positi inter plangentium ruinas et timentium reliquias, inter numerosam languentium stragem et exiguam stantium firmitatem. rogemus pacem maturius reddi, cito latebris nostris et periculis subueniri, inpleri quae famulis suis Dominus dignatur ostendere, redintegrationem ecclesiae suae, securitatem salutis nostrae, post pluuias serenitatem, post tenebras lucem, post procellas et turbines placidam lenitatem, pia paternae dilectionis auxilia, diuinae maiestatis solita magnalia, quibus et persequentium blasphemia retundatur et lapsorum paenitentia reformetur et fortis et stabilis

1 denique et *Vv* uxor loth que *R*, uxori atque *C*[1], uxor *C*[2] 2 adtendamus] accedamus *C*, ut tendamûs *R* 3 ad posteriora *C sed* ad *s. l. m. 2* ad priora *CM sed* ad *s. l. m. 2* 4 nos] non *C* 5 dn̄m *Q* 6 sed et *P* dn̄s iesus *P* 7 mandauit *CQR* 8 iussit orare] sitore *C* 9 nobis] nos *C*[2]*P* iram] oram *C* 11 tutos] ut has *ex* ut hos *C* inimicis *C* exhibebis *N*, exibuerit *C* praeces si disciplinam *C* 12 sequitur et ueniam *C* 13 et ** cum fide *R*, tecum finem *C* accipiendis *R* 14 dn̄o *L* 15 sunt *C* positi *om. C* 16 ruinas ... languentium *om. R* 17 firmitatem *LV*, paucitatem *CNPQR* 18 seddi *R* latebris] inlecebris *C sed* in *s. l.* 19 in plerisque *CR*, implerique quod *M*[1] (impleri quae *Q*) dominus *om. CR* dignanter *C* integrationem *N* 20 suae *om. v* 22 paterna *C*[1] deiectionis *P* 23 solida *C*[1]

perseuerantium fiducia glorietur. opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere et nostri meminisse. fraternitatem meo nomine salutate et ut nostri meminerint admonete. ualete.

EPISTVLA XII.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS FRATRIBVS S.

1 Quamquam sciam uos, fratres carissimi, litteris meis frequenter admonitos esse ut gloriosa uoce Dominum confessis et in carcere constitutis omnis diligentia praebeatur, tamen identidem uobis incumbo, ne quid ad curam desit his quibus ad gloriam nihil deest. adque utinam loci et gradus mei condicio permitteret ut ipse nunc praesens esse possem: promptus et libens sollemni ministerio cuncta circa fortissimos fratres nostros dilectionis obsequia complerem. sed officium meum uestra diligentia repraesentet et faciat omnia quae fieri oportet circa eos quos in talibus meritis fidei ac uirtutis suae inlustrauit diuina dignatio. corporibus etiam omnium, qui etsi torti non sunt, in carcere tamen glorioso exitu mortis excedunt, inpertiatur et uigilantia et cura propensior. neque enim uirtus eorum aut honor minor est quo minus ipsi quoque inter beatos martyras adgregentur. quod in

1 opto — *l. 3* ualete *om. CPQ* 2 et nostri . . . ualete *om. LN.* — Ad clerum de deprecando deo (pro peccatis nostris *add. LNPQ*) explicit *CLNPQR, nisi quod* explicit *ante* ad clerum *ponit CP.* —

Epist. XII. — Incipit eiusdem (Incipit ad presbyteros et diaconos [diaconibus *T*] *LNT*, Incipit eiusdem tertia *E*) ut his confessoribus qui in carcere sunt constituti humanitas omnis (omnium *T*) praebeatur *ELMNQT*, Incipit ad clerum eo quod non posset temere carthagine (cartaginẽ e^2, carthagin̄ *m*) uenire propter confessorum corpora qui in carcere reddiderunt *emq.* — 6 sciam uos] sciamus *T* 7 admonitos uos *T sed* uos *s. l.* dn͠o *ETQ* 8 carcerem E^1LQT 9 ne qui *M* (ne quid *Q*) iis *v* 10 *post* mei *ras. 6 litt. in T* 11 possim *q* promptus] fateor *s. l. add. T* 12 cunta *N* 13 uestra] quaeso *add. v et s. l. T* repraesentent *L* 14 et *om. NTq* faciet E^1e, faciatque *T sed* que *s. l.* in *eras. in T* 15 uirtutis] ueritatis *T* 16 non *om. eq* carcerem *LQT* 18 neque . . . adgregentur *om. eq* 19 beatas *L* martyres *eqv*

illis est tolerauerunt quidquid tolerare parati et prompti fuerunt. qui se tormentis et morti sub oculis Dei optulit passus est quidquid pati uoluit. non enim ipse tormentis, sed tormenta ipsi defuerunt. qui in me confessus fuerit coram hominibus, et ego in illo confitebor coram patre meo dicit Dominus. confessi sunt. qui tolerauerit usque ad finem hic saluabitur, dicit Dominus. tolerauerunt et ad finem usque incorrupta et inmaculata uirtutum suarum merita pertulerunt. et iterum scriptum est: esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam uitae. usque ad mortem fideles et stabiles et inexpugnabiles peruenerunt. cum uoluntati et confessioni nostrae in carcere et uinculis accedit et moriendi terminus, consummata martyrii gloria est.

Denique et dies eorum quibus excedunt adnotate, ut con- 2
memorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus: quamquam Tertullus fidelissimus ac deuotissimus frater noster inter cetera sollicitudine et cura sua quam fratribus in omni obsequio operationis inpertit, qui nec illic circa curam corporum deest, scripserit et scribat ac significet mihi dies quibus in carcere beati fratres nostri ad inmortalitatem gloriosae mortis exitu transeunt, et celebrentur hic a nobis oblationes et sacrificia

4 Matth. 10, 32. 6 Matth. 10, 22. 9 Apoc. 2, 10.

1 quidquit *m* (quicquid *q*) tolerare ... *l. 2* quidquid *om. eq* fuerant *ETQ* 2 quis et tormentis *LQ* (quis et ormentis *M*) et morti *in* subdiderunt et qui se morti *corr. T* 3 ipsi tormentis sed tormenta ipsis *eq*² (ipse t. s. t. ipsi *mq*¹) 5 meo] qui in caelis est *add. EQv* 6 tolerauerunt confessi sunt *eq* ad] in *EQ* (ad *M*), ad in *q* 7 hic] is *L* saluus erit *ETv* dicit dominus *om. Q; post haec falso repetit T:* confessi sunt ... dicit dns ad] ad in *q* (ad *m*) 9 et *om. LN* 11 peruenerunt] perseuerarunt *eq;* perseuerauerunt et inexpugnabiles *N* uoluntate *LNTQ* 12 nostrae] nominis *Lv* in uinculis *Tv* accidit *ELNQT*¹ et *exp. E* 13 terminos *QT* consummat *T*, consumat *M* (consummata *Q*) martyris *ELeqv,* martyriis *Q*, martyria *T* 14 et *om. N* excidunt *E*¹*Q* adnotat *m* (adnotate *q*) conmemorationis *eq* 16 tertulus *Mm* (tertullus *Qq*) ac] et *LTv* 17 inter] ro *Veqv, om. T* cetera] certa *V* quam] cum *ELNQT* 18 illic] illis *L* 19 ac] hac *Q* 20 carcerem *LQT* 21 transeunte *L* celebretur *LNT*

ob conmemorationes eorum, quae cito uobiscum Domino protegente celebrabimus. pauperibus quoque, ut saepe iam scripsi, cura ac diligentia uestra non desit, his tamen qui in fide stantes et nobiscum fortiter militantes Christi castra non reliquerunt: quibus quidem nunc maior a nobis et dilectio et cura praestanda est, quod nec paupertate adacti nec persecutionis tempestate prostrati, dum Domino fideliter seruiunt, ceteris quoque pauperibus exemplum fidei praebuerunt. opto uos, fratres carissimi ac desiderantissimi, semper bene ualere et nostri meminisse. fraternitatem meo nomine salutate. [ualete.]

EPISTVLA XIII.

CYPRIANVS ROGATIANO PRESBYTERO ET CETERIS CONFESSORIBVS FRATRIBVS S.

1 Et iampridem uobis, fratres carissimi ac fortissimi, litteras miseram quibus fidei et uirtuti uestrae uerbis exultantibus gratularer, et nunc non aliud in primis uox nostra conplectitur quam ut laeto animo frequenter ac semper gloriam uestri nominis praedicemus. quid enim uel maius in uotis meis potest esse uel melius quam cum uideo confessionis uestrae honore inluminatum gregem Christi? nam cum gaudere in hoc omnes fratres

2 celebrauimus *LQqT* 3 ut cura *q* ac] et *eq* desit] sit *T* iis *v* quae *L* 4 relinquerunt *QT*, dereliquerunt *eq* 5 quidem *om. eq* et dilectio] dilectio *Q* 6 quid *Q* adacti] uicti *eq* (uitii *m*) tempestatem prostati *T* 7 dum] cum *NTv* 8 opto . . . *l. 10* ualete *om. Lemq*; opto . . . meminisse *add. m. 2 N* kme (ac *om.*) *M* (kmi ac *Q*) 9 fraternitatem . . . ualete *om. N* 10 ualete *om. EQT*. — Ad presbyteros et diaconos (Ad Romanos epistula tertia *EMQ*) ut his confessoribus (his confessoribus *om. T*) qui in carcere (carcerem *QT*) sunt constituti humanitas omnis (omnium *T*) praebeatur explicit *ELMNQT*, Ad clerum eo quod non posset temere carthagine uenire propter confessorum corpora qui in carcere reddiderunt (explicit *add. m*) *mq*, Explicit *e*. —

Epist. XIII. — Incipit ad Rogatianum et ceteros de obseruanda disciplina *LNPQS*, Incipit ad Rogatianum et ceteros confessores *R*. — 12 confessoribus fratribus] confratribus *L* 15 uirtutis *S*, uirtute Q^1R^1 (uirtuti *M*) 16 nostra *ex* uestra *S* 19 confessioni *LM*, confessione *Q* uestra et Q^1 (uestrae MQ^2) honorem *R*

oportet, tunc in gaudio communi maior est episcopi portio. ecclesiae enim gloria praepositi gloria est. quantum dolemus ex illis quos tempestas inimica prostrauit, tantum laetamur ex uobis quos diabolus superare non potuit.

Hortamur tamen per communem fidem, per pectoris nostri 2
ueram circa uos et simplicem caritatem, ut qui aduersarium prima hac congressione uicistis gloriam uestram forti et perseueranti uirtute teneatis. adhuc in saeculo sumus, adhuc in acie constituti, de uita nostra cottidie dimicamus. danda opera est, ut post haec initia ad incrementa quoque ueniatur et consummetur in uobis quod iam rudimentis felicibus esse coepistis. parum est adipisci aliquid potuisse. plus est quod adeptus es posse seruare, sicut et fides ipsa et natiuitas salutaris non accepta sed custodita uiuificat. nec statim consecutio, sed consummatio hominem Deo seruat. Dominus hoc magisterio suo docuit dicens: e c c e s a n u s f a c t u s e s, i a m n o l i p e c c a r e, n e q u i d t i b i d e t e r i u s f i a t. puta hoc illum et confessori suo dicere: ecce confessor factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Salomon denique et Saul et ceteri multi quamdiu in uiis Domini non ambulauerunt, datam sibi gratiam tenere non potuerunt: recedente ab his disciplina dominica recessit et gratia.

Perseuerandum nobis est in arto et in angusto itinere laudis 3
et gloriae, et cum quies et humilitas et bonorum morum tran-

16 Io. 5, 14.

1 oporteat *Rv* tum *v* 2 praepositi gloria *om. LNP* 3 ex] et *L* letemur *L* 4 quos *super* ut *Q* (quos *M*) diabulos *L* 5 tamen] autem *R* pectoris] peccatoris *L* 7 ha*c congressine *R* uestram uestram *S* forti et] fortiter *N* 8 in acie] acie *S* 9 debita Q^1 (de uita MQ^2) opera est] operae *R* 12 parum est] parum *S* es] est *LPQS* 13 potuisse *M* (posse *Q*) ipsa et] ipsa ẽ *L sed* ẽ *s. l. m. 2* 14 consecutio] constitui *M* (consecutio *Q*) 15 hoc] enim *R* 17 quit *Q*, quitquit *S* puto *R*, putabo *N* 19 solomon PQR^1S 20 in *om. S* non *om. Rv* data *R* 21 detenere *S* non *om. Rv* recedente] recedet et *L*, recessit et *N* ab *ex* ad *R* iis *v* 22 et gratia] gratia *P* 23 in *om. R* 24 cum quies **et *Q*, qui cum quies-set *M* (*sed* qui *eras. m. 2*), cum quies est *P* bonorum] honorum et *P*

quillitas christianis omnibus congruat secundum Dei uocem qui neminem alium respicit nisi humilem et quietum et trementem sermones suos, tunc magis hoc obseruare et inplere confessores oportet, qui exemplum facti estis ceteris fratribus, ad quorum mores omnium uita et actus debeat prouocari. nam sicut Iudaei a Deo alienati sunt, propter quos nomen Dei blasphematur in gentibus, ita contra Deo cari sunt, per quorum disciplinam nomen Domini laudabili testimonio praedicatur, sicut scriptum est Domino praemonente et dicente: luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant bona opera uestra et clarificent patrem uestrum qui in caelis est. et Paulus Apostolus dicit: lucete sicut luminaria in mundo. et Petrus similiter hortatur, sicut hospites, inquit, et peregrini abstinete uos a carnalibus desideriis, quae militant aduersus animam, conuersationem habentes inter gentiles bonam, ut dum retractant de uobis quasi de malignis, bona opera uestra aspicientes magnificent Dominum. quod quidem maxima pars uestrum cum meo gaudio curat et confessionis ipsius honore melior facta tranquillis et bonis moribus gloriam suam custodit et seruat.

4 Sed quosdam audio inficere numerum uestrum et laudem praecipui nominis praua sua conuersatione destruere, quos etiam uos ipsi ut pote amatores et conseruatores laudis uestri obiurgare et conprimere et emendare debetis. cum quanto enim

9 Matth. 5, 16. 12 Phil. 2, 15. 13 I Petr. 2, 11. 12.

1 christianis *om. LNP* concruat *S* domini *v* 3 tum *v* hoc *om. L* 4 estis] est *L* 6 sicum *MR* (sicut *Q*) dn̄o *R* blasfematur *S* 7 deo *corr. in* deum *R* 8 disciplina *LNS*^{1} 10 ut] et *S* bonam operam uestram *S*, opera uestra bona *v* 11 qui] si qui *R* 12 est in caelis *Q* 13 hoc mundo *P* ortatur *P*, oratur *R*^{1} 14 inquid *LPS*, qui *R* 15 animas uestras *R* 16 gentes *ex* iectes *R* 17 detrectant *PR* 18 dn̄o *Q* quo$\overset{k}{d}$ *S* 20 honorem *P* 22 infecere *L* 23 distruere *R*^{1}*Q* etiam et *S* 24 pote] poste *R*^{1}*Q*^{1} (pote *M*) conuersatores *NPQS* uestri *S*, uestrae *LNPQRv; cf. indicem* 25 quando *SQ*^{2} (quanto *MQ*^{1})

nominis uestri pudore delinquitur, quando aliquis temulentus et lasciuiens demoratur, alius in eam patriam unde extorris factus est regreditur, ut deprehensus non iam quasi christianus sed quasi nocens pereat? inflari aliquos et tumere audio, cum scriptum sit: noli altum sapere, sed time. si enim Dominus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Dominus noster sicut ouis ad uictimam adductus est et sicut agnus coram tondente sine uoce sic non aperuit os suum. non sum, inquit, contumax, neque contradico. dorsum meum posui ad flagella et maxillas meas ad palmas. faciem autem meam non auerti a foeditate sputorum. et quisquam per ipsum nunc adque in ipso uiuens extollere se audet et superbire, inmemor et factorum quae ille gessit et mandatorum quae nobis uel per se uel per apostolos suos tradidit? quod si non est maior domino suo seruus, qui Dominum secuntur humiles et quieti et taciturni uestigia eius imitentur, quando quisque inferior fuerit sublimior fiat dicente Domino: qui minimus fuerit in uobis, hic erit magnus.

Quid deinde illud, quam uobis exsecrandum debet uideri, 5
quod cum summo animi nostri gemitu et dolore cognouimus, non deesse qui Dei templa et post confessionem sanctificata et inlustrata plus membra turpi et infami concubitu suo macu-

5 Rom. 11, 20. 21. 9 Es. 50, 5. 6. 18 Luc. 9, 48.

1 delingitur *L*[1] aliquis *S*, alius aliquis *LNPQ*, unus ab aquis *R*, alius ab aquis *Rigaltius* timulentus *S* 2 demoratur] denotatur *cod. Vaticanus*, demōratur *(ut sit: insaniat) Goulartius* extorrens *S*[1], extorres *Q*. exorris *R*[1] 3 ut] unde *SQ*, inde *LNP* praehensus *LNPS*, rep̄hensus *Q* non] est non *Q* (non *M*) quasi] qua *S* cristianus *L* 4 innocens *R* 5 sit] est *R* 6 ne] ne* *MQ* (c *eras.*) 7 parcit *Q* kdm̃s *S; cf. p. 506, 18* 8 ductus *LRv* agnos *R* tondente se *v* 9 apperuit *R* 10 at flagella *S* et *om. P* 13 adque] autem *N* in *om. P* audeat *LNP* 14 et factorum] factorum *N*; et *corr. in* est *Q m. 2* (et *M*) 15 *alterum* per *om. R*[1] trandidit *R* 17 imittentur *L*[1], emitentur *S*[1] 18 fiat *corr. in* fict *Q* (fiat *M*) dicete *S*[1] minimis *L*[1] 22 sanctificatam *PQ* 23 iam lustratam *S*, inlustratam *Q* plus *om. Rv* turpi et infami] ture et intami *S* concubito *P*[1], concupido *S* plus maculent *v*

lent, cubilia cum feminis promiscua iungentes, quando etsi stuprum conscientiae eorum desit, hoc ipsum grande crimen est, quod illorum cum scandalo in aliorum ruinas exempla nascantur. contentiones quoque et aemulationes inter uos nullas esse oportet, cum pacem suam nobis dimiserit Dominus et scriptum sit: diliges proximum tuum tamquam te. si autem mordetis et incusatis inuicem, uidete ne consumamini ab inuicem. conuiciis etiam et maledictis quaeso uos abstinete: quia neque maledici regnum Dei consequentur et lingua quae Christum confessa est incolumis et pura cum suo honore seruanda est. nam qui pacifica et bona et iusta secundum praeceptum Christi loquitur Christum cottidie confitetur. saeculo renuntiaueramus cum baptizati sumus: sed nunc uero renuntiamus saeculo quando temptati et probati a Deo nostra omnia relinquentes Dominum secuti sumus et fide ac timore eius stamus et uiuimus.

6 Corroboremus nos exhortationibus mutuis et magis ac magis proficiamus in Domino, ut cum pro sua misericordia pacem fecerit quam se facturum repromittit, noui et paene mutati ad ecclesiam reuertamur, et excipiant siue fratres nostri siue gentiles circa omnia correctos adque in melius reformatos et qui

6 Gal. 5, 14. 15.

1 cubilia sua *Lv* femineis *R* promisca *L*¹*PQR* etsi] si et *R* 2 ipso *RVv* 3 cum *om. QRv* 4 nascuntur *RVv*, noscantur *QS* contentionis *L* aemulationis *S* nulla *P* 6 te] te ipsum *R* 7 et incusatis *om. S* 8 consummamini *SQ* a conuiciis *PQVv* (a *om. M*) maledicis *S*, maleetis *L*¹ a maledictis etiam et conui*ciis *R* 9 neque *om. P* non consequentur *PS*, consequerentur *L*¹, consequuntur *v* 10 et] ne *R* christi *S* 13 cum *om. P* 14 set *S* uere *QRv* renuntiauimus *LNPRv* 15 a dno nro *R*, a dom *S* nostra ... dominum *om. S* deum *R* 16 et] ut *R* ac] hac *Q; item l. 17* uiuamus *S* 18 proficiamur *R*, proficiant *S*, proficiam *L* dnm *LNP* ut] et *M* (ut *Q*) cum *om. LN*, qui *P* 19 qui fecerit *P*, faciat *N* noui] nobis *Q* mutuati *Q* 20 et *om. R* excipiant nos *Rv* nostris *M* (nostri *Q*) 21 reformatos] reportatos *L*

admirati fuerant prius in uirtutibus gloriam nunc admirentur in moribus disciplinam. opto te, frater carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA XIIII.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIS FRATRIBVS S.

Optaueram quidem, fratres carissimi, ut uniuersum clerum 1
nostrum integrum et incolumem meis litteris salutarem. sed quoniam infesta tempestas quae plebem nostram ex maxima parte prostrauit hinc quoque addidit nostris doloribus cumulum ut etiam cleri portionem sua strage perstringeret, oramus Dominum ut uos quos et in fide et in uirtute stare cognouimus tutos quoque in posterum per diuinam misericordiam salutemus. et quamquam causa conpelleret ut ipse ad uos properare et uenire de-

1 atmirati *S* 2 moris *S* disciplinam] *codex Remensis r haec addit quae in textum a Baluzio sunt recepta:* Et quamquam clero nostro et nuper cum adhuc essetis in carcere constituti, sed nunc quoque denuo plenissime scripserim, ut si quid uel ad uestitum uestrum uel ad uictum necessarium fuerit, suggeratur: tamen etiam ipse de sumpticulis propriis quos mecum ferebam misi uobis CCL. sed et alia CCL. proxime miseram. Victor quòque ex lectore zaconus qui mecum est misit uobis CLXXV. gaudeo autem quando cognosco plurimos fratres nostros pro sua dilectione certatim concurrere et necessitates uestras suis conlationibus adiuuare. 2 opto... meminisse *om. R* optamus uos fratres carissimi *LNP* semper bene ualere explicit *add. m. rec. S* 3 ualere] et nostri meminisse *add. v.* — Ad Rogatianum et ceteros (confessores *add. R,* de obseruanda disciplina *add. NLP*) explicit *LNPQR nisi quod P:* Explicit ad Rogatianum *etc.* —

Epist. XIIII. — Incipit ad presbyteros et diacones (diaconos *R*) *CRio*, Incipit ad Rogatianum et ceteros confessores *T*, Incipit ad |||||| et c̃c con̄ *N*. — 5 presbiteros *C*¹, presbyteris b̄b̄ *N* diaconibus *C*²*Tio*, diacones *C*¹ 6 ut] et *T* 7 incolumen *T* salutare *RT*² 8 infestat *NT* tempesta *R* ex] et *C*¹*T* maximam partem *NT* 9 hinc] hunc *No sed in o* u *corr.* 10 perstringere * *T* t *eras.* deum *R* 11 uos] uos saltem *R*, uos salutem *N* quos] quosque *N* et in] in constantia et *i* fide et] fidei *Cio* in uirtute] uirtute *CRio* tutos] ut hos *NT*, tantos *C; fort.* tutatos 12 diuina misericordia *T*² et] ut *R* 13 compellerit *o*¹, conpell*t *T* e *eras.* prosperare *T*

berem, primo cupiditate et desiderio uestri, quae res in uotis meis summa est, tunc deinde ut ea quae circa ecclesiae gubernacula utilitas communis exposcit tractare simul et plurimorum consilio examinata limare possemus: tamen potius uisum est adhuc interim latebram et quietem tenere respectu utilitatum aliarum quae ad pacem omnium nostrum pertinent et salutem. quarum nobis a Tertullo fratre nostro carissimo ratio reddetur: qui pro cetera cura sua quam inpense diuinis operibus inpertit etiam huius consilii auctor fuit, ut cautus et moderatus existerem nec me in conspectum publicum et maxime eius loci ubi totiens flagitatus et quaesitus fuissem temere committerem.

2 Fretus ergo et dilectione et religione uestra quam satis noui his litteris et hortor et mando ut uos, quorum minime illic inuidiosa et non adeo periculosa praesentia est. uice mea fungamini circa gerenda ea quae administratio religiosa deposcit. habeatur interim quantum potest et quomodo potest pauperum cura, si qui tamen inconcussa fide stantes gregem Christi non reliquerunt, ut his ad tolerandam paenuriam sumptus per uestram diligentiam suggeratur, ne quod circa fidentes tempestas non fecit circa laborantes necessitas faciat. confessoribus etiam gloriosis impertiatur cura propensior. et quamquam sciam plurimos ex his fratrum uoto et dilectione susceptos, tamen si qui sunt qui uel uestitu uel sumptu indigeant, sicut etiam pridem uobis scripseram cum adhuc essent in carcere constituti, subministrentur eis quaecumque

2 tum *r* ut] et *C* gubernaculum *Cio* 3 utilitati *T* (*sed* ti *ex* te) et] ex *R* 4 examinatam *R*, exanimata *N* delimare *CRio* possimus *Cio* adhuic *T* 5 tenerem *NT* respecto *NT* utilitatium *NT* 6 nostrum *NRTV*, nostrorum *Cio* pertinet *NRT* quorum *C* 7 redderetur *NT* 8 sua cura *Ciov*, sua *T* inpensa *T* et etiam *N* 9 consilii auctor] consiliator *NT* nec *om. R* me ... maxime *om. Rio* 10 conspectu *T* eius loci] eis locis *io*, ei loco c̃ *C sed add. m. 2 in marg.* ubi *om. C*, in quibus *io* fragitatus hanc *R* 11 me temere *Cio* 12 et dilectione] dilectione *Cio* relegione *ex* legione *C m. 2* nouis *R* 13 illic *i s. l. m. 2* 14 uice *ex* uite *CT* 15 abeatur *N*, habet aut *R* 16 si] se C^1. sed C^2*iov* 17 stantis *NT* christus *R* relinquerunt *C* 20 fatiet C^1 21 propensior] prosperior *NT* 22 susceptos] suspectos *CR* uestitum uel sumptus *R* 23 etiam *om. N* scribere *C* adhuc] huc *C*, *om. V* 24 carcerem *C* quicumque C^1

necessaria, modo ut sciant ex nobis et instruantur et discant quid secundum scripturarum magisterium ecclesiastica disciplina deposcat, humiles et modestos et quietos esse debere, ut honorem sui nominis seruent, ut qui gloriosi uoce fuerint sint et moribus gloriosi, faciant se dignos ut in omnibus Dominum promerentes ad caelestem coronam laudis suae consummatione perueniant. plus enim superest quam quod transactum uidetur, cum scriptum sit: ante mortem ne laudes hominem quemquam, et iterum: esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam uitae, et Dominus quoque dicat: qui tolerauerit usque ad finem hic saluabitur. imitentur Dominum qui sub ipso tempore passionis non superbior sed humilior fuit. tunc enim discipulorum suorum pedes lauit dicens: si ego laui pedes uestros magister et dominus, et uos debetis aliorum pedes lauare. exemplum enim dedi uobis ut sicut ego feci et uos aliis faciatis. item Pauli apostoli documenta sectentur, qui post carcerem saepe repetitum, post flagella, post bestias, circa omnia mitis et humilis perseuerauit, nec post tertium caelum et paradisum quicquam sibi insolenter adsumpsit dicens: neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore et fatigatione nocte et die operantes, ne quem uestrum grauaremus.

8 Eccles. 11, 30. 9 Apoc. 2, 10. 10 Matth. 10, 22. 13 Io. 13. 14. 15. 20 II Thess. 3, 8.

1 sunt necessaria *CRTo*, necessaria sunt *i*; sunt *om.* *N* modo] modicum *Cio* nobis *i* instruatur *NT* et] ut *C* discant] sciant *N* quod *ex* qui *C* 2 ecclesiasticam disciplinam C^1N 3 humilis C^1, humiles esse *NT* modestes *R* et quietos et modestos *o* 4 nominis sui *o* ut *CNTVio*, et *Rv* uoci *NT* fuerunt *Tio* moribus] timoribus *R* 5 domino *R* 6 perueniat NR^1T 8 laudem *ex* laudibus *C* 11 ad] in *o* imitemur C^1 dominus *R* 12 humiliore *R* 13 discipulorum] apostolorum *NT* suorum] istorum *N* ego] ergo *C* 16 aliis *om.* *Vov* 17 sectantur *ex* p̄ctrtantur *C*, testantur *io* quo *T* 18 bestiis C^1 perserauit *T* 19 nec] ne *C* quiqnam *N* 20 neque enim *i* panem gratis *o*, satis panem *C* 21 aliquo] uestrum *add.* *Vv* 22 ut ne *Cio* quem] quid *T* grauaremur *T*

3 Haec singula, oro uos, insinuate fratribus nostris. et quia exaltabitur qui se humiliauerit, nunc est ut magis insidiantem aduersarium metuant, qui fortiorem quemque magis aggreditur et acrior factus hoc ipso quo uictus est superantem superare conatur. dominus faciet ut et ego illos uidere et salutari exhortatione conponere mentes eorum ad seruandam gloriam suam possim. doleo enim quando audio quosdam improbe et insolenter discurrere, ad ineptias uel ad discordias uacare, Christi membra et iam Christum confessa per concubitus inlicitos inquinare, nec a diaconis aut presbyteris regi posse, sed id agere ut per paucorum prauos et malos mores multorum et bonorum confessorum gloria honesta maculetur: quos uereri debent, ne ipsorum testimonio et iudicio condemnati ab eorum societate priuentur. is enim demum confessor inlustris et uerus est de quo postmodum non erubescit ecclesia sed gloriatur.

4 Ad id uero quod scripserunt mihi conpresbyteri nostri Donatus et Fortunatus et Nouatus et Gordius, solus rescribere nihil potui, quando a primordio episcopatus mei statuerim nihil sine consilio uestro et sine consensu plebis mea priuatim sententia gerere. sed cum ad uos per Dei gratiam uenero, tunc de his quae uel gesta sunt uel gerenda, sicut honor mutuus poscit, in commune tractabimus. opto uos, fratres carissimi ac desi-

1 uestris *C* quia] qui *C sed* ui *in ras.*, quia his *NR*, quia is *io*^{2} exaltabit *C*, exaltantibus *R* 2 qui *om. C* humiliauerint *T* 3 quemque] quem *T* 4 quo *C*^{2}*NRTV*, qui *C*^{1}, quia *io* 5 dominum *NT* faciat *iov* et *om. N* illos] illos martyres *N*, illos matures *T*, illos maturius *V*, martyres illos *R*, martirum illos *C*, iterum illos *io*, iterum illos mature *v* salutare *C* exortatione *o*, exhortatione nec *N*, et (et *om. C*) exercitatione *CR* 8 discurrere et *v* 9 menbra *io* concubitos *C*^{1} inquinari *iov* 10 a] ad *T* presbiteris aut diaconis *o* regi *om. N*, regio *T* sed] se *N* id *om. N*, it *T* 11 prauos] paruos *N* multorum] mortuorum *R sed* u *s. l.* 12 debeant *CR* 13 iudicio et testimonio *o* 14 p̃uentur *C*^{1}*RT* is] his *CR* 16 scripserint *T* 17 et] ẽ *N* et fortunatus *om. CRio* et nouatus] et notus *o*, ẽ nouatus *N*, nouatus *v* et] ẽ et *N* gurdius *Cio* rescriberent *N*^{1} nil *Cio*, nichil *N* 18 a] ad *R* mei] me *R* nichil *Ni* 20 sed *om. NT* iis *v* 21 *prius* uel *i. s. l. m. 2* gerenda] generanda *T* 22 tractauimus *T* opto . . . ualete *om. Cio* ac] et *N*

derantissimi, semper bene ualere et mei meminisse. fraternitatem si qua uobiscum est multum a me salutate et ut nostri meminerint admonete. ualete.

EPISTVLA XV.

CYPRIANVS MARTYRIBVS ET CONFESSORIBVS CARISSIMIS FRATRIBVS S.

Sollicitudo loci nostri et timor Dei conpellit, fortissimi ac 1
beatissimi martyres, admonere uos litteris nostris ut a quibus tam deuote et fortiter seruatur fides Domini ab isdem lex quoque et disciplina Domini reseruetur. nam cum omnes milites Christi custodire oporteat praecepta imperatoris sui, tunc uos magis praeceptis eius obtemperare plus conuenit, qui exemplum ceteris facti estis et uirtutis et timoris Dei. et credideram quidem presbyteros et diaconos qui illic praesentes sunt monere uos et instruere plenissime circa euangelii legem, sicut in praeteritis semper sub antecessoribus nostris factum est, ut diaconi ad carcerem commeantes martyrum desideria consiliis suis et scripturarum praeceptis gubernarent. sed nunc cum maximo

1 mei *om. N* 2 si quam *R,* quae *v* 3 meminerit *Nv* ualc *T, om. R.* — Explicit ad presbyteros et diacones (diaconis *R*) *CR,* Explicit ad diacones et presbyteros *o,* Ad Rogatianum et ceteros confessores *NT, om. i.*

Epist. XV. — Incipit ad martyres et confessores *C¹R,* Incipit ad martyres (martyras *Q*) et confessores qui lapsis petierunt pacem dari (*add. CT:* et corripit pr̃ qui pacem dederunt eis qui poenitentiam non egerunt) *C²QT.* — 5 et confessoribus *om. QR* 7 domini *v* ac *om. MR (exh. Q)* 8 beatissimi *om. R* martyres] fratres *CRv* 9 tam] dam *Q* dñõ *C* eisdem *C,* hisdem *TQ* quoque lex et *Q* 10 dñoi *C* omnes] honestos *V,* omnes si *M* (omnes *Q*) 11 imperatores *R* tum *Rv* 13 ceteris et *C¹* estis et] estis ex *R* crediderim *R* quidem] quid *TQ* 14 diac̃ *C* 15 euangelium *QT* lege *R,* legis *QT* praeteritum *CRv* 16 factum ut et *R sed in ras.,* factum ut (ut *ex* et) *C* diaconis *C* is *corr. in* es *m. 2* 17 commemorantes *R,* commorantes *ex* commemoratis *C,* conuenientes *V teste Oxon.* martyres *V t. Ox.*

animi dolore cognosco non tantum illic non suggeri diuina praecepta, sed adhuc potius impediri, ut ea quae a nobis ipsis et circa Deum caute et circa sacerdotem Dei honorifice fiunt a quibusdam presbyteris resoluantur, qui nec timorem Dei nec episcopi honorem cogitantes, cum uos ad me litteras direxeritis, quibus examinari desideria uestra et quibusdam lapsis pacem dari postulastis, cum persecutione finita conuenire in unum cum clero et recolligi coeperimus, illic contra euangelii legem, contra uestram quoque honorificam petitionem, ante actam paenitentiam, ante exomologesim grauissimi adque extremi delicti factam, ante manum ab episcopo et clero in paenitentiam inpositam, offerre pro illis et eucharistiam [dare] id est sanctum Domini corpus profanare audeant, cum scriptum sit: qui ederit panem aut biberit calicem Domini indigne reus erit corporis et sanguinis Domini.

2 Et lapsis quidem potest in hoc uenia concedi. quis non mortuus uiuificari properet? quis non ad salutem suam uenire festinet? sed praepositorum est praeceptum tenere et uel properantes uel ignorantes instruere, ne qui ouium pastores esse debent lanii fiant. ea enim concedere quae in perniciem uertant decipere est: nec erigitur sic lapsus, sed per Dei offensam magis inpellitur ad ruinam. uel ex nobis itaque discant, quando docere

13 I Cor. 11, 27.

1 animo *Q* dolere *T* illic] illic uobis *v* suggere* *T* 2 impediri *RTQV*, inueniri *C* et circa dnm caute *C*, *om. T* 7 persecutionem finitam uenire et *C* 8 et *om. CR* cepimus C^1 illic* *T*, illi C^2Rv contra uestram] uestram *Q* 10 exhomologisim grauissimam *Q* dilecti *R* facta *C*, facitam *TQ* 11 manu *Q* ab episcopo] epi *ex* epm *C m. 2* cleri in *C* ri *corr.* in *exp.* penitentia C^2, paenitentiae Q^2 (paenitentiam Q^1M) inposita C^1 12 dare *om. V* 14 bibere C^1 15 corpus C^1 16 potest] potentes *C* es *corr.* ueniam *TQ* concedere *C sed* re *s. l.* quis] quis enim *v* mortuos *C* 17 uiuificare *R* properet] optet *CR* festinet] sustinet *Qv;* festinet... tenere *om. C* 18 tenere] inuenire *R* 19 ne qui] neq. *C* debet *R* 20 lanii] uani *CR* fiant *exp. C*, fiante *Q* (fiant *M*) eae C^1, a *Q* (ea *M*) concordere C^1 pernitiam *C* 21 sic] si *R* per** *T* 22 quando] quod *CRv*

debuerant. petitiones et desideria uestra episcopo seruent, ad pacem uobis petentibus dandam maturum et pacatum tempus expectent. ante est ut a Domino pacem mater prior sumat, tunc secundum uestra desideria de filiorum pace tractetur.

Et quoniam audio, fortissimi et carissimi fratres, inpudentia 3
uos quorundam premi et uerecundiam uestram uim pati, oro uos quibus possum precibus ut euangelii memores et considerantes quae et qualia in praeteritum antecessores uestri martyres concesserint, quam solliciti in omnibus fuerint, uos quoque sollicite et caute petentium desideria ponderetis, ut pote amici Domini et cum illo postmodum iudicaturi inspiciatis et actum et opera et merita singulorum, ipsorum quoque delictorum genera et qualitates cogitetis, ne si quid abrupte et indigne uel a uobis promissum uel a nobis factum fuerit, apud gentiles quoque ipsos ecclesia nostra erubescere incipiat. uisitamur enim et castigamur frequenter et ut Domini mandata incorrupta et inuiolata permaneant admonemur. quod quidem nec illic apud uos cessare cognosco quo minus plurimos quoque ex uobis instruat ad ecclesiae disciplinam diuina censura. hoc autem totum potest fieri, si ea quae a uobis petuntur religiosa contemplatione moderemini, intellegentes et conprimentes eos qui personas accipientes in beneficiis uestris aut gratificantur aut inlicitae negotiationis nundinas aucupantur.

1 dubuerant *T* (ue *in ras.*) seruet *R'*, seruent et *v* 2 nobis *V* 3 expectant ante est ut *T*, expectantest *** ut *Q* (expectante est ut *M*), exspectant est at ut *R*, expectent *Oxon.* dñi *R* i *in ras.* 4 tractabitur *V* 5 quoniam] quod *C* 6 uos *om. CR* corundam *C* ab inpudentibus quibusdam uos *V* premi* *Q* (praemia *M*) et *exp. C* uim pati *om. CR* pati oro] patior *TQ* 9 solliciti et cauti *RQ* in omnibus ... caute *om. Q* uos] nunc uos *V*, tunc *T* 10 petentium] penitentium *R* ponderitis *C* ut pote *T* o *in ras.*, ut postea *CR* 11 iudicaturi] dicaturi *Q* 13 qualitatis *Q* uel a u. promissum *T s. l.* 14 nobis ipsis *M* ips *s. l. m. 2* (nobis *Q*) 15 ipsas ecclesiae *C'* 16 ut] uti uobis *R*, ut in nobis *C* dñm *C* 17 uiolata *Q* permaneat *TQ* quo *T* nec *om. Q* 18 quod minus *C sed* minus *exp.* 20 eaque *T* petentur *T'*; *add. CR:* non facile tribuantur (tributantur *R*) religiosa ... *p. 516,2* mandaui *om. CR* 21 moderamini *T* eas *TQ* 22 gratificentur *TQ* in illicite *T*, inlicite *Q* (illiciteite *M*) cogitationes nundinas *Q*, cogitationes mundanas *T* 23 auteupantur *T*

4 De hoc et ad clerum et ad plebem litteras feci, quas utrasque uobis legi mandaui. sed et illud ad diligentiam uestram redigere et emendare debetis, ut nominatim designetis eos quibus pacem dari desideratis. audio enim quibusdam sic libellos fieri ut dicatur 'communicet ille cum suis' quod numquam omnino a martyribus factum est, ut incerta et caeca petitio inuidiam nobis postmodum cumulet. late enim patet quando dicitur 'ille cum suis' et possunt nobis et uiceni et triceni et amplius offerri qui propinqui et adfines et liberti ac domestici esse adseuerentur eius qui accepit libellum. et ideo peto ut eos quos ipsi uidetis, quos nostis, quorum paenitentiam satisfactioni proximam conspicitis, designetis nominatim libello et sic ad nos fidei ac disciplinae congruentes litteras dirigatis. opto uos, fortissimi ac dilectissimi fratres, in Domino semper bene ualere et nostri meminisse. ualete.

1 hoc et] hoc *Q* 2 uobis legi uo̸bis *T* et] ut *TQ* diligentia R^1 uestra R^1, urm *C* 3 et *C s. l. m. 2* desinctis *Q*, desinitos *T* 4 quibusdam *corr. in* quosdam *C* libello *C* 5 fieri *corr. in* inseri *C* 6 ut incerta *om. C* caeca] certa *Q*, copta *R* (*fort. corruptum ex* cooperta) 7 quomulet C^1 8 nobis *T s. l.* et uigeni Q^1 (et ui**ceni *M*), ut uiceni *T*, ut ui*ceni *R*, uiceni *ex* ueni *C m. 2* trigeni Q^1 (triceni *M*), treceni C^1 9 ac *ex* ae *C*, hac *Q* 10 adseuerarentur *TQ*, asserentur *R*, adseruntur *C* acocpit *Q*, acoipit *T* 11 ipsi quos uidetis nostis *Q* noctis *C* satisfactionis C^1T, *om. V* 12 proximam *om. V* libellos *CR* 13 ac *ex* ad *C* opto . . . ualete *om. C* 14 dilectissimi] fidelissimi *RV* semper] saluos *V* '*atque ita alias saepe*' *liber Gotting.* 15 ualete *om. RQ* (*exh. M*). — Ad martyres et confessores explicit *CR*, Epistula Cipriani (*om. Q*) ad martyres (martyras *Q*) et confessores qui lapsis petierunt pacem dari (*add. T:* et corripet ppbb qui pacem dederunt eis qui poenitentiam non egerunt) explicit *TQ*. —

EPISTVLA XV.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIS FRATRIBVS S.

Diu patientiam meam tenui, fratres carissimi, quasi uere- **1**
cundum silentium nostrum proficeret ad quietem. sed cum quorundam inmoderata et abrupta praesumptio temeritate sua et honorem martyrum et confessorum pudorem et plebis uniuersae tranquillitatem turbare conetur, tacere ultra non oportet, ne ad periculum et plebis pariter et nostrum taciturnitas nimia procedat. quod enim non periculum metuere debemus de offensa Domini, quando aliqui de presbyteris nec euangelii nec loci sui memores, sed neque futurum Domini iudicium neque nunc sibi praepositum episcopum cogitantes, quod numquam omnino sub antecessoribus factum est, cum contumelia et contemptu praepositi totum sibi uindicent?

Atque utinam non prostrata fratrum nostrorum salute sibi **2**
omnia uindicarent? contumelias episcopatus nostri dissimulare et ferre possem, sicut dissimulaui semper et pertuli. sed dissimulandi nunc locus non est, quando decipiatur fraternitas nostra a quibusdam uestrum: qui dum sine ratione restituendae

Epist. XVI. — Incipit ad presbyteros et diaconos *R*, Incipit ad clerum (Incipit ad presb̄ et diacōn feliciter incipit ad clerum *C*) de quibusdam pp̄b̄b qui temere pacem lapsis dederunt necdum sedata persec (per se *C*, pars *T*, persec *Q*) et (et *om. C*) citra conc̄ (consilium *C*, conscientia *Q*) episcoporum (coepiscoporum *C*) *CTQ*. — 2 diaconibus C^2*Tv* 3 diu *ex* da *C* quasi ueracundum *C* i *s. l.* 4 perficeret *C* sed] at *ex* ad *C* 5 adrupta *TQ* temeritate] tamen merita *R* suae *T* 6 confessorem *CTQ* uniuersa et *T*, uniuersae et C^1 7 tranquillitate *R* conentur *TQ* oportere *ex* oportet *Q* (oportet *M*) 8 et plebis] plebis *C* procedit C^1, precedat *Q* (procedat *M*) 10 deum *T* aliqui *om. T* de *om. C* presbiteris *C* 11 memeres *R* 12 episcoporum *Q* orum *in ras.* (ep̄m *M*) quod *C s. l. m. 2* 13 est *om. C* contemptum *T* 14 indicent T^1; uindicent . . . omnia *om. CR* 15 prostrata] contra *Oxon.* salutem *Q Oxon.*, salutate *T* 16 contumeliam *CRv* 17 possum *C Oxon.* sed *om. C* dissimulari *ex* dissimulacridi *C* 18 decipi·tur *Q* (decipiatur *M*), decipitur *v* 19 a *om. C*

salutis plausibiles esse cupiunt, magis lapsis obsunt. summum enim delictum esse quod persecutio committi coegit sciunt ipsi etiam qui commiserunt, cum dixerit Dominus et iudex noster: qui in me confessus fuerit coram hominibus, et ego in illo confitebor coram patre meo qui in caelis est: qui autem me negauerit et ego illum negabo, et iterum dixerit: omnia peccata remittentur filiis hominum et blasphemiae. qui autem blasphemauerit spiritum sanctum, non habet remissam, sed reus est aeterni peccati, item beatus apostolus dixerit: non potestis calicem Domini bibere et calicem daemoniorum. non potestis mensae Domini communicare et mensae daemoniorum. haec qui subtrahit fratribus nostris decipit miseros: ut qui possunt agentes paenitentiam ueram Deo qua patri et misericordi iam precibus et operibus suis satisfacere, seducantur, ut magis pereant et qui erigere se possunt plus cadant. nam cum in minoribus peccatis agant peccatores paenitentiam iusto tempore, et secundum disciplinae ordinem ad exomologesin ueniant, et per manus inpositionem episcopi et cleri ius communicationis accipiant, nunc crudo tempore per-

4 Matth. 10, 32. 33. 7 Marc. 3, 28. 29. 10 I Cor. 10, 21.

1 esse se *C* 2 persecutio] per se *C* coegit] coepit *CR* sociunt *C* 3 noster] nst *C* 4 in *om. CQv (exh. M)* 5 in illo] illum C^2v *sed post* confitebor *C* confitebor *om. R* 6 qui] quicumque *C* que *s. l.; item l. 8* 7 dicit *Q* remittuntur *T* 8 et *om. Q* autem *om. C* in spiritum *CRVv* 9 habebit *Cv* est *om. R*, erit *C* 10 apostolus paulus *CR* dixit CRQ^2 (dixerit MQ^1) 11 domini b. et calicem *om. R* 12 communicare *C s. l. m. 2* 13 decepit C^1, despicit *R* 14 ut *corr. in* et *C* deo qua MQ^1V, deo quam *T*, deoque Q^2v, deo *CR* 15 misericordi iam *scripsi*, misericordiam *CQ*, misericordia *T*, misericordi *Rv*, ad misericordiam *Manutius* precibus] optinere *add. C s. l. m. 2* et operibus *om. V* 16 seducuntur *CRQ* (seducantur *M*) eregi *R*, mergi *C sed* m *s. l.* se *om. CRT* possent *v* 17 cadunt *ex* cadent *C* minoribus] *add. R:* suis satisfacere seducuntur ut magis pereant 18 iusto] in isto C^2R, ista C^1 et *om. C* disciplinam eorum *V* ad] et ad *ex* ead *C* 19 exomologisim *Q* 20 cleri ius] clericis T^1, clericorum *ex* clericus *C* communicationibus QT^1, communicationẽ *C sed* nẽ *sup. ras.* accipiunt *Q* (accipiant *M*) rudo *R*, crudi *C* i *ex* o

secutione adhuc perseuerante, nondum restituta ecclesiae ipsius pace, ad communicationem admittuntur, et offertur nomine eorum, et nondum paenitentia acta, nondum exomologesi facta, nondum manu eis ab episcopo et clero inposita, eucharistia illis datur, cum scriptum sit: qui ederit panem aut biberit calicem Domini indigne reus erit corporis et sanguinis Domini.

3 Sed nunc illi rei non sunt qui minus scripturae legem tenuerunt. erunt autem rei qui praesunt et haec fratribus non suggerunt ut instructi a praepositis faciant omnia cum Dei timore et cum data ab eo et praescripta obseruatione. exponunt deinde inuidiae beatos martyras, et gloriosos seruos Dei cum Dei sacerdote committunt, ut, cum illi memores loci nostri ad me litteras direxerint et petierint tunc desideria sua examinari et pacem dari quando ipsa ante mater nostra pacem de misericordia Domini prior sumpserit et nos diuina protectio reduces ad ecclesiam suam fecerit, hi sublato honore quem nobis beati martyres cum confessoribus seruant, contempta Domini lege et obseruatione quam idem martyres et confessores tenendam mandant, ante extinctum persecutionis metum, ante reditum nostrum, ante ipsum paene martyrum excessum, communicent cum lapsis et offerant et eucharistiam tradant, quando etiam si

5 I Cor. 11, 27.

1 perseuerantem *T* restitutae *R*, restituit *Q* 2 pacem *Q* ad *ex* et *C* offeruntur *C* untur *in ras.* nomina *C*, nomen *Qv* 3 et *om. CR* nondum p. acta *om. C* exhomologisim *Q* facta] finita *CR* 4 manum *Q* eius C^1 et] et in *T*, ut in *Q* inpositae *R* 7 sanguinis dei *R*, sanguinis *T* 8 tenent *Tv*, nouerunt *CR* 9 erunt autem rei *om. Q* praesunt] reisunt *Q* haec fratribus] confratribus *C* 12 martyres *CTv* 13 loci] longi MQ^1, longis Q^2, legis *cod. Angl.* nri *corr. in* nre *Q m. 2* (nri MQ^1) 14 direxerit *R*, dixerint *CQ* et petierint *om. CR* tunc] cum tunc debeant *CR* sua] singulorum *CR* pax *CR* 15 dare *T* nostra] ecclesia *add. v* dei misericordia *CR* 16 sumerit *R* nos *ex* non *C* protectio** *T*, protectione *C*, profectio *R* 18 cum contempta *R* lege et] lege *QR* 19 tenenda *QT* 20 mandat *T*, manda R^1, mandata QR^2 redditum *T* 21 ipsorum *CR* communient *C* ent *corr. in* cant 22 offerunt C^2 et *om.* C^1QR tradunt C^2 si] nisi *Q*

martyres per calorem gloriae minus scripturam contemplantes contra legem Domini plus aliquid cuperent, a presbyteris et diaconis suggerentibus admoneri deberent, sicut semper in praeteritum factum est.

4 Castigare nos itaque diuina censura nec noctibus desinit nec diebus. praeter nocturnas uisiones per dies quoque impletur apud nos spiritu sancto puerorum innocens aetas, quae in ecstasi uidet oculis et audit et loquitur ea quibus nos Dominus monere et instruere dignatur. et audietis omnia quando me ad uos reducem fecerit Dominus, qui ut secederem iussit. interim temerarii et incauti et tumidi quidam inter uos, qui hominem non cogitant, uel Deum timeant, scientes quoniam si ultra in isdem perseuerauerint, utar ea admonitione qua me uti Dominus iubet, ut interim prohibeantur offerre, acturi et apud nos et apud confessores ipsos et apud plebem uniuersam causam suam, cum Domino permittente in sinum matris ecclesiae recolligi coeperimus. de hoc ad martyras et confessores et ad plebem litteras feci quas utrasque legi uobis mandaui. opto uos, fratres carissimi ac desiderantissimi, in Domino semper bene ualere et nostri meminisse. ualete.

1 minus glo.iae *C* scripturam minus *v*, minus scripturam minus *Q* 2 contra legem domini *om. Vv* 3 diaconibus *T* preteritis *C* 5 cessura *C* 6 nocturnas enim *v* 7 apud nos impletur *CR*, inplentur apud nos *Q* quae] quia *C* in *om.* C^1R extasi *CQRT* 8 in oculis *Q* audiet *T* (et *om.*) 9 auditis *R*, audiet *C* 10 reduce *T*, reducet *R* ad uos reducem me *v* dominus fecerit *CRv* iunxit C^1 11 morarii *M* (temerarii *Q*) quidem C^1R 12 dominum *TQ* (dn͠o *M*) 13 hisdem *CR* perserauerint *R* utaer *C* admonitionem *T* quam *CQR* me] e *C, om. M (exh. Q)* uti] ut *Q* 14 ut *om. CR* 15 istos *C* 16 cum *om. Q* pertimente *C* in] cum in Q^2 (in MQ^1) sinu *Q* 17 colligi *Q*, collegio *T* ad] et ad *CQ* martyreas C^1, martyres *CTv* et *om. C*, ipsos et *Q* ad] apud *Q* 18 uobis legi *v* opto . . . ualete *om. C* 20 ualete *om. R*. — Caecili Cypriani *(om. R)* ad presbyteros et diaconos explicit *CR*, Ad clerum de quibusdam presbyteris qui temere pacem lapsis dederunt necdum sedata pres (pars *T*) et citra (contra *T*) conc͠ (concupiscentiam *Q*) episcoporum explicit *(*explicit *om. M*, *exh. Q) TQ*. —

EPISTVLA XVII.

CYPRIANVS FRATRIBVS IN PLEBE CONSISTENTIBVS S.

Ingemescere nos et dolere ruinas fratrum nostrorum ex me 1
scio, fratres carissimi, qui et ipse uobiscum pro singulis ingemesco pariter et doleo et patior ac sentio quod beatus apostolus dicit: quis infirmatur, inquit, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et non ego uror? et iterum posuit in epistula sua dicens: si patitur membrum unum, conpatiuntur et cetera membra: et si laetatur membrum unum, conlaetantur cetera membra. conpatior ego, condoleo fratribus nostris, qui lapsi et persecutionis infestatione prostrati partem nostrorum uiscerum secum trahentes parem dolorem nobis suis uulneribus intulerunt: quibus potens est diuina misericordia medellam dare. properandum tamen non puto nec incaute aliquid et festinanter gerendum, ne dum temere pax usurpatur diuinae indignationis offensa grauius prouocetur. fecerunt ad nos de quibusdam beati martyres litteras petentes examinari desideria sua. cum pace nobis

6 II Cor. 11, 29. 8 I Cor. 12, 26.

Epist. XVII. — Incipit ad plebem facta significans quid (qui *Q*) ad eum martyres (martyras *Q*) de lapsis petierint (petier̃ *E*, petierunt *Q*) *ETQo*. Ad plebem ut non facile aliquis communicet ex eis qui curati sunt nisi pent legiptime egerit *μ*, *om. ω*. — 3 ingemiscere $E\mu^2$, intremiscere μ^1 dolore *T* ex me scio] mereor *ω* 4 fratres . . . ingemesco *om. Eoω* 5 sentior *μ* apostolus beatos T^1 6 dixit *μν* inquit *om. ω* 7 qui *E* ego non *μον* 8 conpatitur *ω* unum membrum *To* 9 membra *om. μ* 10 unum membrum *o* et conlaetantur *EQ*, et collactantur et *o*, collaetantur et *μων* 11 ego *Tμ*, ergo *EQoω* condoleor *T*, et condoleo *Eoμων* de fratribus *μν* lapsis *Q*, *om. μ* 12 perstrati *ω* 13 parem] rem E^1Q, acrem E^2o 14 properam dum *TQ*, properamus dum $E^1\omega$, dum E^2, *om. o* 15 puto *in* putem *corr. Q m. 2* (puto *M*), putẽ *ω*, pute E^1, putent propere E^2; putent propere tamen *o* et *E s. l. m. 2*, *om. ω* 16 ne dum *om. M*, nesi dum *Q sed* nesi *s. l. m. 2*, ne si *Eoω* usurpetur *EQoω* 18 nobiscum *T*

omnibus a Domino prius data ad ecclesiam regredi coeperimus, examinabuntur singula praesentibus et iudicantibus uobis.

2 Audio quosdam tamen de presbyteris nec euangelii memores nec quid ad nos martyres scripserint cogitantes nec episcopo honorem sacerdotii sui et cathedrae reseruantes iam cum lapsis communicare coepisse et offerre pro illis et eucharistiam dare, quando oporteat ad haec per ordinem perueniri. nam cum in minoribus delictis quae non in Deum committuntur paenitentia agatur iusto tempore et exomologesis fiat inspecta uita eius qui agit paenitentiam, nec ad communicationem uenire quis possit nisi prius illi ab episcopo et clero manus fuerit inposita, quo magis in his grauissimis et extremis delictis caute omnia et moderate secundum disciplinam Domini obseruari oportet. quod quidem nostros presbyteri et diaconi monere debuerant, ut commendatas sibi oues fouerent et diuino magisterio ad uiam deprecandae salutis instruerent. ego plebis nostrae et quietem noui pariter et timorem: in satisfactione Dei et deprecatione uigilarent, nisi illos quidam de presbyteris gratificantes decepissent.

3 Vel uos itaque singulos regite et consilio ac moderatione uestra secundum diuina praecepta lapsorum animos temperate. nemo inportuno adhuc tempore acerba poma decerpat. nemo nauem suam quassatam et perforatam fluctibus priusquam diligenter eam refecerit in altum denuo committat. nemo tunicam scissam accipere et induere properet, nisi eam et ab artifice

2 tunc examinabuntur μv 3 tamen quosdam $o\mu$, quosdam T *sed* dam *s. l.* 4 episcopi $E^1 QT\omega$; episcopi honorem nec uigorem *malim* 5 sacerdoti sui $E^1 Q$, sacerdotis sui ω, sacerdotes ui T seruantes o 6 coepisse et] coepisset M, coepisse $E^1 Qo\omega$ 7 peruenire μ cum *om.* $E^1 TQ$, cō cum μ 8 dño T, dñm μ 9 iusto . . . paenitentiam *om.* μ^1 inspecta uita] inspectauit QT 12 quo *scripsi*, quod $E^1 TQ$, quanto $E^2 ov$, hoc ω, quō μ *sed* uo *in ras. m. 2* 13 disciplina T obseruare μ^1 14 quod] uos *Latinius* nostros] nostri $\mu^1 v$; nostri eos *fort.* diacones $EQo\omega$ 16 ego] ergo ω 17 in] qui in μv depraecationem Q 18 uigilare $Eo\omega$ presbyteris] praepositis μ 20 et] e μ 21 uestra et μ animas Q (animos M) 22 ut nemo $V\mu^2$, ut nc μ^1 inportuno adhuc $TV\mu$, adhuc inportuno $EQo\omega v$ 23 nauem T *sed* n *s. l.*, a nauem Q fructibus Q 24 eam *om.* μv 25 properet] potest $EQo\omega$ et ab] ab $EQo\omega$

perito sartam uiderit et a fullone curatam receperit. audiant quaeso patienter consilium nostrum, expectent regressionem nostram, ut cum ad uos per Dei misericordiam uenerimus, conuocatis coepiscopis plures secundum Domini disciplinam et confessorum praesentiam et uestram quoque sententiam beatorum martyrum litteras et desideria examinare possimus. de hoc et ad clerum et ad martyras et confessores litteras feci quas utrasque legi uobis mandaui. opto uos, fratres carissimi ac desiderantissimi, in Domino semper bene ualere et nostri meminisse. ualete.

EPISTVLA XVIII.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS FRATRIBVS S.

Miror uos, fratres carissimi, ad multas epistulas meas quas I
ad uos frequenter misi nihil rescripsisse, cum fraternitatis nostrae uel utilitas uel necessitas sic utique gubernetur, si a uobis instructi rerum gerendarum consilium limare possimus. quoniam tamen uideo facultatem ueniendi ad uos nondum esse et iam aestatem coepisse, quod tempus infirmitatibus adsiduis et grauibus infestat, occurrendum puto fratribus nostris, ut qui libellos

1 peritori *T*, *om.* *μ* persartam *μ* a *om.* *T* 2 nostrum] meum *ω* 3 ueneremus *TQ*, uenìremus *M* conuocati *Eoωv* 4 coepi *EMQ²oωv* (coepis *Q¹*), epis *μ* pluribus *μ* 5 et uestram q. sententiam *om* *EQoω* 6 et desideria . . . litteras *om.* *ω;* desideraria *T* possumus *E¹TQ* hoc et] hoc *EQoωv* 7 martyres *Eoωv* 8 uos *M* (uobis *Q*) ac d. i. domino *om.* *μ* 9 et n. m. ualete *om.* *μ* meminisse] memores esse *V* 10 ualete *om.* *ω*. — Epistula (Explicit epistola *o*, *om.* *E¹Q*, epistula ad plebem facta *T*) significans quid ad eum martyres (martyras *Q*) de lapsis petierunt explicit *(om. o)* *ETQo*, *om.* *μω*. —
Epist. XVIII. — Incipit ad clerum (aepŭae *add.* *T*) propter lapsos (lapsis *QT*) et cathecuminos (caticuminis *T*, cathecuminis *Q*) ne uacui exirent *EQTo*, Ad plebem facta significans *μ*, *om.* *ω*. — 14 ad uos] uobis *EQoω* nichil *Eoω*, nihil mihi *v*, numquam mihi *V* nostra *ω* 15 sic utiq. quae *Q* *sed* quae *exp.*, sicutquae *M* 16 .erum *T* limare] iuuare *ω* 17 etiam *ex* ita *μ* *m. 2* 18 in infirmitatibus *E¹ω* grauius *T* 19 infestatur *Vv*, infestationibus *μ¹*

a martyribus acceperunt et praerogatiua eorum apud Deum adiuuari possunt, si incommodo aliquo et infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata praesentia nostra apud presbyterum quemcumque praesentem, uel si presbyter repertus non fuerit et urgere exitus coeperit, apud diaconum quoque exomologesin facere delicti sui possint, ut manu eis in paenitentiam inposita ueniant ad Dominum cum pace quam dari martyres litteris ad nos factis desiderauerunt.

2 Ceteram quoque partem plebis quae lapsa est praesentia uestri fouete et ut a fide et misericordiâ Domini non deficiant uestro solacio focillate. neque enim deserentur ab ope et auxilio Domini qui mites et humiles et paenitentiam uere agentes in bonis opinionibus perseuerauerint, quo minus illis quoque diuino remedio consulatur. audientibus etiam, si qui fuerint periculo praeuenti et in exitu constituti, uigilantia uestra non desit, inplorantibus diuinam gratiam misericordia Domini non denegetur. opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere et nostri meminisse. fraternitatem uniuersam meo nomine salutate et ut nostri meminerit admonete. ualete.

1 et … possunt *om.* *Eoω* rogatiua *T* 2 possint *μ* et] aut *ω* 3 expectent $E^{2}o\omega$, expectat E^{1}, expectetur *μ* praesenti *Q*, praesentiam $E^{2}o$, praesentiae $E^{1}\omega$ nostram $E^{2}o$, nostrae *ω* 4 quemcumquem *Q* si] sibi *T* 5 exhomologesis $E^{1}QT$ 6 possunt μ^{1} eius *μ* in *om.* *EQω* paenitentia *QTμ*, poenitentiae *ω* 7 inpositae *T* inposita in poenitentiam *o* uenient $E^{1}Q$ pacem *QT* 9 ceteram *om.* μ^{1} partem quoque partibus *μ* *sed* partibus *exp. m. 2* plebis] leuis *EQoω* (*exp. o et post* quae *add.*) est lapsa *T* uestri] uestra *v*, nr͠i *ex* nr͠ae *μ* 10 ut a] una $QT\mu^{1}$ et *om.* μ^{1} non] ne *μ* 11 focilate $EQT^{2}\mu o^{1}\omega$ 12 hi qui *v* mites *ex* milites *E* et *om.* *μ* et humiles … agentes *om.* *ω* opinionibus] operibus *μv* 14 consolatur $E^{1}Q$ 15 constitui *Q* ut inplorantibus *T* 16 misericordiam *QT* 17 semper] in dn͠o *μ* fraternitatem … admonete *om.* *μ* 19 admonete *T*, *om.* $E^{1}Q$, rogate $E^{2}o$, exorate *ω*, admonete et rogate *v* ualete *om.* *ω*. — Ad clerum (Epistula ad clerum *T*) propter lapsos (lapsis *QT*) et cathecuminos (cathecuminis *QT*) ne uacui exirent (exierent *M*, exi*rent *Q*) explicit *EQT*. Explicit de lapsis et catecuminis *o*, *om.* *μω*. —

EPISTVLA XVIIII.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS FRATRIBVS S.

Legi litteras uestras, fratres carissimi, quibus scripsistis salubre 1 consilium uestrum non deesse fratribus nostris, ut temeraria festinatione deposita religiosam patientiam Deo praebeant, ut quando in unum per eius misericordiam uenerimus, de omnibus speciebus secundum ecclesiasticam disciplinam tractare possimus, maxime cum scriptum sit: m e m e n t o u n d e c e c i d e r i s e t a g e p a e n i t e n t i a m. paenitentiam autem ille agit qui diuini praecepti memor mitis et patiens et sacerdotibus Dei obtemperans obsequiis suis et operibus iustis Dominum promeretur.

Quoniam tamen significastis quosdam inmoderatos esse et ad 2 communicationem accipiendam festinanter urguere, et desiderastis in hanc rem formam uobis a me dari, satis plene scripsisse me ad hanc rem proximis litteris ad uos factis credo, ut qui libellum a martyribus acceperunt et auxilio eorum adiuuari apud Dominum in delictis suis possunt, si premi infirmitate aliqua et periculo coeperint, exomologesi facta et manu eis a uobis in paenitentiam inposita cum pace a martyribus sibi promissa ad Dominum remittantur. ceteri uero qui nullo

8 Apoc. 2, 5.

Epist. XVIIII. — Incipit in qua rescribit (res scripsit *T*) clero de his qui ad pacem festinant *EQTo*, *om. ω*. — 2 diaconibus] dd͞ *Q* 5 disposita *E*¹*QT* ut *om. E*¹*Qω* 6 quando] cum *v* eius *om. ω*, eius in *T* ueniremus *QT* 8 memento** *T* 9 ait *T* diuinis praeceptis *E*²*o* 10 memor *om. EQToω* obtemperantias *T* 11 dn͞o *E*¹*Q* (dn͞m *M*) 12 quosdam ... desideratis *om. ω* et ad *M*, ** ad *Q*, ad *Eo*, et *Tωv; cf. ep. 55 c. 3* 13 desiderati *T* ti *in ras.* 14 hac re *v* formandam *E* a me uobis *v* satis *MQ*¹*T*, sciatis *EQ*²*ω*, ut sciatis *o* 15 ad uos *om. ω* factis. Credo *ita distinguit EoQ* (factis credo *M*) 18 aliqua infirmitate *o* exhomologisin *Q*, exhomologesin *ETo* 19 inposita a uobis in poenitentiam *o* paenitentia *T* 20 sibi] si *T* ad *om. E*¹*QT* remittentur *o* in nullo *o*

libello a martyribus accepto inuidiam faciunt, quoniam non paucorum nec ecclesiae unius aut unius prouinciae sed totius orbis haec causa est, expectent ante de Domini protectione ecclesiae ipsius publicam pacem. hoc enim et uerecundiae et disciplinae et uitae ipsi omnium nostrum conuenit, ut praepositi cum clero conuenientes praesente etiam stantium plebe, quibus et ipsis pro fide et timore suo honor habendus est, disponere omnia consilii communis religione possimus. ceterum quam inreligiosum est et ipsis quoque festinantibus perniciosum ut cum extorres facti et patria pulsi ac bonis suis omnibus spoliati nondum ad ecclesiam redierint, quidam de lapsis confessores ipsos praeuenire et ante ad ecclesiam introire festinent. qui si nimium properant, habent in sua potestate quod postulant tempore ipso sibi plus quam quod postulant largiente. acies adhuc geritur et agon cotidie celebratur. si commissi uere et firmiter paenitent et fidei calor praeualet, qui differri non potest potest coronari. opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere et nostri meminisse, fraternitatem uniuersam meo nomine salutate et ut nostri memores sint admonete. ualete.

3 ante *om. v* de *om. ETοω* dn̄m M^1 Q^1 *T* (dn̄i Q^2, dn̄o M^2) protectione] *reliqua om. Q, in quo sequitur continuo* legimus litteras *etc. quae sunt epistulae 70.* 4 uerecundae *E* 5 nr̄oru *M* conuenit ... clero *om. EMοω* 6 plebe stantium *o* 7 est] et *T* 8 communi *EM*o^1*ω* 9 quam *om. T* 11 redierunt T^1 12 ante] ante eos *ωv* 13 qui si nimium ... *l. 17* potest coronari *adfert Cyprianus epist. 55 c. 3* minimum *o* habeant E^1*MTω* 14 tempore ... postulant *om. EMοω* quam quod *T et Cypr. l. c.*, quam *v* largienter *EMTοω* 15 commisci *T* 16 infirmiter *T* poenitet *v* praeualet] permanet *ω* differi *T* non *om. o* 17 bene semper *ω* 18 uniuersa *M* meo] eo *T* 19 salute M^1 memor *MT*. — Epistula in qua rescribit (rescripsit *T*) clero de his (eis *T*) qui ad pacem festinant explicit *EMTo nisi quod* explicit *praemittit o, om. ω.* —

EPISTVLA XX.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS ROMAE CONSISTENTIBVS FRATRIBVS S.

Quoniam conperi, fratres carissimi, minus simpliciter et minus 1
fideliter uobis renuntiari quae hic a nobis et gesta sunt et geruntur, necessarium duxi has ad uos litteras facere, quibus uobis actus nostri et disciplinae et diligentiae ratio redderetur. nam sicut Domini mandata instruunt, orto statim turbationis impetu primo, cum me clamore uiolento frequenter populus flagitasset, non tam meam salutem quam quietem fratrum publicam cogitans interim secessi, ne per inuerecundam praesentiam nostram seditio quae coeperat plus prouocaretur. absens tamen corpore nec spiritu nec actu nec monitis meis defui quo minus secundum Domini praecepta fratribus nostris in quibus possem mea mediocritate consulerem.

Et quid egerim locuntur uobis epistulae pro temporibus 2
emissae numero tredecim, quas ad uos transmisi, in quibus nec clero consilium nec confessoribus exhortatio nec extorribus quando oportuit obiurgatio nec uniuersae fraternitati ad deprecandam Dei misericordiam adlocutio et persuasio nostra defuit, quantum secundum legem fidei et timorem Dei Domino suggerente nostra mediocritas potuit eniti. postea quam uero et tormenta uenerunt, siue iam tortis fratribus nostris siue adhuc ut torquerentur inclusis, ad corroborandos et confortandos eos noster sermo penetrauit. item cum conperissem eos qui sacri-

Epist. XX. — Incipit ad clerum Romae *F*, Incipit ad Romanos *LN*, Incipit eiusdem secunda *Q*. — 4 comperit *L* 5 et gesta] gesta *Q* 6 necessarius *L*[1] 8 instruuntur *Q* (instruuntur et *M*) orto *om. Q*, hortos *N* 9 uiolent*o *Q* (uiolentior *M*) 10 fratruum *Q* 11 inuerecundiam *Q* 12 quae *Q sed* q *s. l.* (uae *M*) 13 enim tamen *L sed* enim *exp.* monitis] molestis *F* defui *Q*, decuit *FLN* 16 quod *F* 17 missae *NQ* 18 consilium meum *Q* confessionibus *F* exortatio nec *L*, exhortationes *N* 19 fraternitatis *N* 22 initi *Q* et *om. F* 23 tortis] tormentis *F* 24 confortandos *FLNQV*, confirmandos *v* 25 comperisse *N*

legis contactibus manus suas adque ora maculassent uel nefandis libellis nihilominus conscientiam polluissent exambire ad martyras passim, confessores quoque inportuna et gratiosa deprecatione conrumpere ut sine ullo discrimine adque examine singulorum darentur cotidie libellorum milia contra euangelii legem, litteras feci quibus martyras et confessores consilio meo quantum possem ad dominica praecepta reuocarem. item presbyteris et diaconibus non defuit sacerdotii uigor ut quidam minus disciplinae memores et temeraria festinatione praecipites, qui cum lapsis communicare iam coeperant, conprimerentur intercedentibus nobis. plebi quoque ipsi quantum potuimus animum conposuimus et ut ecclesiastica disciplina seruaretur instruximus.

3 Postmodum uero cum quidam de lapsis siue sua sponte siue alio incitatore audaci flagitatione proruerent ut pacem sibi a martyribus et confessoribus promissam extorquere uiolento impetu niterentur, de hoc etiam bis ad clerum litteras feci et legi eis mandaui, ut ad illorum uiolentiam interim quoque genere mitigandam, si qui libello a martyribus accepto de saeculo excederent, exomologesi facta et manu eis in paenitentia inposita cum pace sibi a martyribus promissa ad Dominum remitterentur. nec in hoc legem dedi aut me auctorem temere constitui. sed cum uideretur et honor martyribus habendus et eorum qui omnia turbare cupiebant impetus conprimendus, et praeterea uestra scripta legissem quae ad clerum nostrum per Crementium hypodiaconum nuper feceratis, ut his qui post lapsum infirmitate adprehensi essent et paenitentes communicationem desiderarent subueniretur, standum putaui et cum uestra

2 nihil hominibus *N* 3 martyres *LNv* passim] ut possent *V* 6 martyres *Nv* 7 posse *L* reuocare *M* (reuocarem *Q*) 8 sacerdo *L* 10 coeperint *L* 11 quantis *F* animos *Vv* 12 cumposuimus *M* (conp. *Q*) 15 alio *F*, aliquo *LNQv* audacia *F* flagitione *N* proruerint *F*, prorumperent *Vv* a *ex* cum *N* 16 uiolenti *M* (uiolento *Q*) 18 quoquo *Nv* 20 exhomologesis *FLNQ* manus ei *F* paenitentiam *v* 21 ad dno͠ *LNQ*[1] (ad dn͠m *M*) 24 conprimendum *F* 25 quae *F*, quae hoc *LN*, quae hos *Q*, quae huc *v* 26 clementium *v* his] iis *v* 28 subueuiretur *L*

sententia, ne actus noster qui adunatus esse et consentire circa omnia debet in aliquo discreparet. plane ceterorum causas quamuis libello a martyribus accepto differri mandaui et in nostram praesentiam reseruari, ut cum pace a Domino nobis data plures praepositi conuenire in unum coeperimus, communicato etiam uobiscum consilio disponere singula uel reformare possimus. opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere.

EPISTVLA XXI.

CELERINVS LVCIANO.

Haec cum tibi scriberem, Domine frater, gaudens et tristis 1
eram, gaudens eo quod audierim te pro nomine Domini nostri Iesu Christi saluatoris nostri tentum uel illius nomen penes magistratus huius mundi confessum, tristis autem in eo quod ab eo ex quo te deduxi numquam litteras tuas accipere potui. uel nunc modo duplex mihi tristitia incubuit quod Montanum fratrem nostrum communem abs te de carcere ad me esse uenturum sciebas et de salute tua uel quid penes te agatur mihi non significaueris. sed hoc solet contingere seruis Dei, maxime eis qui in confessione Christi sunt constituti. scio enim quoniam unusquisque iam quae sunt saeculi non attendit, quoniam coronam caele-

1 sententiam *Q* consentiret *Q* 2 quamuis] quam *N* 3 accepito *Q* et] ut *F* nostra praesentia *FQ* 4 ut *ex* et *Q* (ut *M*) pace] a pace *L* 5 praepositis *Q* in unum conuenire *N* 6 consilium *Q* uel *F*, et *LNQv* 7 optamus *F*. — Ad clerum Romae explicit *F*, Ad Romanos (II. *add.* *Q*) explicit (explicat *L*) *LNQ*. —

Epist. XXI. — Incipit epistola Celerini ad Lucianum petens pro nomine Numeriae et Candidae ut eas in mente* habere*t quae Numeria ut dicit praemium dedit ne sacrificarent *T*, Epistola Celerini ad Lucianum conf. pro lapsis orationem et suffragium deprecantes *φ*, Celerini ad Lucianum ut scribat ei et subueniat Numerie et Candide lapsis *w*. — 9 Luciano salutem *v* 10 tibi cum *φ* 12 tenitum *T* uel] et *wv* penes magistratos *T*, magistratus poenes *φ* 13 ab eo] habeo *T* 14 uel] et *v*; *cf. p. 530,9* 15 inconcumbit *w* quod] quod cum *v* montanus frater noster communis *T* 17 sciebam *T*, scribas *Oxon.* et de] et *T*, de *v* 18 sed] et *Oxon.* in *om.* *φ* 19 confessionem *T*

stem sperat. ego enim dixi fortasse oblitum te esse mihi scribere. nam, ut tibi quoque de infimo tuus uel frater dicar, si fuero dignus Celerinus audire, tamen cum essem et ego in tam florida confessione, fratres meos uetustissimos memorabar, et eos litteris meis memoraui caritatem pristinam eorum penes me meosque nunc esse. peto tamen, carissime, a Domino ut ante cruore illo sancto laueris [si prius passus fueris] pro nomine Domini nostri Iesu Christi quam litterae meae te in hoc mundo adprehendant: uel nunc si adprehenderint, mihi ad haec rescribas. sic coronet te cuius nomen confessus es. credo enim quoniam, etsi in hoc mundo nos non uiderimus, in futuro tamen nos coram Christo complectamus. pete ut sim dignus et ego coronari cum numero uestro.

2 In magna tamen tribulatione me constitutum scias, et ac si sis mecum praesens, sic caritatis pristinae reminiscor die ac nocte. Deus solus scit. et ideo peto ut annuas desiderio meo et mecum doleas in morte sororis meae quae cecidit in hac uastatione Christo. sacrificauit enim et exacerbauit Dominum nostrum, quod nobis manifestum uidetur. pro cuius facto ego in die laetitiae Paschae flens die ac nocte, in cilicio et cinere lacrimabundus dies exegi et exigo usque in hodiernum, donec auxilium Domini nostri Iesu Christi et pietas per te uel per eos dominos meos qui coronati fuerint, a quibus postulaturus es, subuenerit tam nefando naufragio. memoratus sum enim caritatis tuae pristinae, quod

2 nam *om. w* tibi *om. T*, tu *φw* tuo *Tφ*, *om. w* fratre *φw* dicam *Tφw* 3 audiretur *q*, audiret *T*, audires *w* et *om. w* floridam confessionem *T* 4 memorabar *Tw*, memorabor *φ*, memorabam *v* 5 eorum pristinam *φ* me *om. Tφw* meos quae *T* 6 carissimi *T* ante *ex* anti *T*, si ante *v*, a me *φw* cruori *T* illos *T* 7 si p. p. fueris *om. T; uncis inclusi* 8 quem *w*, quantae *T* te] et *T* 9 adprehenderint] apprehenda *q* sic] si *w* 11 uideamus *w* nos tamen *w* coram] cum *q* 12 conplectamus *T*, amplectemur *q*, complectemur *wv* 13 nostro *w* 14 me *om. T* 15 caritati *T* 18 a christo *wv*, ca christo *q* exaceruabit *T*, exercebat *q* 19 facta *T*, factis *v* hac die *qwv* laetitia *qw*, in laetitia *Oxon.* 20 paschae] pace *qw* deflens *w* lacrimabundos *q* 21 exegit *T* hoc diernum done *w* 22 christi] subueniat *add. v* eis dominis meis *T* 23 postulaturus est *T*[1], postulandum (um *ex* os *q*) est *qw* subuenerit tam *q*, ut uenerit tam *T*, subueniri tam *w*, ut ueniam habeant *v* nefanda naufragia *v*

cum omnes doleas pro sorore nostra *** quas et tu bene nosti, id est, Numeriam et Candidam: pro quarum peccato, quia nos fratres habent, debeamus excubare. credo enim Christum secundum illarum paenitentiam et operas quas penes collegas nostros fecerunt extorres qui a uobis uenerunt, a quibus ipsis de operibus eorum audies, iam Christum eis nobis martyribus suis petentibus indulturum credo.

Audiui enim te floridiorum ministerium percepisse. o te feli- 3
cem! suscipe uota tua quae semper desiderasti uel in terra dormiens. optasti pro nomine illius in carcerem mitti, quod nunc tibi contingit, sicut scriptum est: d e t t i b i D o m i n u s s e c u n d u m c o r t u u m. et nunc super ipsos factus antistes Dei recognouit † idem minister. rogo itaque, Domine, et peto per Dominum nostrum Iesum Christum ut ceteris collegis tuis fratribus tuis meis dominis referas et ab eis petas ut quicumque prior uestrum coronatus fuerit, istis sororibus nostris Numeriae et Candidae tale peccatum remittant. nam hanc ipsam Etecusam semper appellaui, testis est nobis Deus, quia pro se dona numerauit ne sacrificaret: sed tantum ascendisse uidetur usque ad Tria fata et inde descendisse. hanc ergo non sacrificasse ego scio. quarum iam causa audita praeceperunt eas praepositi tantisper sic esse, donec episcopus constituatur. sed quatenus per uestras

11 Ps. 19, 5.

1 omnes *Tq*, omnibus *wv* sorore nostra *T*, sororibus nostris *qwv; post ea intercidisse nonnulla puto* 2 numeria et candida *v* peccatum *T* quia] qui *Tqw* 3 debemus *wv* excubere *Tq* 4 illorum *q*, earum *wv* opera quae *wv* 5 facit extorrentes *T* nobis *w* uenerint *q*, uiderunt *T* 6 audiens *T* christo *T*, *om. q* uobis *T s. l.*, nobis *w* 7 credo *om. v* 8 audiui enim] audiemini *w* floride *w*, floridierum *q*, floridorum *Rigaltius* 9 suscipere *wv* quequid *w* desideras tu *T* uel uel *w* 10 nomen *T* 11 contigit *v* sicut *om. qw* 12 antestites *T* recognoui *Tqw* 13 idem] id est *Tw*, enim *q* 14 collegiis *w* 15 tuis *om. qw* 17 talem *T* tale peccatum remittant numeriae et candidae *q* hanc] et *w*, *om. q* ettecusam *Tq*, et recusam *w*, aëcusam *coni. Dodwell*, excusatam *fort.* 18 nobis est *q* se dona] sedunta *Tφ*, seducta *w; se deducta fort.* numeraui *w* 20 fata *T*, facta *qw* hanc] has *w* 21 audita causa *q* perepe-runt *w* 22 epatus *w* per uestras] peruersa *T*

sanctas orationes et petitiones, in quas nos fidimus, quoniam estis amici sed et testes Christi, qui omnia indulgeatis.

4 Peto ergo, Domine carissime Luciane, memor sis mei et petitioni meae annuas. sic Christus coronam illam sanctam quam tibi non tantum in confessione sed et in sanctimonio tradidit, in qua semper cucurristi et exemplum sanctorum semper et testis fuisti, ut omnibus dominis meis fratribus tuis confessoribus referas de hoc facto, ut a uobis auxilium recipiant. nam hoc, Domine frater, scire debes me non solum hoc pro eis petere, sed et Statium et Seuerianum et omnes confessores qui inde huc a uobis uenerunt, ad quos ipsae in portum descenderunt, et in urbem leuauerunt, quod sexaginta quinque ministrauerunt et usque in hodiernum in omnibus fouerunt. sunt enim penes illas omnes. plus autem grauare cor illud sanctum tuum non debui, cum sciam te prona uoluntate operari. salutant te Macarius cum sororibus suis Cornelia et Emerita, qui laetatur de confessione tua florida, sed et omnium fratrum, et Saturninus, qui et ipse luctatus est cum diabolo, qui et Christi nomen est fortiter confessus, qui et ibi in poena ungularum fortiter est confessus, qui et hic nimis rogat et petit. salutant te fratres tui Calpurnius et Maria et omnes sancti fratres. nam et hoc scire debes me et dominis meis fratribus tuis scripsisse, quas peto illis eas legere digneris.

1 nos] nobis *φ* fidemus *T*, infidimus *φ* 2 qui] quod *φv* 4 illam *T s. l.* 5 et *om. w* 6 et *om. φwv* sanctorum s. e. t. fuisti *om. w* et testis semper *φ*, semper et este *T* 7 confessoribus *om. w* conferas *w* 8 nobis *w* 9 non solum hoc me *w* eas *T* sed et] sed *φw* 10 et *om. Tφw* hoc *T* 11 ipse *Tφ* descenderunt] *add. φ:* ad quos ipse in portum 12 quod] que *w* hoc diernum *w* 13 autem] enim *φ* 15 macharius *φv* suis] tuis *φ* 16 quae laetantur *wv* de] in *w, om. φ* 17 saturinus *w* et ipse *om. φ;* ipse *om. w* 18 qui *om. w* qui et ... est confessus *om. w* 19 hic] hoc *wv* 20 calphurnius *φ*, calfurnius *w* 21 fratres nos *φ* me] me tibi *w* fratribus tuis dominis meis *φw* 22 litteras scripisse *v* illi eas *φ*, pro illis sic *Oxon.*, litteras eis *fort.* digneris] *add. w:* ualere te oro et mei semper memoriam facere. — Epistola Celerini ad Lucianum petens pro nomine Numeriae et Candidae ut eas in mente haberet quae Numeria ut dicit praemium dedit ne sacrificaret explicit *T*, *om. φw.* —

EPISTVLA XXII.

LVCIANVS CELERINO DOMINO SI DIGNVS FVERO VOCARI COLLEGA IN CHRISTO S.

Accepi litteras tuas, Domine frater dilectissime, in quibus me 1
tantum grauasti, ut propter tuam grauationem tantum gaudium paene exciderit, ut litteras quas et ego optabam post tantum temporis legere, in quibus mei dignatus es memorare, beneficio tantae tuae humilitatis legere exultaui, qui scribens mihi diceres 'si dignus fuero frater nominari tuus,' hominis qui apud pusilliores nomen Dei cum timore confessus sum. nam tu Deo uolente ipsum anguem maiorem, metatorem antichristi, non tantum confessus deterruisti uocibus illis et uerbis deificis quibus scio † quasi amatores fidei et zelotypi disciplinae Christi, in qua te noui uiuacitate uersari et gaudeo, uicisti. nunc modo, carissime, iam inter martyres deputande, uoluisti nos litteris tuis grauare, in quibus significasti de sororibus nostris, pro quibus utinam fieri

Epist. XXII. — Incipit epistola Luciani rescribentis Celerino super nomine Numeriae et Candidae et nomine Pauli et Mappalice et ceterorum signif̃ sibi eos mandasse ut petentibus daret pacem *T*, Luciani rescribentis Celerino de recipiendis ad pacem Numeria et Candida item de Paula et Mapalice qui Paulum ipsum significat moriturum sibi mandasse ut penitentibus daret pacem *w*, Epistola Luciani ad Celerinum responsiue *q*, Alia rescripta (Luciani *add. m. 2*) *μ*. — 2 Lucianus *om. Tφμ* domino *om. φ* 5 per tuam *μ*, perpetua *T* grauatione *T* tanto gaudio *v* 6 exciderit *w*, excideram *φμ*, excidera *T*, exciderim *v* litteras tuas *φ* et *om. μ* 7 meis dignatus *w*, dignatus mei *φ* es *om. Tμ* memorari *μ* 8 tuae hutilitatis *μ*, humilitatis tuae *φ* exultauerim *wv* dicens *T*, diligens *μ* 9 tuus nominari *μ* 10 timorem *T*, amore *w* confessum (sum *om.*) T^1*φ*, confessus T^2 nam] na *T* tu *om. μ* 11 ipsam T^1, ante ipsam *μ* metatorem] et atrociorem *qw* antichristo *μ* confessus esse *Tμ* 12 uocibus] duobus *qw* et] etiam *w* uiuificis deificis *φ* 13 et *om. μ* disciplina *Tqw* qua te] quati *μ* te noui] tenoris *Oxon.* 14 uicacitate *T* uersari] uersatoris *Tφ*, uersatus es *μ*, uersatum *w* et *om. Tq*, te *v* gaudio *Tφμ*, in gaudio *w* uixisti *Tqw*, iunxisti *μ* nunc modo] nunc *v*, uerum modo *w* 15 martyribus *T* deputandos *qw* uoluisti *post* grauare *qw*

posset ut sine tanto scelere commisso memoriam faceremus. non profecto tantis lacrimis incumberemus ut nunc.

2 Scire debuisti quid circa nos actum sit. cum benedictus martyr Paulus adhuc in corpore esset, uocauit me et dixit mihi: Luciane, coram Christo tibi dico ut si quis post arcessitionem meam abs te pacem petierit, da in nomine meo. sed et omnes quos Dominus in tanta tribulatione arcessire dignatus est, uniuersi litteras ex conpacto uniuersis pacem dimisimus. uide ergo, frater, quoniam partim quod mihi Paulus praecepit quam uniuersis quod censuimus, ex quibus iam cum ante hanc tribulationem, cum iussi sumus secundum praeceptum imperatoris fame et siti necari, et reclusi sumus in duabus cellis, ita ut † non efficiebat fame et siti. sed et ignis ab opere pressurae nostrae tam intolerabilis erat quem nemo portare posset. sed nunc in ipsam claritatem sumus constituti. et ideo, frater carissime, saluta Numeriam et Candidam, quas *** secundum Pauli praeceptum et ceterorum martyrum, quorum nomina subicio, Bassi in petrario, Mappalici in quaestione, Fortunionis in carcere: Paulus a quaestione, Fortunata, Victorinus, Victor, Herennius, Credula, Hereda, Donatus, Firmus, Venustus, Fructus, Iulia, Martialis et

1 scelere] scire μ commissio *w*, commissam μ non] quam $T\varphi$, quem μ, ad quem *w*; *fort.* quarum pro facto ne 2 tanto *T*, sancto μ ut *om. w*, et μ 3 debuistis μ uos *w*, nobis *T* 4 me et *om.* φ 5 christum *T* dico tibi φ accrsionem *w*, accessionem φ 7 quos] ad μ accersire *w* es μ uniuersis $\varphi\mu$ 8 litteris μ *Oxon.* uides $\varphi\mu w$, uideas *Oxon.* 9 partem $\varphi\mu$, partim eius *wv* quod *om. w Oxon.*, quam μ quam] pro *w Oxon.* 10 quod *om. w*, quoque *Oxon.* ex quibus *corruptum* iam cum ante] eramus in *v* hac tribulatione *Tv* 11 cum] con *w* iussi sumus μ, iussi fuimus φ, iussimus *Tw* praeceptorum praeceptum φ 12 necari] negare *T* reclusimus *T* duobus celles *T*, duamus et in illis μ ita ut] itaq. *w* non] nos *v* 13 afficerent *v*, effugiebat μ ignem $T\mu$, igne φw ab opere] a sapore μ, uapore *Oxon.* 14 tamen tolerabilis $T\varphi$, tam tollerauimus μ quem] quidem μ in *om.* φwv 15 constituti] consecuti *wv* 16 numerariam μ quas] quae *v*; *lacunam indicaui* 17 basso φw, baptissimi μ 18 in petrario *coni. Rigaltius*, in pignerario *T*, in pignerarium μ, imperario φw, in peierario *Morellius* 18 mapalaci φ, appasci μ fortumonis φ carcerem $Tw\mu$ 19 a *om.* μ fortunatae uictorini uictoris *v* herenius *T*, heremius *w*, herennii *v* credulae *v*, cordula *w* 20 hereda *om. w*, hederat μ, herenae *v* donati firmi uenusti fructi *v* iulianus *w*, iuliae *v*

Ariston, qui Deo uolente in carcere fame necati sunt: quorum et nos socios futuros intra dies audietis. iam enim ut iterato reclusi sumus sunt dies octo in die quo tibi litteras scripsi. nam et ante dies octo per dies quinque medios modicum panis accepimus et aquam ad mensuram. et ideo, frater, peto ut sicut hic, cum Dominus coeperit ipsi ecclesiae pacem dare, secundum praeceptum Pauli et nostrum tractatum exposita causa apud episcopum et facta exomologesi habeant pacem, non tantum hae, sed et quas scis ad animum nostrum pertinere.

Salutant uos collegae mei uniuersi. uos salutate confessores 3
Domini qui ibi uobiscum sunt, quorum nomina significasti inter quos et Saturninus cum comitibus suis, sed et collega meus et Maris, Collecta et Emerita, Calpurnius et Maria, Sabina, Spesina, et sorores Ianuaria, Datiua, Donata. salutamus cum suis Saturum, Bassianum et uniuersum clerum, Vranium, Alexium, Quintianum, Colonicam et uniuersos peto, quorum nomina non scripsi, quia tam lassus eram. ideo ignoscere debent. opto uos, Alexium et Getulicum et argentarios et sorores bene ualere. salutant uos sorores meae Ianuaria et Sophia quas uobis commendo.

1 aristonis *v*, ario *μ* dn̄o *μ* carcerem famem *T*, carcere *w* 2 diem *μ* ut] ex quo *φwv* ut id erat ore clusi *μ* 4 panem *φw* 5 aqua ad mensura *T* sicut] sit *μ*; sicut hic *corruptum* 7 d pauli *φ* ut exposita cā ante epm̄ *μ* 8 habeam *μ* haec *φ*, hanc *μ* quas] q̃ *μ* 9 animam *u*, anum *φ* nostram *μ* pertinere] peruenire *w* 11 ibi] ubique *φ* significastis *μ* inter *om. Twμ* 12 quos] uos *μ* saturninum *μ* cum *om. φ* comitibus] motibus *T*, omnibus *Oxon.* sed et] se et *φ*, sed *w* collegam *μ* meus] enim *μ*, eius *Oxon.* 13 maris] macarii *μ* collecto merita *w*, collegae merita *μ* calpurnium *Tφw*, carpunius *μ* mariam *φw*, marias *μ* sabinam *φw*, alumnas *μ* spesinam *φw*, pessinas *μ* 14 a ianuaria *Tφ*, ianuariam *w*, iam uario *μ* datiuam *w*, datiua et *μ* donatam *w* 15 saturnum *w* alexeum *T*, alexicum *w*, alexicium *φ*, alexum *μ* 16 collonicam *φw*, colonicum *μ* peto *om. v* 17 tam] iam *v* eram] iram *T* cognoscere *φ* debeat *μ* 18 alexium] sexum *μ* argentarium *μ* bene ualere *om. Tφμ*, *post* opto uos *ponit v* 19 ianuario *μ* sofiana *φ* commando ualete *w*. — Epistola Luciani rescribentis Celerino super nomine Numeriae et Candidae et nomine Pauli et Mappalicae et ceterorum significat sibi quos mandasse ut petentibus daret pacem explicit *T*, *om. φwμ*. —

EPISTVLA XXIII.

VNIVERSI CONFESSORES CYPRIANO PAPATI S.

Scias nos uniuersos quibus ad te ratio constiterit quid post commissum egerint dedisse pacem, et hanc formam per te et aliis episcopis innotescere uolumus. optamus te cum sanctis martyribus pacem habere. praesente de clero et exorcista et lectore Lucianus scripsit.

EPISTVLA XXIIII.

CYPRIANO ET COMPRESBYTERIS CARTHAGINI CONSISTENTIBVS CALDONIVS S.

Necessitas temporis facit ut non temere pacem demus. sed quoniam oportebat uobis scribere ut quoniam hi qui posteaquam sacrificauerunt iterato temptati extorres sunt facti: uidentur ergo mihi abluisse prius delictum, dum possessiones et domos dimit-

Epist. XXIII. — Incipit *(om. φw)* epistola uniuersorum confessorum ad Cyprianum de pace data (de pace et forma publicanda *w*) *Tφw*, Alia rescripta *μ*. — 2 cypriano uniuersi confessores *μ* papae *φwv* 3 uniuersos *TV*, uniuersis *φwμv* de quibus *v* ad *TVμ*, a *φw*, apud *v; cf. epist. 26* 4 dedissem *w* et *om. μφ* haec formam *T*, *om. φ* et *om. v* 5 uoluimus *φwv* 6 praesente *φμ*, praeter *T*, preterea *w*, presbyter *V* cloro et exhorcista *T* lector *V* 7 scripsit] *add. w:* oramus te semper bene ualere, *add.* μ^2*:* epistolam. — Explicit epistola uniuersorum confessorum ad Cyprianum de pace data *T*, *om. φwμ*. —

Epist. XXIIII. — Incipit *(om. φ)* epistola Caldonii (Cypriano et clero *add. T*) de eis (his *φ*) qui sacrificauerunt (sacrificia *T*) et postea exhorrentes (extores *φ*) facti sunt et pacem postulauerunt *Tφ*, Caldonii ad Cyprianum significat de illis qui sacrificauerunt et postea extorres facti pacem postulauerunt *w*, Alia rescripta *μ*, *om. r*. — 9 cartagine *μ*, kmis cartagini *w*, kmis *T* 10 calidonius *φw* 11 temporum *rwμv* 12 quoniam *om. v* nobis *rwμ* ut quoniam] quoniam *v; cf. epist. 26:* ut dum—permittunt; *epist. 53:* quod nos—fecisse; *epist. 57 c. 6:* ut quia; *Sententiae episc. p. 438,4; p. 458,2; cf. Liu. V, 15, 11* hi] ii *rμv*, aliqui *maluit Goldhorn* 13 temptati] tenti *rv* extorrentes $T\mu^1 r$ ergo] *cf. Sent. episc. p. 438,2; 441,10* 14 priorem T^1 demittunt *T*

tunt et paenitentiam agentes Christum secuntur. ergo Felix qui presbyterium subministrabat sub Decimo proximus mihi uinculis (plenius cognoui eundem Felicem) et Victoria coniunx eius et Lucius fideles extorres facti reliquerunt possessiones quas nunc fiscus tenet. sed et sub persecutione † eadem mulier nomine Bona quae tracta est a marito ad sacrificandum, quae conscientiam non commiscuit sed tenentes manus eius sic ipsi sacrificauerunt, sic ipsa coepit dicere contra 'non feci, uos fecistis,' sic et ipsa extorris facta est. cum a me ergo uniuersi pacem peterent dicentes 'recuperauimus fidem quam amiseramus, paenitentiam agentes Christum publice sumus confessi,' quamuis mihi uideatur ut debeant pacem accipere, sed ad consultum uestrum eos dimisi, ne quid uidear temere aliquid praesumere. si quid ergo ex communi consilio placuerit scribite mihi. salutate nostros. uos nostri. opto uos felicissimos bene ualere.

2 pbrm *rwμ* decimo proximis *r*, proximis decimo *w* uinculis] uicinus *v* 3 plene *w* et *om. v* coniux *T* 4 fidelis *μr* extorrentes *Tμ*^{1}*r*, extorrefactos *V* facti *ex* facit *T*, facit *φ* relinquerunt *w* nunc] unus *μr* 5 fiscus tenet *μr*, eis tenet *T*, eis constet *φ*, eis constat *w* sed et sub persecutione † eadem *scripsi*, sed et sub
quutione e a
per se opereodem *T* (*cf. inscriptionem epist. 16, ubi* persecutione *abbreuiatum scribitur* perse), sed et super se opere eadem *μr*, sed et super se aut eodem *φ*, sed et super est se aut eodem *w*, sed et seu per se aut per eosdem *Morellius*, sed et *v* bona *ex* bono *T*, in bono *μ*, i bono *r* 6 conscientiam non commiscuit *scripsi*, conscia non commisit *φw*, conscientiam non commisit *μr*, conscientia non commisi *T*^{1}, conscientia non commissi *T*^{2}*v*; *cf. Cypr. p. 256,25 et de bono pudic. c. 8:* conscientiam non miscuit 7 sed] sed quia *v* manu *μr* eius sic] eius *φwv* 8 sic ipsa *om. v* incepit *w* sic contra *w* ipsa *ex* ipse *T* 9 extorrens *μ*^{1} a me *om. rμ*, me *T* 10 reciperauimus *TV*, recuperabimus *μr* agentes *om. φ*, agentes et *v* 11 christo *rμ* publice] supplices *φw* uideantur debere *v* 12 sed] tamen *v* consultum] consilium *v* nostrum *φw* eos demisi *T*, eos msi *w*, eosdem misi *φ*, eosdem si *rμ* 13 quid *om. v* uideatur *φ* aliquid temere *v* 14 concilio *r* uestros *coni. Oxon.* nos] uos *w*; uos nostri *om. rμ* 15 felicissimos] fratres semper *rμ*, fratres carissimi semper *v*. — Epistola Caldonii ad Ciprianum de eis qui sacrificauerunt et postea extorrentes facti sunt et pacem postulauerunt explicit *T*, *om. φrwμ*. —

EPISTVLA XXV.

CYPRIANVS CALDONIO FRATRI S.

Accepimus litteras tuas, frater carissime, satis sobrias et integritatis ac fidei plenas. nec miramur si exercitatus et in scripturis dominicis peritus caute omnia et consulte geras. recte autem sensisti circa inpertiendam fratribus nostris pacem quam sibi ipsi uera paenitentia et dominicae confessionis gloria reddiderunt sermonibus suis iustificati, quibus se ante damnauerant. cum ergo abluerint omne delictum et maculam primam adsistente sibi Domino posteriore uirtute deleuerint, iacere ultra sub diabolo quasi prostrati non debent, qui extorres facti et bonis suis omnibus spoliati erexerunt se et cum Christo stare coeperunt. atque utinam sic et ceteri post lapsum paenitentes in statum pristinum reformentur: quos nunc urgentes et pacem temere atque inportune extorquentes quomodo disposuerimus ut scires, librum tibi cum epistulis numero quinque misi quas ad clerum et ad plebem et ad martyres quoque et confessores feci: quae epistulae etiam plurimis collegis nostris missae placuerunt, et rescripserunt se quoque nobiscum in eodem consilio secundum catholicam fidem stare. quod ipsum tu etiam ad collegas nostros quos potueris transmittes, ut apud omnes unus actus et una consensio secundum Domini praecepta teneatur. opto te, frater carissime, semper bene ualere.

Epist. XXV. — Incipit epistola Cypriani (epistula *om. Io*, cypriani *om. o*) ad Caldonium *EITo*, *om. ω*, Secunda ad eundem incipit *μ (epist. 41 praemissa)*. — 3 accepi *μ* 7 ipsi *ex* ipsa *T* paenitentiam *T* confusionis *T* 8 iustificatis $E^1T\omega$ ante *om. μ* damnauert̃ *μ* 9 abluerent μ^1 primam] pristinam *μv* 10 posteriore] postiore *T*, potiore *Vv* delerint *V* 11 facti et factis μ^1 12 cum christo *om. μ* se stare *o* 13 sic et] si *T*, et *ω* 14 quas E^1 urgentes *om. T* 15 scire *T* 16 tibi librum *μ* 17 martyras *μ* et] et ad *ω* 18 etiam] iam *Tμv* 20 tua etiam *T*, etiam tu *μv* 21 transmittere μ^1, transmitte *v* consensio] confessio *μ* 22 domini *om. μ* te frater] uos fratres $T^1\mu$. — Epistola Cypriani ad Caldonium explicit *ET*, Explicit ad Caldonium *o*, *om. μω*. —

EPISTVLA XXVI.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS FRATRIBVS S.

Dominus loquitur et dicit: super quem respiciam nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos? hoc cum debeamus omnes esse, tunc magis huiusmodi illi esse debent quibus laborandum est ut post grauem lapsum uera paenitentia et humilitate tota promereri Dominum possint. legi autem et uniuersorum confessorum litteras quas uoluerunt per me collegis omnibus innotescere et ad eos pacem a se datam peruenire, 'quibus apud nos ratio constiterit quid post commissum egerint.' quae res cum omnium nostrum consilium et sententiam spectet, praeiudicare ego et solum mihi rem communem uindicare non audeo. et ideo instetur interim epistulis quas ad uos proximis feceram, quarum exemplum collegis quoque multis iam misi: qui perscripserunt placere sibi quod statuimus nec ad uos recedendum esse, donec pace nobis a Domino reddita in unum conuenire et singulorum causas examinare possimus. sed et quid mihi Caldonius collega meus scripserit quidque ego ei rescripse-

3 Es. 66, 2.

Epist. XXVI. — Incipit epistola Cypriani (Incipit *EMo*, Item Cypriani *I*) ad clerum non temere pacem dandam ubi et (ei *M*) dicit (dicit et *T*) se solum idoneum non esse *EIMTo*, Ad clerum non temere pacem dandam *μ*, *om. ω*. — 3 et *om. T* 4 quietem *E¹MT* trementes *T* 5 tunc magis modo *μ*, tunc modo *Vv*, *om. EIMoω* 6 est *om. T* 7 dn͞o *M* 8 uniuersa earum *μ* confessorum litteras *om. μ* quas] que *μ* s. *l. m. 2* per *ex* pro *M* 9 perueneri *T* 10 de quibus *Iv*, quibusdam *MT*, quibus dum *Eoμω*; *cf. epist. 23* constiterint *T* admissum *EIμω*, missum *Mo* elegerint *μ* 11 omnibus *T* nr͞o *M* consilium nostrum *ω* exspectet *Vv*, spectet et *M* 12 et *om. μ* soli *o²v*, solus non debui *μ* 13 audeo et ideo stetur *μ s. l. m. 2* ad uos proximis *Tμ*, adproxime *EIo¹*, ad uos proxime *Mωv* 14 quoque multis iam *om. μ* multis *om. EIoω* 15 rescripserunt *Vv* ad uos] ab eo *μv* 16 pacem *EMo* a *om. EMTo* redditam *EMo* 17 causa *M* possumus *E¹* sed et *Tμ*, sed *EIMoω* quid *μ s. l. m. 2* 18 ego *om. EIoω*

rim ut sciretis, utriusque epistulae exemplum litteris meis iunxi. quod totum peto fratribus nostris legatis, ut magis ac magis ad patientiam conponantur nec delicto priori adiciant adhuc aliud delictum, ut dum nobis nec euangelio seruire nec secundum uniuersorum confessorum litteras causas suas examinari permittunt. opto uos, fratres carissimi, bene ualere et nostri meminisse. fraternitatem uniuersam salutate.

EPISTVLA XXVII.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS ROMAE CONSISTENTIBVS FRATRIBVS S.

1 Factis ad uos litteris, fratres carissimi, quibus actus noster expositus et disciplinae ac diligentiae quantulaecumque ratio declarata est, aliud accessit quod nec ipsum latere uos debuit. nam frater noster Lucianus et ipse unus de confessoribus, fide

1 exempla *μ* 2 ac magis *om. ω* 3 patientiam] paenitentiam *EIoω* priori] proprio *Iv* 4 ut dum *E¹MT,* dum *E²Ioμων; cf. p. 536,12* nobis] nec nobis *Iμv; cf. Gronou. obseru. p. 145* seruire] uolunt seruire *μv* 5 confessorum *om. μ* causam suam *μ, om. E¹MTω* examinare *Moμω* 6 carissimi *om. T,* carissimi semper *Moμ* et nostri . . . salutate *om. μ* 7 salutem *T,* salutate ualete *IM.* — Epistola Cypriani (Explicit *o, om. EM*) ad clerum non temere pacem dandam ubi et (ei *M, om. o*) dicit se solum idoneum non esse explicit (*om. o*) *EMTo, om. Iμω.* —

Epist. XXVII. — Incipit (epistola Cipriani *add. T*) ad clerum urbis (ad clero urbico *T*) de multis confessoribus (*om. T*) et de Luciani inuerecundia (uerecundiam *T*) et de (*om. z*) Celerini confessoris modestia *Tz (fol. 204 a),* Incipit de lapsis penitentibus et ad prbros et ad diaconos Rome consistentibus et de Luciani falsitate et de nomine Pauli *Z (fol. 164 a),* Epistola Cipriani ad clerum Romanum de Luciano inordinate scribente et de cleri confessione et confessoris modestia *q,* Ad eosdem *μ* (*praemittitur epist. 9* ad prbros et diaconos Romae consistentes*), om. r.* — 9 consistentibus fratribus] confessoribus *z,* consistentibus *V* 11 post factas ad uos litteras *μr,* factas autem ad uos litteras *Z,* factas litteras ad uos *z* actus *om. r* 12 quantumcumque *Zμr,* quantum iam cumque *z,* quantulacumque *v* 13 declaratest *Tr* nec] ne *μ* ipsud *T,* istud *Z,* illud *z* 14 nam] quo nam *Z* et ipse] ipse *μr,* esset *Z* de] ex *z*

quidem calidus et uirtute robustus sed bene minus dominica lectione fundatus, quaedam conatus est inperite, iam pridem se auctorem constituens, ut manu eius scripti libelli gregatim multis nomine Pauli darentur, cum Mappalicus martyr cautus et uerecundus, legis ac disciplinae memor, nullas contra euangelium litteras fecerit, sed tantum domestica pietate commotus matri et sorori suae quae lapsae fuerant mandauerit pacem dari, Saturninus quoque post tormenta adhuc in carcere constitutus nullas eiusmodi litteras emiserit. Lucianus uero non tantum Paulo adhuc in carcere posito nomine eius libellos manu sua scriptos passim dedit, sed et post eius excessum eadem facere sub eius nomine perseuerauit, dicens hoc sibi ab illo esse mandatum et nesciens Domino magis quam conseruo obtemperandum. Aureli quoque adulescentis tormenta perpessi nomine libelli multi dati sunt eiusdem Luciani manu scripti, quod litteras ille non nosset.

Cui rei ut aliquantum posset obsisti, litteras ad eos feci quas 2
ad uos sub epistola priore transmisi, quibus petere et suadere non destiti ut dominicae legis et euangelii ratio teneretur. post

1 quidem *om. z,* qui et *r* callidus *TZ* bene *om. Zzμrv* 2 lectionem *T,* dilectione *z* quadam *z,* quia de eo *μ,* qui de eo *r,* qui contra dnm *Z* inperite *TVφ,* inperitate *z,* imperiti *μrv,* imperitia *Z* iam] sua *Z, om. r* pridem *om. Vr* se *VZzφ,* se uulgi *μrv, om. T* 3 auctores *T,* auctore *Z* libellus scriptus *z,* libelli scrupulo *Z* multis] rustis *Z,* ructis *μ sed* tinctis *m. 2 in marg.,* cunctis *r* 4 in nomine *Z* daretur *Zz* cautus] coactus *Z* 5 ac] et *z* 6 sed *om. z* et sorori *om. Zzμrv* 7 elapsa *z,* lapsa *Zμrv* fuerunt *φ,* fuerat *Zzμrv* mandauerat *μ* 8 quoque *om. z* adhuc in *om. Z* carcerem *Tφ,* carceris *Z* nullus *Zr* 9 huiusmodi *μr,* eius *z* emiserint *T,* emisit *μr,* miserit *z* 10 carcerem *Z* in nomine *Z* eius] illius *Zzμv* libelli *μr* sua *om. μr* subscriptos *Z,* rescriptas *μr* 11 passim] pacem *Z* 12 nomine] modi occasione *μr* perseuerabit *T,* perseuerauerit *r* esse *om. v* et *om. zμrv* 13 dominum *TZ* quam conseruo] seruo *Z* aut relique que *Z* 14 adulescis nomine *Z* perpessos *Z,* professi *z* nomine] nonne *φ* pro multis *μ sed* pro *s. l. m. 2,* multis *r* 15 eiusdem] eiusmoi *μr,* eius *Z* manu subscripti *Z,* minus scripsi *T* non] ne *Z* 16 aliquantulum *φ,* aliquatenus *Zzμrv* 17 priore] ad uos *φ* 18 ut] sic *r* et *om. φ* euuangelice tradicionis disciplina *Z* post quam *Zμr,* at post quam ad eos *z,* post quam uero ad eos *v*

quas litteras quasi moderatius aliquid et temperantius fieret, uniuersorum confessorum nomine Lucianus epistolam scripsit, qua paene omne uinculum fidei et timor Dei et mandatum Domini et euangelii sanctitas et firmitas solueretur. scripsit enim omnium nomine uniuersos eos pacem dedisse et hanc formam per me aliis episcopis innotescere uelle, cuius epistolae exemplum ad uos transmisi. additum est plane ʻquibus ratio constiterit quid post commissum egerint.ʼ quae res maiorem nobis conflat inuidiam, ut nos cum singulorum causas audire et excutere coeperimus, uideamur multis negare quod se nunc omnes iactant a martyribus et confessoribus accepisse.

3 Denique huius seditionis origo iam coepit. namque in prouincia nostra per aliquot ciuitates in praepositos impetus per multitudinem factus est, et pacem quam semel cunctis a martyribus et confessoribus datam clamitabant confestim sibi repraesentari coegerunt, territis et subactis praepositis suis qui ad resistendum minus uirtute animi et robore fidei praeualebant. apud nos etiam quidam turbulenti, qui uix a nobis in praeteritum regebantur et in nostram praesentiam differebantur, per hanc epistolam uelut quibusdam facibus accensi plus exardescere et pacem sibi datam extorquere coeperunt. de quibus quales ad clerum

1 litteras] *add. Zμv:* misi ut, *add. r:* misi et, *add. z:* misi   aliquid *om. Z*   temperatius *r*, temeratius *T*   fieret] iret *μ*   2 idem Lucianus *zμrv* (*sed* idem *ex* id est *μ*)   id est lucianus suo nomine *Z*   epistolam *om. Z*   3 quae *T*   omnem *T*, ab homine *V*, sancte *z*   timorem *TZ*, timoris *z*   4 et euangelii] euangelii quoque *z*   firmitas] fraternitas *φ*   5 enim] etiam *z*   omnium *om. r*   nomine] moti hec *Zμ*, hec *r*   uniuersos eos *T*, uniuersis eos *Zzμφrv: cf. p. 534,5 sqq.*   dedisset *T*, *om. μ*   formam hanc *Z*   6 uelle *om. TZzμφr; cf. epist. 23*   7 additum] aut *Z*, actum *μr*   est mihi *φ*   de quibus *v*, cuius *Z*   8 ommissum *φ*   egerunt *Zμr*   nobis maiorem *φ*   9 ut] et *Z*   discutere *Zz*   10 uideamus *μr*   quod se *om. Z*   nunc] non *Z*   nunc omnes se *z*   13 nostra] fecerant quod *add. μr*   aliquod *T*, aliquas *Zz*, *om. μr*   per multitudinem] multitudinum *z*   14 quam] quam uis *V*, quam uix *Latinius*   et confessoribus *om. μr*   15 datum *μ*   sibi *om. Z*   p̃utari ceperunt *z*   16 propositis *T*   17 minus *om. μr*   18 regebantur] reuelantur *z*   19 praesentiam] sententiam *Zzμφ*   20 uelut] ut *z*   excandescere *Z*   et *om. μ*   21 tibi *Z*   quales *om. Z*   clerum nostrum *Zμrv*

litteras fecerim exemplum uobis misi. sed et quid mihi Caldonius collega pro integritate et fide sua scripserit quidque ego ei rescripserim, utrumque ad uos legendum transmisi. exempla quoque epistolae Celerini boni et robusti confessoris, quam ad Lucianum eundem confessorem scripserit, item quid Lucianus ei rescripserit, misi uobis, ut sciretis elaborare circa omnia diligentiam nostram et ueritate ipsa disceretis, Celerinus confessor quam sit moderatus et cautus et humilitate ac timore sectae nostrae uerecundus, Lucianus uero circa intellegentiam dominicae lectionis ut dixi minus peritus et circa inuidiam uerecundiae nostrae relinquendam facilitate sua immodestus. nam cum Dominus dixerit in nomine patris et filii et spiritus sancti gentes tingui et in baptismo praeterita peccata dimitti, hic praecepti et legis ignarus mandat pacem dari et peccata dimitti in Pauli nomine et hoc sibi ab illo dicit esse mandatum, sicut in litteris eiusdem Luciani ad Celerinum factis animaduertetis, quibus minus considerauit quod non martyres euangelium faciant, sed per euangelium martyres fiant, quando et Paulus apostolus quem Dominus uas electionis suae dixit posuerit in epistola sua dicens: miror quod sic tam cito demutamini ab eo qui uos

11 cf. Matth. 28, 19. 20 Gal. 1, 6.

1 uobis *om.* *Zμr* sed et] ecce *Z*, ecce et *μ* callidonius *rφ* 2 collega *om.* *Zμr* et fide *om.* *Zz* scripserit] *add. z:* item quid lucianus ei rescripserit ei] et *Tz*, eis et *Z* 3 utrumque ... *l.* 6 rescripserit *om.* *z* 4 boni *om.* *Z* robustini confessores *Z* 5 quidquid *Z* ei] eidem *φ* 6 scripserit *Z* et laborare *μr*, et labore *Z*, laborem *z*, et laborem *v* et diligentiam *zv*, et diligentia *Z* 7 uestram *T*[1], nostra *Z* ueritatem ipsam *zv* disceretis] discretius *φ* 8 quam sit] quam *T*, et mitis et *Z*, quem misi *Vzμr* 9 domine *T* 10 diximus *Zμφr* minus peritus] imperitus *zμr*, minus *Z* et] sed *Z* 11 derelinquendam *φ* inmodestus *z*, modestus *Tφ*, molestus *Zμrv* 13 in *om.* *zμr* baptismo] hic *z* hic ... dimitti *om.* *z* praecepti et] pcipit ut *μr*, proficit ut *Z* 14 ignarum *T* et mandat *Zμr* dare *T* demitti *T* in *om.* *Z* 15 nomine scribit *z* dicit ab illo *zv*, ab illo *μ* sicuti *φ* 16 animaduertitis *φ*, animum aduertitis de *Z* 17 minime *zv* 18 per ... fiant *om.* *Z* 19 sua *T* dixerit et *Z* 20 sic] si *z* iam cito *T*, tacito *r*, cito *φ* transmutamini *z*

uocauit in gratiam ad aliud euangelium, quod non est aliud: nisi si sunt aliqui qui uos turbant et uolunt conuertere euangelium Christi. sed licet nos aut angelus de caelo aliter adnuntiet praeterquam quod adnuntiauimus uobis, anathema sit, sicut praediximus, et nunc iterum dico: si quis uobis adnuntiauerit praeterquam quod accepistis, anathema sit.

4 Opportune uero superuenerunt litterae uestrae quas accepi ad clerum factas, item quas beati confessores Moyses, Maximus, Nicostratus et ceteri Saturnino et Aurelio et ceteris miserunt, in quibus euangelii plenus uigor et disciplina robusta legis dominicae continetur. laborantes hic nos et contra inuidiae impetum totis fidei uiribus renitentes multum sermo uester adiuuit ut diuinitus conpendium fieret, et prius quam uenerint ad uos litterae quas uobis proxime misi, declararetis nobis quod secundum euangelii legem stet nobiscum fortiter atque unanimiter etiam uestra sententia. opto uos, fratres carissimi ac desiderantissimi, semper bene ualere.

1 in] ad *Z* alium *Z* quod u. e. aliud *om. z* non *om. T* 2 si *om. TZφ* aliqui] alii *Z* conturbant *z* 3 sed licet] licet ut *μ*, licet *r* 4 nos *corr. in* nobis *μ m. 2* angelus] per euangelium *μr* de caelo aliud *φ*, aliud *z* praeter quod *Tμφr*, praeter quam *Zz* 5 adnuntiamus *Tμr* 6 sicut … *l. 8* anathema sit *om. Zz* uobis praediximus *T* 9 uere *T* ad] a *T* 10 beatis confessoribus *Z*, confessores beati *z* et maximus *Zzμrv* 11 et nicostratus et *z* 12 plenus *om. Z* discipline robuste leges *z* 13 continentur *zv* inuidiam *Zz* et impetum *Z*, *om. z* 14 resistentes *rzμv* noster *Z* adiuuet *T* 15 fieret] *add. μr:* et pro ipsis quam *om. φ* uenerint *om. φ*, uenirent *zv*, fierent *φ* nos *φ* 16 misi ut *μrv*, misi et *Z* declaretis *zμ* uobis *z*, nobiscum *Z*, nos *Tφ* quod … nobiscum *om. Z* 17 stet] misi et *zμr*, *om. v* uobiscum *Z* atque] et *Zzμ* 18 nostra *Z*, e nostra *φ* sententia] *add. Zzμrv:* concurrat opto … ualere *om. μr* ac desiderantissimi *om. φ*, ac sanctissimi *z* 19 ualere amen *z*. — Epistola Cipriani ad clero urbico de (Ad clerum de *z*) multis (confessoribus *add. z*) et (*om. z*) de Luciani inuerecundia (uerecundia *T*) et Celerini confessoris modestia explicit *Tz*, Ad prbros et diaconos Rome consistentes explicit *Z*, *om. μφr*. —

EPISTVLA XXVIII.

CYPRIANVS MOYSI ET MAXIMO PRESBYTERIS ET CETERIS CONFESSORIBVS DILECTISSIMIS FRATRIBVS S.

Gloriam fidei et uirtutis uestrae, fortissimi ac beatissimi fra- 1
tres, iam pridem de opinione cognoueram, laetatus satis et plurimum gratulatus quod uos confessione sui nominis parauerit ad coronam Domini nostri praecipua dignatio. uos enim primores et duces ad nostri temporis proelium facti caelestis militiae signa mouistis. uos spiritale certamen quod nunc geri Deus uoluit uestris uirtutibus inbuistis. uos surgentis belli inpetus primos inmobili robore adque inconcussa stabilitate fregistis. inde initia felicia pugnandi orta sunt. inde uincendi auspicia coeperunt. contigit hic per tormenta consummari martyria: sed qui in congressione praecedens exemplum uirtutis fratribus factus est, cum martyribus in honore communis est. coronas uestra manu sertas inde huc tradidistis et de poculo salutari fratribus propinastis.

Accessit ad confessionis exordia gloriosa et militiae uictricis 2
auspicia disciplinae tenor quem de epistulae uestrae uigore perspeximus, quam modo ad collegas uestros in confessione uobiscum Domini copulatos sollicita admonitione misistis, ut euangelii sancta praecepta et tradita nobis semel mandata uitalia forti et stabili obseruatione teneantur. ecce alius gloriae uestrae sublimis gradus, ecce iterum cum confessione geminatus promerendi Dei

Epist. XXVIII. — Incipit ad Moysen et Maximum (presbyteros *add. P*) et ceteros confessores *CPR*, Incipit Mosi et Maximo presbyteris (prr̃ *N*, presbyterorum *L*) et ceteris confessoribus *LNQ*. — 2 mosi et *LNQ*, moysi et *C s. l.*, admisiemia *R* presbyterorum *L*¹, presbytero *C*¹*L*² et ceteris *om. R* 4 et *om. C* 5 laetus *CN* 6 confessionem *C* parauerit] illustrauerit *V* 7 nostri] iesu christi *add. Nv* priores *CR* 10 uos] *add. R:* spiritale certamen quod nunc surgentes *C* 11 in initia *R*, uincentia *C* 12 auspicia] ospitia *C* 13 consummari *V*, consumari *R*, consummare *LNPQ*, consumare *C* quid *C* 15 corona *C* sertas] uestras *C*, sutas *coni. Rigaltius* 16 huc] hoc *LPQ* 18 disciplina *C*¹ quam *ex* quae *C* 20 dño *CRv* misistis] fecistis *V* euangeliis *PR* 21 uitalia mandata *C* 22 ecce] c ecce *R*, ẽ c *C* aliis *R*

titulus, stare firmo gradu et in hac acie quae euangelium conatur inrumpere, et praeceptis Domini subruendis manus inpias inferentes fidei robore submouere, praebuisse ante initia uirtutum, nunc et morum magisteria praebere. Dominus post resurrectionem mittens apostolos mandat et dicit: data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. ite ergo et docete gentes omnes, tinguentes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti, docentes eos obseruare omnia quaecumque praecepi uobis. et Iohannes apostolus mandati memor in epistula sua postmodum ponit. in hoc, inquit, intellegimus quia cognouimus eum, si praecepta eius custodiamus. qui dicit quoniam cognouit eum et mandata eius non seruat, mendax est, et ueritas in illo non est. haec praecepta custodienda suggeritis, diuina et caelestia mandata seruatis. hoc est esse confessorem Domini, hoc est esse martyrem Christi, seruare uocis suae inuiolatam circa omnia et solidam firmitatem, nec per Dominum martyrem fieri et praecepta Domini destruere conari. uti aduersus illum dignatione quam tibi dederit, armis ab illo acceptis rebellem quodammodo fieri, hoc est Christum confiteri uelle et euangelium Christi negare. laetor igitur ex uobis, fortissimi ac fidelissimi fratres, et quantum gratulor martyribus istic honoratis ob uirium

5 Matth. 28, 18—20. 10 I Io. 2, 3. 4.

1 titulos *C et s. l.* gradus firmos *P* quae] quem *N*, qui *r. om. C* in euangelium *P*, in euangelio *V teste Oxon.* conantur *v*, *om. Q (exh. M)*, coronatur *PV* 2 et] sed *Q* (et *M*) dn̄s CR^1 3 rubor fidei *CR* summouere *LNRQ* praebuissem *C* in initia *R* 4 morum] memorum C^1, modum *R* dn̄m C^1, dn̄i *R* 7 eas *CR* 8 eas *C* 9 quaecumque] quae *CR* huius mandati *R* 10 ponit et dicit *Q*, dicit *CR* inquit *om. V* 12 quid *R* quia *CR* cognoui *Q*, nouit *V* 14 cum custodienda *v*; cum *om. CLNPQRV* si geritis CQ^2 (suggeritis Q^1M) 15 seruastis *P* esse est confessiores *C* dn̄o CR^1 16 martyres *C* eiuiolatam C^1 17 nec per] nec pro M^2 (nec per M^1Q), nec propter *Oxon.*, nam uelle praeter *v* dn̄o *LM* (dn̄m *Q*), dn̄i *R* 18 dn̄m *C* uti] et *CR* illam *C* 19 dignationem *CQ* 20 christi *L*, christus *R* et *om. C* 21 laetor *om. C*, lator R ac fidelissimi *om.* L^1, ac dilectissimi *CR* 22 honoratis istic *CR* ob uirium] uitriumphum *C*

gloriam, tantum gratulor pariter et uobis ob dominicae etiam disciplinae coronam. dignationem suam Dominus multiplici genere largitatis infudit, bonorum militum laudes et glorias spiritales copiosa uarietate distribuit. honores uestri participes et nos sumus, gloriam uestram nostram gloriam conputamus, quorum tempora inlustrauit tanta felicitas ut aetate nostra uidere contingeret probatos seruos Dei et Christi milites coronatos. opto uos, fortissimi ac beatissimi fratres, semper bene ualere et nostri meminisse.

EPISTVLA XXVIIII.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS FRATRIBVS S.

Ne quid conscientiam uestram lateret, fratres carissimi, quid mihi scriptum sit quidque ego rescripserim, utriusque epistolae exemplum uobis misi: et credo uobis id quod rescripsi non displicere. sed et illud ad uos perferre litteris meis debui urguente causa clero in urbe consistenti litteras me misisse. et quoniam oportuit me per clericos scribere, scio autem nostros plurimos

1 gloriae *ex* gloriam *C* 2 quam dignationem suam *N*, dignationis suae *Q* dn̄i *L* 3 laude *P* gloriam spiritalem *N* 4 copiosas *C* 5 gloria uestra *C* nostra *P* 6 aetatem nostram *Pv* 7 contingere *LQ* et probatos *Q* coronamus *R* opto . . . meminisse *om. C* 8 fratres *om. Q* in dn̄o semper *L* et nostri meminisse *om. P*, et nm̄ esse *R* 9 meminisse] *add. MQ:* emendauit iustinus romae. — Mosi (moysi *P*) et Maximo presbyteris (pr̄r *N*, presbyterorum *L*) et ceteris confessoribus explicit *LNPQ*, Explicit epistola Cypriani (Exp. e. Cypriani *om. R*) ad Moysen et (ad *C*) Maximum et ceteros confessores (explicit *add. R*) *CR*. —

Epist. XXVIIII. — Incipit (epistula Cipriani *add. MT)* ad clerum insinuans quod ut Rome litteras mittere *(om. EM)* fecisse se Optatum (optato *M*) hyppodiaconum (hypodiacono *MT*) et Saturum lectorem *EMT*, Incipit ad clerum insinuans quod utrasque litteras rome fecisse Optatum Saturum et ipodiaconum fecisse lectorem *o*, De redditione ep̄i urbici describentis Romae ad clerum *μ*, *om. ω*. — 12 uos uel conscientiam uestram *μ* latere *T* 13 quidque ego rescripserim *om. Eoω* 14 uobis exemplum *v* 15 litteris meis perferre *ω* 16 me misisse] meminisse *MTμ*[1] 17 clerico *M* autem] enim *ω*

absentes esse, paucos uero qui illic sunt uix ad ministerium cotidianum operis sufficere, necesse fuit nouos aliquos constituere qui mitterentur. fecisse me autem sciatis lectorem Saturum et hypodiaconum Optatum confessorem, quos iam pridem communi consilio clero proximos feceramus, quando aut Saturo die Paschae semel atque iterum lectionem dedimus aut modo cum presbyteris doctoribus lectores diligenter probaremus, Optatum inter lectores doctorum audientium constituimus, examinantes an congruerent illis omnia quae esse deberent in his qui ad clerum parabantur. nihil ergo a me absentibus uobis nouum factum est, sed quod iam pridem communi consilio omnium nostrum coeperat necessitate urguente promotum est. opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere et nostri meminisse. fraternitatem salutate. ualete.

1 absentes *M sed prius* s *s. l.*, habentes *Eoω* esse *om. μ* quotidiani *μv* 2 operis *om. ω* 3 mitterentur] ministrent *ω* autem me *Eoω*; autem me sciatis *μ sed* me sciatis *m. 2 add.* satirum *ω* 4 et optatum *EMToω* 5 proximos *T*, proximo *EMoμω*, cum proxime *V* 6 dedimus *corr. ex* de diuinis *μ m. 2 in marg.* modo] quando *v* 7 dictoribus *EMoω*, doctoris *V* lectoribus *Eoω*, lectorem *μ* diligenter . . . lectores *om. EMoω* probaremus] properemus *T* lectores *ex* lectos *μ m. 2* 8 doctorem *v* constituimus *o s. l. m. 2* congruerent *ex* constiterent *μ m. 2* 9 esse—qui *om. ω* debent *v*, deberetur *μ*¹ iis *v* qui *ex* quae *E m. 2*, quae *μo* parabuntur *T* 10 ergo nihil *μ* factum est *om. μ* actum *M* quo *ω* 12 opto . . . ualete *om. EMoω* 13 ualete *om. μ*. — Epistola Cipriani ad clerum insinuans quod ultra me litteras mitteret fecisse se Optatum hypodiaconum et lectorem Saturum explicit *T*, Ad clerum (ad clerum *om. M*) insinuans quod utrasque (utraque *M*) Romae litteras misisset cum optatum hyppodiacono et lectorem Saturum explicit *EM*, Explicit ad clerum epistola *o*, *om. μω*. —

EPISTVLA XXX.

CYPRIANO PAPAE PRESBYTERI ET DIACONI ROMAE CONSISTENTES S.

Quamquam bene sibi conscius animus et euangelicae discipli- 1
nae uigore subnixus et uerus sibi in decretis caelestibus testis effectus soleat se solo Deo iudice esse contentus nec alterius aut laudes petere aut accusationes pertimescere, tamen geminata sunt laude condigni qui cum conscientiam sciant Deo soli debere se iudici, actus tamen suos desiderant etiam ab ipsis suis fratribus conprobari. quod te, frater Cypriane, facere non mirum est, qui pro tua uerecundia et ingenita industria consiliorum tuorum nos non tam iudices uoluisti quam participes inueniri, ut in tuis rebus gestis laudem tecum dum illas probamus inueniremus et tuorum consiliorum bonorum coheredes quia et adfirmatores esse possemus. idem enim omnes credemur operati, in quo deprehendimur omnes eadem censurae et disciplinae consensione sociati.

Quid enim magis aut in pace tam aptum aut in bello perse- 2
cutionis tam necessarium quam debitam seueritatem diuini uigoris tenere? quam qui remiserit instabili rerum cursu erret semper necesse est et huc adque illuc uariis et incertis negotiorum tempestatibus dissipetur et quasi extorto de manibus

Epist. XXX. — Incipit Cypriano papae pprr (pbris *N*) et diaconi (diac *N*) Romae consistentes *FLN*, Incipit ad Romn *T*, Incipit ad Cyprianum epistola cleri et plebis Romanorum *B*, *om. H*. — 2 Cyprianus presbyteris *T* diacones *H*, diaconibus *N*¹*T* consistentibus *T* 5 uigore] rigore *FT* 6 se *om. Tv* dno *B corr.* 7 patere *B* 8 dei *HV* solius se debere iudicio *V*, solo debere se iudicio *T* 9 suis *om. H* 10 facere *om. B* 11 ingenita *om. BH* tuorum . . . *l. 14* consiliorum *om. B* 12 non *om. L* inuenire *T* ut] et *F* 13 ueneremus *T*¹ et *om. FT* 14 heredes *B* 15 possimus *BTv*, possumus *F* credimus *T*, crederemur *LN*, crederemus *BH*¹ deprehendemur *L*, deprehenderemur *N* 16 eadem omnes *Nv* confessione *T*, confesuone *F* sociati] solaci *FT* 17 pacem *LT* tam aptum] tantum *H* bellis *BHLNT* 18 tam] iam *T* quam] qua *N* debitam] debet ad *B* 19 rigoris *H* erret] eruct *B* 20 *prius* et *om. H* 21 extoto *B*

consiliorum gubernaculo nauem ecclesiasticae salutis inlidat in scopulos, ut adpareat non aliter saluti ecclesiasticae consuli posse, nisi si qui et contra ipsam faciunt quasi quidam aduersi fluctus repellantur et disciplinae ipsius semper custodita ratio quasi salutare aliquod gubernaculum in tempestate seruetur. nec hoc nobis nunc nuper consilium cogitatum est nec haec apud nos aduersus inprobos modo superuenerunt repentina subsidia, sed antiqua haec apud nos seueritas, antiqua fides, disciplina legitur antiqua, quoniam nec tantas de nobis laudes apostolus protulit dicendo: quia fides uestra praedicatur in toto mundo, nisi iam exinde uigor iste radices fidei de temporibus illis mutuatus fuisset, quarum laudum et gloriae degenerem fuisse maximum crimen est. minus est enim dedecoris numquam ad praeconium laudis accessisse quam de fastigio laudis ruisse. minus est criminis honoratum bono testimonio non fuisse quam honorem bonorum testimoniorum perdidisse. minus est sine praeiudicio uirtutum ignobilem sine laude iacuisse quam exheredem fidei factum laudes proprias perdidisse. ea enim quae in alicuius gloriam proferuntur, nisi anxio et sollicito labore seruentur, in inuidiam maximi criminis intumescunt.

3 Hoc nos non falso dicere superiores nostrae litterae probauerunt, in quibus uobis sententiam nostram dilucida expositione protulimus aduersus eos qui se ipsos infideles inlicita nefariorum libellorum professione prodiderant, quasi hoc euasuri inretientes

10 Rom. 1, 8.

1 gubernaculorum *F* nauim *v* ecclesiasticae salutis *om. H*[1] salutis] disciplinae *B* inlidant *BHLT* 2 salutis *L* 3 si *om. BN*, et hii *H* ipsa *B* quidem *B* 6 hoc] hos *T* nunc *om. BH*[1]*N* est *H s. l.* 7 aduersus . . . subsidia *add. H in marg.* 8 haec . . . antiqua *om. H* 9 protulisset *LNv* 10 dicendo] deligendo *T* 11 radicis *T* in illis *T* 12 laudem *T*, laudes *F* degenere *B* fuissem *F*, fuissent *B* 13 minus enim dedecoris est *H*, enim dedecoris *B* 15 fuisse] defuisse *L* 16 praeiudicione *F*, praedicatione *BHLNTv* 17 tacuisse *T* 18 laudes] claues *B* 20 maximis *T s sup. ras.* 22 dilucidam *B*, delucidam *T* expositionem *T* 23 et aduersus *BHLNv* eos *om. B* 24 hoc *om. NHv sed in ras. H* inretientis *L*, inretinendis *B*, irretinentes *H*

illos diaboli laqueos uiderentur, quo non minus quam si ad nefarias aras accessissent hoc ipso quod ipsum contestati fuerant tenerentur, sed etiam aduersus illos qui accepta fecissent, licet praesentes cum fierent non adfuissent, cum praesentiam suam utique ut sic scriberentur mandando fecissent. non est enim inmunis a scelere qui ut fieret inpetrauit, nec est alienus a crimine cuius consensu licet non admissum crimen tamen publice legitur: et cum totum fidei sacramentum in confessione Christi nominis intellegatur esse digestum, qui fallaces in excusationem praestigias quaerit negauit, et qui uult uideri propositis aduersus euangelium uel edictis uel legibus satisfecisse, hoc ipso iam paruit quo uideri paruisse se uoluit. necnon etiam contra illos quoque qui inlicitis sacrificiis manus suas adque ora polluerant pollutis ante mentibus propriis, unde etiam sunt ipsae manus adque ora polluta, fidem nostram consensumque monstrauimus. absit enim ab ecclesia Romana uigorem suum tam profana facilitate dimittere et neruos seueritatis euersa fidei maiestate dissoluere, ut cum adhuc non tantum iaceant, sed et cadant euersorum fratrum ruinae, properata nimis remedia communicationum utique non profutura praestentur et noua per misericordiam falsam uulnera ueteribus transgressionis uulneribus inprimantur, ut miseris ad euersionem maiorem eripiatur et paenitentia. ubi enim poterit indulgentiae medicina procedere, si etiam ipse medicus intercepta paenitentia indulget periculis, si tantummodo operit uulnus nec sinit necessaria temporis remedia obducere cicatricem? hoc non est curare, sed si dicere uerum uolumus occidere.

1 quod *H* quo ... *l. 3* tenerentur *om. H* 2 farias aras arcessissent *T* 3 accepta *BFT*, acta *HLNv* 4 fierent] fuerint *B* 5 mandata *B* 6 ab scelere *B* imperauit *v* 7 non] non a se *v* 9 qui] quia *B* excusatione *FNv*, excusationes *B* 10 qui *om. B* praepositis *BT* 11 uel legibus] legibus *H* 12 quod *BLTv* se *om. BH* 13 qui *om. B* 14 pollutus *H*¹, pullutis *T* propiis *T* 15 pollut *L* consensum quẽ *B* 16 profana] *fort.* prona facultate *B* 17 et] ei *F* auersa *H*¹ dissolueret *T* 18 euersorum] et uniuersorum *B* 19 fratruum *L* properant animis *B* 20 praestarentur *L* et] ut *B* falsa *B* 21 transgressionibus *T* 22 uersionem *B* eripiantur *H*¹*T* paenitentiam *B* 23 indulgentiae] penitentiae *N* procedere] prodere *B*, proficere *v* 24 indulge *T* 25 uultus *T*¹ sinit] sint *H* conducere *BHLNT* 26 uerius *B*

4 Quamquam confessorum quoque, quos hic adhuc in carcerem dignitas suae confessionis inclusit et ad certamen euangelicum sua fides in confessione iam gloriose semel coronauit, litteras habeas conspirantes cum litteris nostris, quibus seueritatem euangelicae disciplinae protulerunt et inlicitas petitiones ab ecclesiae pudore reuocarunt, ne si hoc facile fecissent, disciplinae euangelicae ruinas non facile sarcirent, praesertim cum nulli magis tam congruens esset tenore euangelici uigoris inlibatam dignitatem seruare quam qui se excruciandos et excarnificandos pro euangelio furentibus tradidissent, ne martyrii honorem merito perderent, si in occasione martyrii praeuaricatores euangelii esse uoluissent. nam qui id quod habet non custodit in eo ex quo illud possidet, dum id ex quo possidet uiolat, amittit illud quod possidebat.

5 In quo loco maximas tibi adque uberes gratias referre debemus et reddimus quod illorum carceris tenebras litteris tuis inluminasti, quod ad illos uenisti quomodo introire potuisti, quod illorum animos sua fide et confessione robustos tuis adlocutionibus litterisque recreasti, quod felicitates eorum condignis laudibus prosecutus accendisti ad multo ardentiorem caelestis gloriae cupididatem, quod pronos inpulisti, quod ut credimus et optamus uictores futuros uiribus tui sermonis animasti: ut quamquam hoc totum de fide confitentium et de diuina indulgentia uenire

1 quamquam] quam *B* carcere *BHN* 2 dignitatis H^1 confessiones *T* 3 fide *B* gloriosae *T*, gloriosa *v* 5 ab] ad *H* 6 pudorem *H* reuocabunt *B* ne si *FH*, nisi *BLNTv* facile *om. v* 7 ruinae *Bv* sarcirentur *v* 8 esse *H* tenore *scripsi*, tenorem *FHLNT*, tenor *B* uigorem *H* illibatum *v* 9 dignitatemque *v* se *om. N* excruciandos] excusandos *B* 10 martyrum H^1 11 si occisione *B* 12 esse uoluissent euangelii *H*, esse euang. u. *B* quo T^1 id *om. BT* custodi in eos *T* 13 possidet] *add. H:* uideat amitti dum id ex quo possidet *om. N* id] hic *B* possedit *H* amittit *om. FHT*, uiolat *Oxon. fort. recte* 15 loco quo *B* tibi *om. B* 16 et] ut *B* illo *L* carceres *T* tenebris *B* 18 animas *H* elocutionibus *T* 19 creati *B* felicitatis *BT* indignis *B* 20 prosecutos *NT* ascendisti *B* ardentiore caelesti *B* 21 cupiditate *B* pronos] in nos *FHT*, pronosit *B* inpulsisti *L*, polisti *T*, intellectu *B* ut] ne *F* 23 confidentium *BN* de *om. B*

uideatur, tamen in martyrio suo tibi ex aliquo debitores facti esse uideantur. sed ut ad id unde digressus sermo uidebatur esse rursus reuertatur, quales litteras in Siciliam quoque miserimus subiectas habebis. quamquam nobis differendae huius rei necessitas maior incumbat, quibus post excessum nobilissimae memoriae uiri Fabiani nondum est episcopus propter rerum et temporum difficultates constitutus, qui omnia ista moderetur et eorum qui lapsi sunt possit cum auctoritate et consilio habere rationem. quamquam nobis in tam ingenti negotio placeat quod et tu ipse tractasti, prius ecclesiae pacem sustinendam, deinde sic conlatione consiliorum cum episcopis presbyteris diaconis confessoribus pariter ac stantibus laicis facta lapsorum tractare rationem. perquam enim nobis et inuidiosum et onerosum uidetur non per multos examinare quod per multos commissum uideatur fuisse et in unum sententiam dicere, cum tam grande crimen per multos diffusum notetur exisse, quoniam nec firmum decretum potest esse quod non plurimorum uidebitur habuisse consensum. aspice totum orbem paene uastatum et ubique iacere deiectorum reliquias et ruinas, et idcirco tam grande expeti consilium quam late propagatum uidetur esse delictum. non sit minor medicina quam uulnus est, non sint minora remedia quam funera, ut quomodo qui ruerunt hoc ruerunt quod caeca temeritate nimis incauti fuerunt, ita qui hoc disponere nituntur, omni consiliorum moderamine utantur, ne quid non ut oportet factum tamquam inritum ab omnibus iudicetur.

1 uidear *FT* sibi *B* deuictores *B* factis *L* 2 id unde] eundum *B* et sermo *B* esse ... litteras *om. T* 3 reuertatur] reuersatum *B* sicilia *BHLNT* 4 habetis *H*, haberëbis *L* 5 incumbit *B* 6 fauiani *N* esset *T* 7 ista *om. T* maederetur *B* 8 sint *L* et] et cum *BLN* 9 in tam] istam *B* placeant *B* 10 prius esse *Cypr. epist. 55 c. 5* consolatione *H*¹ 11 episcopis] plurimis *T* et diaconibus *T* 12 pariter** *H*, *om. T* ac st.] adstantibus *BH* 13 ratione *H* inuiosum *L* 14 permissum uidetur *T* 15 et in unam *T*, et unam *B*, et unum *LNv* 16 diffusum per multos *T* quoniam n. f. d. p. esse *om. FHT* firmum] primum *B* 17 uidetur *H* 19 *alterum* et *T s. l.* 21 est *om. v* non sint ... funera *om. T* sit minor *L* 22 funera] uulnera *maluit Baluzius* ruerunt] fuerunt *B* ob hoc *v* ruerunt *om. H* 23 nititur *B* 24 nitantur *B* 25 hominibus *B*

6 Vno igitur eodemque consilio, isdem precibus et fletibus tam nos qui usque adhuc uidemur temporis istius ruinas subterfugisse, quam illi qui in has temporis uidentur clades incidisse, diuinam maiestatem deprecantes pacem ecclesiastico nomini postulemus. mutuis uotis nos inuicem foueamus, custodiamus, armemus. oremus pro lapsis ut erigantur, oremus pro stantibus ut non ad ruinas usque temptentur, oremus ut qui cecidisse referuntur delicti sui magnitudinem agnoscentes intellegant non momentaneam neque praeproperam desiderare medicinam. oremus ut effectus indulgentiae lapsorum subsequatur et paenitentiam, ut intellecto suo crimine uelint nobis interim praestare patientiam, nec adhuc fluctuantem turbent ecclesiae statum, ne interiorem nobis persecutionem ipsi incendisse uideantur et accedat ad criminum cumulum quod etiam inquieti fuerunt. maxime enim illis congruit uerecundia quorum in delictis damnatur mens inuerecunda. pulsent sane fores, sed non utique confringant. adeant ad limen ecclesiae, sed non utique transiliant. castrorum caelestium excubent portis, sed armati modestia qua intellegant se desertores fuisse. resumant precum suarum tubam, sed qua non bellicum clangant. arment se quidem modestiae telis et quem negando mortis metu fidei dimiserant clipeum resumant, sed ut contra hostem diabolum uel nunc armati, non contra ecclesiam quae illorum dolet casus, armatos esse se credant. multum illis proficiet petitio modesta, postulatio uerecunda, humilitas necessaria,

1 hisdem *N*, idem *B* praecipibus *T* 2 adhoc *BT* 3 his *B* temporibus *T* clades] gladiis *B* 4 nomine *B*, nominis *L* postulamus H^1 8 delictis magnitudine *B* 9 praepropera *B* considerare *N* 10 indulgentiam *B* et] ut *B* poenitentia *v* 11 uelit nobis *LN*, uellit nouit *B* interim *om. T* praestare] p̃rare *N* patientiam N^2, paenitentiam $FHLN^1T$, paenitentia *B* 12 adhuc *om. L* fluctuante eturbante *L*, fluctuent et conturbent *N* nec N^1 interiorem] interimere *B* 13 persecutione ipsi incidisse uidentur *B* accendat T^1 15 inuerecundia LT^1 16 foras *B*, foris *T* sed *om. N* confrangant *T* adeant *om. T* 17 lumen *L* exiliant *B* 18 se *om. B* 19 resumerant *T* libellicum *H* 20 **clangant *T*, plangant *BLN* modestiam *B* quem] quae *B* negando *F*, negatio *H*, negotio *BLNT* 21 remiserant *B* 23 casus] cesos *H* armatus *B* credent *B* 24 uerecundia *L*

patientia non otiosa. mittant legatos pro suis doloribus lacrimas, aduocatione fungantur ex intimo pectore prolati gemitus dolorem probantes commissi criminis et pudorem.

Immo si dedecoris admissi magnitudinem perhorrescunt, si 7
pectoris et conscientiae suae letalem plagam et sinuosi uulneris altos recessus uere medica manu tractant, erubescant et petere: nisi quia maioris est rursum et periculi et pudoris auxilium pacis non petisse. sed hoc totum in sacramento, sed in ipsius postulationis lege temporis facto temperamento, sed postulatione demissa, sed prece subdita: quoniam et qui petitur flecti debet, non incitari, et sicut respici debet diuina clementia, sic respici debet et diuina censura, et ut scriptum est: d o n a u i t i b i o m n e d e b i t u m, q u i a m e r o g a s t i, sic scriptum est: q u i m e n e g a u e r i t c o r a m h o m i n i b u s, n e g a b o e t e g o e u m c o r a m p a t r e m e o e t c o r a m a n g e l i s e i u s. Deus enim ut est indulgens, ita est praeceptorum suorum exactor et quidem diligens, et sicut ad conuiuia uocat, sic habitum nuptiarum non habentem manibus et pedibus extra sanctorum coetum foras iactat. parauit caelum, sed parauit et tartarum. parauit refrigeria, sed parauit etiam aeterna supplicia. parauit inaccessibilem lucem, sed parauit etiam perpetuae noctis uastam aeternamque caliginem.

Cuius temperamenti moderamen nos hic tenere quaerentes diu 8
et quidem multi et quidem cum quibusdam episcopis uicinis

12 Matth. 18, 32. 13 Matth. 10, 33 (cf. Luc. 12, 9).

1 patientia] paenitentia *B* lacrimarum *H* 2 aduocationem *B* fugantur *T* ex] et *N* prolati] ploratus *H* gemitus] demi *B* 3 pudore *B* 4 dedecores *T* magnitudine *T*, magnitudinis *B* si *om. B* 5 peccatoris *L* conscientiam *B* suae *om. N* et sinuosi] nesciunt immo sui *B* 6 altos] auctos *B* uere] suere *H* medicina *BT* tractante *T* et petere] appetere *H* 7 maior *B* et pudoris] pudoris *BL* 8 postulationes *B* 9 lege . . . sed *om. B* dimissa *BT*, dismissa *F*, submissa *H* 10 et *om. B* citari *B* 12 ut *F*, sicut *BHLNTv* 13 sic] sicut *F*; *fort.* sic et 15 coram *om. N* 16 ita est *om. B*, ita et *N* praeceptore *B* 17 ad conuiuium *BT*, conuiuio *v* aduocat *B* habitu *FLT* habentium *F* 18 manibus] ligatis manibus *Bv* caetum *BN*, coetu *F* foris *F* 19 sed *om. B* 20 lucem] lumen *L* sed et parabit *F* 22 moderatione hic *B* diu *om. T* 23 et q.] aequidem *B* multi et quidem *om. B*

nobis et adpropinquantibus et quos ex aliis prouinciis longe positis persecutionis istius ardor deiecerat, ante constitutionem episcopi nihil innouandum putauimus, sed lapsorum curam mediocriter temperandam esse credidimus, ut interim dum episcopus dari a Deo nobis sustinetur in suspenso eorum qui moras possunt dilationis sustinere causa teneatur, eorum autem quorum uitae suae finem urgens exitus dilationem non potest ferre, acta paenitentia et professa frequenter suorum detestatione factorum, si lacrimis, si gemitibus, si fletibus dolentes ac uere paenitentes animi signa prodiderunt, cum spes uiuendi secundum hominem nulla substiterit, ita demum caute et sollicite subueniri, Deo ipso sciente quid de talibus faciat et qualiter iudicii sui examinet pondera, nobis tamen anxie curantibus ut nec pronam nostram inprobi homines laudent facilitatem nec uere paenitentes accusent nostram quasi duram crudelitatem. optamus te, beatissime ac gloriosissime papa, semper in Domino bene ualere et nostri meminisse.

2 persecutionibus *B* ∗eiecerat *H*, eiecerat *BLNv* 4 credimus *v* 7 fine *BHLN* dilatione *T* 9 si fletibus *om. H* dolentis *v* paenitentis *LNv*, poenitentia *T* 10 prodiderint *BLNv* 11 substiterit *in* subierit *corr. N* subuenire *T* 12 ipsi scienti *T* quod *B*, qui *H* iudiciis suis *B* 13 ancxie *BN*^{1} curauimus *B* 14 laudant *LT* 15 opto uos fratres beatissimi ac gloriosissimi semper bene *etc. T* 16 in domino semper *v*, semper *B* et nostri meminisse *om. B.* — Cypriano papae pprr et dd Romae consistentes (consistentibus *N*) explicit *FLN*, Ad Cyprianum cleri et plebis Romanorum epistola explicit *B*, Explicit ad Romanos *T*, *om. H.* —

EPISTVLA XXXI.

CYPRIANO PAPAE MOYSES ET MAXIMVS PRESBYTERI ET NICOSRATVS ET RVFINVS ET CETERI QVI CVM EIS CONFESSORES S.

Inter uarios et multiplices, frater, dolores nobis constitutis I
propter praesentes multorum per totum paene orbem ruinas hoc praecipuum nobis solacium superuenit quod acceptis litteris tuis erecti sumus et dolentis animi maeroribus fomenta suscepimus. unde intellegere iam possumus gratiam diuinae prouidentiae forsitan non ob aliam causam nos tam diu clausos uinculis carceris reseruare uoluisse nisi ut instructi et robustius animati litteris tuis uoto proniore ad coronam destinatam possemus peruenire. inluxerunt enim nobis litterae tuae ut in tempestate quadam serenitas, ut in turbido mari exoptata tranquillitas, ut in laboribus requies, ut in periculis et doloribus sanitas, ut in densissimis tenebris candida lux et refulgens. ita illas animo sitiente perbibimus et uoto esuriente suscepimus, ut ad certamen inimici ex illis nos satis pastos et saginatos gaudeamus. reddet tibi Dominus pro ista tua caritate mercedem et huius tam boni operis repraesentabit debitam

Epist. XXXI. — Incipit (incipit *om. H*) Cypriano papae Moyses et (et *om. T*) Maximus prbb (presbiteri *H*, et ceteri confessores *μ*) *HTμ (fol. 166ᵇ)*, Rescriptum Moysi et Maximi presbyteri ceterorum *g*, Rescripta confessorum *v (fol. 190ᵃ)*, Incipit *F*, *om. β*. — 2 Caecilio cypriano episcopo ecclesiae carthaginensium Moyses *Baluzius ex uetustissimo quem dicit codice sancti Remigii Remensis* 3 rufinus] diaconi *add. Tμv* qui cum eis *FT*, cum eis *v*, qui cum eis sunt *Hgβμ*, *om. v* 4 confessores] *add. Baluzius ex eodem codice:* in fide ueritatis perseuerantes in deo patre et in filio eius iesu christo domino nostro et in spiritu sancto 5 frater] super *g* in nobis constitutos *v* 6 multorum fratrum *v* 8 dolentes *H* suscipimus *T* 9 gratiae d. prouidentiae forsitam *v* 10 ob] ab *T* nos] nos non *FT* tam] tantum *T* clausis *T* 11 reseruari *g* instructis *T*, instructius *Manutius* 13 posse *H* litteris tuis *v* 14 ut] et *v* exoptata *om. V* 15 ut in l.] et in l. *v* doloribus] laboribus *v* 16 fulgens *Hgβ* 17 illa *v* 18 nos *om. Tμ* satis *om. g* pasti *μ*, cibatos *g* saginati *μ* 19 esse gaudeamus *g* 20 operis *om. g* repraesentauit *T* debitam] ad *v*

frugem. non minus enim coronae mercede condignus est qui hortatus est quam qui et passus est, non magis laude condignus est qui fecit quam qui et docuit. non minus honorandus est qui monuit quam qui et exhortatori paruit, nisi quoniam nonnumquam magis gloriae cumulus redundat ad eum qui instituit quam ad eum qui se docibilem discipulum subministrauit. hic enim fortassis hoc quod exercuit non habuisset, nisi ille docuisset.

2 Percepimus igitur, iterum dicemus, frater Cypriane, magna gaudia, magna solacia, magna fomenta, maxime quod et gloriosas martyrum non dicam mortes sed inmortalitates gloriosis et condignis laudibus prosecutus es. tales enim excessus talibus uocibus personandi fuerunt, ut quae referebantur sic dicerentur qualiter facta sunt. ex tuis ergo litteris uidimus gloriosos illos martyrum triumphos et oculis nostris quodammodo caelum illos petentes prosecuti sumus et inter angelos ac potestates dominationesque caelestes constitutos quasi contemplati sumus. sed et Dominum apud patrem suum testimonium illis promissum perhibentem auribus nostris quodammodo sensimus. hoc est ergo quod et nobis animum in dies erigit et ad consequendos gradus tantae dignationis incendit.

1 enim minus *Hν* mercedem *Tμ*[1] dignus *ν* qui . . . condignus *om. β* 2 qui et] et qui *g* magis *scripsi,* minus *FHTgμνv* 3 est *om. Tβμνv* fecit quam qui et docuit *FTgβμν,* docuit q. q. et docuit *H* docuit q. q. et fecit *v* 4 minuit *T,* uoluit *ν* et exhortatori paruit *scripsi,* et exortauit *F,* et hortauit *T,* exhortauit *μ* (*sed in marg. m. 2:* exhortationi paruit), exhortatus est *ν,* monitus est et exortauit (exortatus *β,* exhortatur *g*) *Hβg,* dimicauit *v* 5 redundat] redimat *μ* 6 institui *T* suum ministrauit *H,* ministrauit *g* 7 hic] sic *Hβ* fortasse *Tμν* hoc] id *ν* 9 et iterum *g* dicimus *Hgβν, om. μ* pater *μ* 11 inmortalitatem *T* 12 dignis *μ* prosecutus *ν* es] est *ν* talis *ν,* tale *H* excessu *H* 13 personandi] prosequendi *v* 14 uidemus *μ* 15 quodammodam *T* 16 illum *μν* persecuti *μ* ac] et *g* 17 quasi *om. v* 18 dn̄i *ν* testimonium suum *HTβμν,* testimonium *g* illic *β* 19 perhibentem reddens *FHT,* perhibentem recens *β,* prohibentem redentem *μ* 20 animum inde *F,* in dies animum *g* 21 accendit *g*

Quid enim gloriosius quidue felicius ulli hominum poterit 3
ex diuina dignatione contingere quam inter ipsos carnifices interritum confiteri Dominum Deum, quam inter saeuientis saecularis potestatis uaria et exquisita tormenta etiam extorto et excruciato et excarnificato corpore Christum Dei filium etsi recedente sed tamen libero spiritu confiteri, quam relicto mundo caelum petisse, quam desertis hominibus inter angelos stare, quam inpedimentis omnibus saecularibus ruptis in conspectu Dei iam se liberum sistere, quam caeleste regnum sine ulla cunctatione retinere, quam collegam passionis cum Christo in Christi nomine factum fuisse, quam iudicis sui diuina dignatione iudicem factum fuisse, quam inmaculatam conscientiam de confessione nominis reportasse, quam humanis et sacrilegis legibus contra fidem non oboedisse, quam ueritatem uoce publica contestatum fuisse, quam ipsam quae ab omnibus metuatur moriendo mortem subegisse, quam per ipsam mortem inmortalitatem consecutum fuisse, quam omnibus saeuitiae instrumentis excarnificatum et extortum ipsis tormentis tormenta superasse, quam omnibus dilaniati corporis doloribus robore animi reluctatum fuisse, quam sanguinem suum profluentem non horruisse, quam supplicia sua post fidem amare coepisse, quam detrimentum uitae suae putare uixisse?

Ad hoc enim proelium quasi quadam tuba euangelii sui nos 4
excitat Dominus dicendo: q u i p l u s d i l i g i t p a t r e m a u t

24 Matth. 10, 37. 38.

1 felicius] facilius *Fμv* 2 inter *om. Tμ* ipso carnificis *Tμ* interritum *F*, interitum *v*, interitu *Tμ*, in terris *Hgβ*, inter ictus *coni. Dionysius Petauius*, in ipso interitu *v* saeuientes *Fμ*, seuidentes *T*, saeuientia *Hgv* saeculares potestates *Tμ*, popularis potestatis *v* 4 per uaria *H* extoto *μ* et *om. V;* et excruciato *om. μv* 5 et *om. V* etsi recedente] et sine caedente *V* 9 dñi *gμv* iam se *om. g* se liberum] celerem *V* 10 contactione *μ* tenere *v* 11 quam iudicis ... fuisse *om. Hgβ* 14 legibus] regibus *g* 15 ipse *T* hominibus *μv* metuitur *g* 17 cum omnibus *Hgβ* 19 laniati *T* 20 luctatum *Tμ* quam *ex* quare *v m. 2* 22 detrimenta *v* uixisse] non exisse *v*, non uixisse *V teste Rigaltio*, uicisse *V test. Oxon.* 23 adhuc *FHT* quaedam *H* 24 excitat nos *T* dicens *βv* plus *post* matrem *g*

matrem quam me non est me dignus, et qui plus diligit animam suam quam me non est me dignus, et qui non tollit crucem suam et sequitur me non est me dignus. et iterum: beati qui persecutionem passi fuerint propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. beati estis cum uos persecuti fuerint et odio habuerint. gaudete et exultate. sic enim et prophetas persecuti sunt, qui ante uos fuerunt. et: quoniam ante reges et praesides stabitis, et tradet frater fratrem ad mortem, et pater filium et qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. et: uincenti dabo sedere super thronum meum, sicut et ego uici et sedi super thronum patris mei. sed et apostolus: quis nos separabit a caritate Christi? pressura an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius? sicut scriptum est: quia propter te interficimur tota die, aestimati sumus ut oues occisionis, sed in his omnibus superamus propter eum qui nos dilexit.

5 Haec et huiusmodi cum in euangelio conlata perlegimus, et quasi faces quasdam ad inflammandam fidem dominicis uocibus subpositas nobis sentiamus: hostes ueritatis iam non tantum non perhorrescimus, sed et prouocamus, et inimicos Dei iam hoc ipso

4 Matth. 5, 10—12. 9 Matth. 10, 18. 21. 22. 12 Apoc. 3, 21. 14 Rom. 8, 35—37.

1 dignus me *T* plus *post* suam *g* 3 et qui] qui *β* suam crucem *H* sequatur *T* 5 iustitiam] me *T* quoniam ipsorum est *Fg*, ipsorum est enim *HTβνμv; cf. p. 129, 15* 6 eritis *Tv* persecuti uos *g* 7 habuerint homines *H* 8 enim et] etenim et *T*, et *Hβ* qui a. u. fuerunt *om. Tμ* fuerunt] patres eorum *add. v* 9 et] et iterum *v* praesides] potestates *v* 10 ad] in *F* 11 in] ad *HTμνv* 12 supra *Hg* 13 et ego] ego *μ* 14 separauit *T*, inquit separabit *F* 15 an persecutio] persecutio *Hg* famis *T* 18 ut] uelut *Hv* occisionis] uictimae *Hβgv*, iugulationis *μ* iis *v* 19 superauimus *ν*, superuincimus *v* propter eum] pro eo *Tμv* dilexit nos *g* 20 eiusmodi *Tμ* cum et *Tμ*, cum ẽ *ν* conlata] collecta *μ* perlegamus *βv* 21 quasi *om. ν* 22 sentimus *V* tantum non] tantum *T* 23 sed et] sed ẽ *ν* inimicus *T*

quod non cessimus uicimus, et nefarias contra ueritatem leges subegimus. et si nondum nostrum sanguinem fudimus, sed fudisse parati sumus, nemo hanc dilationis nostrae moram clementiam iudicet, quae nobis officit, quae inpedimentum gloriae facit, quae caelum differt, quae gloriosum Dei conspectum inhibet. in huiusmodi enim certamine et in huiusmodi ubi decertat fides proelio moram martyres non distulisse uera clementia est. pete ergo, Cypriane carissime, ut nos gratia sua Dominus magis ac magis in dies singulos quosque uberius atque propensius et armet et inlustret, uiribus potentiae firmet ac roboret, ut qua optimus imperator milites suos, quos usque adhuc in castris carceris exercuit et probauit, producat iam ad propositi certaminis campum. porrigat nobis arma diuina, illa tela quae nesciunt uinci, loricam iustitiae quae numquam solet rumpi, clipeum fidei qui non potest perforari. [galeam salutis quae non potest frangi et] gladium spiritus qui non consueuit uulnerari. cui enim magis haec ut pro nobis petat mandare debemus quam tam glorioso episcopo, ut hostiae destinati petant auxilium de sacerdote?

Ecce aliud gaudium nostrum, quod in officio episcopatus tui, **6**
licet interim a fratribus pro temporis condicione distractus es, tamen non defuisti, quod litteris confessores frequenter corroborasti, quod etiam sumptus necessarios de tuis laboribus iustis

1 nefarios *H* ueritatem] ciuitatem *V* legis *HT* 2 subegimus] subicimus *T* sanguinem nrm̃ *v* fundimus *H* fudisse] fundere *v* 3 dilectionis *v* 4 offecit H^1, efficit T^1 5 quaeque *μ* differet *T* 6 eiusmodi enim *μv* fide *T* 7 proelii *v* mora *Tv*, in horam *β* ueram clementiam (est *om. T*) 8 gratie *β* 9 in] et in *Hgβ* die *μ* quoque liberius *Tμ* 10 et uiribus *Hgβvv* potentiae suae *v* ac] et *β* ut qua *FTVv*, ut quasi *μ*, et quasi *Hgβv* 11 quos] quo $HT\mu^1$ carceris castris *T* exercuit et *om. g*; exercuit *om. Hβ* 12 probat *β* iam] etiam *Tμ* propositis *T* 13 illa diuina *v* 14 numquam solet] nescit *g* rumpi] uinci *v* non] numquam *T* 15 forari *g* galeam ... frangi et *om. FHTgβμv* 16 cui] *ui *T* magis *om. gv* haec] nec *F* 17 nobis] bonis *g* in tam *T*, *om. Hgβ* 18 destinatae *HTβμV*, designate *g* 19 gaudium] gladium *v* in *om. β* officii *Tμ* tui] tu *Tμ* 20 interim a] in primo a *V*, inter initia *codd. Anglic.* temporibus μ^1 21 litteras *T*, litteris tuis *v* roborasti *g* 22 quo *H*

praebuisti, quod in omnibus te praesentem quodammodo semper exhibuisti, quod in nulla officii tui parte quasi aliquis desertor claudicasti. sed quod nos ad maiorem laetitiam robustius prouocauit tacere non possumus quin omni uocis nostrae testimonio prosequamur. animaduertimus enim te congruente censura et eos digne obiurgasse, qui inmemores delictorum suorum pacem a presbyteris per absentiam tuam festinata et praecipiti cupididate extorsissent, et illos qui sine respectu euangelii sanctum Domini et margaritas prona facilitate donassent, cum tam grande delictum et per totum paene orbem incredibili uastatione grassatum non oporteat nisi, ut ipse scribis, caute moderateque tractari, consultis omnibus episcopis presbyteris diaconibus confessoribus et ipsis stantibus laicis, ut in tuis litteris et ipse testaris, ne dum uolumus inportune ruinis subuenire, alias maiores ruinas uideamur parare. ubi enim diuinus metus relinquetur, si tam facile peccantibus uenia praestatur? fouendi sunt sane ipsorum animi et ad maturitatis suae tempus nutriendi et de scripturis quia ingens et supra omnia peccatum commiserint instruendi. nec hoc animentur quia multi sunt, sed hoc ipso magis reprimantur quia non pauci sunt. nihil ad extenuationem delicti numerus inpudens ualere consueuit, sed pudor, sed modestia, sed paenitentia, sed

1 quod . . . exhibuisti *om. β* in *om. v* praesentibus *T* quodadmodo *μ*, modo *g* semper *om. Tμ* 2 exhibuisti] praebuisti *FTμv* aliqui *HTv* 3 quod] qui *ex* quo *H* prouocasti *Hgβ* 4 qui in *F*, cum *β* omnis *T* uoce *F* nostrate *F* 5 prosequatur *v* animaduertemus *v* congruenti *μv* et *om. v* 7 absentiam] inpatientiam *Hgβ* suam *HTgμ* 8 respectum *T* dñi scm *g*, dñi secundum *v*, praesenti* dñi *T*, sanctum domini canibus *vv* 9 prona *FHgβμV*, porcis prophana *Tvv*; *cf. Matth. 7,6.* tam *om. βv* delictum] luctum *g* 12 consulis *Tμ* epis omnibus *v* diaconis *HβV* 13 stantibus] scis *Tμ* ut in] sicut *Hgβ*, ut *v*, et in *μ* testare *T* 14 subueniri *T* 15 diuinitus *Hβ*, uidimus *F* metus] sermo *Vv* relinquitur *Tvv*, relinqueretur *μ* 16 praestetur *Tμvv* sane ipsorum sunt *μ*, sane ipsorum *HTgβ*, sunt sane lapsorum *fort.* 17 et *om. H* et de . . . instruendi *om. Hβ* scripturis sanctis *Hβv* quia] quam *HTβv* 18 et] ac *g* peccata peccatum *g* nec] ne *g* ex hoc *Vg* 19 ex hoc *gβ* ipsud *T* 20 numeris T^{1} inpudens *om. v* 21 ualere *F*, *om. HTβμg*, prodesse *v* consueuit] consulit *v*; contulit *absque* ualere *malim* paenitentia] patientia *gv*

disciplina, sed humilitas atque subiectio, sed alienum de se expectasse iudicium, sed alienam de suo actu sustinuisse sententiam. hoc est quod paenitentiam probat. hoc est quod inpresso uulneri inducit cicatricem. hoc est quod deiectae mentis ruinas erigit et adtollit, quod ardentem delictorum aestuantium morbum restinguit et finit. non enim ea quae sanorum sunt corporum medicus aegris dabit, ne inportunus cibus tempestatem ualetudinis saeuientis non reprimat, sed accendat: scilicet ne quod potuisset maturius ieiunio adtenuante sanari uideatur per inpatientiam longius pasta cruditate produci.

Eluendae sunt igitur impio sacrificio manus inquinatae operi- 7
bus bonis et nefario cibo ora misera polluta paenitentiae sunt uerae sermonibus expianda, et in secretis cordis fidelis nouellandus et conserendus est animus. crebri paenitentium gemitus audiantur et iterum fideles ex oculis lacrimae profundantur, ut illi ipsi oculi, qui male simulacra conspexerunt, quae inlicite commiserant satisfacientibus Deo fletibus deleant. non est ni patientia in morbis necessaria. luctantur cum suo dolore qui languent et ita demum sperant sanitatem, si tolerantia superarint dolorem. infidelis enim cicatrix quam cito festinans medicus induxit et ad quemlibet casum medella rescinditur, si non fideliter

1 expectare *v* 2 alienum *T*, aliena *v* actu *om. v* 3 *alterum* est quod *om. V* 4 ducit *HTgβμv* 5 morbum] uaporem *Hgβv* restringit *v*, extinguit *Hgβ* 6 et finit *om. Hgβ* non enim] congruas escas medicus egris dat non enim *Hgβ* ea *om. Tμv* quae] aquae *μ* 7 saeuienti *T* 8 potius sed *F*, posset *v* (potuisset *V*) 9 ieiunius *T* adtenuante sanari uideatur] attenuari *Vv* 10 pasta] passa *FTμ*, passiua *V teste Rigaltio* crudelitate *T* producat *Vv* 11 elauandae *Tg* 12 misera ora *H* paenitentiae] patientiae *FHTμ* sunt uere *HT*, uere sunt *g* 13 re sertae sermonibus *v* 14 et conserendus *Fv*, et consecrandus *Hgβ*, *om. Tμ* animus et cons. est *g* crebi *T*, crebis *F*, crebro *v*, ut crebri *Hβg* paenitentium] patientium *FHg*, spatium *Tμ* gemitu *v* 15 audiantur *om. v*, audeat *F*, gaudeat *T* et] non semel tantum sed *v* ut] et *μ* 16 mala *T* conspexerant *v* illicita *μvv*, illicitis *g* 17 commisert *g* satisfactionibus *FTgv* deo *om. g* debeant H^1, diluant *g* nisi *βgVv*, in *FHTμv* 18 patientia] penitentia *g* in morbis *HTgβμ*, in mortis *v*, morbis *V*, timor *F* luctentur *g*, lucrantur *H* 19 sperent *g* si] sed *β* superauit *μ* 20 enim est *g* 21 et *om. v* casu $T\mu^1$

de ipsa tarditate remedia praestantur. cito rursus in incendium flamma reuocatur, nisi totius ignis etiam usque ad extremam scintillam materia restinguitur, ut merito huiusmodi homines sciant sibi etiam de ipsa mora magis consuli et fideliora de necessariis dilationibus remedia praestari.

8 Ceterum ubi erit quod custodia squalidi carceris includuntur qui Christum confitentur, si sine periculo fidei sunt qui negauerunt? ubi quod in nomine Dei catenarum ambitu uinciuntur, si sine communicatione non sunt qui confessionem Dei renuerunt? ubi quod detenti gloriosas animas ponunt, si qui dereliquerunt fidem periculorum et delictorum suorum non sentiunt magnitudinem? quod si nimiam inpatientiam praeferunt et intolerabilem festinationem communicationis exposcunt, frustra querula ista et inuidiosa ac nihil aduersus ueritatem ualentia iactant petulanti et infreni ore conuicia, quandoquidem licuerit illis suo iure retinere quod nunc sua sponte quaesita necessitate coguntur postulare. fides enim quae Christum potuit confiteri potuit et a Christo in communicatione retineri. optamus te, frater, bene ualere et nostri meminisse.

1 praestentur *HTgβμνv* rursum *Hβν* incendio *ν* 2 flammam *F*, lamina *V* reuocantur *H*^{1}, reuocaretur *F* 3 restinguatur *Hgβv*, stinguitur *T*, extinguitur *μ* eiusmodi *V* 4 magis *om. ν* consili *F*, consilii *T* de *om. Tμv* 6 custodias *HT*, custodiis *g* 8 ubi] ut *F* uincuntur *Tg* 9 si *om. T* renuerunt *μν*, tenuerunt *FT*, non retinuerunt *Hgβv* 10 detenti *om. V*, debenti *T*, detenti martyres *Hβgv* animas suas *Tμν* reliquerunt *Hgν*, relinquerunt *β* 11 suorum *om. g* 12 quosi *T* prae se ferunt *ν* et *om. F* intolerabili *v* 13 festinatione *ν*, fesionem *T* communicationem *ν* 14 quaerela *T*, querellas *μ sed* s *s. l. m. 2*, querelosa *βν* indiosa *T* aduersum *HTμ* 15 et] ac *g* infreni ore *FHgβ*^{2}*μ*^{2}, infreni eo ore *β*^{1}, infreniora *μ*^{1}, infreni ori *ν*, infreniorem *T* 16 illi *ex* ille *μ* sponte sua *T* 17 potuit christum *v* 18 et *om. Tμν* communicationem *T*, communicatio *g* frater *F*, frater in domino *V*, beatissime ac (et *g*) gloriosissime papa in domino semper *HTgβμνv* (*nisi quod* ac gloriosissime *om. ν*). — Cypriano papae Moyses et Maximus ppbb explicit *FT*, *om. Hgβμν*. —

EPISTVLA XXXII.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS FRATRIBVS S.

Quales litteras ad clerum Romae agentem fecerim quidque illi mihi rescripserint, quid etiam Moyses et Maximus presbyteri et Nicostratus et Rufinus diaconi et ceteri cum eis confessores in custodia constituti aeque ad litteras meas rescripserint ut scire possetis, fratres carissimi, exempla uobis legenda transmisi. uos curate quantum potestis pro diligentia uestra ut et scripta nostra et illorum rescripta fratribus nostris innotescant. sed et si qui de peregrinis episcopi collegae mei uel presbyteri uel diacones praesentes fuerint uel superuenerint, haec omnia de uobis audiant. et si exempla epistularum transcribere et ad suos perferre uoluerint, facultatem transcriptionis accipiant. quamuis et Satyro lectori fratri nostro mandauerim ut singulis desiderantibus describendi faciat potestatem, ut in ecclesiarum statu quoquo modo interim componendo seruetur ab omnibus una fida consensio. de ceteris uero quae agenda erunt, sicut et collegis meis plurimis scripsi, plenius consilio communi tractabimus, quando conuenire in unum permittente Domino coeperimus. opto uos, fratres carissimi ac desiderantissimi, semper bene ualere. fraternitatem salutate. ualete.

Epist. XXXII. — Incipit (Cyprianus *add. L*) ad presbyteros et diaconos *LB*, Incipit presb̄ et diaconibus consisteñ Romae *T*, Incipit ad Romanos epistula prima *MQ*. — 3 feceram *L* 4 scripserint *T* moses *L*, nos BMQ^1. mos̄ Q^2 presbiter *T* 5 diacones BT^2 6 aeque] quae *B* 7 possitis *B* 8 transmissi et *T sed* et *s. l. m. 2* ut et *L*, ut *BQTv* 9 nostri *T* 10 et *om. B* quis B^1 de] te *Q* episcopis *B*, et episcopis *QT* 11 diaconi* *B* s *eras.* 12 et] aut *B* si] sic *Q* exemplum *B* 13 transferre *B* 14 saturo *v* lectoris *M* (lectori *Q*). college lectori *B* 15 *prius* ut *T s. l.* 16 statum *Q* quo quomodo *Q*, quomodo *BM* 17 una] una et T^2v fide *B* (*i. e.* fidei) 18 erant *ex* erat *T* 19 tractauimus $BLQT^1$ uno permittemte *M* (unum permittente *Q*) 21 in domino semper *L* fraternitate *T*; fr. s. ualete *om. B* salute Q^1 (salutate MQ^2), *om. T* uale *L*. — Ad presbyteros et diacon̄ exp̄ (explicat *L*) *BL*, Ad Maximum presb̄ et Vrbanum et Sidonium et Macharium explicit *T*. —

EPISTVLA XXXIII.

1 Dominus noster, cuius praecepta metuere et seruare debemus, episcopi honorem et ecclesiae suae rationem disponens in euangelio loquitur et dicit Petro: ego tibi dico quia tu es Petrus, et super istam petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferorum non uincent eam, et tibi dabo claues regni caelorum, et quae ligaueris super terram erunt ligata et in caelis, et quaecumque solueris super terram erunt soluta et in caelis. inde per temporum et successionum uices episcoporum ordinatio et ecclesiae ratio decurrit ut ecclesia super episcopos constituatur et omnis actus ecclesiae per eosdem praepositos gubernetur. cum hoc ita diuina lege fundatum sit, miror quosdam audaci temeritate sic mihi scribere uoluisse ut ecclesiae nomine litteras facerent, quando ecclesia in episcopo et clero et in omnibus stantibus sit constituta. absit enim nec Domini misericordia et potestas eius inuicta patiatur ut ecclesia esse dicatur lapsorum numerus, cum scriptum sit: Deus non est mortuorum

4 Matth. 16, 18. 19. 18 Matth. 22, 32.

Epist. XXXIII. — Incipit (incipit *om.* φμ; cipriano *add.* *T*) aduersus (ad *Z*) lapsos qui (quidquid φ) illi (illic *T*, illi de usurpata pace *Z*) scripserunt (scripserint *Z*; epistola *add.* φ) *TZ*φμ, Aduersus lapsos quorum aliquorum temeritatem arguit aliorum exaltat humilitatem premittens ecclesiam constitutam super epis̃ et per eosdem prepositos gubernari *w*. — 2 dominus] Cyprianus lapsis. Dominus *v*, cyprianus dñs μ metuere (etuere *T*) et seruare debemus T^2φ, inuenire et obseruare debemus μ, metuere debemus et seruare *w*, m. debemus et seruare debemus T^1, et monita obseruare d. *Zv* 3 honorem et] honore *Z* suae *om.* *w* 4 dico tibi φ 5 istam] hanc *Z*φ 6 uincent eam] uincentem *T*, praeualebunt contra eam *Z* et *om.* *V* 7 quae] quecumque *Z* 8 et in] in *T*μ et quaecumque . . . caelis *om.* μ 9 et *om.* *T* celo *w* 10 successorum φ ordinatio et] ordinationibus φ*w* 11 ecclesiae s. c. constituantur μ 12 omnes *Zw* gubernentur *Zw* 13 ita] itaque *Z*μ*v* fundamentum *w* 14 sic *om.* *Z*μ ut . . . facerent *om.* *Z*μ 15 quando] cum *Z*μ clero] deo *Z* in *om.* *Z* 16 constituta absit enim *om.* μ nec] ne *V*μ, de *Z* 17 et] ut *Z* inuincta *w*, inuidiam *VZ*μ

sed uiuorum. omnes quidem uiuificari optamus et ut in statum pristinum restituantur precibus nostris et gemitibus oramus. si autem quidam lapsi ecclesiam se uolunt esse et si apud illos atque in illis est ecclesia, quid superest quam ut ipsi rogentur a nobis ut nos ad ecclesiam dignentur admittere? summissos ergo et quietos et uerecundos esse oportet eos qui delicti sui memores satisfacere Deo debent nec ecclesiae nomine litteras facere, cum se magis sciant ecclesiae scribere.

Scripserunt autem mihi quidam de lapsis humiles et mites 2 et trementes ac metuentes Deum et qui in ecclesiis semper gloriose et granditer operati sunt et opus suum numquam Domino inputauerunt, scientes illum dixisse: et cum haec omnia feceritis, dicite: serui superuacui sumus, quod debuimus facere fecimus. quae illi cogitantes et quamuis libello a martyribus accepto, ut tamen ad Dominum satisfactio ipsa admitti possit, orantes scripserunt mihi se delictum suum cognoscere et paenitentiam ueram agere, nec ad pacem temere aut inportune properare, sed expectare praesentiam nostram, dicentes pacem quoque ipsam, si eam nobis praesentibus acceperint, dulciorem sibi futuram. quibus quantum gratulatus sim Dominus testis est, qui dignatus est ostendere quid eiusmodi et tales serui de eius bonitate mereantur. quas cum litteras

12 Luc. 17, 10.

1 optotamus *T*, optamus *ante* omnes *exh. w* in *om. T* 3 esse uolunt *Z*, uolentes esse *μ* 4 in *om. μ* 5 dignantur *w*, dignatur *μ* 6 oportet esse *φ* qui] atque *Z* 7 memores] merores *Tw* curant satiffacere *w* dn͞o *μ s. l. m. 2* deo ... facere *om. φw* deo debeant nec *T*, cum se magis sciant *Z* 8 ecclesiam *Z* 9 nuper quidam *Zμv* 10 ac] et *Zφμwv* dn͞m *Zμ* ecclesia *Zμv* 11 numquam *om. Oxon.* 12 scientis *T* illum] eum *Z* omnia *om. w* 14 illic *Tμ* quouis *μ* 15 a *om. Zμ* a dominum *T*, a dn͞o *μv* 16 ipsa] sua *Zv*, sa *T*, sus *μ* posset *Z* se] sed *μ*, sine *T* 17 cognoscere suum *φ* agere ueram *μ* 18 pn͞si pn͞tiam *φ*, penitentiam *w* 19 docentes *Z* eam] a *μ* 20 gratulatim *φ* sum *Zφ* 21 est *om. T* qui d. est *om. μ* dignatus] potens *Z* ostendere *corr. in* ostendens *μ m. 2* quid de *Z* huiusmodi *φ* 22 et] est *μ* de *om. μ*, et *w* bonitatem *μ*, benignitate *Zμv* quas cum litteris *φ*, litteras quas cum *μ*, quas litteras cum *Zwv*

acceperim et nunc aliud scripsisse uos legerim. peto discernatis desideria uestra et quicumque estis qui has litteras nunc misistis nomina uestra libello subiciatis et libellum cum singulorum nominibus ad me transmittatis. ante est enim scire quibus rescribere habeam. tunc ad singula quae scripsistis pro loci et actus nostri mediocritate rescribam. opto uos, fratres, bene ualere et secundum Domini disciplinam quiete et tranquille agere. ualete.

EPISTVLA XXXIIII.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS FRATRIBVS S.

1 Integre et cum disciplina fecistis, fratres carissimi, quod ex consilio collegarum meorum qui praesentes erant Gaio Didensi presbytero et diacono eius censuistis non communicandum, qui communicando cum lapsis et offerendo oblationes eorum in prauis erroribus suis frequenter deprehensi et semel atque iterum

1 nuper acceperim *Zv* uos scripsisse *Z*, scripsisset uos *T* 2 nunc *μ* *s. l. m. 2* 3 nostra libellos ut sciatis *μ*[1] cum *om. w* 4 ad me tr.] admittatis *φw* 5 habeam] debeam *Tφw* 6 nostri *om. φ* scribam *Z* fratres *om. φw;* carissimi semper *add. Zμv* 7 et ... ualete *om. Zμ* tranquile *T*, tranquillitate *w*[1] 8 ualete *om. T*[1]. — Epistola Cipriani aduersus lapsos qui illic scripserunt explicit *T*, Explicit ad lapsos qui illi de usurpata pace scripserint *Z*, *om. φwμ*. —

Epist. XXXIIII. — Incipit (*om. φ*) epistola cipriani (*om. φ*) ad clerum de eis *C* (his *φ*) qui temere lapsi communicauerunt et Philumeno (*in ras. T*, phylemone *φ*) et (*om. T*) Fortunato hyppodiaconis (hypodiacono *T*) et Fauorino acolito (acholyt̃ *T*) *Tφ*, Cipriani ad clerum emendatio quod non communicauerint iis qui temere communicauerant lapsis et de penitentia Philemone et Fortunato hypodiaconis et Fauorino accolito insignis epistola *w*, Incipit ad eosdem (*praemittitur:* ad presbyteros et diaconos explicit) *Z fol. 186*[b], Incipit ad eosdem de Gayo Didendi et eius diacono qui pro lapsis communicauit *z fol. 235*[a]. — 10 presb. et diaconis *Z*, clero *z* fratribus] Gaclodi consistentibus *add. w* 11 ex *om. v*, ex eo *φ* 12 meorum] eorum *Z* aderant *Zφ* gaio dianensi *Z*, gaglodudensi *z*, gaclodidensi *w*, gailididensi *φ* *sed* ili *corr. in* do *m. 2* 13 censui *Z*, sensuistis *w* non] hmoni *Z* qui cum *Z* 14 et] ut *z* eorum *om. Tz* in prauis] improbis *z* 15 atque] ac *Z*

secundum quod mihi scripsistis a collegis meis moniti, ne hoc facerent, in praesumptione et audacia sua pertinaciter perstiterunt, decipientes quosdam fratres ex plebe nostra, quibus nos omni utilitate consultum cupimus et quorum saluti non adulatione corrupta sed sincera fide prospicimus, ut uera paenitentia et gemitu ac dolore pleno Deum deprecentur, quia scriptum est: memento unde cecideris, et age paenitentiam, et iterum loquitur diuina scriptura: sic dicit Dominus: cum conuersus gemueris, tunc saluaberis et scies ubi fueris.

Ingemescere autem et agere paenitentiam quomodo possunt 2
quorum gemitibus et lacrimis intercedunt quidam de presbyteris, ut communicandum cum illis temere existiment, nescientes scriptum esse: qui uos beatos esse dicunt, in errorem uos mittunt et semitam pedum uestrorum turbant. merito salubria nostra et uera consilia nihil promouent, dum blanditiis et palpatione perniciosa salutaris ueritas impeditur, et patitur lapsorum saucia et aegra mens quod corporaliter quoque aegri et infirmi saepe patiuntur, ut dum salubres cibos et utiles potus quasi amaros et abhorrentes respuunt et illa quae oblectare et ad praesens suauia uidentur esse adpetunt, perniciem sibi et mortem per inaudientiam et intemperantiam prouocent nec pro-

7 Apoc. 2, 5. 8 Es. 30, 15. 14 Es. 3, 12.

1 a *om.* φ ãmoniti ne *z*, moniti ut non *Z*, monitione *w* hoc *om. Z* 2 p̃stiterunt *T* 4 omni] ipsi *Z* utilitate] subtilitate *Z*, humilitate *v* adulationem *T*, adolatione *Z* 5 corrupta] composita *zv*, cohorta *Z* ueram paenitentiam *TφwZ nisi quod Z* habeant *add.* 6 ac] et *φv* pleno *om. w* dominum *Zzv*, domini *T* precentur *w*, deprecemur supplices *φ sed* supplices *exp. m. 2* 7 caederis *T*[1] 8 scriptura diuina *Zφwv* sic] sicut *φw* 9 saluaueris *T* sciens *w* 12 interdunt *corr. in* intendunt *T* comp̃bris *z* 13 cum *om. Z* quia scriptum est *zv* 14 beatos] felices *zv* esse *om. Zzv* errore *z* 15 mittunt uos *T* semitas *z* nostrorum *T*[1]*w* 16 consilia et uera *φ* blandimentis *Z* 17 palpationibus perniciosis *Zzv* 18 patitur *Zz*, ponitur *Tφw*; sopitur *fort.* sauciam *T*, audaciam *Z* et *om. Z* aegre *T*, erga *w* quod *om. T*, et *Zφw* 19 saepe] se *Z* ut *om. w* cum *z* 20 quasi aborrentes *Z* quae] que et *Z* 21 perniciem *om. Z*, p̃ciem *w* 22 per *om. z* inobedienciam *z* prouocant *T*[1] proficiat *Zwv*

ficiant ad salutem artificis medella uera, dum blandientis decipit dulcis inlecebra.

3 Vos itaque secundum litteras meas fideliter et salubriter consulentes a consiliis melioribus ne recedatis. legite uero has easdem litteras et collegis meis, si qui aut praesentes fuerint aut superuenerint, ut unanimes et concordes ad fouenda et sananda lapsorum uulnera consilium salubre teneamus, tractaturi plenissime de omnibus cum conuenire in unum per Domini misericordiam coeperimus. interea si quis inmoderatus et praeceps siue de nostris presbyteris uel diaconis siue de peregrinis ausus fuerit ante sententiam nostram communicare cum lapsis, a communicatione nostra arceatur, apud omnes nos causam dicturus temeritatis suae, quando in unum permittente Domino conuenerimus.

4 Desiderastis quoque ut de Philumeno et Fortunato hypodiaconis et Fauorino acolutho qui medio tempore recesserunt et nunc uenerunt quid mihi uideatur rescribam. cui rei non puto me solum debere sententiam dare, cum multi adhuc de clero absentes sint nec locum suum uel sero repetendum putauerint et cognitio haec singulorum tractanda sit et limanda plenius, non tantum cum collegis meis, sed cum plebe ipsa uniuersa. expensa enim moderatione libranda et pronuntianda res est quae in posterum

1 blandientes *Twz*, blandimentis *Zv* decipiat *Z* 2 incelebra *T* 3 meas] meas ad me *Z* salubriter et fideliter *φ* 4 legi *Z* has] ad hos *z* 5 qui aut] qui *z* aut superuenerint *om. z* 6 ut] tuti et *Z* ad fauenda *w*, affouenda *T* et sananda *om. Z* 7 tractatur *w*, tractabitur *Z* 8 de omnibus plenissime *z* unum] uium *T*, dominum *w* dei *w* 9 inmoderatos *T* siue *om. z*, uel *Z* 10 diaconibus *φwv* ausus] usus *T* 11 communione *w* 12 uestra *Z* arceantur *φ* nos omnes *φw*, omnes in hoc *Z* dicturos *T*, dicturi *Z*, daturos *φw* 14 de *om. w* philumino *T*, filumeno *V*, philomone *Zφ*, filomono *z*, philemone *w* de fortunato *w* 15 faborino *V*, faburino *Z* acolytho *Zzv*, acolio *φ* cesserunt *w* 16 quod *Tw* rescribam *om. φ* puto] potui *Zzv* 17 debere *om. Zzφwv* sententiam] iudicem *Zzv* cum] sed cum *Z* 18 nec] et *z* locum] hoc solum *Zz*, solum *w* suum *om. Zz* sero rep.] solo repetendo *z*, sorore petendum *T* putauerunt *φzv* cognitio *om. Zzv* 19 singulorum] seculorum *w* tractanda s. e. limanda *om. w* plenius] ratio *add. Zzv* 20 sed et *zv* uniuersa *om. z* pensa *T*, pensata *w*, pensanti *φ* 21 moderationem *T*, ueneratione *Z* pronuntianda] permutanda *φw* est *om. w* in posteros *V*

circa ministros ecclesiae constituat exemplum. interea se a diuisione mensurna tantum contineant non quasi a ministerio ecclesiastico priuati esse uideantur, sed ut integris omnibus ad nostram praesentiam differantur. opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere. fraternitatem uniuersam salutate. ualete.

EPISTVLA XXXV.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS ROMAE CONSISTENTIBVS FRATRIBVS S.

Et dilectio communis et ratio exposcit, fratres carissimi, nihil conscientiae uestrae subtrahere de his quae apud nos geruntur, ut sit nobis circa utilitatem ecclesiasticae administrationis commune consilium. nam posteaquam ad uos litteras feci quas misi per Saturum lectorem et Optatum hypodiaconum fratres nostros, quorundam lapsorum conspirata temeritas, qui paenitentiam agere et Deo satisfacere detractant, litteras ad me fecerunt, pacem non dandam sibi postulantes sed quasi iam datam uindicantes, quod dicant Paulum omnibus pacem dedisse, sicut in litteris eorum,

1 ministros] omnes uiros *VZz* constitute *T* interea *T*, inserta *Z*, interim *φwzv* se *om. φ* diuisione] dicione *Zz* 2 mensura *Tφ*, mense et orancium *z*, mensurancium *Z* contingant *w* non] ut non *Z* non quasi *om. φ* ministerio] mysterio *V* 4 diierantur *T* opto . . . ualete *om. z* optamus *Z* 5 fraternitatem u. s. ualete *om. Z* et ualete *v*. — Epistola Cipriani ad clerum de eis qui temere lapsis communicauerunt et de Philumino et Fortunato hypodiacon̄ et Fauorino acholitho explicit *T*, Explicit ad clerum de Gayo Didensi et eius dyacono qui pro lapsis communicauit *z*, Ad pbros̄ et diaconos explicit *Z*, *om. φw*. —
Epist. XXXV. — Incipit epistola (inc. ep. *om. w*) Cipriani ad presbiteros et diacones (diaconos *w*) Romae consistentes *Tw*, Epistola Cipriani ad clerum Romanum de lapsis inpoenitentibus qui communionem eius expetebant *φ*, Ad eosdem *μ*. — 7 Cyprianus papa̰ *φ* 9 delectio *T* ratio] ratio communis *φ* poscit *φw* 10 nr̄e *w*, erat uestrae *φ* 11 ut sit] uisum est *μ* 13 fratrem nostrum *φw*, *om. μv* 14 conspirata temeritas *om. μ*, prospirata temeritate *φw* de quorundam prospecta temeritate *v* qui] aequa *μ* 15 detrectant *μv* fecerunt *T s. l.*, fecit *μ*, *om. φw* 16 postulans *Tφμ* datam sibi *v* uindicans *φ* 17 dicat *Tφ* paulus *μ* eorum *om. φ*

quarum exemplum ad uos transmisi, legetis: simul quid eis ego breuiter interim rescripserim, sed et quales postea ad clerum litteras fecerim ut scire possetis, huius quoque rei exemplum uobis misi. quod si ultra temeritas eorum nec meis nec uestris litteris conpressa fuerit nec consiliis salubribus optemperauerit, agemus ea quae secundum euangelium Dominus agere praecepit. opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere. ualete.

EPISTVLA XXXVI.

CYPRIANO PAPATI PRESBYTERI ET DIACONES ROMAE CONSISTENTES S.

1 Cum perlegissemus, frater, litteras tuas quas per Fortunatum hypodiaconum miseras, gemino sumus dolore percussi et duplici maerore confusi, quod neque tibi requies ulla in tantis persecutionis necessitatibus traderetur et lapsorum fratrum inmoderata petulantia usque ad periculosam uerborum temeritatem producta denotaretur. sed quamquam nos atque animum nostrum ista quae diximus grauiter adfligerent, tamen maeroris nostri tam grauem sarcinam uigor tuus et secundum euangelicam disciplinam ad-

1 quorum *μ* ad uos *om.* *μ*¹ transmisimus *w*, transmissis *φ* simulque *φv* ego eis *v* 2 breuiter] libenter *μ* interim rescr.] intellexerim scripserim *w* quale *w* 4 misi* *T*, *om.* *μ*¹ quod si *μ*, si *φw*, *om.* *T* te merita *φ*, demerita *w* 5 pressa fuerit *μ*, compressi fuerint *w* salutaribus *φw* obtemperauerint *w*, obtemperaret *φ* 7 ualete *om.* *wμ*. — Epistola Cipriani ad prsbr̃ et diacoñ Romae consistentes explicit *T*, *om.* *φwμ*. —
Epist. XXXVI. — Incipit rescriptis presbiteris et diaconibus Romae consistentibus *T*, Rescriptum per presbyteros et diaconos ad Ciprianum Romae consistentes *φ*, Cleri Romani ad Ciprianum adolentis pro temeritate quorundam lapsorum et confidentes in eo et exhortantes pro eorum salute *w*. — 9 Cypriano] celerino *Tv* papae *wv* consistentibus *T* 11 frater kme *φwv* quos *T* 12 perculsi *v* 13 persecutionibus cessitatibus *w*, persecutionis unitatis necessitatibus *φ* 14 immodulata *T*, immedulata *w* 15 uerborum periculosam *φ* producta *om.* *w* 16 denotarentur *w* tamquam *T* atque *om.* *φ* 17 grauam *w* 18 euangelium euangelicam *φ* adibitas *T*

hibita seueritas temperat, dum et quorundam inprobitatem iuste coerces et cohortando ad paenitentiam uiam legitimae salutis ostendis. quos quidem satis mirati sumus ad hoc usque prosilire uoluisse ut tam urgenter et tam inmaturo atque acerbo tempore, in tam ingenti et inmenso crimine atque delicto pacem sibi non adpeterent quam uindicarent, immo iam et in caelis habere se dicerent. qui si habent, quid petunt quod tenent? si autem non habere illos probatur hoc ipso quod petunt, cur non iudicium eorum sustinent a quibus petendam pacem quam utique non habent putauerunt? quod si aliunde praerogatiuam communicationis habere se credunt, cum euangelio illam conferre conentur, ut ita demum firmiter ualeat, si ab euangelica lege non dissonat. ceterum quo pacto euangelicam poterit praestare communicationem quod contra euangelicam decretum uidetur ueritatem? nam cum omnis praerogatiua ita demum ad indulgentiae priuilegium spectet, si ab eo cui sociari quaerit non discrepet, quia ab eo cui sociari quaerit discrepat, necesse est indulgentiam et priuilegium societatis amittat.

2 Videant igitur quid hoc negotio agere conentur. nam si aliud quidem euangelium, aliud uero martyres dicunt posuisse decretum, conlidentes contra euangelium martyres utrobique periclitabuntur. nam et euangelii fracta iam et iacens uidebitur esse maiestas, si potuit alterius decreti nouitate superari, et de martyrum capite gloriosa confessionis corona detracta, si non illam de euangelii conseruatione inuenientur consecuti unde martyres fiunt, ut merito nulli magis tam sit competens nihil contra euan-

1 temperata *Tφw* iuste *T*, ista *φ*, istam et *w* 2 cohortandum *φ*, coartando *w* legitime *Tφw*, legitimam *v* 3 quidam s. mirari *w* 4 uoluisset *φ* ut tam urgente *w*, utamur gente *φ* 5 et] atque *φw* 6 adpeterent] tam peterent *v* mendicarent *w* immo iam] immotam *T* iam et] etiam *φw* 8 quod] a quo *Tφw*; ab altero quod *fort.* 9 substinent *w* 10 haberent *φ*, habere *w* 11 conferre illam *φ* 14 euang. decretum] communicationem euangelicam *w* uidebitur *φw* 15 demum *ex* demur *T* 16 non . . . quaerit *om. w* discrepat *φ* quia] qui *T* 18 omittant *Tw*, omittat *φ* 19 igitur *om. φ* in hoc *v* cogentur *φw* 20 uero] autem *v* 21 conlidentes] consilidentes *w* martyras *φ* utrubique *V*, utro*que *T* 23 maiestas] manifestas *T* 24 detracta corona *w* 25 inueniantur T^2v, inueniuntur *φ* 26 nulli* *T* tam *om. v* petens *T*, comparens *v*

gelium decernere quam qui martyris nomen ex euangelio laborat accipere. illud praeterea uellemus addiscere: si martyres non propter aliud martyres fiunt nisi ut non sacrificantes teneant ecclesiae usque ad effusionem sanguinis sui pacem, ne cruciatus dolore superati perdendo pacem perdant salutem, quo pacto salutem quam se, si sacrificassent, habituros non putauerunt, illis existimant donandam qui sacrificasse dicantur, cum legem hanc debent in aliis tenere quam ipsi uidebantur sibi ante posuisse? in quo negotio hoc ipsum quod pro se ipsis facere putauerunt animaduertimus contra se ipsos protulisse. nam si dandam illis pacem martyres putauerunt, cur ipsi non dederunt? cur illos ad episcopum, ut ipsi dicunt, remittendos censuerunt? is enim qui iubet fieri potest utique facere quod fieri iubet. sed ut intellegimus, immo ut res ipsa loquitur et clamat, sanctissimi martyres utrobique adhibendum putauerunt temperamentum et pudoris et ueritatis. nam quia a multis urguebantur, dum ad episcopum illos remittunt, uerecundiae propriae, ne ulterius inquietarentur, consulendum putauerunt: et dum illis non ipsi communicant, euangelicae legis inlibatam sinceritatem custodiendam iudicauerunt.

3 Tu tamen, frater, numquam pro tua caritate desistas lapsorum animos temperare et errantibus ueritatis praestare medicinam, licet animus aegrotans medentium respuere soleat industriam. recens est lapsorum nuper hoc uulnus et adhuc in tumorem plaga consurgens. et idcirco certi sumus quod spatio productioris temporis inpetu isto consenescente amabunt hoc ipsum ad fidelem se dilatos esse medicinam, si tamen desint qui illos arment ad peri-

1 martires *w* ex euangelio *om. Oxon.* 2 illum *T* adiscere *φ* 3 proter *w* fiunt *om. w* teneant] negantes *φw*, necante *Tr* 4 ne] he* *w* 5 quo pacto *om. Oxon.* 6 quam] per *w* se *om. φ*, *post* sacrificassent *v* illi *φ* 7 existiman *T* donantur dicantur *φ* 8 debeant *v* sibi] si *w* 9 negotio] negaturo *w* se *om. φw* 11 ad *om. T* 12 remittendos esse *φ* 15 utrubique *V* et pudoris] ut pudoris *Tφ*, pudoris *w*; *fort.* ut pudoris sic et 16 nam et *Goldhorn* a *om. φw* dum] querere dum *w*, quae *φ* ad *om. T* 17 inquitarentur *T* 18 illis non ipsi] illi cum ipso *w*, illi cum epo *φ* 20 caritate] ueritate *φ*, pietate siue caritate *w* 21 animis *T* 22 aegrotans] aegrorum *v* respicere *w* 23 regens *T* hoc uulnus nuper *φ* tumore *φ*, timorem *T* 24 productionis *w*, productiones *T* 25 inpeto *T* 26 delatos *Tφw*

culum proprium et in peruersum instruentes pro salutaribus dilationis remediis exitiosa deposcant illis properatae communicationis uenena. neque enim credimus sine instinctu quorundam ausuros fuisse omnes tam petulanter sibi iam pacem uindicare. nouimus Carthaginensis ecclesiae fidem, nouimus institutionem, nouimus humilitatem. unde etiam mirati sumus quod quaedam inter *uos* per epistolam iniecta durius notaremus, cum amorem uestrum mutuum et caritatem exemplis multis reciprocae adfectionis in uos inuicem saepe conperissemus. tempus est igitur ut agant delicti paenitentiam, ut probent lapsus sui dolorem, ut ostendant uerecundiam, ut monstrent humilitatem, ut exhibeant modestiam ut de submissione prouocent in se Dei clementiam et de honore debito in Dei sacerdotem eliciant in se diuinam misericordiam, quando meliores ipsorum litterae fuissent, si pro ipsis preces stantium humilitate ipsorum adiutae fuissent, quoniam et facilius inpetratur quod petitur, quando is pro quo petitur condignus est ut quod petitur inpetretur.

Quod autem pertinet ad Priuatum Lambesitanum, pro tuo 4
more fecisti, qui rem nobis tamquam sollicitam nuntiare uoluisti. omnes enim nos decet pro corpore totius ecclesiae, cuius per uarias quasque prouincias membra digesta sunt, excubare. sed nos etiam ante litteras tuas fraus callidi hominis latere non potuit. nam cum antehac quidam ex ipsius nequitiae cohorte uenisset uexillarius Priuati Futurus ac fraudulenter litteras a nobis elicere curaret, nec quis esset latuit nec litteras quas uolebat accepit. optamus te semper bene ualere.

1 dilationum *v* 4 iam *om. v* 5 karthaginiensis *T* (ni *s. l.*) nouimus inst.] nominis institutionem *φ* 6 quodam *φw* inter uos per *scripsi,* interper *T,* interprete *φw,* in te per *v* 7 iniectam *φw* nostrum *qw* 11 ut m.] et monstrent *w* 13 sacerdote *V* 14 quando]. Quanto *v* fuisse *q* si . . . fuissent *om. qw* pro *om. T* 15 statium *T* fuisse *T* 16 inpetretur *T* his *w* condignis *T* 18 autem] aut *q* pertineat *qw* primatum *T*¹, primam *w* iambesitanum *qw* 19 more] amore *qw* 20 docet *T* 22 calidi *qw* 23 nam *om. w* uenissent *w* 24 priuatim *qw* futurus *V,* futuros *T,* et furto *qw* ac] et *Vv* fraudolenter *T* eligere *T* 25 curare *T* 26 optamus . . . ualere *om. Tq* semper] in domino *v.* — Rescribentis prbr̃ et diacoñ Romae consistentibus Cipriano papati explicit *T, om. qw.* —

EPISTVLA XXXVII.

CYPRIANVS MOYSI ET MAXIMO PRESBYTERIS ET CETERIS CONFESSORIBVS FRATRIBVS S.

1 Et cunctos nos pariter et singulos repraesentauit adfectibus nostris, fratres carissimi, Celerinus adueniens, fidei ac uirtutis uestrae comes et gloriosis congressibus Dei miles. uniuersos uos in illo ueniente conspeximus, et cum caritatem circa me uestram dulciter ac saepe loqueretur, in eius sermonibus uos audiebamus. satis ac plurimum gaudeo quando a uobis per tales talia perferuntur. uobiscum illic in carcere quodam modo et nos sumus, diuinae dignationis ornamenta uobiscum sentire nos credimus qui sic uestris cordibus adhaeremus. honori nos uestro caritas uestra indiuidua conectit, separari dilectionem spiritus non sinit. uos illic confessio, me adfectio includit. et nos quidem uestri diebus ac noctibus memores, et quando in sacrificiis precem cum pluribus facimus et cum in secessu priuatis precibus oramus, coronis ac laudibus uestris plenam Domini fauentiam postulamus. sed ad reddendam uobis uicem minor est nostra mediocritas. plus uos datis quando nostri in oratione meministis, qui sperantes iam sola caelestia et tantum diuina meditantes, ad fastigia celsiora mora ipsa passionis ascenditis longoque temporum ductu glorias uestras non trahitis, sed augetis. beatum facit prima et una confessio. uos totiens confitemini quotiens rogati ut de carcere rece-

Epist. XXXVII. — Incipit quibus supra *LN*. Incipit ad eosdem (feliciter *add. C*) *CR*, Incipit eiusdem secunda *Q*. Incipit ad Moysen et Maximum presbyterum de confessione eorum *P*. — 2 mosi *LQ* presbyterorum *L* confratribus *N* (confessoribus *om.*) 3 fratres in dn̄o *R*, in dn̄o fratres *C* (*sed corr.* fratribus *m. 2*) 4 singulis praesentauit *C* 5 fide *C*, et fidei *v* uirtute ur̄a *C* 6 congressionibus *CPQRv* uos *ex* suos *L* 7 de caritate (claritate *C*) circa me uestra *CR* 8 sepius *CR* uos *om. C* 9 a uobis] nobis *P* 11 ortamenta C^1, hortamenta C^2V (*sed teste Oxon.* ornamenta *V*) 12 inhaeremus *P* 13 connectis *R* illi *Q* 14 adfectio] adflictio *L* concludit Q^1 (includit Q^2M) 15 in *om. C* 16 ac] et *P* 17 dn̄o *CRv* 19 spirantes P^1Vv 20 celsior ad horam ipsam *C* 22 subtrahitis CP^2 23 confitemini quotiens *add. m. 2 L*

datis carcerem fide et uirtute praeligitis. tot uestrae laudes quot dies, quot mensium curricula tot incrementa meritorum. semel uincit qui statim patitur. at qui manens semper in poenis congreditur cum dolore nec uincitur, cottidie coronatur.

2 Eant nunc magistratus et consules siue proconsules, annuae dignitatis insignibus et duodecim fascibus glorientur. ecce dignitas caelestis in uobis honoris annui claritate signata est et iam reuertentis anni uolubilem circulum uictricis gloriae diuturnitate transgressa est. inluminabat mundum sol oriens et luna decurrens: sed uobis idem qui solem fecit et lunam maius in carcere lumen fuit, et in corde ac mentibus uestris Christi claritudo resplendens horribiles ceteris adque funestas paenalis loci tenebras aeterna illa et candida luce radiauit. per uicissitudines mensium transmeauit hibernum: sed uos inclusi tempora hiemis persecutionis hieme pensatis. successit hiemi uerna temperies rosis laeta et floribus coronata: sed uobis rosae et flores de paradisi deliciis aderant et caput uestrum serta caelestia coronabant. aestas ecce messium fertilitate fecunda est et area frugibus plena est: sed uos qui gloriam seminastis frugem gloriae metitis adque in Domini area constituti exuri paleas inextinguibili igne perspicitis, ipsi ut tritici grana purgata et frumenta pretiosa iam probati et conditi hospitium carceris horreum conputatis. nec deest te autumno ad munera fungenda temporis gratia spiritalis. uindemia foris premitur et profutura poculis in torcularibus uua calcatur: uos de Domini uinea pingues racemi et iam maturis fructibus

1 fidei et uirtutis *P* praelegistis *CRV* uestrae] rerum *C* 2 quod mensuum $C^{1}P^{1}RQ$, quot menseum *N* 3 at qui] atque *CR* manens *ex* mens *C* semper per *R* 4 sed cotidie *C*, cottidie sed *Q* 5 eant] erant *C* 6 dignitates *C* gloriantur haec *ex* glorientur ecce *C* dignitates caelestes *C* 7 annua *C* est *om. CR* etiam $CLP^{1}Q$ 8 reuertentes *C* annui *R*, annua *C* 10 carcerem *C* 12 horbiles *R* 13 uicissitudinem *C* mensuum $C^{1}P^{1}R$ 14 hibernus *P* sed et *v* inclusi* *N*, inclusit *C* persecutiones *C* 15 hiemi *Q* pensatis *NPQ*, pensastis *CLR*, pensabatis *v* hieme *P* 18 messium] m̃si*um *C* 19 metetis *CV*, metistis *v* 20 area dn̄i *N*, dn̄o area *R* perspicietis C^{1}, conspicitis *Pv* 21 ipsi *om. C* ut] in *N* iam p. e. conditi *om. LN* probati] purgati *v* 22 *alterum* et *om. PQRv* 24 populis *C sed* i *ex* u 25 de] dei L^{1} dn̄o *R* etiam *CL*, ettam *P*

botrui pressurae saecularis infestatione calcati torcular nostrum carcere torquente sentitis, uini uice sanguinem funditis, ad passionis tolerantiam fortes martyrii poculum libenter hauritis. sic apud seruos Dei annus euoluitur. sic spiritalibus meritis et caelestibus praemiis temporum uicissitudo celebratur.

3 Beati satis qui ex uobis per haec gloriarum uestigia commeantes iam de saeculo recesserunt confectoque itinere uirtutis ac fidei ad conplexum et osculum Domini Domino ipso gaudente uenerunt. sed et uestra non minor gloria, qui adhuc in certamine constituti et comitum glorias secuturi pugnam diu geritis inmotaque et inconcussa fide stabiles cottidie spectaculum Deo uestris uirtutibus exhibetis. quo longior uestra pugna, hoc corona sublimior: agon unus sed multiplici proeliorum numerositate congestus. famem uincitis et sitim spernitis et squalorem carceris ac receptaculi paenalis horrorem roboris uigore calcatis. paena illic subigitur, cruciatus obteritur, nec mors metuitur sed optatur, quae scilicet inmortalitatis praemio uincitur, ut uitae aeternitate qui uicerit honoretur. qui nunc in uobis animus, quam sublime quam capax pectus, ubi talia et tanta uoluuntur, ubi non nisi Dei praecepta et Christi praemia cogitantur? uoluntas est illic tantum Dei, et in carne adhuc licet uobis positis uita iam uiuitur non praesentis saeculi sed futuri.

4 Nunc est, fratres beatissimi, ut memores mei sitis, ut inter magnas adque diuinas cogitationes uestras nos quoque animo ac mente uoluatis, simque in precibus et orationibus uestris cum uox illa purificatione confessionis inlustris et iugi honoris sui

1 botrui *CLNPQRV*, botri *v* saecularibus infestinatione *C*[1] uestrum *v* 2 torquentes *C* et uini *N*[2]*v* uicem *CR* fudistis *C* passionem *C*[1] 3 auritis *Q* 4 et] ex *P* 7 **iam *P* 8 domini domino] dn͠i *R sed* i *corr.*, dn͠i di *ex* dn͠m dm̃ *C* gaudentes *C* 9 cum gloria *C* 10 gloria *LN* pugnas *Q* (pugnam *M*) immota quae et *Q*, immo atque *C* 11 deo de *CR* 12 quod *C* longior] largior *R* pugna] confessio *P* hoc] hac *C* 13 agon] agro *C* 14 famem *ex* fam *C* squalorum carceribus *C* 16 subicitur *PQ* subteritur *P* mors] mori *C* 17 quae *corr. in* quo *P* 18 honoretur] coronetur *Vv* nunc] hunc *C* 23 beatissimi] km͠i *P* ut inter] et inter *Q* 25 ut cum *Q* 26 illa *om. CR* purificationis et *R*, purificati**s et *C* et iugis *CR*, *om. N* honoris] oneris *N*

tenore laudabilis ad Dei aures penetrat et aperto sibi caelo de his subacti mundi partibus ad superna transmissa inpetrat de Domini bonitate quod postulat. quid enim petitis de indulgentia Domini quod non inpetrare mereamini? qui sic Domini mandata seruastis, qui euangelicam disciplinam sincero fidei uigore tenuistis, qui incorrupto honore uirtutis cum praeceptis Domini et cum apostolis eius fortiter stantes nutantem multorum fidem martyrii uestri ueritate solidastis. uere euangelii testes et uere martyres Christi radicibus eius innixi, super petram robusta mole fundati, disciplinam cum uirtute iunxistis, ad timorem Dei ceteros prouocastis, martyria uestra exempla fecistis. opto uos fortissimi ac beatissimi fratres, semper bene ualere et nostri meminisse.

EPISTVLA XXXVIII.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS ITEM PLEBI VNIVERSAE S.

In ordinationibus clericis, fratres carissimi, solemus uos ante I
consulere et mores ac merita singulorum communi consilio ponderare. sed expectanda non sunt testimonia humana cum praece-

2 subactis *CRQ* impetrant *C* 3 bonitate] uoluntate *CR* postulant *C* 4 domini] et dn̄i uoluntate *C* dn̄o *C*[1]*R*[2], dm̄ *L* mandata *om.* *L*[1] 7 cum apostolis] apostoli *C* 9 innexis *C*, innoxii *R* robustam *R* robustam olim *M* (robusta mole *Q*) 10 uirtutem *Q*, uia tute *R* 11 exemplo *P* opto . . . meminisse *om.* *C* 12 et n. meminisse *om.* *PV* 13 meminisse] *add.* *MQ*: emendauit iustinus romae. — Mosi et Maximo presbyteris (pr̄r *N*, presbyteriorum *L*) et ceteris confessoribus (aepistula secunda *add.* *Q*) explicit *LNQ*, Ad Moysen et Maximum explicit *P*, Explicit ad Moysen et (et *om.* *C*) Maximum et ceteros confessores *CR* (*nisi quod* explicit *post* confessores *R*). —

Epist. XXXVIII. — Incipit ad clerum et (clere et ad *C*) plebem (plebes *R*, plebs *C*[1]) de Aurelio confessore lectore ordinato *CLNPRTQ*. — 15 presb̄** *P*, presbyterorum *L* diacc̄ *P*, diaconis *C*[1], dediaconorum *L* item] et *Pv* uniuerso *M*[2], uniuerse *M*[1]*Q* 17 ordinandis *CT* clericorum *NP*[2] 18 ponderaret *T* 19 praecedant *P*

dunt diuina suffragia. Aurelius frater noster inlustris adulescens a Domino iam probatus et Deo carus est, in annis adhuc nouellus, sed in uirtutis ac fidei laude prouectus, minor in aetatis suae indole, sed maior in honore: gemino hic agone certauit, bis confessus et bis confessionis suae uictoria gloriosus, et quando uicit in cursu factus extorris et cum denuo certamine fortiore pugnauit triumphator et uictor in proelio passionis. quotiens aduersarius prouocare seruos Dei uoluit, totiens promptissimus ac fortissimus miles et pugnauit et uicit. parum fuerat sub oculis ante paucorum, quando extorris fiebat, congressum fuisse: meruit et in foro congredi clariore uirtute, ut post magistratus et proconsulem uinceret, post exilium tormenta superaret. nec inuenio quid in eo praedicare plus debeam, gloriam uulnerum an uerecundiam morum, quod honore uirtutis insignis est an quod pudoris admiratione laudabilis? ita et dignitate excelsus est et humilitate summissus ut appareat illum diuinitus reseruatum qui ad ecclesiasticam disciplinam ceteris esset exemplo, quomodo serui Dei in confessione uirtutibus uincerent, post confessionem moribus eminerent.

2 Merebatur talis clericae ordinationis ulteriores gradus et incrementa maiora, non de annis suis sed de meritis aestimandus. sed interim placuit ut ab officio lectionis incipiat, quia et nihil magis congruit uoci quae Deum gloriosa praedicatione confessa est quam celebrandis diuinis lectionibus personare, post uerba sublimia quae Christi martyrium prolocuta sunt euangelium

1 frater] pater *L* noster *om. R* 2 et *om. L* deo suo *R* carus est] carus *T*, uocatus est *C* 3 sed in] sed et *C* ac] et *R* minori *P* 4 indolens P^1 5 uictoriae *C* 6 in cursu] incursu *Q*, excursu *C* extorrens P^1 7 passionem C^2 (passionis C^1 *sed in ras.*) 8 totiens] quotiens *N* fortissimus ac promtissimus *P* 9 *prius* et *om. C* fuerit *T* quod sub *P sed* quod *exp.* 10 extorsis *C* congressus *L*, congressu *T* 11 et] etiam *Cv* proconsule C^1Q (proconsules *M*) 12 uinceret et *CRv* 13 plus *om. P* uericundiam *Q* 14 an] aut *P* 15 excelsus] exclusus *L* 16 se seruatum *R* 17 quia ad C^1 exemplum N^1 18 serui dei *om. C* uinceret *C* 19 emineret *C* 20 caericae *R* ulterioris *P*, altiores *cod. Neapol.* 21 aestimandum *C* 22 plicuit L^1 23 dn̄m *P*, dn̄o *QT* praedicationibus (confessa ... lectionibus *om.*) *L* 24 celebrantibus *NT* personante L^1

Christi legere unde martyres fiunt, ad pulpitum post catastam uenire, illic fuisse conspicuum gentilium multitudini, hic a fratribus conspici, illic auditum esse cum miraculo circumstantis populi, hic cum gaudio fraternitatis audiri. hunc igitur, fratres dilectissimi, a me et a collegis qui praesentes aderant ordinatum sciatis. quod uos scio et libenter amplecti et optare tales in ecclesia nostra quam plurimos ordinari. et quoniam semper gaudium properat nec potest moras ferre laetitia, dominico legit interim nobis, id est auspicatus est pacem, dum dedicat lectionem. uos orationibus frequenter insistite et preces nostras uestris precibus adiuuate, ut Domini misericordia fauens nobis cito plebi suae et sacerdotem reddat incolumem et martyrem cum sacerdote lectorem. opto uos, fratres carissimi, [in Deo patre et Christo Iesu] semper bene ualere.

EPISTVLA XXXVIIII.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIS ET PLEBI VNIVERSAE FRATRIBVS S.

Agnoscenda et amplectenda sunt, fratres dilectissimi, beneficia 1
diuina quibus ecclesiam suam Dominus inlustrare temporibus nostris et honestare dignatus est, commeatum dando bonis confessoribus suis et martyribus gloriosis, ut qui sublimiter Christum confessi essent clerum postmodum Christi ministeriis ecclesiasticis adornarent. exultate itaque et gaudete nobiscum lectis

1 catartam C^1 2 conspicuam C^2 multitudinem *C* 4 audire C^1 5 a me *om. C* collegas *ex* collegis *C* 8 post Q^1 (potest Q^2M) moram *V* ferre *om. C* 9 uobis *C*, *om.* T^1 id est *CLNQRTV*, ide͠* *P*, hoc die *codd. Vat.* 11 fauens] pauens *corr. in* paciens *C* 12 sarcedotem T^1, sacerdotem lectorem *R* 13 fratres carissimi *om. P* opto ... ualere *om. CQ* in deo ... iesu *om. LNRT* 14 bene *om. P.* — Ad (Explicit Cecili Cipriani ad *C*) clerum et plebem (plebes *R*) de Aurelio confessore (et confess͠ *T*) lectore ordinato explicit (*om. C*) *CLNRTQ*, De Aurelio lectore explicit *P.* —

Epist. XXXVIIII. — Incipit ad clerum et plebem (Incipit ad eosdem *C*) de Celerino confessore (confessore *om. CN*) lectore ordinato *CLNPQR.* — 17 fratribus *om. Q in ras. (exh. M)*; in domino *add. Nv* 19 dn͠isi C^1 20 bonis] nouis *V*, nobis *CP* 23 lectis *om. v*

litteris nostris quibus ego et collegae mei qui praesentes aderant referimus ad uos Celerinum fratrem nostrum uirtutibus pariter et moribus gloriosum clero nostro non humana suffragatione sed diuina dignatione coniunctum. qui cum consentire dubitaret, ecclesiae ipsius admonitu et hortatu in uisione per noctem conpulsus est ne negaret. nobis suadentibus cui plus licuit et coegit, quia nec fas fuerat nec decebat sine honore ecclesiastico esse quem sic Dominus honorauit caelestis gloriae dignitate.

2 Hic ad temporis nostri proelium primus, hic inter Christi milites antesignanus, hic inter persecutionis initia feruentia cum ipso infestationis principe et auctore congressus, dum inexpugnabili firmitate certaminis sui aduersarium uincit, uincendi ceteris uiam fecit, non breui conpendio uulnerum uictor, sed adhaerentibus diu et permanentibus paenis longae conluctationis miraculo triumphator. per decem nouem dies custodia carceris saeptus in neruo ac ferro fuit. sed posito in uinculis corpore solutus ac liber spiritus mansit. caro famis ac sitis diuturnitate contabuit, sed animam fide et uirtute uiuentem nutrimentis spiritalibus Deus pauit. iacuit inter paenas paenis suis fortior, inclusus includentibus maior, iacens stantibus celsior, uincientibus firmior uinctus, sublimior iudicantibus iudicatus, et quamuis ligati neruo pedes essent, galeatus serpens et obtritus et uictus est. lucent in corpore glorioso clara uulnerum signa, eminent et apparent in neruis hominis ac membris longa tabe consumptis expressa uestigia. sunt magna, sunt mira quae de uirtutibus eius ac laudibus fraternitas audiat. et si aliquis Thomae similis extiterit qui minus auribus credat, nec oculorum fides deest ut

4 ut consentiret *V* dubitaret *om. V* 6 *post* negaret *distinguit* *LNQ, post* suadentibus *CPRv* 7 nec fas] nefas *C* 8 qui *C* dño *C*[1]*R*, dũm *C*[2] 10 milites Christi *Q* antesignanos *CR*, antesignatus *LNPQV* 11 infestinationis *R* 12 aduersario *C*[1] 13 uictor] uicinior *ex* uicior *C* haerentibus *P* 14 permanentibus] imminuentibus *ex* admanentibus *C* 15 triumphatorum *C* decem *LNPQV*, praecem et *C*, decem et *Rv* 17 solutos *L*[1] famis *om. P* 20 uincentibus *N* 21 uictus *R*[1] iudicat̃ *C*, iudicaturus *LNP* 22 galeatus *P*, calcatus *CLNQRv* 23 lugent *R*[1] uulnera *L* eminent* *L* in *eras.* 24 apparet *R* neruis *om. CR* membris hominis ac *CR* 25 magna sunt *C* sunt et mira *NR*, et mira *C*

quis quod audit et uideat. in seruo Dei uictoriam gloria uulnerum fecit, gloriam cicatricum memoria custodit.

3 Nec rudis iste aut nouus est in Celerino carissimo nostro titulus gloriarum. per uestigia cognationis suae graditur, parentibus ac propinquis suis honore consimili diuinae dignationis aequatur. auia eius Celerina iam pridem martyrio coronata est. item patruus eius et auunculus Laurentinus et Egnatius in castris et ipsi quondam saecularibus militantes, sed ueri et spiritales Dei milites, dum diabolum Christi confessione prosternunt, palmas Domini et coronas inlustri passione meruerunt. sacrificia pro eis semper ut meministis, offerimus, quotiens martyrum passiones et dies anniuersaria commemoratione celebramus. nec degener ergo esse nec minor poterat quem sic domesticis exemplis uirtutis ac fidei prouocabat familiae dignitas et generosa nobilitas. quod si in familia saeculari praedicationis et laudis est esse patricium, quanto maioris laudis et honoris est fieri in caelesti praedicatione generosum. non inuenio quem beatiorem magis dicam, utrumne illos de posteritate tam clara an hunc de origine gloriosa. ita aequaliter apud eos recurrit et commeat diuina dignatio ut et illorum coronam dignitas sobolis inlustret et huius gloriam sublimitas generis inluminet.

4 Hunc ad nos, fratres dilectissimi, cum tanta Domini dignatione uenientem, testimonio et miraculo eius ipsius qui se persecutus fuerat inlustrem, quid aliud quam super pulpitum id est super tribunal ecclesiae oportebat inponi, ut loci altioris celsitate subnixus et plebi uniuersae pro honoris sui claritate conspicuus legat

1 uictoriam gloriam uulnerum uulnerum *C sed alterum* uulnerum *exp. m. 2* 2 fecit gloria *C s. l.* gloria c. memoriam *CNR nisi quod N* gloriam *m. 1* 3 aut] ac *C* 4 cognitionis *C*¹ 5 consimilis *C*¹ 6 coronata est *L s. l. m. 2* 7 laurentius *v* ignatius *NQ* 8 et *om. R* 9 diabolorum *R* confessione] congressione *V* dni *CLNV*, a dno *PQ*, dno *R* 10 coronam *R* 12 commemoratio *R* degenere *R* esse iam *V* 14 si *om. L* 17 generorum *R* utrumnec *C*¹ 19 et commeat] ut cumeaad *C* 20 sobolis ... gloriam *om. L;* sobolis ... sublimitas *om. R* subolis *V*, sobole *C*¹ 24 fuerat persecutus *CR* quam *ex* que *C* id] hoc *CR* 26 honori *R*, horis *C*¹ si legat *C*, legat et *Q* (legat *M*)

praecepta et euangelium Domini quae fortiter ac fideliter sequitur? uox Dominum confessa in his cottidie quae Dominus locutus est audiatur. uiderit an sit ulterior gradus ad quem profici in ecclesia possit. nihil est in quo magis confessor fratribus prosit quam ut dum euangelica lectio de ore eius auditur, lectoris fidem quisque audierit imitetur. iungendus in lectione Aurelio fuerat, cum quo et diuini honoris societate coniunctus est, cum quo omnibus uirtutis et laudis insignibus copulatus est. pares ambo et uterque consimiles, in quantum gloria sublimes, in tantum uerecundia humiles, quantum diuina dignatione promoti, tantum sua quiete et tranquillitate summissi, et uirtutum pariter et morum singulis exempla praebentes et congressioni et paci congruentes, illic robore hic pudore laudabiles.

5 In talibus seruis laetatur Dominus, in eiusmodi confessoribus gloriatur, quorum secta et conuersatio sic proficit ad praeconium gloriae ut magisterium ceteris praebeat disciplinae. ad hoc eos Christus esse hic in ecclesia diu uoluit, ad hoc de media morte subtractos quadam dixerim resurrectione circa eos facta incolumes reseruauit, ut dum nihil in honore sublimius, nihil in humilitate summissius a fratribus cernitur, hos eosdem fraternitas sectata comitetur. hos tamen lectores interim constitutos sciatis, quia oportebat lucernam super candelabrum poni unde omnibus luceat et gloriosos uultus in loco altiore constitui, ubi ab omni circumstante conspecti incitamentum gloriae uidentibus praebeant. ceterum presbyterii honorem designasse nos illis iam

1 et *om.* C^1 quae . . . dominum *add. M m. 2 in marg. (exh. Q)* fortiter *ex* fortam *C m. 2* 2 dn̄o *L*, dn̄i *NR* 3 est] et *R* audiamus *C* 4 ecclesiam C^1LP quo *ex* quoquam *C* 5 audiatur *Q* (auditur *M*) lectoris *om. C* 6 quisquis *v* audit *CR* 7 et societate *C* 8 et] et fidei *Q* 11 *prius* et *om. C* 12 prebentes *ex* perhibentes *C* congressione L^1, congressionis *C* pacis *C sed* s *m. 2 add.* congruentis *N*, congruentiae *C* 16 ut] et ut *R* 17 esse *ex* est se *P* hic *om. CR* eos christus in ecclesia esse diu *C* noluit *R* 18 quandam *R* ut ita dixerim C^2v, *om.* N^1 resurrectionem *R* incolomes C^1PR 19 in honore] honore *R* in hum.] humilitate *C* 20 hoc C^1 eodem *P* fraternitatis secta Q^2v (fraternitas sectata MQ^1) 21 committetur *C* hoc C^1 tamen] autem *C* 23 luceant C^2 gloriosius *C* 24 omni *LNPQV*, omni fraternitate *CRv* 25 presbitr̄ honore *C* nos] non *R*

sciatis, ut et sportulis idem cum presbyteris honorentur et diuisiones mensurnas aequatis quantitatibus partiantur, sessuri nobiscum prouectis et corroboratis annis suis, quamuis in nullo minor possit uideri aetatis indole qui consummauit aetatem gloriae dignitate. opto uos, fratres carissimi et desiderantissimi, semper bene ualere.

EPISTVLA XL.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIBVS ET PLEBI VNIVERSAE CARISSIMIS AC DESIDERANTISSIMIS FRATRIBVS S.

Nuntiandum uobis fuit, fratres carissimi, quod pertineat et ad communem laetitiam et ad ecclesiae nostrae maximam gloriam. nam admonitos nos et instructos sciatis dignatione diuina ut Numidicus presbyter adscribatur presbyterorum Carthaginensium numero et nobiscum sedeat in clero, luce clarissima confessionis inlustris et uirtutis ac fidei honore sublimis: qui hortatu suo gloriosum martyrum numerum lapidibus et flammis necatum ante

1 scitis *Q* isdem *Qv* 2 menssurnas *LN*, mensuras *P*, mensurae *C*, mensu*ras *R* aequantis *N*[1]*R*, aequitas *L*[1], aequitatis *C*, aequales *P* quantitalibus *N*, quantitabus *R* sensuri *C* 3 prouectis *ex* prouerbis *C* corroboratus *L* in ullo *R* 4 uidere *C* 5 opto ... ualere *om. CLR* desideratissimi *P*[1] 6 ualere] *add. MQ:* emendauit iustinus. — Ad (Explicit ad *CP*) clerum et *(om. C)* plebem de Celerino confessore lectore ordinato explicit (*om. CP*) *CLNPQR.* —
Epist. XL. — Incipit (ad clerum et plebem *add. B*) de Numidico confessore (confessores *T*, *om. CR*) presbytero ordinato *BCLPRT.* — 8 presbiter *L* diaconis *C*[1]*R* 9 ac desiderantissimis *om. R* 10 nobis *C*[1] frater *T* et *om. B* 12 admonitiones *C* et instructus *C*, et structos *B* 13 presbiterii *C*, presbyteri *R* carthaginensis *R*, cartagine mensis *C*, carthaginiensium *Tv* 14 in nobiscum *T*, nobis Cum *P* luce] luceat *C* confessione *C sed* e *in ras. corr.* 15 inlustris *CR*, uestrae *LP*, in uris *T*, eminens *B in ras.* et] ac *C* ortato *C* 16 gloriosum *BLPTV*, copiosum *CRv* martyrum *BCRTV*, martyrem *LP* numerum *RV*, numero *C*, uerum *BLPT* necatum *CR*, paene necatum *V*, necatus *BPT*, negatus *L* ante] ad te *R* d *s. l.*

se misit quique ad uxorem haerentem lateri suo igne crematam simul cum ceteris, sed conseruatam magis dixerim, laetus aspexit. ipse semiustilatus et lapidibus obrutus et pro mortuo derelictus, dum postmodum filia sollicito pietatis obsequio cadauer patris inquirit, semianimis inuentus et extractus et focillatus a comitibus quos ipse praemiserat remansit inuitus. sed remanendi, ut uidemus, haec fuit causa ut eum clero nostro Dominus adiungeret et desolatam per lapsum quorundam presbyterorum nostrorum copiam gloriosis sacerdotibus adornaret. et promouebitur quidem, cum Deus permiserit, ad ampliorem locum religionis suae, quando in praesentiam protegente Domino uenerimus. interim quod ostenditur fiat, ut cum gratiarum actione suscipiamus hoc Dei munus, sperantes de misericordia Domini eiusmodi ornamenta conplura, ut redintegrato ecclesiae suae robore tam mites et humiles faciat in consessus nostri honore florere. opto uos, fratres carissimi ac desiderantissimi, semper bene ualere.

1 se *om. BR* emisit *BT* quisque *T*[1] ad u. haerentem] uxorem adhaerentem *CRv* igne crematam *LP*, omi crematam *BR*, concrematam *CTv*, incrematam *fort.* 2 sed *scripsi*, et *BLT*, uel *CR*, *om. Pv* 3 semiustulatus *v*, mustulatus *T*, ustulatus *B*, sum iustolatus (u *supra* o) *C* et lapidibus] lapidibus *B* et pro] pro *CR* mortuo propemodum relictus *V* 4 dum *om. C*, Denique cum *V* filiae sollicitudo *C* 5 inquirit] inquid *BT* retractus *V teste Oxon.* focilatus *LPRT*, uix focillatus *V*, uix refocillatus *V teste Oxon.*, refocilatus *C*, refocillatur *v* a comitibus *om. BT* 6 ipsa *ex* ipse *C* premisit *C* inuictus *Bv* ut *C s. l.* 7 adiungere *T* 8 desolam *B* per lapsum *om. V* presbyterorum nostrorum *CPRV*, prb̃ nostrorum *L*, presbyterum nostrum *T*, presbiteris nrm̃ *B*, presbyterii nostri *Manutius* 9 copiam cum *CR* adornarit *B*, adoraret *R* promouetur *C*[1] *T* 10 dn̄s *B*, tempus *cod. Beneuentanus* religionis] regionis *Bv* 11 praesentia *CP* 12 ut *om. BCT* suscepimus *C*, suscipimus *T* 13 sperantem *BT*, separantes *C*[1] compluria *LP*, cum plurimi *T* 14 ut] uit *R* redintegratos *C*, retintegrato *P* roboret ac mites *C* (c *ex* m *corr.*) mitis et humilis *BLT* 15 in *om. C* cossessus *R*, concessus *T*, consessu *V*, consensus *LP*, confessus *B*, confusus *C* opto ... ualere *om. BCLPT.* — De (Explicit de *P*, Ad clerum et plebem de *B*) Numidico confessore *(om. R)* presbytero ordinato explicit (explicat *L*, *om. P*) *BLPRT*, Explicit te (de *m. 2*) ordinato de *(exp. m. 2)* Numidico prẽs *C*. —

EPISTVLA XLI.

CYPRIANVS CALDONIO ET HERCVLANO COLLEGIS ITEM ROGATIANO ET NVMIDICO COMPRESBYTERIS S.

1 Vehementer contristatus sum, fratres carissimi, acceptis litteris uestris, ut cum mihi propositum semper et uotum sit uniuersam fraternitatem nostram incolumem continere et inlibatum gregem secundum quod caritas exigit reseruare, nunc nuntietis Felicissimum multa inprobe et insidiose esse molitum, ut praeter fraudes suas et rapinas, de quibus iam pridem multa cognoueram, nunc quoque cum episcopo portionem plebis inlidere id est a pastore oues separare et filios a parente secernere et Christi membra dissipare temptauerit, cumque ego uos pro me uicarios miserim, ut expungeretis necessitates fratrum nostrorum sumptibus istis, si qui uellent etiam suas artes exercere additamento quantum satis esset desideria eorum iuuaretis, simul etiam et aetates et condiciones eorum et merita discerneretis, ut etiam nunc ego, cui cura incumbit, omnes opto

Epist. XLI. — Incipit epistola Cipriani diacon̄ Caldonio et Herculaneo super nomine Felicissimi peruersi *T*, Incipit ad Caldonium de Felicissimi prauitate et eorum qui ei iungebantur *Z*, Cipriani ad Callidonium et Herculaneum collegas de scismate Foelicissimi ac iusto eius anathemate et de fide confes. *q*, Eiusdem Cipriani Calidonio et ceteris de improbitate et Felicissimi peruersi *w*, Ad Caldonium et ceteros *μ*, *om. r.* — 2 calidonio *qrw* herculaneo *Tq*, herculanio *μ*, herculiano *w* 3 compresbytero *q*, *om. w* 4 sum *μ s. l. m. 2* 5 semper et uotum sit] sit semper eo tum *μ*, semper sit eo cum *r*, semper et uotum *Z* 6 ut nostram *μr* incolumen *T* tenere *w* 7 reseritare *w* nunc *om. T* 8 nunciastis *Z* 9 suas fraudes *qw*, fraudes ueteres *Zμr* et] sed *Z* rapinam *Zμr* iam multa pridem *w* 10 cum *om. Z*, ab *Latinius* 11 inlidere *Tq*, illudere *w*, diuidere *Zμrv; conlidere malim* id est] idem *qr* separare *om. Zμr* a parentibus *Zμqw, om. r* 12 secernere] separare *Zμr* cumque] cum *q* 13 expuggeretis *T*, expungneretis *μ*, expugnaretis *Z*, expurgaretis *qw* 14 istis] ipsis *w*, tum *μ*, cum *r* si *om. Z* quis *r* uellent iam *Tq*, etiam uellent *μw*, etiam uellet *Z*, uellet *r* 15 exerceret *r* addidi (addidit *Z*) tamen tanquam tua satis essent (esse *Z*) *Zμr* 16 et *om. Zwq* aetates eorum *Zwμrv* eorum *om. μrv* 17 ut etiam] etiam *μr*, utinam *Z*, iam *Oxon.* opto me] optime *Zμrv*

me nosse et dignos quosque et humiles et mites ad ecclesiasticae administrationis officia promouere, ille intercesserit ne qui posset expungi neue ea quae desideraueram possent diligentiae uestrae examinatione discerni, comminatus sit etiam fratribus nostris qui primi expungi accesserant potentatu inprobo et terrore uiolento quod secum in morte non communicarent qui nobis obtemperare uoluissent.

2 Cumque post haec omnia nec loci mei honore motus nec uestra auctoritate et praesentia fractus instinctu suo quietem fratrum turbans proripuerit se cum plurimis, ducem se factionis et seditionis principem temerario furore contestans — in quo quidem gratulor plurimos fratres ab eius audacia recessisse et nobis adquiescere maluisse ut cum ecclesia matre remanerent et stipendia eius episcopo dispensante perciperent, quod quidem et ceteros pro certo scio cum pace facturos et cito ab errore temerario recessuros — interim, cum Felicissimus comminatus sit non communicaturos in morte secum qui nobis obtemperassent id est [qui] communicarent, accipiat sententiam

1 nossem *Oxon.* et *om. Zμr* quoque *Zμqrw* et humiles] humiles *Z* 2 promouerem *Oxon. v* ille et *Z* quis *Zμrv*, quid *qw* 3 neue] ne uel *qw*, ne *Z* desiderauerunt an *qw* posset *q* diligentiae uestrae] diligenti *μrv*, diligentia *Z* 4 examinationis *Z* etiam sit *r*, sit eī *w* 5 expugni *μ* accesserant] arcessebantur *μr* potentiatu *T*[1], potentia tamen *w*, potentatum *Z*, *om. q* improba *w*, probro *Z*, *om. q* et errore *Z*, eterrore *T* 6 in morte *T*, in mortem *Z*, morte *qw*, immo ut tecum *r*, immo uitae *μ*, in monte *v*; *cf. Rettberg Cypr. p. 100* non *om. w* obtemperasse *Tμ* 8 honorem *T*, nec honoris mei *Z* motu *Z*, metus *w* nec *om. q*, nec motus *Tw* 9 fractus] functus *φw* instincto *T*, instructu *Z*, in instinctu *r* 10 plurimis] plumis *Tφ* ducem se] ducem *Zμr*, ducente *T*, ducentes *φ*, ducentos *w* 11 contestatus *w* 12 quo *om. φ* plurimum fratres *T*, fratres plurimos *Z* ab eius] habes *T*, habentes *Zμr*, ab hac *v* audaciam *μr* recessisset *T* 13 maluisse] magis esse *Z* ut *om. Z*, et *T* cum] cum in *μ*, quom in *r* matre *om. Zr* 14 epī dispensantes *w* perceperent *φ*, perceperint *w*, retraherent *Zμr* 16 temerario *om. Zμr* interim] iterum *φw* comminatus] communicatus *w* 17 sit *om. φw* morte] monte *T*, montem *Z* sicum *w* qui *om. Tw*, si *φ* obtemperasse *Z* 18 id est] idem *φμ*[1] qui] qui nobis *Zμrv*, qui non *w* accipiant *Tφ*, accipiam *w*, accepit *ZVr*, accipit *μ*

quam prior dixit, ut abstentum se a nobis sciat, quando ad fraudes eius et rapinas quas dilucida ueritate cognouimus, adulterii etiam crimen accedit, quod fratres nostri graues uiri deprehendisse se nuntiauerunt et probaturos se adseuerauerunt. quae omnia cognoscemus, quando in unum cum collegis pluribus permittente Domino conuenerimus. sed et Augendus, qui nec episcopum nec ecclesiam cogitans pari se cum illo conspiratione sociauit, si ultra cum eodem perseuerauerit, sententiam ferat quam ille in se factiosus et temerarius prouocat. sed quisque se conspirationi et factioni eius adiunxerit sciat se in ecclesia nobiscum communicaturum non esse, qui se sponte maluit ab ecclesia separare. has litteras meas fratribus nostris legite et Carthaginem ad clerum transmittite additis nominibus eorum quicumque se Felicissimo iunxerint. opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere.

1 quem *w* absentum *T*¹, absentem *φ*, astentum *Z* 2 et] et ad *Z* dilucida *ex* diludit *T*, diluda *φw*, dilucidata *Z* diludauerit ante cognouimus *w* adulteri *r* 3 etiam] .n. *r* crimine *TZwφ*, crimini *μ* acce*dit *T*, accidit *w* grauem *r* 4 reprehendisse *Zr* se *om. Zr* renunciauerunt *Zμr* et reprobaturos *μr*, comprobaturos *φ* asseuerarunt *rv* 5 omnia tunc *v* cum *om. w* 6 uenerimus *Z* angendus *φ* 7 paris *T*, pariter *Zμrv* conspiratione et factione *v* 8 eodem] eo *Zμrv* perseuerat *μr* 9 in se *om. μr* temerius *T* prouocat sed *scripsi*, prouocasset *Tφw*, prouocauit sed et *Zμrv* 10 quisquis *φv* se *om. μr* in conspiratione et factione *Z* 11 nobiscum non esse communicaturum *Zv*, non esse nobiscum com. *μr* se *om. Zμrv* 12 separari *Zμrφv* 13 et] et ad *μr* kartaginem *Tφ* ad] et *μr* clerum quoque *Zμrφv* 14 quicumque se] qui se *Zμr*, qui cum *v* iunxerit *T*, iunxerunt *φ*, se iunxerunt *v* 15 ualere] et nostri meminisse ualete *add. μr nisi quod μ* ualete *om.* — Cyprianus Caldonio et Herculaneo super nomine Felicissimi peruersi explicit *T*, Ad Caldonium explicit *Z*, *om. φμrw.* —

EPISTVLA XLII.

CALDONIVS CVM HERCVLANO ET VICTORE COLLEGIS ITEM ROGATIANO CVM NVMIDICO PRESBYTERIS.

Abstinuimus a communicatione Felicissimum et Augendum, item Repostum de extorribus et Irenem Rutilorum et Paulam sarcinatricem, quod ex adnotatione mea scire debuisti. item abstinuimus Sophronium et ipsum de extorribus Soliassum budinarium.

EPISTVLA XLIII.

CYPRIANVS PLEBI VNIVERSAE S.

1 Quamquam, fratres carissimi, Virtius fidelissimus adque integerrimus presbyter, item Rogatianus et Numidicus presbyteri confessores et gloria diuinae dignationis inlustres, sed et diaconi boni uiri et ecclesiasticae administrationi per omnia obsequia deuoti, cum ceteris ministeriis plenam uobis praesentiae

Epist. XLII. — Item incipit ad Caldoni et Herculanei et Victoris de absento Felicissimo et aliis de extorrentes rescripserunt *T*, Epistola Caldonii ad Ciprianum annotans complices Foelicissimi *φ*, Caldonii et aliorum ad Ciprianum de absten Felicissimo et aliis de extorrentibus *w*. — 2 calidonius *φw* herculaneo *T*, herculiano *w* 3 presbyteris salutem *w* 4 a *om. φ* felicissimi *w* angendum *φ*, augendendi *w* 5 respostum *T* extorrentibus *w*, exhorrentibus *Tφ; cf. p. 536,13* irenen *T*, ireney *w* rutilorum] antilioris *w* paule sarcinatricis *w* 6 debuistis *v* item *om. w* 7 soffronium *Tφ*, sofronium *w* extorrentibus *Tφw* soliarum *φ* 8 budianarium *T*; *add. w*: optamus te bene ualere et nostri meminisse semper et ubique uenerande et percolendissime pater *w*. — Caldoni Herculani et Victoris de absento Felicissimi et aliis de extorrentes rescrip explicit *T*, *om. φw*. —

Epist. XLIII. — Incipit ad plebem de quinque presbyteris (sibi insidiantibus *add. B*) *BLNPQ*. — 11 frater kme *M* (frs kmi *Q*) uritius *Q* uri *ex corr.* (uirtius *M sed s. l. m. 2:* brictius) 13 et confessores *B* gloriam *Q* 14 administrationis *Q*, administratione *P*[1] 15 ministeris *L*, ministris *Nv*

suae diligentiam praebeant et exhortationibus adsiduis singulos corroborare sed et lapsorum mentes consiliis salubribus regere et reformare non desinant, tamen ego quantum possum admoneo et quomodo possum uisito uos litteris meis. litteras inquam, fratres carissimi. hoc enim quorundam presbyterorum malignitas et perfidia perfecit ne ad uos ante diem Paschae uenire licuisset, dum coniurationis suae memores et antiqua illa contra episcopatum meum immo contra suffragium uestrum et Dei iudicium uenena retinentes instaurant ueterem contra nos inpugnationem suam et sacrilegas machinationes insidiis solitis denuo renouant. et quidem de Dei prouidentia nobis hoc nec uolentibus nec optantibus immo et ignoscentibus et tacentibus paenas quas meruerant pependerunt, ut a nobis non eiecti ultro se eicerent, ipsi in se pro conscientia sua sententiam darent, secundum uestra diuina suffragia coniurati et scelerati de ecclesia sponte se pellerent.

2 Nunc apparuit Felicissimi factio unde uenisset, quibus radicibus et quibus uiribus staret. hi fomenta olim quibusdam confessoribus et hortamenta tribuebant, ne concordarent cum episcopo suo nec ecclesiasticam disciplinam cum fide et quiete iuxta praecepta dominica continerent, ne confessionis suae gloriam incorrupta et inmaculata conuersatione seruarent. ac ne parum fuisset corrupisse quorundam confessorum mentes et aduersus sacerdotium Dei portionem ruptae fraternitatis armare uoluisse, nunc se et ad lapsorum perniciem uenenata sua de-

1 praebeat *L* et] ut *B* exortationis *L*¹ 2 salutaribus *B* 3 desinunt *N* 4 litteras] litteris *BNv* 5 kme *M* (kmi *Q*) 6 perfida *B* perficit *BL* uos] uos mihi *N* 7 et dum *M* (et *om. Q*) 9 instaurent *P* 10 sacrilegas] sua relegis *LP* 11 renouant] reuocant *B* nobis nec *P*, nos ne cum *L*, nobis nec hoc *B* 12 immo et] minuet *LNP* 13 meruerunt *B* rependerunt *V* utro *L*, ipsi *P* 14 et ipsi *N* in *om. P* 15 et diuina *v* coniuratio *LN* 16 sponte] ultro *B* 17 apparebit *B* factio *BQ*², profectio *LNPQ*¹*M sed in M eras.* 20 nec] ne *BNQv* eclesiam *L*¹ 22 incorruptam *Q* seruarent] macularent *B* 23 fuisse *P* corrupisse *ex* corpisse *L m. 2* 24 aduersus *B*, contra *v*, *om. LNPQ* sacerdotium deo *L*, dispositionem dni et sacerdotium di *B* portione corruptae *B* amare *M* (armare *Q*) 25 et ad *BP*, et *LQ*, ad *Nv*

ceptione uerterunt, ut aegros et saucios et ad capienda fortiora consilia per calamitatem ruinae suae minus idoneos et minus solidos a medella uulneris sui auocent et intermissis precibus et orationibus quibus Dominus longa et continua satisfactione placandus est ad exitiosam temeritatem mendacio captiosae pacis inuitent.

3 Sed oro uos, fratres, uigilate contra insidias diaboli et pro uestra salute solliciti contra mortiferam fallaciam diligentius excubate. persecutio est haec alia et alia est temptatio et quinque isti presbyteri nihil aliud sunt quam quinque primores illi qui edicto nuper magistratibus fuerant copulati, ut fidem nostram subruerent, ut gracilia fratrum corda ad letales laqueos praeuaricatione ueritatis auerterent. eadem nunc ratio, eadem rursus euersio per quinque presbyteros Felicissimo copulatos ad ruinam salutis inducitur, ut non rogetur Deus nec qui negauit Christum eundem Christum quem negauerat deprecetur, post culpam criminis tollatur et paenitentia, nec per episcopos et sacerdotes *Domini* Domino satisfiat, sed relictis Domini sacerdotibus contra euangelicam disciplinam noua traditio sacrilegae institutionis exurgat, cumque semel placuerit tam nobis quam confessoribus et clericis urbicis, item uniuersis episcopis uel in nostra prouincia uel trans mare constitutis ut nihil innouetur circa lapsorum causam, nisi omnes in unum conuenerimus et conlatis consiliis cum disciplina pariter et misericordia temperatam sententiam fixerimus, contra hoc consilium nostrum rebelletur et omnis sacerdotalis auctoritas et potestas factiosis conspirationibus destruatur.

1 et ad] ad *Q* 2 ruinae *om. B* sui *ex* sue *B* 3 medela BP^2v auocarent *B* 5 ad *om. P* 9 est temptatio *B*, etemptation *L* (n *eras.*), temptatio *NPQv* et *om. v* 11 fuerat *B* 12 subuerterent *V* gracilia *NQ*, gracilium *B*, gratiali *ex* gratia *P*, fragilia *LV* ad letales] ad lectares *LN*, allectare is *P* laqueas *L*, laqueis *P* 13 uerterent *B* 15 dn̄s *Q* 17 paenitentiam *NQ* 18 domini domino *scripsi*, dn̄i *LNPQ*^{1}*M*, dn̄o BQ^2v satisfiat sed relictis domini *om. M (exh. Q)* dn̄o Q^1, dn̄m *L* 20 placerit *M* (placuerit *Q*) 21 item u. episcopis *om. B* 23 causa *B* conueniremus *Q* 24 misericordiam *Q* 25 rebelletur] reueretur *LNP* 26 et pot.] sed pot. *LP* 27 destruitur *P*

Quas nunc paenas patior, fratres carissimi, quod ipse ad uos 4
inpraesentiarum uenire non possum, ipse singulos adgredi, ipse uos secundum Domini et euangelii eius magisterium cohortari. non suffecerat exilium iam bienni et a uultibus adque ab oculis uestris lugubris separatio, dolor iugis et gemitus qui me solum sine uobis continua lamentatione discruciat, lacrimae diebus ac noctibus profluentes, quod sacerdoti quem tanto amore et ardore fecistis necdum uos salutare et necdum conplexibus uestris inhaerere contingat. accessit hic tabescenti animo nostro dolor maior, quod in tanta sollicitudine ac necessitate excurrere ad uos ipse non possum, dum per minas et per insidias perfidorum cauemus ne aduenientibus nobis tumultus illic maior oriatur et cum paci et tranquillitati episcopus prouidere in omnibus debeat, ipse materiam seditioni dedisse et persecutionem denuo exacerbasse uideatur. hinc tamen, fratres dilectissimi, hinc admoneo pariter et consulo ne perniciosis uocibus temere credatis, ne fallacibus uerbis consensum facile commodetis. ne pro luce tenebras, pro die noctem, pro cibo famem, pro potu sitim, uenenum pro remedio, mortem pro salute sumatis. nec aetas uos eorum nec auctoritas fallat, qui ad duorum presbyterorum ueterem nequitiam respondentes, sicut illi Susannam pudicam corrumpere et uiolare conati sunt, sic et hi adulterinis doctrinis ecclesiae pudicitiam corrumpere et ueritatem euangelicam uiolare conantur.

Clamat et dicit Deus: n o l i t e a u d i r e s e r m o n e s p s e u d o- 5
p r o p h e t a r u m, q u o n i a m u i s i o n e s c o r d i s e o r u m f r u-

25 Hier. 23, 16, 17.

3 uos *om. B* secundum] secuti dum *P* dnm *B*, dm *N* euangelium *B*, euangelii* *P* 4 sufficerat *P* exilii *B* biennii *NPv* 6 discrutiant *P* 7 quem] quod *B* 8 et necdum] necdum *Bv* 9 hac *M* (hic *Q*) nostro *om. N* 10 tanta *ex* ta *L m. 2* hac *Q* 11 et] set *Q* per insidias *om. L* 12 caueamus *P* aduentibus *L*¹ nobis *om. P* 13 paci] pauci *Q* tranquillitate *Q* prouideri *B* 14 materiam] magisteriam *P* 15 denuo] de nos *Q* exacerbare uideamur *B* 17 te*nere *Q* (temere *M*) ne] nec *L* 18 diem *L* 19 pro potu sitiu *ex* pro po**tum sitim *Q* (propositim *M*¹) salutem *L*¹*Q* 20 nec aetas] ne aetas *BNv* 22 corrumpere *om. V* sic ** et *Q* (sicut et *M*) 23 doctrinis *om. B* 25 dominus *NQv*

strantur eos. locuntur, sed non ab ore Domini. dicunt eis qui abiciunt uerbum Domini: pax erit uobis. pacem nunc offerunt qui ipsi non habent pacem nec ecclesiam lapsos reducere et reuocare permittunt qui de ecclesia recesserunt. Deus unus est et Christus unus et una ecclesia et cathedra una super Petrum Domini uoce fundata. aliud altare constitui aut sacerdotium nouum fieri praeter unum altare et unum sacerdotium non potest. quisque alibi collegerit spargit. adulterum est, impium est, sacrilegum est quodcumque humano furore instituitur ut dispositio diuina uioletur. procul ab huiusmodi hominum contagione discedite et sermones eorum uelut cancer et pestem fugiendo uitate praemonente Domino et dicente: caeci sunt duces caecorum. caecus autem caecum ducens simul in foueam cadent. intercedunt precibus nostris quas nobiscum diebus ac noctibus Deo funditis ut eum iusta satisfactione placetis. intercedunt lacrimis nostris, quibus commissi delicti crimen abluitis. intercedunt paci quam uere et fideliter de Domini misericordia postulatis, nesciunt scriptum esse: et propheta ille aut somnium somnians, ille qui locutus est, ut errare te faceret a Domino Deo tuo. nemo uos, fratres, errare a Domini uiis faciat. nemo uos Christianos ab euangelio Christi rapiat, nemo filios ecclesiae de ecclesia tollat. pereant sibi soli qui perire uoluerunt, extra ecclesiam soli remaneant qui de ecclesia recesserunt, soli

13 Matth. 15, 14. 19 Deut. 13, 5.

1 eos et *N*, eis et *P*, eis *L* dicunt *om. L* 2 qui abiciunt] quia dicunt *LNP* 3 nec *LP*, nec ad *N*, in *BQv* 4 promittunt *BLNPQv* qui de] *ex* quid *Q m. 2, ex* qui *M m. 2* 5 est et] est *M* (est et *Q*) 6 petrum *BLNPV*, petram *Qv* altere *B* 7 praeter] propter *Goldhorn* 8 quisquis *v* adulterium *BLNP* 9 sacr. est] et sacrilegum *P* 10 ab *om. B*, ad *L*[1] 11 discedit *N* 12 et pestem] pestem *Q* 15 nostris *LNPQV*, uestris *Bv* 16 nostris *BLNPQV*, uestris *v* 17 delicta *M* (delicti *Q*) pacis *Q* 18 de *om. Q (exh. M)* nesciunt] nec sciunt *v* 20 qui] moriatur qui *B* 21 tuo] interficietur *add. v* fratres carissimi *Nv* a domino uiis *B*, a dominicis *LNP* 22 uos *om. B* ab *ex* ad *L m. 2* 23 noluerunt *B* 24 maneant *L*

cum episcopis non sint qui contra episcopos rebellarunt, coniurationis suae paenas soli subeant qui olim secundum uestra suffragia, nunc secundum Dei iudicia sententiam coniurationis et malignitatis suae subire meruerunt.

6 Monet nos Dominus in euangelio suo dicens: reicitis mandatum Dei ut traditionem uestram statuatis. qui mandatum Dei reiciunt et traditionem suam statuere conantur fortiter a nobis et firmiter respuantur. sufficiat lapsis ruina una. nemo uolentes surgere sua circumuentione praecipitet. nemo iacentes, pro quibus nos rogamus ut Dei manu et brachio subleuentur, prosternat grauius et deprimat. nemo semianimes et ut salutem suam pristinam recipiant deprecantes ab omni spe salutis auertat. nemo nutantibus lapsus sui caligine omne itineris salutaris lumen extinguat. instruit apostolus dicens: si quis aliter docet et non adquiescit sanis uerbis Domini nostri Iesu Christi et doctrinae eius stupore elatus, discede ab huiusmodi. et iterum dicit ipse: nemo uos decipiat inanibus uerbis. propterea enim uenit ira Dei super filios contumaciae. nolite ergo esse participes eorum. non est quod decepti inanibus uerbis prauitatis eorum incipiatis esse participes. discedite a talibus quaeso uos et adquiescite consiliis nostris qui pro uobis cottidie continuas Domino preces fundimus, qui uos ad ecclesiam reuocari per Domini clementiam cupimus, qui de Deo pacem plenissimam primo matri, tunc et filiis eius oramus. cum pre-

5 Marc. 7, 9. 15 I Tim. 6, 3—5. 18 Eph. 5, 6. 7.

1 rebellauerunt *B* 2 suae *om. L* paena *B* olim *om. B* 3 nunc *corr. in* non *Q m. 2* (nunc *M*) 4 subire *ex* subi *L m. 2* 5 dominus *post* suo *B* 7 suam *om. B* 8 sufficiant *Q* 9 nemo *om. LNP* praecipit et *LQ* 13 abuertat *N* nutantibus] nuntiantibus *B* lapsus sui] labsui *N* caligite omnis *B* 17 elatus] eleuatus *Q*, inflatus *P* 20 decepti *B*, decipi *LNPQ* 21 et prauitatis *N*; *fortasse:* decipiamini inanibus uerbis et prauitatis ne incipiatis *P* participes] parati *B* discedite *ex* discite *P* 22 cottidie *om. B* 23 preces dno *B* 24 cupiamus *L*[1] 25 primo *L*, primi *NP*, prius *BQv* macri *LN*[1]*P* tum *Nv* cum] tum *P*, dum *L*

cibus adque orationibus nostris uestras quoque orationes et preces iungite, cum fletibus nostris uestras lacrimas copulate. uitate lupos qui oues a pastore secernunt, uitate linguam diaboli uenenatam qui ab initio mundi fallax semper et mendax mentitur ut fallat, blanditur ut noceat, bona promittit ut malum tribuat, uitam pollicetur ut perimat. lucent nunc quoque uerba eius et uenena manifesta sunt. pacem pollicetur, ne perueniri possit ad pacem. salutem promittit, ne qui deliquit ueniat ad salutem. ecclesiam spondet, quando id agat ut qui illi credit in totum ab ecclesia pereat.

7 Nunc est, fratres dilectissimi, ut et qui statis fortiter perseueretis et stabilitatem uestram gloriosam quam in persecutione tenuistis perpetua firmitate seruetis, et qui circumueniente aduersario lapsi estis in secunda hac temptatione spei et paci uestrae fideliter consulatis et ut uobis Dominus ignoscat, a sacerdotibus Domini non recedatis, cum scriptum sit: et homo quicumque fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem aut iudicem quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille. persecutionis istius nouissima haec est et extrema temptatio, quae et ipsa cito Domino protegente transibit, ut repraesenter uobis post Paschae diem cum collegis meis: quibus praesentibus secundum arbitrium quoque uestrum et omnium nostrum commune consilium, sicut semel placuit, ea quae agenda sunt disponere pariter et limare poterimus. si quis autem paenitentiam agere et Deo

17 Deut. 17, 12.

1 nostris *om. B* 2 preces et orationes *B* cum *ex* con *L. m. 2* uestras *om. B* 3 pastores cernunt *B* 4 uenenatam diaboli *B* mundi *om. B fort. recte* 6 mala *B* peremat *L*¹*Q* lugent *LNP*¹, lucent *Q* (lucent nos *M*) 7 et] ut *Q* pacem *om. L* 8 delinquit *Q* 9 sponde *B*. spondit *P* 10 illic redit *BN* 11 satis *Q* 12 persecutionem *Q* 13 qui] si *Q s. l. m. 2, om. LNQ*¹*M,* si qui *v* circumuenientes ****** *B* 14 hac] ac *B* temptationem *Q* 15 pacis *B* consuletur *B* 19 illis *L s. l. m. 2* 20 est et] est *LNP* temptatione *B*¹ 21 transiuit ut et *B* diem paschae *P* 23 communem *Q, om. V* 24 et semel *L* 25 linare *Q* qui* *B* s *eras.* agere *om. B*

satisfacere detractans in Felicissimi et satellitum eius partes concesserit et se haereticae factioni coniunxerit, sciat se postea ad ecclesiam redire et cum episcopis et plebe Christi communicare non posse. opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere et circa Domini misericordiam exorandam continuis nobiscum precibus insistere.

EPISTVLA XLIIII.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI S.

Venerunt ad nos, frater carissime, missi a Nouatiano Maximus 1
presbyter et Augendus diaconus et Machaeus quidam et Longinus. sed enim cum ex litteris quas secum ferebant et ex eorum sermone adque adseueratione Nouatianum episcopum factum conperissemus, inlicitae et contra ecclesiam catholicam factae ordinationis prauitate commoti a communicatione eos nostra statim cohibendos esse censuimus. et refutatis interim ac retusis quae obstinate ac pertinaciter adserere temptabant, tamen ego et collegae plurimi qui ad me conuenerant expectauimus aduentum collegarum nostrorum Caldoni et Fortunati quos ad te nuper et

1 satisfacere *L sed* satis *s. l. m. 2,* satis agere *B* detrectant *BP* in] ad *v et Q s. l. m. 2, om.* MQ^{1} infilicissimi *Q* eius] eris $L^{1}NP$ 2 pactioni *N*, pactionis *LP* 4 opto . . . insistere *om. LNP* 5 et . . . insistere *om. B.* — Ad (Explicit ad *P*) plebem de quinque presbyteris (sibi insidiantibus *add. B*) explicit *(om. P) BLNPQ.* —

Epist. XLIIII. — Incipit ad Cornelium ·IIII· *L*, Incipit ad eundem ·IIII· *P*, Incipit ad eundem ·VII· *FR*, Incipit ad eundem liber ·VII· feliciter *C*, Incipit eiusdem ·VII· *MQ.* — 9 frattres *C* 10 diaconis *M* (diaconus *Q*) maccheus *CFQ*, mattheus *LP* quidem *CF* 11 referebant *CR* et *om. Q* 12 sermonem *Q* adseuerationem $C^{1}PQ$, asseratione R^{1} 13 inlicite *P*, inlicita *CR* facte *R*, facta *C* 14 prauitatem moti *F* nostras *R* 15 prohibendos *V* censuisnus *L* et reputatis *C*, refutatis *v* retunsis *LQ* 16 obstinate ac] obstinatione *L* tamen *F*, iam $LPQ^{1}M$, nam CRQ^{2}, iam et *v* ego *om. F*, ergo *Gallandius bibl. u. p. pag. 333* et] e *R* 17 collegae mei *Q*, colligate C^{1} a me *Q* exspectabamus *P* 18 nostrorum *om. R* chaldoni *LP*, caldono C^{1} nuper et] nuper et ad *CRv*

coepiscopos nostros qui ordinationi tuae adfuerant legatos miseramus, ut eis aduentantibus et rei gestae ueritatem reportantibus maiore auctoritate et elucida per eos probatione partis aduersae inprobitas frangeretur. superuenerunt uero Pompeius ac Stephanus collegae nostri, qui et ipsi quoque ad instruendos istinc nos manifesta secundum grauitatem ac fidem suam indicia ac testimonia protulerunt, ut nec necesse fuerit audiri ultra eos qui a Nouatiano uenerant missi.

2 Qui cum in statione inuidiosis quoque conuiciis et clamoribus turbulentis proruerent et flagitarent ut crimina quae se adferre ac probare dicebant publice a nobis et plebe cognoscerentur, grauitati nostrae negauimus conuenire, ut collegae nostri iam delecti et ordinati et laudabili multorum sententia conprobati uentilari ultra honorem maledica aemulantium uoce pateremur. et quia quibus refutati et conpressi sunt et inlicitis conatibus haeresim fecisse nudati sunt, in epistula congerere longum fuit, ex Primitiuo compresbytero nostro plenissime singula quando ad uos uenerit audietis.

3 Ac ne eorum furens audacia umquam desisteret, hic quoque in schismatis partes Christi membra distrahere et catholicae ecclesiae corpus suum scindere ac laniare nituntur, ut ostiatim per multorum domos uel oppidatim per quasdam ciuitates discurren-

1 adfuerunt L^1 legatos *ex* legatur *C* 2 ut] et *C* eis] cum eis *CR* aduetantibus R^1, aduenientibus *C* et r. g. u. reportantibus *om. CR* reportantibus] repugnantibus *F; fort.* perpurgantibus 3 elucidata *C*, lucida *LPQv* partis aduer || *desinit F* 4 ac] et *Qv* 5 struendos *LPQR* istic nos *LPR*, istos *ex* istic uos *C* 7 nec necesse] necesse non *CR* fuerat *M* (fuerit *Q*) audire *C* 9 in *om. CQR* clamoribus] clam *Q*, claris uocibus *P* 10 prouererent *C* ue *s. l.* 11 nobis *ex* n*is *P* et] et a *CRQv* 12 ut] et *L* 13 dilecti QR^2, delicti *L*, electi *C* conprobati* *Q*, conprobatio *CM* 14 uentilandam *v* honorem *LP*, ore MQ^1, famam ore CRQ^2v maledici MQ^1, maledico Q^2, maledico et *CRv* aemulantium] mutulantium *MQ sed in Q exp.* pateremus *C* 15 a quibus *P* reputati *LQ* (refutati *M*) et *om. CR* concetibus C^1 16 sint *L* epistulam *Qv* 17 priuitiuo *R* planissime *C* 18 uos] nos *LQ* 20 partem *P*, parte *M* (partes *Q*) et *om. Q* 21 ** corpus *Q* (et corpus *M*) corpus suum *LQ*, corpus unum *C*, unum corpus *R*, corpus *Pv* 22 uel oppidatim *om.* P^1

tes obstinationis suae et erroris scissi sibi quaerant comites. quibus semel responsum dedimus nec mandare desistimus ut perniciosa dissensione et concertatione deposita inpietatem esse sciant matrem deserere et agnoscant adque intellegant episcopo semel facto et collegarum ac plebis testimonio et iudicio conprobato alium constitui nullo modo posse: proinde si pacifice sibi ac fideliter consuluisse, si se adsertores euangelii et Christi esse confitentur, prius ad ecclesiam reuertantur. opto te, frater carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA XLV.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI S.

Quod seruis Dei et maxime sacerdotibus iustis et pacificis con- 1
gruebat, frater carissime, miseramus nuper collegas nostros Caldonium et Fortunatum, ut non tantum persuasione litterarum nostrarum, sed praesentia sua et consilio omnium uestrum eniterentur quantum possent et elaborarent, ut ad catholicae ecclesiae unitatem scissi corporis membra conponerent et Christianae cari-

1 scissi] scissis *P*, schissi *L*, sui *v*; *fort.* schismatici, *sed conf. pag.* *604,14:* corpus unum discissa aemulatione lacerari   quaerebant *P*   2 sedimus *M* (dedimus *Q*), dabimus *C* a *ex* e *corr.*   desistemus *L*   3 dissensione *ex* discen*sione *Q m. 2* (discessione *M*), dissentione *C*   consertatione *C*   5 iudicio] in dei iudicio *V*   6 si *om. CLPQ; fortasse* pacifice si   7 consulunt *v*, consilunt ut *C* i *corr. in* u *m. 2*   si *ex* se *C m. 2*   et *om.* P^1v 8 reuerterentur *ex* reuertuntur *C m. 2*   opto ... ualere *om.* *CLMQ*^{1}. — Explicat ·IIII· *L*, Explicit ad Cornelium de episcopatu eius *P*, Ad Cornelium de episcopatu eiusdem epistola ·VII· explicit *MQ*, Ad Cornelium ·VII· explicit *R*, *om. C.* —

Epist. XLV. — Incipit secunda *L*, Incipit ad eundem ·II· *P*, Incipit ad eundem ·VI· (feliciter *add. C*) *CFR*, Incipit eiusdem ·VI·*MQ*. — 11 fratri cornelio *C*   13 calydoni[um] *F*, calidonium *Q*   14 et *om. R*   persuasionem C^1, per sua sponte *LP*   **uel litterarum *P*   15 sua] tua *P*   uestrorum *M* (uestrum *Q*), uerum *L*   eniteretur *F*, niterentur *CR*   16 quantum *om.* L^1 posset *F*   [elabo]rare *F*, laborarent *C*, laboraret *R*   ad] a *R*   catholica *R*, catholicam *C*   ecclesiam C^1R^1 17 conponeret *F*   christiane *FLP*, christiana R^1M (christianae *Q*)

tatis uinculum copularent. sed quoniam diuersae partis obstinata et inflexibilis pertinacia non tantum radicis et matris sinum adque conplexum recusauit, sed etiam gliscente et in peius recrudescente discordia episcopum sibi constituit et contra sacramentum semel traditum diuinae dispositionis et catholicae unitatis adulterum et contrarium caput extra ecclesiam fecit, acceptis litteris tam tuis quam collegarum nostrorum, item aduentantibus bonis uiris et nobis carissimis collegis nostris Pompeio et Stephano, a quibus haec omnia nobis cum laetitia communi adseuerata sunt firmiter et probata, secundum quod diuinae traditionis et ecclesiasticae institutionis sanctitas pariter ac ueritas exigebat, litteras nostras ad te direximus. sed et per prouinciam nostram haec eadem collegis singulis in notitiam perferentes ab his quoque fratres cum litteris redigendos esse mandauimus.

2 Quamquam mens nostra et propositum iam tunc fratribus et plebi istic uniuersae manifestatum fuisset, quando litteris nuper ab utraque parte susceptis tuas litteras legimus et episcopatus tui ordinationem singulorum auribus intimauimus. honoris etiam communis memores et grauitatis sacerdotalis ac sanctitatis respectum tenentes ea quae ex diuerso in librum missum congesta fuerant acerbationibus criminosis respuimus, considerantes pariter et ponderantes quod in tanto fratrum religiosoque conuentu considentibus Dei sacerdotibus et altari posito et legi debeat et

1 uinculo $L^{2}v$ copularet *F* 2 infelexibilis *Q* 3 recusabit *Q* gliscentem $C^{1}Q$, crescente *F* et in peius] in peius et *L*, in peius ut *P* crudescente *P* 4 episcoporum $C^{1}Q$ 5 dispensationis *C* 7 tuis] uis *R* 8 uiris *ex* utris *C* et *om.* *Q* carissimis] remissis *C* stefano *F* 9 nobis *om.* *Vv* laetitia] tristitia *Oxon.* asserta *v* 10 probata] quibus cognitis *add.* *V* et *om.* *F*, et ad *C* 11 ac pariter *Q* 12 per *om.* *P* 13 eaundem *R*, omnia *C* collegis nostris FQ^{2} (nostris *om.* MQ^{1}) notiam L^{1} 14 redigendos *FLPQV*, dirigendos *Rv*, dirigendis *C* 15 *alterum* et *om.* *F* 16 istinc *FQ*, isticum *P* 17 episcopatus tui] sanctitatis tuae *V* 19 grauitates *Q*, gratiae *CR* sacerdotales *Q* sanctitates *Q*, sanctitatis tuae *V* 20 respectu *F* ex] e *C s. l.* missum] ad nos transmissum *v*; *fort. expungendum* 21 acerbationis C^{1} respicuimus *R* pariter et ponderantes *om.* *CR* 22 quid *fort.* fratrum] numero *add.* *v* regioque *R* considentibus *ex* considerantibus *C* 23 et legi] neglegi *C*, nec legi *Rv* debeant *CRv* et audire *Q*, audiri *P*, nec audire C^{1}, nec audiri $C^{2}Rv$

audiri. neque enim facile promenda sunt et incaute ac temere publicanda quae discordioso stilo audientibus scandalum moueant et fratres longe positos ac trans mare constitutos incerta opinione confundant. uiderint qui uel furori suo uel libidini seruientes et diuinae legis et sanctitatis inmemores uel iactitare interim gestiunt quae probare non possunt, et cum innocentiam destruere adque expugnare non ualeant, satis habent fama mendaci et falso rumore maculas inspergere. certe quod praepositis ac sacerdotibus congruit danda opera est ut talia cum a quibusdam scribuntur per nos respuantur. ubi enim erit quod discimus ac docemus scriptum esse: contine linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum? item alibi: os tuum abundauit malitia, et lingua tua conplectebatur insidias. sedens aduersus fratrem tuum detrahebas et aduersus filium matris tuae ponebas scandalum, item quod apostolus dicit: omnis sermo malus de ore uestro non procedat, sed bonus ad aedificationem fidei, ut det gratiam audientibus. porro haec fieri debere ostendimus, si quando talia quorundam calumniosa temeritate conscripta sunt, legi apud nos patimur. et idcirco, frater carissime, cum ad me talia aduersum te et conpresbyteri tecum

11 Ps. 33, 14. 12 Ps. 49, 19. 20. 16 Eph. 4, 29.

1 sunt] est *R* hac *LQ* 2 disc. stilo] discordiosis et *R*, discordia sint et *C*, discordioso stilo scripta *v* inoboedientibus *CR* 4 uel qui *Q* furore *F*L^1*PQ*, furoris C^1 libidine *Q*, libidinis L^1, liuori *ex* liuidere *C m. 2* scuientes *C* 5 et] ac *CRv* iactare *CR* 6 innocentia C^2 7 adque *om. L* habet *FLP* famam *CQ* mendacii *CFPQR* falsorum ore *LPQ*, falsorum hore *C* 8 inpergere *PQ*, inspargere *CR* ac] et *v* ac sacerdotibus congruit *om. R* 9 opere C^1 ut alia *M* (ut talia *Q*) a *om. CR* 10 respuentur L^1 11 edocemus *F* 12 dolum *F*, insidiose *CPQR*, insidiosa *L* 13 abundabit *FL* malitiam *FPQ* complectabatur *R*, conplectebantur C^1*P* 14 sedes *Q* 16 dicet *Q* omne C^1 17 sed et *Q* 18 det] et *R* porro] propter *C* hac *M* (haec *Q*) 20 conscribti *L* ut legi *C* *sed* ut *s. l.* nos] nos non *CRv* patitur *FQ*, patiamur *CR* fratres *C* 21 carissime *om. C* aduersum] de *v* et *om. R* conpraesbyteri *CFLPQR (Nouatianum designat)*, compresbyteris *v*

considentis scripta uenissent, clero et plebi legi praecepi quae religiosam simplicitatem sonabant nec ullis maledictorum et conuiciorum latratibus perstrepebant.

3 Quod autem scripta collegarum nostrorum qui illic ordinationi tuae adfuerant desiderauimus, non ueteres mores obliti nouum aliquid quaerebamus: nam satis erat ut te episcopum factis litteris nuntiares, nisi esset ex diuerso discrepans factio quae criminosis et calumniosis conmentis suis collegarum pariter ac fratrum plurimorum turbaret mentes et corda confunderet. cui rei sopiendae necessarium duximus ut scribentium nobis inde collegarum nostrorum firma et solida auctoritas pararetur: qui moribus ac uitae et disciplinae tuae condigna litterarum suarum testimonia praedicantes aemulis quoque et rerum uel nouitate uel prauitate gaudentibus omnem ambigendi et discrepandi scrupulum sustulerunt. et secundum consilium nostrum salubri ratione libratum in hoc fluctu aestuantium fratrum mentes sincere ac firmiter tuum sacerdotium probauerunt. hoc enim uel maxime, frater, et laboramus et laborare debemus ut unitatem a Domino et per apostolos nobis successoribus traditam quantum possumus obtinere curemus et quod in nobis est balabundas et errantes oues, quas quorundam peruicax factio et haeretica temptatio a matre secernit, in ecclesia colligamus, illis solis foris remanenti-

1 considentes C^1 *FLQR*, considentibus *v* clero et plebi legi praecepi *post* perstrepebant *l. 3 exh. v* 2 ullus *FQ*, ullius *C* maledicorum *LPQ*, maledictionum *C* 3 latrantibus *FQR* perstrepebat *F* 5 adfuerunt F^1 ueteris moris *v* 6 ut tu te CPQ^2Mv, ut tote Q^1 episcoporum *LM* (episcopum *Q*) factum *v* 7 nisi] ne si *L*, si C^1 esse *LR* factione *R* 8 et calumniosis *om. CR* cumme[ntis] *F* 9 corda] concordia *L* confundere *Q* 10 scribenti uni *P*, scribentium de *CR* inde *om. CR* 11 auctoritate *CR* pararentur *CR*, pariretur *Q* 12 et *F*, *om. CLPQR* tuae] suae *C* tuarum *LP* 14 scrupulum] consilium *add. R* 15 nostrum] non *LPQ* rationem *Q* libratum *P*, liberatas *CQR*, libratas *FLV* 16 fructu est tuantum *R*, fluctuantium *C* 17 sacerdotium tuum *C* 18 et lab.] elaboramus *L*, laboramus *C* unitate *R* a *C s. l. m. 2*, am *R* 20 obtinere] ponere *LP; fort.* fouere balabundas *FPQV*, ballabundas *L*, palabundas *CRv* 21 perficax *Q* et] ex *P* a *om. R* 22 secerni *F* ecclesiam *CRv* colligamus . . . qui *om. R*

bus qui obstinatione sua uel furore supersederunt et ad nos redire noluerunt, discretionis et separationis a se factae et ecclesiae derelictae ipsi rationem Domino reddituri.

Quantum uero hic ad presbyterium quorundam et Felicissimi 4
causam pertinet, quid hic actum sit ut scire posses, litteras ad te collegae nostri manu sua subscriptas miserunt, qui auditis eis quid senserint et quid pronuntiauerint ex eorum litteris disces. melius autem, frater, facies, si etiam exempla litterarum quae ad te legenda pro dilectione communi per Caldonium et Fortunatum collegas nostros proxime miseram, quae de eodem Felicissimo et de presbyteris isdem ad clerum istic, non et ad plebem scripseram, legi illic fratribus iubeas, quae et ordinationem et rationem rei gestae loquantur, ut tam istic quam illic circa omnia per nos fraternitas instruatur. exemplaria autem eadem nunc quoque per Mettium hypodiaconum a me missum et Nicephorum acoluthum transmisi. opto te, frater carissime, semper bene ualere.

1 in obstinatione *Cv* sua *om. CR* furore suo *CR* supersederunt] perseuerauerunt *CRv* 2 discreciones et separationes *Q* factae ecclesiae *QR* (facta ecclesia *M*) 3 delictae *L*¹ ipsa *C*¹ ratione *P* 4 hinc *R* presbiterum *C*, presbyterorum *RVv* quorundam] quendam *C* felicissimam *C* 5 hic *P s. l. m. 2* sit ut] sicut *Q* at te *F* 6 suscriptas *P*, scriptas *V* 7 quae senserint *C* n *s. l.* pronuntiauerit *C*¹ 9 chacdonium *LP*, calcidonium *C* ci *s. l.* 11 presbyteris *scripsi*, praesbytero *F*, praesbyterio *CLPQRv* isdem *FLQ*, eiusdem *CPRv* clerum istic] ecclesiastica *corr. in* ecclesiam *C* non et] non *Q*, nec non et *Pv*, nostrum *R*, nostra *C* 12 illic] istic *P* iuueas *F* de ordinationem *P*, ordinem *V* ratione *P* 13 loquamur *LP* istic *om. CR* per nos circa omnia *CR* 14 exempla *CR* eadem] earundem *V* 15 messium *PQR*, mersium *C* niceforum *CFPQ* acolitum *CPQR* 16 opto . . . ualere *om. CL* in domino semper *R*. — Explicit ad Cornelium ·II· *P*, *om. L*, Ad Cornelium explicit *F*, Ad Cornelium epistula *(om. R)* ·VI· explicit *QR*. Explicit *C*. —

EPISTVLA XLVI.

CYPRIANVS MAXIMO ET NICOSTRATO ET CETERIS CONFESSORIBVS S.

1 Cum frequenter, carissimi, cognoueritis ex litteris meis quem et confessioni uestrae honorem et fraternitati conexae dilectionem meo sermone seruauerim, credatis quaeso et adquiescatis his litteris meis, quibus uobis et actui ac laudibus uestris et scribo et simpliciter ac fideliter consulo. grauat enim me adque contristat, intolerabilis perculsi et paene prostrati pectoris maestitia praestringit, cum uos illic conperissem contra *Dei* dispositionem, contra euangelicam legem, contra institutionis catholicae unitatem alium episcopum fieri consensisse, id est, quod nec fas est nec licet fieri, ecclesiam alteram institui, Christi membra discerpi, dominici gregis animum et corpus unum discissa aemulatione lacerari. quod quaeso ut in uobis saltem inlicitum istud fraternitatis nostrae discidium non perseueret, sed et confessionis uestrae et diuinae traditionis memores ad matrem reuertamini unde prodistis, unde ad confessionis gloriam cum eiusdem matris exultatione uenistis.

Epist. XLVI. — Incipit ad Maximum et Nicostratum (de unitate *add. PQ*) *BFLPQ*. — 4 *post* meis *repetit* cognoueritis *B* 5 fraternitatis *F* dilectionis *F* 6 meo sermone *om. F*, eos sermone *P* et *om. F* 7 uobis et] uos et *FLP*, uos *B;* religiose *fort.* hac *Q*, et *B* 8 et fideliter *FPQ*, *om. B* 9 et intolerabilis *Lv* perculsi *om. B*, percussi *V* et paene *om. B*. paene *Fv* rostrati *F* peccatoris *M* (pectoris *Q*) maestitia] maiestati *B* et praestringit *P*, perstringit MQ^2 (praestringit Q^1) 10 contra dei dispositionem *om. F* dei *scripsi,* ecclesiasticam *v*, *om. BLPQV* 11 institutionis] dispositionis *B* unitatis *M*, unitates Q^1 13 ecclesiam alteram $LMPQ^1$, alteram ecclesiam *B*, in ecclesiam alterum *F*, in ecclesiam alteram Q^2, ecclesiam aliam *v* constitui *v* 14 animam *F* discessa *FLP* 15 quod] quos *P* *obis *Q*, nobis *BM* saltim *L*, salutem Q^1 (saltem Q^2M) licitum in istum *B* 17 reuertimini Q^2 (reuertamini Q^1M)

2 Nec putetis sic uos euangelium Christi adserere, dum uosmet ipsos a Christi grege et ab eius pace et concordia separatis, cum magis militibus gloriosis et bonis congruat intra domestica castra consistere et intus positos ea quae in commune tractanda sunt agere ac prouidere. nam cum unanimitas et concordia nostra scindi omnino non debeat, quia nos ecclesia derelicta foras exire et ad uos uenire non possumus, ut uos magis ad ecclesiam matrem et ad uestram fraternitatem reuertamini quibus possumus hortamentis petimus et rogamus. opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere.

EPISTVLA XLVII.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI S.

Et religiosum uobis et necessarium existimaui, frater carissime, ad confessores qui illic sunt et Nouatiani ac Nouati obstinatione et prauitate seducti de ecclesia recesserunt litteras breues facere, quibus eos pro adfectione mutua conuenirem ut ad matrem suam id est ecclesiam catholicam reuertantur. quas litteras tibi a Mettio hypodiacono legi prius mandaui, ne quis aliud me scripsisse fingeret quam quod meis litteris continetur. mandaui tamen eidem

1 putetis] potestis *BFQ* uosmet] uos et *B* 2 a *om. B* gregem *BL*¹*Q* pace et] pace *BLQ* 3 intra] in *F* domestica] dominica *maluit Baluzius* 5 sunt *om. B* hac *Q* prouidere possimus *F* unanimis *F* nostran *F* 6 debeam *F* et foras *Q* 7 ut] et *B* 8 nostram *v* 9 carissimi *om. BP* 10 bene semper *B.* — Ad (Explicit ad *P*) Maximum et Nicostratum (Nicostratum et Maximum *L;* de unitate *add. Q*) explicit *(om. P) BFLPQ.* —

Epist. XLVII. — Incipit item ad eundem ·V· *FR,* Incipit eiusdem quinta *Q,* Incipit ad eundem feliciter *C,* Incipit ad Cornelium *LP.* — 13 nobis *Rv* nobis et necessarium uobis *Oxon.* existimauit *C* ff kmi *C* 15 prauitati *Q* brebes *FQ* 16 conuenirent *FLQ,* conuenire *R* suam *om. CR* 17 reuertentur *C*¹ tibi *om. CR* a] ab *Q,* et *P* mettio] demetrio *F,* metdio *L,* dio *P,* etio *Q,* mecyopo *C,* metio *R* et *in ras.* 18 diacono *C* alius de me *C*¹*FLPQR,* aliud de me *C*² 19 confinentur *C,* continentur *M* (continetur *Q*) idem *FLPQ,* et dem *C*

Mettio a me ad uos misso ut de tuo arbitrio rem gerat, et si easdem litteras confessoribus putaueris esse credendas, tunc eas tradat. opto te, frater carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA XLVIII.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI S.

1 Legi litteras tuas, frater carissime, quas per Primitiuum conpresbyterum nostrum misisti, in quibus te conperi motum quod cum de Hadrumetina colonia Polycarpi nomine ad te litterae dirigerentur, posteaquam nos ego et Liberalis in eundem locum uenissemus, coepissent illuc ad presbyteros et ad diaconos litterae dirigi.

2 Quod scire te uolumus et pro certo credere nulla id leuitate aut contumelia factum. sed cum statuissemus collegae conplures qui in unum conueneramus ut legatis ad uos coepiscopis nostris Caldonio et Fortunato missis omnia interim integra suspenderentur, donec ad nos idem collegae nostri rebus illic aut ad pacem redactis aut pro ueritate conpertis redirent, presbyteri et diaconi in Hadrumetino consistentes Polycarpo coepiscopo nostro absente

1 metio *R*, meotio *C*, mentio *F*[1]   ameame(a)duos *C*   coisso *R* re *F*   2 credendas *FP*[1]*Q*[2], reddendas *BLMP*[2]*Q*[1]*Rv*   et tunc *Q*   3 tradet *C*   opto . . . ualere *om. CL*. — Explicit prima *L*, Explicit ad Cornelium ·I· *P*, Ad Cornelium explicit *F*, Ad Cornelium ·V· (epistula ·V· *Q*) *RQ*. Explicit *C*. —

Epist. XLVIII. — Incipit (*om. C*) ad Cornelium ·III· *Lioϱ*, Incipit ad eundem ·III· *P*, Incipit ad eundem ·VIIII· ad confessores et de adrumetino consilio *Z*, Ad eundem aepistula ·XI· *μ*. — 5 fratri *om. L*   6 presbyterum *μ*   8 hadrumetin *L*, adrimetina *Z*   polucarpi *L*, policarpi *ioμ* ad te *om. Zμ*   9 diriguntur *Z*, dirigentur *P*[1]   ** ego et *P*, *om. μ* 10 inuenissemus et *P*   illic *μ*   et ad] et *Zϱiμ*, nostros et *o sed* nostros *exp. m. 2*   12 te *μ s. l. m. 2*, a te *Z*   uoluimus *oμ*[1]   id *om. ioϱ*   13 sed cum *om. LP*   collegae *corr. in* collegarum *μ m. 2*, *om. ioϱ*   15 omnia . . . ad nos *om. Z*   16 rebus *om. Z*   ad *om. L* 17 redirent] audirent *LP* (*corruptum ex* adirent?)   18 adrumentina *ioϱ*, hadrimeti *Z*, hadrumetino *corr. in* hadrumetin colonia *L m. 2*   episcopo *Z*, *om. ϱ*   abscente *μ*

ignorabant quid nobis in commune placuisset. at ubi nos in praesentia uenimus, conperto consilio nostro ipsi quoque id quod et ceteri obseruare coeperunt, ut in nullo ecclesiarum istic consistentium consensio discreparet.

3 Quidam tamen mentes nonnumquam et animos sermonibus suis turbant, dum aliter quaedam quam se habet ueritas nuntiant. nos enim singulis nauigantibus, ne cum scandalo ullo nauigarent, rationem reddentes, nos scimus hortatos esse ut ecclesiae catholicae matricem et radicem agnoscerent ac tenerent. sed quoniam latius fusa est nostra prouincia, habet etiam Numidiam et Mauritaniam sibi cohaerentes, ne in urbe schisma factum absentium animos incerta opinione confunderet, placuit ut per episcopos retenta a nobis rei ueritate et ad conprobandam ordinationem tuam facta auctoritate maiore, tunc demum scrupulo omni de singulorum pectoribus excusso, per omnes omnino istic positos litterae fierent, sicuti fiunt, ut te uniuersi collegae nostri et communicationem tuam id est catholicae ecclesiae unitatem pariter et caritatem probarent firmiter ac tenerent. quod diuinitus euenisse et consilium nostrum prouidenter processisse gaudemus.

4 Ita enim nunc episcopatus tui et ueritas pariter et dignitas apertissima luce, manifestissima et firmissima conprobatione

1 ignorabant enim *Zμ* ad *L*¹*P* praesentia *o*, praesentiam *LZμ*, praesenti *Piϱ* (in praesentia uenire *pro* in praesens u. *dictum uidetur*) 2 consilio conperto *L* quaeque *μ* id *om. Zμ* et *om. Z* 3 seruare *μ* istic *om. Z* 5 quidam] qui *LP* 6 et dum *Z* 7 ne] nec *ϱ* ullo] illo *o* 8 reddentes] redidisse *ioϱ* scimus nos *v*, scimus *Zμ* hortatos nos eos *μ*, hortatos eos *v*, honoratos eos *Z* esse *μ s. l. m. 2* ut] qui *Z* 9 radicem et matricem *Zv*, rationem et matricem *μ* ac] et *ϱ* 10 etiam] enim *Zv* numidiam] in india *Z* mauretaneas duas *Z*, mauretenam duas *μ* 11 ne *om. LPZ* scisma *PZio* 12 incerta] sincera *Z* ut *om. LPZVμ* 13 retenta] recente *μ* ueritatem *μ* et ad] ad *iϱ* ordinationem tuam *om. P*¹ 14 tum *μ* 15 pectore *o*¹ excusso] excluso *V* istic] in prouincia ista *ioϱ* 16 sicut *Pϱ* ut te] uitae *μ* uniuersi *L s. l. m. 2* 17 tuam *om. Z* id est *om. L*¹, ·i· *μ* catholicae *om. Z* 19 processisse] profecisse *Zμ* 20 ita] sic *ioϱ*, sit *P* ueritas *ex* uirtus *L m. 2* 21 luce et *Pioϱv* est comprobatione fundata *io*, est confirmatione fundata *ϱ*, probatione f. est *Zμ*, conprobatione fundata *P*

fundata est, ut ex rescriptis collegarum nostrorum qui ad nos litteras inde fecerunt et ex relatione ac testimoniis coepiscoporum Pompei et Stephani et Caldoni ac Fortunati ordinationis tuae et origo necessaria et ratio iusta et gloriosa quoque innocentia omnibus nosceretur. quod ut simul cum ceteris quoque collegis nostris stabiliter ac firmiter administremus adque [ut] catholicae ecclesiae concordi unanimitate teneamus, perficiet diuina protectio, ut Dominus qui sacerdotes sibi in ecclesia sua eligere et constituere dignatur, electos quoque et constitutos sua uoluntate adque opitulatione tueatur, gubernanter inspirans ac subministrans et ad inproborum contumaciam frenandam uigorem et ad lapsorum fouendam paenitentiam lenitatem. opto te, frater carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA XLVIIII.

CORNELIVS CYPRIANO FRATRI S.

1 Quantam sollicitudinem et anxietatem sustinuimus de his confessoribus qui dolo et malitia hominis callidi et ueteratoris fuerant circumuenti et paene decepti et ab ecclesia alienati, tanta

1 ut] ut et *ioϱ* 2 et] ut *Pμ*[1], *s. l. Z* 3 chaldoni *LP*, caldonii *ioϱv* fortunati] forti *L* 4 origo] ratio *μ* etratio *corr. in* et traditio *L m. 2* 5 ab omnibus *Ziμoϱv* noscerentur *μ* quoque *om. Zμ* collegae nostri *μ* 6 ministremus *μ* catholica *Pμ* 7 concorditer *o*[2]*iϱ*, pacem concordiae *μ*, pacem concordi *Zv* unanimitatem *ioϱμ*[1], unitate *L* perficiat *Pioϱ*, proficiet *μ* 8 protectio] dignatio *Zμv* dño *Z* 9 et constituere *om. μ* dignantur *L* uoluptate *L* 10 teneatur *Z* gubernantes *v*, gubernans gubernantes *Zμ* ac] et *ϱ* 11 et *exp. μ* 12 ad lapsorum] lapsorum *Zμ* lenitatem *om. Z* opto ... ualere *om. L* 13 ualere amen *Z*. — Explicit ·III· *L*, Explicit ad Cornelium ·III· *Po*, Ad Cornelium ·VIII· explicit *Z*, Explicit *i*, *om. μϱ*. —

Epist. XLVIIII. — Incipit rescripta Corneli ad Ciprianum de scismaticis (epistola prima Cypriani *add. C*) *CT*, Incipit ad eundem (Ad Cornelium epistola *μ*) nona *Rμ*. — 15 Cyprianus Cornelio *C*[1]*Rμ* salutem *om. RT* 16 ancxietatem *C* iis *v* 17 dolo et *μ s. l. m. 2* homini *T* caldidi *T*[1] 18 fuerunt *T*[1] decepti] accepti *T* tantam laetitiam *CR*

laetitia adfecti sumus et Deo omnipotenti et Christo Domino nostro gratias agimus, cum cognito suo errore et intellecta hominis maligni uelut serpentis astutia uenenata ad ecclesiam unde exierant, sicuti ipsi ex suo corde profitentur, simplici uoluntate uenerunt. et primo quidem fratres nostri probatae fidei amantes pacem unitatem optantes tumorem illorum horum mollitiam nuntiabant, fides tamen non idonea, ut facile nobis credere daretur illos repente esse mutatos. postea uero Vrbanus et Sidonius confessores ad compresbyteros nostros uenerunt adfirmantes Maximum confessorem et presbyterum ** secum pariter cupere in ecclesiam redire. sed quoniam multa praecesserant ab eis designata, quae tu quoque a coepiscopis nostris et ex litteris meis cognouisti, ut non temere eis fides haberetur, ex ipsorum ore et confessione ista quae per legationem mandauerant placuit audiri. qui cum uenissent et a presbyteris quae gesserant exigerentur, nouissime quod per omnes ecclesias litterae calumniis et maledictis plenae eorum nomine frequentes missae fuissent et paene omnes ecclesias perturbassent, circumuentos se esse ad-

1 adfecti] adepti *CR* et *μ s. l. m. 2* dño *μ* 2 egimus *Rv* cum] cum eos *CRT*μ^2, cum eo μ^1, cum ii *v; fort.* cum ad nos et *om. CR* intellegant *μ*, intellegamus *C*, intela *T* 3 uelut] uel *T* serpentis] hominis *μ* astuti astutia *T;* fugientes *add. C m. 2* de ecclesia *sup.* ad ecclesiam *μ m. 2* 4 sicut *Rμ* ex] in *T* 5 uenerunt *RT*, uenisse *Cμ* probate *CTμ* fidemi *R* 6 amantē *R* timorem *C* illorum *CRVμ*, illum *T Ox.* horum *om. Oxon.* 7 mollitiam C^1*RTVμ*, mollitiem C^2, mollitum iam *Oxon.* adnuntiabant *Tμ* fide *Vv* non] aut *V* (*corruptum ex* haut) 8 dabatur *V* repente *Vμ*, repentes *T*, pentes C^1, penitus C^2*v*, rumpente *R* mutatos *om.* μ^1 uero] uero quam *CRv* urbanos *T* 9 presbyteros *CRμ* 10 confessores C^1 compresbyterum *μ* secum] secundum *CR;* presbyterum Secundum secum *fort.* 11 in ecclesiam cupere *μ* sed *om. in ras. T* praecesserat *RT*, processerunt *V* 12 eis *ex* cis *T* designata] disseminata *V* que *R sed* ue *in ras.*, q. *C* quoque *ex* quaeque *μ m. 2* a *C s. l. m. 2* coepō nrō *C* ex *om. C* 13 cognouistis *T* his *μ* ipsius *CRT*μ^1 14 ista quae] itaque *R* legatione *R* mandaueram *CRT*μ^1 15 exigerentur] eis ingrederentur *T; fort.* eis ingererentur 16 calomniis *C*, calumnias *T* et *om. T* 17 frequenter *Cv* 18 se *om. R* adfirmauerunt *CRv*

firmarunt neque quae in istis litteris inessent scisse, tantummodo subscripsisse, calliditate eius circumductos se commisisse quoque schismati et haeresis auctores fuisse ut paterentur ei manum quasi in episcopatum inponi. qui cum haec et cetera eis fuissent exprobrata, ut abolerentur et de memoria tollerentur deprecati sunt.

2 Omni actu ad me perlato placuit contrahi presbyterium. adfuerant etiam episcopi quinque, qui et eo die praesentes fuerunt, ut firmato consilio quid circa personam eorum obseruari deberet consensu omnium statueretur. et ut motum omnium et consilium singulorum dinosceres, etiam sententias nostras placuit in notitiam uestram perferri, quas et subiectas leges. his ita gestis in presbyterium uenerunt Maximus, Vrbanus, Sidonius et plerique fratres qui eis se adiunxerant, summis precibus desiderantes ut ea quae ante fuerant gesta in obliuionem cederent nullaque eorum mentio haberetur, proinde atque si nihil esset uel commissum uel dictum, inuicem omnibus remissis, cor mundum et purum iam Deo exhiberent, sequentes euangelicam uocem beatos esse

1 neque quae *scripsi,* neque *CRTVμ,* nec quid *v* litteris *om. V* inessent *T,* quid inesset $C\mu^2$, quia inesset *R,* inesset *Vv,* inesse μ^1 scisse *CT,* se scisse *μv,* utrumne scisse *V,* scisse an *R* tantummodo] non tamen *μ* 2 subscripsisse caliditate eius *T, om. CRVμv* circumducti *R,* circumditos μ^1 se commisisse *CRμ,* se *V,* commisisse *T* 3 quodque *V,* q̊; *μ* schismati *scripsi,* schismatis *RTVμ,* schismatica *Cv* et] aut *T* haeresis *CRTVμ,* haereticis *v* fuisse se *RV* paterentur *ex* paretur *μ m. 2* ei *R sed* i *in ras.,* et *C* 4 manum *TVμ,* manus *CRv* in *om. C* haec et *T,* et *CRVμ* cetera eis *T,* ceteris *CRμ,* ceteris haereticis *V* 5 exprobrata] exprobarentur $C^1\mu$, exprobrarentur C^2, exproraretur *R,* ut ne exprobrarentur *V* ut] aut *Rμ* abolentur *T* 7 omni igitur *v* perlata *T,* perlat*o *C* presbyterum *μ* adfuerunt *CRμ* 8 qui et *om. μ* eo die *T,* hodie *CRμv* fuerunt *om. μ*; etiam episcopi *add. R* 9 ut *corr. in* et *C* debere consensum *T* 10 statuerunt *R,* statuunt *C* et ut] ut *CR* 11 notitiis C^1 12 uestris C^1, uri $R\mu^1$, urm μ^2 et subiectas] ex subiectis *T* legimus μ^1 ita] itaque *Vμ* 13 presbyterum *μ* sydonius *T,* sidonius et macharius *Pamelius* et *om. T* 14 eis se $C^2\mu$, eise C^1R, seis se *T,* se eis *v* adiuncxerunt *Cμ* 15 obliuione* *T* cederent] caderent *v* nullaque] nulla *T* 16 habetur C^1 17 cor] com *T* 18 iam deo exhiberent *om. CRμ* sequenter *T,* sequentes secundum *μ* uocem] dicentem *add. v*

puros corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. quod erat consequens, omnis hic actus populo fuerat insinuandus, ut et ipsos uiderent in ecclesia constitutos quos errantes et palabundos tam diu uiderant et dolebant. quorum uoluntate cognita magnus fraternitatis concursus factus. una uox erat omnium gratias Deo agentium gaudium pectoris lacrimis exprimentes, conplectentes eos quasi hoc die poena carceris fuissent liberati. et ut ipsorum propria uerba designem, 'nos' inquiunt 'Cornelium episcopum sanctissimae catholicae ecclesiae electum a Deo omnipotente et Christo Domino nostro scimus. nos errorem nostrum confitemur. inposturam passi sumus. circumuenti sumus perfidia et loquacitate captiosa. nam tametsi uidebamur quasi quandam communicationem cum schismatico et haeretico homine habuisse, cor tamen nostrum semper in ecclesia fuit. nec enim ignoramus unum Deum esse et unum Christum esse Dominum quem confessi sumus, unum sanctum spiritum, unum episcopum in catholica esse debere.' ista eorum professione quis non moueretur, ut quod apud pote-

1 quod iam *CR* ipsi d. uidebunt] sperent dn̄m *CR*, ipsi sperent in dm̄ *μ sed* in dm̄ *s. l. m. 2* 2 omnis hic actus *ex* si omnis huc ac *μ m. 2* populis *ex* populus *C* erat *T* 3 ecclesiam C^{1} tam diu] iam *CRμ* 4 fraternitate his *T* 5 factus est $C^{2}v$ una *ex* ona *C m. 2* uox *post* erat *C s. l. m. 2* 6 pectoris] peccatores *T* lacrimas $μ^{1}$ 7 hac die *T*, hodie *μv* 8 designemus *C* inquiunt *om.* $μ^{1}$ 9 electum *ex* erectum *C* a *μ s. l. m. 2* omnipotenti *μ*, *om. R* et ch. domino *om. R* 10 nostro iesu christo *T* nos imposturam *μ* inposturam p. sumus *om.* C^{1} 11 perfidia et] perfidiae *Cv* factiosa *C*, faptiosa *R*, capti nos an *μ* 12 nam tametsi *scripsi*, nam si *T*, nam amet *μ*, nam amentes *CR*, nam etsi *v* uidebantur *C*, uideamur $μ^{1}$; quasi uidebamur *T* quadam *R*, quondam *C*. quaedam *μ* cum *om. T* 13 et haeretico *om. CR*, et heresiaco *T*; *cf. pag. 612,14* hominem *T* cor tamen *T*, sincera tamen mens *Rv (sed R* sincera *in ras.)*, sincertamen mens *C* (sincer *exp. et super* tamen *scr.* sed *m. 2*), tamen sincera mens *μ* nostra *CRμv* 14 enim *om. CR* dn̄m *C* deum esse et unum] dominum omnipotentem unum quoque *V* et *om. T* et unum . . . confessi sumus *add. μ m. 2 in marg.* 16 spiritum sanctum *μv*, christum *T*, spm̄ sc̄m esse dn̄m *C* episcopum *μ s. l. m. 2* catholica ecclesia $μ^{2}v$, ecclesia catholica C^{2} deberet *T*, debere praepositum *V* 17 ista] quis ista *v* quis non $C^{2}T$, non $C^{1}Rμv$ mouerемur $C^{1}Rμ$ quod] cum *μ* apud *C s. l. m. 2*

statem saeculi erant confessi in ecclesia constituti conprobarent? quapropter Maximum presbyterum locum suum agnoscere iussimus. ceteris cum ingenti populi suffragio omnia ante gesta remisimus Deo omnipotenti, in cuius potestate sunt omnia reseruata.

3 Haec igitur, frater carissime, eadem hora eodem momento ad te per scripta transmisimus et Niceforum acoluthum descendere ad nauigandum festinantem de statione ad uos statim dimisi, ut nulla procrastinatione habita uelut praesens in isto clero et in isto populi coetu nobiscum pariter Deo omnipotenti et Christo Domino nostro gratias ageres. credimus fore, quin immo pro certo iam confidimus ceteros quoque qui in errore hoc sunt constituti in ecclesiam breui reuersuros, cum auctores suos uiderint nobiscum agere. has litteras puto te debere, frater carissime, et ad ceteras ecclesias mittere, ut omnes sciant schismatici huius et haeretici dolum et praeuaricationem de die euacuari. bene uale, frater carissime.

1 saeculi] cui *R* 2 locum suum *ex* loquutus sum *C* adnoscere *T* 3 ceteris *T*, ceteros *CRμv* cum *μ s. l. m. 2* suffragio] recepimus *add. Cμv*, recipimus *add. R* ante gesta *T*, autem *CRμv* 4 seruata *μ* 5 frater *om. Tμ* carissime *om. C* hora *ex* hoc *μ m. 2* 6 per *om. V*, pre *R* scriptor *T* transmissimus *Cμ*[1] nicephorum *v* acoluthum *V*, acolitum *CRμ*, ad litus *ex* alitum *T* 7 festinantem de statione] destinatione *RTVC sed in C exp.*, destinantem *μ*, festinantem *Erasmus; cf. epist. 44 c. 2* ad uos *exp. C* dimisimus *V*, misi *μ*, iussimus *ex* dimissi *C* 8 procrastinatione *ex* mora festinatione *μ m. 2* habitam *T* et *om. μ* 9 coetum *R*, conuentu *ex* coneent *C m. 2* nobiscum pariter *om. CRμv* 10 credimus autem *CRμv* forte *μ* 11 iam pro certo *CR* hoc errore *CRv* 12 ecclesia *R* 13 agere] agere ut deuotos *V* has *ex* *as *C* carissime *om. C* ceteras] ueras *T; fort.* uestras 14 huius] *add. R:* et heretici huius haeretici] heresiacis *T* 15 praeuaricatione *R* de die *CT*, die *R*, de die mia *μ*, frequenter per dies *V*, de die in diem *v* bene u. f. carissime *om. C*, opto te frater carissime bene ualere et nostri meminisse *R*, opto te bene ualere frater carissime *μ*. — Ad Cornelium ·VIII· explicit, Rescripta Cornelii ad Cyprianum de scismaticis explicit *T*, *om. Cμ*. —

EPISTVLA L.

CORNELIVS CYPRIANO FRATRI S.

Ne quid minus ad poenam futuram huius scelerati hominis deesset, prostratus uirtutibus Dei, cum Maximus et Longinus et Machaeus inde fuissent expulsi, denuo resurrexit, et sicut prioribus litteris tibi quas per Augendum confessorem misi significaui, putem Nicostratum et Nouatum et Euaristum et Primum et Dionysium illo iam peruenisse. inuigiletur ergo ut omnibus coepiscopis nostris et fratribus innotescat: Nicostratum multorum criminum reum et non solum patronae suae carnali cuius rationes gessit fraudes et rapinas fecisse, uerum etiam, quod est illi ad perpetuam poenam reseruatum, ecclesiae deposita non modica abstulisse, Euaristum uero cum auctore schismatis fuisse et successorem plebi cui antea praefuerat Zetum in locum eius episcopum esse constitutum. Nouatus uero ea hic designauit malitia et

Epist. L. — Incipit ad eundem ·VIIII· *R*, Incipit ·VII· ad eundem *Z*, Incipit ad eundem *io*, Ad eundem aepistola ·X· *μ*, Incipit alia eiusdem (Cornelii ad Cyrianum *T*) de nomine Maximi Longini et *(om. C)* Machei (maccei *C*) et Nicostrati et Euaristi (Euaristum *T*) *CT sed in C m. rec. add.* — 2 Cyprianus Cornelio *C*[1]*RZμ* 3 minus *om. μ*, minus mali quod *T* 4 prostratos *C* dō *ex* dī *T* 5 maccheus *RZio* inde] de *Z* sicuti *Rμ* 6 agendum *C*[1]*o* misi *μ s. l. m. 2* significaui *CTμ sed* ui *corr. C*, significaucrit *RZ*, significaueram *io* 7 puto *CRv*, putans *V*. *om. Zio* nicostratum] enim constratum *Z* nouatum] nouacianum *Z* uaristum *μ* 8 Dyonysium *R*, ronisum *Z*, zoticum *T* inuigilatur *T* ergo] rogo *Z* 9 nostris *post* fratribus *o s. l. m. 2* innotescant *C* inconstratum *Z* 10 et *om. μ* patronae] patione *Z* carnales rationes *Z* 11 fraude *R* quod est] quidem *C* 12 depositae *T* 13 abtulisse *R* euaristi *T sed* i *in ras.* uero] ecclesiae uero *R* cum auctorem *CT*. auctorem *ioμ*[2]*v* fuisset (et *om.*) *T* successorem *CRTZVioμ*, succensorem *Oxon. sed* succussorem *coni. Oxon.* 14 plebi] ei in plebe *V*, pleni *T* ante *RVμ* praefuerat] fuerat *C* zetum *om. io*, getum *μ*, gestum *Z*, zenum *ex* zelum *C* 15 nouatus uero ea *T*. maiora uero et grauiora *CRZioμv*: *cf. pag. 618,18*: (Nouatus) illic maiora et grauiora commisit hic] his

inexplebili auaritia sua qualia illic apud uos semper exercuit: ut scias quales duces et protectores iste schismaticus et haereticus lateri suo semper iunctos habeat. bene uale, frater carissime.

EPISTVLA LI.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI S.

1 Et egisse nos et agere, frater carissime, maximas gratias sine cessatione profitemur Deo patri omnipotenti et Christo eius Domino et Deo nostro salutari, quod sic ecclesia diuinitus protegatur ut unitas eius et sanctitas non iugiter nec in totum perfidiae et haereticae prauitatis obstinatione uitietur. legimus enim litteras uestras et uoti communis amplissimum gaudium exultanter excepimus Maximum presbyterum et Vrbanum confessores cum Sidonio et Macario ad ecclesiam catholicam regressos esse, id est errore deposito et schismatico immo haeretico furore deserto unitatis ac ueritatis domicilium fideli sanitate repetisse, ut

1 inexplebilis *R*, inexplicabili *o*, explebili *Z* auaricia *T*, prauitate *CRZioμv*; *cf. pag. 617,20* sua *om.* *μ* qualia *T*, quam quae *CRZioμv* illuc *C* apud] ante *Z* uos] suos $C^2io\mu^2v$, nos *Z* ut scias] suos *Z* 2 protectorem *C* iste *T*, ut *CRVZ*, *om. io*, cum *μ* scismaticis et hereticis *μ*, schismaticos et haereticos C^2 3 semper *om. T* iunctus C^1, uinctos *Zio* bene u. f. carissime *TV*, *om. Co*, opto te frater carissime (uos fratres *μ*) semper bene ualere (et nostri meminisse *add. R*) *Riμv*, bene ualere semper frater carissime amen *Z*. — Explicit ·VIII· *C*, Explicit *io*, Ad Cornelium ·VIIII· explicit *R*, Ad Cornelium explicit ·VII· *Z*, Alia Cornelii ad Cyprianum de nomine Maximi Longini et Machei et Nicostrati et Euaristi explicit *T*, *om. μ*.

Epist. LI. — Incipit ad Cornelium de confessoribus redeuntibus (redeunt *L*) in ecclesiam (ecclesia *L*) *LN*, Incipit ad eundem de Maximo et Vrbano Sidonio et Machario ad ecclesiam deposito errore regressis epistula ·VI· *B*, Incipit ·VIII· (octauus *T*) *QT*, Incipit *M*. — 6 et egisse] egisse *Q* 8 nostri *L* salutari] saluatori *NVv* sic] si *Q* protegitur *B* 9 iugitur *corr. in* disiungatur *T*, diiungatur *B* perfiac *L* 10 prauitate *Q* obstinationis *B* uitietur *N*, uitetur *LQ*, uidetur *B*, uioletur *T* 11 communi *N* exultante *BN* 12 accepimus *B* 13 machario *BQTv* 14 errare *Q* 15 ac ueritatis *om. B* domicilio *Q*

unde ad gloriam processerant illuc gloriosi redirent, ne qui Christum confessi essent Christi postmodum castra desererent, nec temptarentur caritatis adque unitatis fide qui uicti robore et uirtute non fuerant. ecce incolumis et inmaculata laudis integritas, ecce incorrupta et solida confitentium dignitas, a desertoribus et profugis recessisse, proditores fidei et ecclesiae catholicae inpugnatores reliquisse. merito illos reuertentes summo ut scribitis gaudio et clerus et plebs, fraternitas omnis excepit, quoniam in confessoribus gloriam suam conseruantibus et ad unitatem reuertentibus nemo non socium se et participem eorum gloriae conputat.

2 Huius diei laetitiam de nostris possumus sensibus aestimare. nam cum istic ad litteras uestras quas de eorum confessione misistis laetatus sit omnis fratrum numerus et summa alacritate hunc nuntium communis gratulationis exceperit, quid illic ubi res ipsa et praesens laetitia sub oculis omnium gerebatur? cum enim Dominus in euangelio suo dicat esse summum gaudium in caelo super peccatore paenitentiam agente, quanto maius est gaudium et in terris pariter et in caelo super confessoribus ad ecclesiam Dei cum gloria sua et cum laude redeuntibus et redeundi uiam ceteris exempli sui fide et probatione facientibus? hic enim quosdam fratres nostros error induxerat quod sibi communicationem confessorum sequi uiderentur. suo errore sublato lux omnium pectoribus infusa est et ecclesia catholica una esse nec scindi nec diuidi posse monstrata est. nec quisquam iam

1 processerunt *B* illic *B*, illinc *N* 3 temptarent *Mv* (temptarentur *Q*), temptaretur *BT*; in eis *add. T in marg.* capitatis *B* adque unitatis *om. BN* fidem *Q*, fides *Tv* uicto *Q*[1] (uicti *Q*[2]*M*) 4 inmaculatae *B* 6 *alterum* et *om. LN* 7 scriptis *B* 8 et clerus *om. B* et fraternitas *Tv*, fraternitatis *BL*[1] 9 unitatem] nuntiante *B* 10 ** non *Q*, et non *MT* se *om. B* 12 diei] rei *v* 13 de eorum] deorum *L* confessionem *Q* 14 fratris *N* 15 hunc] hoc *T* nunctium *L* gratulationis *om. M (exh. Q)* 17 dicit *T* 18 supra *B*, super uno *v* peccatorem *BT* paenitentia *L* agentem *BT* magis *M* (maius *Q*) 19 supra *B* 20 gloriam suam *Q* et sedeundi *Q*, redeundi *B* 21 exemplum *BQT* fidem *Q* 23 uideretur *L* 24 peccatoribus *BQ* 25 nec *ex* haec *MQT* (*ante* scindi), *om. B* quicquam *B* iam *om. T*, tam *B*

facile poterit schismatici furentis uerbis loquacibus decipi, quando probatum sit bonos et gloriosos Christi milites non potuisse diu aliena fallacia et perfidia extra ecclesiam detineri. opto te, frater carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA LII.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI S.

1 Et cum diligentia et cum dilectione fecisti, frater carissime, festinato ad nos mittendo Niceforum acoluthum, qui nobis et de confessoribus regressis gloriosam laetitiam nuntiaret et aduersus Nouatiani et Nouati nouas et perniciosas ad inpugnandam Christi ecclesiam machinas plenissime instrueret. nam cum pridie istic uenisset haereticae prauitatis nocens factio ipsa iam perdita et alios qui sibi consenserint perditura, postero die Niceforus cum uestris litteris superuenit, quibus et didicimus et docere adque instruere ceteros coepimus Euaristum de episcopo iam nec laicum remansisse, cathedrae et plebis extorrem et de ecclesia Christi exulem per alias longe prouincias oberrare et ipsum ueritatis ac fidei naufragum factum circa quosdam sui similes paria nau-

1 uerbis] uersis *N*   2 christus *B*   milites *om. B*   diu] de *B*   3 detinere *B*   opto . . . ualere *om. BLMN*^{1} *(exh. Q)*. — Ad Cornelium explicat *L*, Ad Cornelium epistula ·VIII· (epistulae numero ·VIII· *T*) explicit *QT*. Ad Cornelium de presbyteris ad ecclesiam regressis epistola ·VI· explicit *B*, *om. N*. —

Epist. LII. — Incipit ad Cornelium de Nouato *LP*, [inc̃] ad eundem [de] nouato *F*, Incipit ad eundem quarta *R*, Incipit (Explicit *M*) eiusdem quarta *MQ*. — 7 *alterum* cum *om. F*   8 nicephorum *Rv*   acolytum *PQ* (acolythum *M*)   10 a nouas *M*, anonouas *R sed* no *s. l.*   expugnandam *V*   11 instruere *LP*   pridiae *F*, predie *R*   istis *R*   12 uenisset *PR*, uenissem *F*, uenisse *LQ; fort.* uenissent   paruitatis *R*^{1} fatio *R*^{1}, facito *Q*   13 consenserit *F*   perdituram *FQ*   niciforus *P*, nicoforis *L*, nicephorus *Rv*   14 quibus] qui sibi *L*   dicimus *P*   15 ceteras *L*   euaristum] seruare istum *F*   episcopum *F*, episcopi *L*   16 extorren *R*, extorrent *L*   et de *om. V*, de *R*   17 exerrare *RV*   18 fide *L*   naufragium *RQ*   suis *P*

fragia concitare, Nicostratum quoque diaconio sanctae administrationis amisso, ecclesiasticis pecuniis sacrilega fraude subtractis et uiduarum ac pupillorum depositis denegatis non tam in Africam uenire uoluisse quam conscientia rapinarum et criminum nefandorum illinc ab urbe fugisse. et nunc ecclesiae desertor ac profugus, quasi mutasse sit hominem mutare regionem, confessorem se ultra iactat et praedicat, cum Christi confessor nec dici nec esse iam possit qui ecclesiam Christi negauit. nam cum Paulus apostolus dicat: propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et erunt duo in carne una. sacramentum istud magnum est, ego autem dico in Christum et ecclesiam, cum hoc, inquam, beatus apostolus dicat et Christi pariter adque ecclesiae unitatem indiuiduis nexibus cohaerentem sancta sua uoce testetur, quomodo potest esse cum Christo qui cum sponsa Christi adque in eius ecclesia non est? aut quomodo adsumit sibi regendae aut gubernandae ecclesiae curam qui spoliauit et fraudauit ecclesiam Christi?

Nam de Nouato nihil inde ad nos fuerat nuntiandum, cum 2
magis per nos uobis debeat Nouatus ostendi rerum nouarum semper cupidus, auaritiae inexplebilis rapacitate furibundus, adrogantia et stupore superbi tumoris inflatus, semper istic episcopis male cognitus, quasi haereticus semper et perfidus omnium sacerdotum uoce damnatus, curiosus semper ut prodat, ad hoc

9 Eph. 5, 31. 32.

1 cōgitare *F*, cogitare *P* quoque *F*, uero *LPQRv* 2 admisso *FQ*, admissum *P*, admissae *L* et ecclesiasticis *R* substractis *L* 3 et *om. LR* tam in] tamen *FL*, tamen in *Q* 4 conscientiam *Q* 5 illinc *FQR*, illic *LMPv* 6 mitasse *L* mutare regione *P*, nutarem religionem *L* 7 christus *L* 9 relinquat *P* 10 matrem] et adhaerebit uxori suae *add. Baluzius ex 4 codd.* una carne *R*, unam carnem *LPQv* 11 istud] hoc *F* 12 christo *FPR* et] et in *PRQv* ecclesia *R* hoc *om. F* beatus *om. L* 13 christum *LPQ* inuiduis *ex* inuidis *Q* (indiuiduis *M*) 14 coherentem *FPQ* sanctam *L* testatur *P* 15 sponsam *Q* eius *om. R* 16 sibi assumit *R* 17 spoliabit *F* fraudabit *F* christi *om. R* 18 inde] de *R* nuntiatum *F* 19 per] a *F* nouorum *F* 20 semper *om. R* cupidos *L* inexplebili *PQ* 21 istinc *F* 22 cognitis *R*[1] hereticos *Q*

adulator ut fallat, numquam fidelis ut diligat, fax et ignis ad conflanda seditionis incendia, turbo et tempestas ad fidei facienda naufragia, hostis quietis, tranquillitatis aduersarius, pacis inimicus. denique Nouato illinc a uobis recedente id est procella et turbine recedente ex parte illic quies facta est, et gloriosi ac boni confessores qui de ecclesia illo incitante discesserant, posteaquam ab urbe ille discessit, ad ecclesiam reuerterunt. idem est Nouatus, qui apud nos primum discordiae incendium seminauit, qui quosdam istic ex fratribus ab episcopo segregauit, qui in ipsa persecutione ad euertendas fratrum mentes alia quaedam persecutio nostri fuit. ipse est qui Felicissimum satellitem suum diaconum nec permittente me nec sciente sua factione et ambitione constituit et cum sua tempestate Romae quoque ad euertendam ecclesiam nauigans similia illic et paria molitus est, a clero portionem plebis auellens, fraternitatis bene sibi cohaerentis et se inuicem diligentis concordiam scindens. plane quoniam pro magnitudine sua debeat Carthaginem Roma praecedere, illic maiora et grauiora commisit. qui istic aduersus ecclesiam diaconum fecerat, illic episcopum fecit. nec hoc quisquam miretur in talibus. feruntur semper mali suo furore dementes et posteaquam scelera fecerunt, conscientia ipsa sceleratae mentis agitantur. nec remanere in ecclesia Dei possunt qui deificam et ecclesiasticam disciplinam nec actus sui conuersatione nec morum pace

1 adulatur *LQRv* nuncquam *L* fax *R*, pax *FQ*, pacem *LP*; pix *fort.* et *om. P* 2 conflandam *LPQ* torbo R^1 ad] et *F* 4 illic *FLR* id est .. recedente *om. F* 5 ex parte] explare *R* 7 ad] ab *P* 8 discordiae] et schismatis *add. Rv,* et *(om. L)* schisma *add.* F^1L, apud schisma *add.* F^2, et schismas *add. Q,* et scismae *add. P; expunxi hoc additamentum* 9 cosdam *R*, quondam *L* 10 fratres M^1 (fratrum M^2Q) 11 nostri *F*, nostris *LPQRv* satalitem *R* suum diaconem *F*, suum suum diaconum suum *M* (suum diacouum *Q*) 12 nec scientem *F*, nesciente *LQ* suae *P* 13 suam tempestatem *R* romam *Rv* uertendam *R* 15 sibi *om. L* coherentes *Q* 16 diligentes *Q* concordia *Q* 17 magnitudinem *F* sua debuit a cartagine *add. in marg. P m. 2* debebat *R*, debat *F* cartaginem *F* romam *PQ* procedere *LPQ*, procederent *F* 18 istic *ex* sic *Q m. 2,* sic FMQ^1 20 dementis *F* 21 fecerint *PRv* 22 deificam] circa me *LP* 23 conuersationem *PQ* moram L^1 pacem *PQR*

tenuerunt. spoliati ab illo pupilli, fraudatae uiduae, pecuniae quoque ecclesiae denegatae has de illo exigunt poenas quas in eius furore conspicimus. pater etiam eius in uico fame mortuus et ab eo in morte postmodum nec sepultus. uterus uxoris calce percussus et abortione properante in parricidium partus expressus. et damnare nunc audet sacrificantium manus, cum sit ipse nocentior pedibus, quibus filius qui nascebatur occisus est.

Hanc conscientiam criminum iam pridem timebat. propter hoc 3
se non de presbyterio excitari tantum, sed et communicatione prohiberi pro certo tenebat, et urguentibus fratribus imminebat cognitionis dies quo apud nos causa eius ageretur, nisi persecutio ante uenisset, quam iste uoto quodam euadendae et lucrandae damnationis excipiens haec omnia commisit et miscuit, ut qui eici de ecclesia et excludi habebat, iudicium sacerdotum uoluntaria discessione praecederet, quasi euasisse sit poenam praeuenisse sententiam.

Circa ceteros autem fratres elaboramus, quos ab eo circum- 4
uentos dolemus, ut ueteratoris perniciosum latus fugiant, ut letales laqueos sollicitantis euadant, ut de qua ille pelli diuinitus meruit ecclesiam repetant: quos quidem Domino adiuuante per eius misericordiam regredi posse confidimus. neque enim potest perire nisi quem constat esse periturum, cum Dominus in euangelio suo dicat: o m n i s p l a n t a t i o q u a m n o n p l a n t a u i t p a t e r m e u s c a e l e s t i s e r a d i c a b i t u r. qui plantatus non

23 Matth. 15, 13.

1 pecunia *R* 2 quoquaeclesiae *F* denegator *F* has] hi *P sed h s. l.* 3 uico fame] uicoram *F* 4 et] est et *ex* est *R* mortem *Q* uterus] ucrus *F* uxore *F* 5 percussus *ex* perfusus *Q m. 2* (perfusus *M*) properate *R* 6 audeat *L*, audet et *F* 7 innocentior *Q* quibus *om. F* qui *om. LP* 9 et] et de *P* communicationi *F*, communicationem *Q*, communionem *L* 10 tenebat] timebat *P* 11 conitionis *R* 13 ut *om. P*, et *F* 14 habebat] debebat *P* iudicio *R* uoluptaria *F* 15 praecederat *F*, recederet *R* sit sit *L*[1] 16 sententia *L* 17 ab eo] habeo *LQ* circumuentus *R*[1], circumuento *M* (circumuentos *Q*) 18 ueteratores *LQ* ut] et *LP* 19 laq.os *F* sollicitantis] scilicet tantis *F* euandant *F* ut] et *F* 20 et ecclesiam *L* 21 eius *om. L* 22 costat *R*

est praeceptis Dei patris et monitis, solus poterit de ecclesia ille discedere, solus episcopis derelictis cum schismaticis et haereticis in furore remanere. ceteros uero nobis adunabit Dei patris misericordia et Christi Domini nostri indulgentia et nostra patientia. opto te, frater carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA LIII.

CYPRIANO FRATRI MAXIMVS VRBANVS SIDONIVS MACARIVS S.

Certi sumus, frater carissime, te quoque nobiscum pari uoto congaudere quod nos habito consilio utilitatibus ecclesiae et paci magis consulentes, omnibus rebus praetermissis et iudicio Dei seruatis, cum Cornelio episcopo nostro pariter et cum uniuerso clero pacem fecisse. cum gaudio etiam uniuersae ecclesiae prona etiam omnium caritate hoc factum his litteris nostris certissime scire debuisti. oramus te, frater carissime, multis annis bene ualere.

1 in praeceptis *Rv* ecclesiam FL^1 illac *P* 2 derelictis *om. M (exh. Q)* schismatis *L* et haereticis *om. F* 3 manere P^1QR (remanere *M*) caetoros *R* nobiscum *LPRv* adunauit *PQ* misericordiae *R*, misericordiam *L* 4 nostri] iesu christi *add. PQ* 5 opto . . . ualere *om. L.* — Ad Cornelium explicit *F*, Ad Cornelium ·IIII· (epistula ·IIII· *Q*) explicit *QR*, Ad Cornelium de Nouato explicit *L*, Explicit ad Cornelium de Nouato *P*. —

Epist. LIII. — Incipit epistula (a *add. M*) Maximo Vrbano Sidonio Machario (Maximi Vrbani Sidonii Macharie EQ^2o) ad Cyprianum *EMQo*, Incipit epistola ad Ciprianum facta Maximo Vrbano Sidonio Macario cum Cornelio episcopo pacem fecisse *T*, *om. ω*. — 7 et macharius *EQoωv* salut *M* (salutem *Q*) 8 certissimus Q^1E^1 (certi sumus *M*) 9 quod *om. v; cf. pag. 536,12* concilio Q^2 (consilio MQ^1) 12 prona] pronati *T* 13 caritatem *QT* scire certissime *v* 14 oramus . . . ualere *om.* Q^1M, ualete *ω* 15 ualere ul̃ *T*. — Ad Ciprianum epistula a Maximo Vrbano Sidonio Macario cum Cornelio epo͡ pacem fecisse explicit *T*. Epistula (Explicit epistula *o*) Maximi Vrbani Sidoni Machari *(om. o)* ad Ciprianum explicit *(om. o) EMQo*, *om. ω*. —

EPISTVLA LIIII.

CYPRIANVS MAXIMO PRESBYTERO ITEM VRBANO ET SIDONIO ET MACARIO FRATRIBVS S.

Lectis litteris uestris, fratres carissimi, quas ad me de uestra 1
regressione et de ecclesiastica pace ac fraterna redintegratione fecistis, in tantum me laetatum esse confiteor in quantum fueram et ante laetatus quando confessionis uestrae gloriam conperi et militiae uestrae caelestem ac spiritalem laudem gratulabundus excepi. nam et haec fidei et laudis uestrae alia confessio est unam esse ecclesiam confiteri nec alieni erroris uel potius prauitatis participem fieri, repetere eadem castra unde prodistis, unde ad gerendum proelium et aduersarium subigendum fortissimis uiribus prosilistis. illuc enim erant de acie tropaea referenda unde ad aciem fuerant arma suscepta, ne quos ad gloriam Christus parasset eosdem gloriosos Christi ecclesia non haberet. nunc uero et uos congruentem fidei uestrae tenorem adque indiuiduae caritatis et concordiae legem dominica pace tenuistis et exemplum ceteris dilectionis et pacis uestro itinere fecistis, ut ecclesiae ueritas et euangelii ac sacra-

Epist. LIIII. — Incipit ad Maximum pr̃ *F fol. 8ᵇ (desideratur deinde folium),* Incipit ad Maximum presbyterum et (presbyterum et *om. B*) Vrbanum (urbem *L*) et *(om. B)* Sidonium et Macarium (Macharium *Q*, Macarium de regressione eorum ad ecclesiam *B*) *BLQT*. — 2 presbyteris *B*, presbyterum *Q*¹ (presb: *M*) 3 machario *QTv* 5 pace] disciplina pace *B* 6 me latatum *T*¹, me laetum *Q*, male tatum *B* 8 caeleste ac spiritale *B*² laudem] gaudium *B* 9 excepti *L* fide *M* (fidei *Q sed in marg. m. 2* huius fidei) uestrae *om. B* 10 nec] ne *B* 11 participes *L* castra u. p. u. a. g. p. et a. subigendum] gratulabundus excepi. nam haec fidem et laudis uestrae ministerium iste subigenda cum *B* 12 gerendúm] regendum *LQT* 13 prosilitis *B*, prosiluistis *T sed* uistis *in ras.* illuc enim erant] luxerat enim *B* 14 tropea *BLQT* perferenda *B* ad arma *T* 16 ecclesiam *M* (ecclesia *Q*) nunc] nec *B* 17 dominicam *QT* 18 pacem *Q* 19 ecclesiam *B* euangelii (euangeli *L*) ac *BLTV*, euangelia *MQ*¹, euangelica *Q*². euangelici *v* sacramenta *T*¹

menti unitas quae a nobis tenebatur uestro etiam consensu ac uinculo necteretur nec confessores Christi erroris duces fierent qui uirtutis et honoris auctores laudabiles extitissent.

2 Viderint quantum uobis ceteri gratulentur uel quantum aput se ipsos singuli glorientur: ego me et gratulari satis uobis et plus ceteris gloriari in hac uestra pacifica regressione et caritate confiteor. simpliciter enim quid in meo corde fuerit debetis audire. dolebam uehementer et grauiter angebar quod eis communicare non possem quos semel diligere coepissem. posteaquam uos de carcere prodeuntes schismaticus et haereticus error excepit, sic res erat quasi uestra gloria in carcere remansisset. illic enim resedisse uestri nominis dignitas uidebatur quando milites Christi non ad ecclesiam de carcere redirent, in quem prius cum ecclesiae laude et gratulatione uenissent.

3 Nam etsi uidentur in ecclesia esse zizania, non tamen inpediri debet aut fides aut caritas nostra ut quoniam zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. nobis tantummodo laborandum est ut frumentum esse possimus, ut cum coeperit frumentum dominicis horreis condi, fructum pro opere nostro et labore capiamus. apostolus in epistula sua dicit: in domo autem magna non solum uasa sunt aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, et quaedam qui-

20 II Tim. 2, 20.

2 necteretur] necteneretur Q, nectenerentur T fierent *ex* fuerint Q (fierent M) 3 uirtuteis T auctore* B s *eras.* 5 glorientur] gratulentur B et *om.* B satis] magis v uos B 6 raritate T 7 quod L meo] me B corde f.] defuerit T debeatis T^1 8 eis] se is MQ^1, is Q^2, se his B, his T 9 possent B semel] antea V deligere Q coepissent B 10 uos] uos enim V prodentes T scismaticos BQ hereticos BQ error *ex* errat Q (errat M) 11 excipit T mansisset Q 12 recidisse BQ dignitas *etc. exhibet* F 15 nam etsi . . . *p. 623,12* lumen amittunt *exh. Augustinus Epist. CVIII c. 10* = A^1, *Augustinus contra Cresconium Don. II 43* = A^2, *Augustinus contra Gaudentium Don. II 3* = A^3 etsi] si BQT uiuidentur T 16 debeat M (debet Q) zizaniam T in ecclesia esse F 17 semper cernimus T ipsi] nos A^1 recidamus M (recedamus Q) 18 est *om.* B, est fratres carissimi V 19 pro *om.* B 20 dicat B 22 ligna B quaedam] quidam L

dem honorata, quaedam inhonorata. nos operam demus et quantum possumus laboremus ut uas aureum uel argenteum simus. ceterum fictilia uasa confringere Domino soli concessum est cui et uirga ferrea data est. esse non potest maior domino suo seruus nec quisquam sibi quod soli filio pater tribuit uindicare, ut se putet aut ad aream uentilandam et purgandam palam iam ferre posse aut a frumento uniuersa zizania humano iudicio separare. superba est ista obstinatio et sacrilega praesumptio quam sibi furor prauus adsumit. et dum sibi semper quidam plus quam mitis iustitia deposcit adsumunt, de ecclesia pereunt, et dum se insolenter extollunt, ipso suo tumore caecati ueritatis lumen amittunt. propter quod et nos temperamentum tenentes et libram Domini contemplantes et Dei patris pietatem ac misericordiam cogitantes diu multumque tractatu inter nos habito iusta moderatione agenda librauimus.

Quae omnia penitus potestis inspicere lectis libellis quos hic 4
nuper legeram et ad uos quoque legendos pro communi dilectione transmiseram, ubi lapsis nec censura deest quae increpet nec medicina quae sanet. sed et catholicae ecclesiae unitatem quantum potuit expressit nostra mediocritas: quem libellum magis ac magis nunc uobis placere confido, quando eum iam sic legitis ut et probetis et ametis, siquidem quod nos uerbis con-

1 uero inhonorata A^3QTv opera *B* demus] fratres carissimi *add. v* 2 et] ut *B* uasa aurea uel argentea *Vv* uel et A^2 3 simus] esse possimus *V* dnm *M* (dno *Q*) 4 est cui] cui *B* 5 nec] ne A^3 uindicarit A^1A^3 6 ut se] potest ut *v* putat *B* 7 iam *om. v*, uentitabrum iam *F*, et uentilabrum iam A^1 (palam ferre iam posse A^2A^3) ferre se *BLMT*, ferre *Qv*, ferre se putet *F* 8 separare $A^1A^2A^3FV$, segregare *BLQT* est *om. B* praesumtio et sacrilega destinatio A^1 9 assumit] insipienter assumit *V* et] ut *B* dum $A^1A^2A^3BFLV$, dum dominium *QTv* quidam plus] quid amplius *B*, amplius aliquid A^1 11 insolentes *L* ipsos uotum ore *L* 13 liberam *L* contemplantis *QT* 14 hac misericordiam dni *Q* 15 habita *L* agendi *B*, quae sunt agenda *Vv* librabimus *F* 16 omni T^1 *(exp. m. 2)* paenitus *LQT*, *om. B* hic *om. B*, his *F* 18 transmiseramus *T* censura] diuina *add. V* 19 catholica *Q* (catholice *M*) 20 quam *F* 21 ac magis *om. B* 22 conscripsimus *om. F*

scripsimus uos factis inpletis, quando ad ecclesiam caritatis ac pacis unitate remeatis. opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere.

EPISTVLA LV.

CYPRIANVS ANTONIANO FRATRI S.

1 Accepi primas litteras tuas, frater carissime, concordiam collegii sacerdotalis firmiter optinentes et catholicae ecclesiae cohaerentes, quibus significasti cum Nouatiano te non communicare, sed sequi consilium nostrum et cum Cornelio coepiscopo nostro unum tenere consensum. scripsisti etiam ut exemplum earundem litterarum ad Cornelium collegam nostrum transmitterem, ut deposita omni sollicitudine iam sciret te secum hoc est cum catholica ecclesia communicare.

2 Sed enim superuenerunt postmodum aliae litterae tuae per Quintum conpresbyterum missae, in quibus animaduerti animum tuum Nouatiani litteris motum nutare coepisse. nam cum et consilium et consensum tuum firmiter ante fixisses, desiderasti in his litteris ut rescriberem tibi quam haeresim Nouatianus introduxisset uel Cornelius qua ratione Trofimo et turificatis communicet. quod quidem si pro sollicitudine fidei anxie curas et rei dubiae ueritatem sollicitus exploras, reprehendenda non est in timore diuino aestuantis animi sollicitudo suspensa.

1 et caritatis *T sed* et *s. l.* 2 unitatem *BQT* remeastis *QT*, remeabunt *FL*, rememoratio habuit *B* carissimi] ac desiderantissimi *add. Qv* semper *om. L.* — Ad Maximum (presbyterum *add. FQT*) et *(om. B)* Vrbanum et (et *om. B*) Sidonium et Macarium (Macharium *Q*. macarium de regressione eorum ad ecclesiam *B*) explicit *BFLQT*. —

Epist. LV. — Incipit ad Antonianum de Cornelio et Nouatiano *BCLR*, Incipit ad Antonianum lege feliciter *Q*. — 6 accepimus *CV* primas *om. Q* collegi *CL* 7 obstinentes C^1, optinentis *B* 9 episcopo *Q* 10 te tenere *M* (te *om. Q*) 12 transmitterer *C sed alt.* r *s. l.* te *L in ras.*, e *R* 15 contra presbyterum *B* 16 nutat *C* cum *ex* con *C* cum et] cum *Q* 17 firmiter tuum *CR* 18 heresin *L*, heresem *B* 19 uel *om. L* tropimo *L*, trophimo *v* 20 si *om. B* sollicitius *M* (sollicitus *Q*) 22 aestuantis] tanti *B*

Quoniam tamen uideo post primam sententiam epistulae tuae 3
Nouatiani litteris postmodum te esse commotum, illud, frater carissime, primo in loco pono graues uiros et semel super petram solida stabilitate fundatos non dico aura leui sed nec uento aut turbine commoueri, ne animus dubius et incertus uariis opinionibus uelut quibusdam uentorum incursantium flatibus frequenter agitetur et a proposito suo cum quadam leuitatis reprehensione mutetur. quod ne apud te uel apud quemquam Nouatiani litterae faciant, ut desiderasti, frater, rationem rei tibi breuiter exponam. et quidem primum, quoniam de meo quoque actu motus uideris, mea apud te et persona et causa purganda est, ne me aliquis existimet a proposito meo leuiter recessisse, et cum euangelicum uigorem primo et inter initia defenderim, postmodum uidear animum meum a disciplina et censura priore flexisse, ut his qui libellis conscientiam suam maculauerint uel nefanda sacrificia commiserint laxandam pacem putauerim. quod utrumque non sine librata diu et ponderata ratione a me factum est.

Nam cum acies adhuc inter manus esset et proelium glo- 4
riosi certaminis in persecutione ferueret, toto hortatu et pleno inpetu militum uires fuerant excitandae et maxime lapsorum mentes classico quodam nostrae uocis animandae, ut paenitentiae uiam non solum precibus et lamentationibus sequerentur, sed quoniam repetendi certaminis et reparandae salutis dabatur occasio, ad confessionis potius ardorem et martyrii gloriam

2 litteras *B* illum *C*[1] fr̃ kmĩ *Q* 3 pono *om. Q* 4 petram] robustam *add. CR* 5 aut] et *LQ* ne] nec *C* 6 opinionibus] unionibus *B* 7 et a] a *B* suo] quoque *C* cum *om. C* 8 reprehesione *L* ne] ne uel *Qv* *alterum* apud *om. B* 9 quemquam] quendam *Q* desideranti *C* frater] carissime *add. BRv* 10 quoniam] quoniam qui *R* 12 aestimet *B* 13 euangelio *C* uigorem primum *B*, primo uigorem *C* et *om. LB* 14 ea initia defendere in *B sed* ea *s. l. m. 2* ad disciplinam et censuram priorem flectisse *B* 15 prioret *C*[1] 16 maculauerunt *L* nefandam *C*[1] sacrifitia *ex* gratia *C* 17 putauerint *Q* liberata *C*[1] 19 nam] aliam *B* 20 tota *C*[1] 21 impletu *C*[1] fuerunt *C* 22 quodam *om. Q (exh. M)* fortiter animandae *v* 23 precibus] et allegationibus *add. B* 24 sed *om. R*[1]

nostris increpiti uocibus prouocarentur. denique cum de quibusdam ad me presbyteri et diaconi scripsissent eos inmoderatos esse et ad communicationem accipiendam festinanter urgere, rescribens eis in epistula mea quae extat et hoc addidi: qui si nimium properant, habent in sua potestate quod postulant tempore ipso sibi plus quam quod postulant largiente. acies adhuc geritur et agon cotidie celebratur. si commissi uere et firmiter paenitet, et fidei calor praeualet, qui differri non potest potest coronari. de eo tamen quod statuendum esset circa causam lapsorum distuli, ut cum quies et tranquillitas data esset et episcopis in unum conuenire indulgentia diuina permitteret, tunc communicato et librato de omnium conlatione consilio statueremus quid fieri oporteret, si quis uero ante consilium nostrum et ante sententiam de omnium consilio statutam lapsis temere communicare uoluisset, ipse a communicatione abstineretur.

5 Quod etiam Romam ad clerum tunc adhuc sine episcopo agentem et ad confessores Maximum presbyterum et ceteros in custodia constitutos, nunc in ecclesia cum Cornelio iunctos, plenissime scripsi, quod me scripsisse de eorum rescriptis potes

1 increpati *Q*, intrepidis *C* d *in* t *corr. m. 2* 2 presbyteris *B* diacones *CQR*, diaconibus *B* inmoderatos eos *R* 3 et *om. B* 4 scribens *BM* (rescribens *Q*) extat] expediant *B* qui si *etc. cf. epist. 19. c. 2* 5 habeant C^2, *om. R* 6 et tempore *Q* quam quo *L*, quam *BCR* 7 acies adhuc] aciens quod adhuc praelium *B* agon] apud nos *C sed* nos *s. l. m. 2* 8 commissi *ex* omni si *R m. 2*, commissi cotidie *B* poenitent *C* 9 qui] quod *Q* potest *om. BR* 10 statimendum L^1 esse et C^1 11 ut *om. C* quies et] qui esset *L*, quies *R* 12 esset] est *R* conuenire uenire *L* 13 tunc ... oporteret *add. C m. 2* liberato *C*, libato *B* conlationum *B* 14 statuerem *L* concilium *R* 15 sentiam C^1R^1 consilium *B* statutum *B*, statuam *L*, constituta *Q* 16 lapsis] lassis *R sed* s *s. l.* a] communicare u. ipse a *repetit R* 17 abstineret Q^2 (abstineretur MQ^1) 18 ad romam *R*, ad romanum *C sed* num *s. l.* 19 agente *CLR* ad *om. Q* confessorem *v* 20 custodiam *Q* constitutis C^1 ecclesiam CR^1 iuntos *R*, iunctus *C*, functos *B* 21 scripsi quod me *om. B* eorum] orum *R* poteris *CRv*

noscere. nam in epistula sua ita posuerunt: quamquam nobis in tam ingenti negotio placeat quod et tu ipse tractasti, prius esse ecclesiae pacem sustinendam, deinde sic conlatione consiliorum cum episcopis presbyteris diaconis confessoribus pariter ac stantibus laicis facta lapsorum tractare rationem. additum est etiam Nouatiano tunc scribente et quod scripserat sua uoce recitante et presbytero Moyse tunc adhuc confessore nunc iam martyre subscribente, ut lapsis infirmis et in exitu constitutis pax daretur. quae litterae per totum mundum missae sunt et in notitiam ecclesiis omnibus et uniuersis fratribus perlatae [sunt].

Secundum quod tamen ante fuerat destinatum, persecutione 6
sopita cum data esset facultas in unum conueniendi. copiosus episcoporum numerus, quos integros et incolumes fides sua et Domini tutela protexit, in unum conuenimus et scripturis [diu] ex utraque parte prolatis temperamentum salubri moderatione librauimus. ut nec in totum spes communicationis et pacis lapsis denegaretur, ne plus desperatione deficerent et eo quod sibi ecclesia cluderetur secuti saeculum gentiliter uiuerent, nec tamen rursus censura euangelica solueretur, ut ad communicationem temere prosilirent, sed traheretur diu paenitentia et rogaretur dolenter paterna clementia et examinarentur causae

1 dinoscere *Q*, agnoscere *B* quamquam *etc. cf. epist. 30 c. 5* 2 in *om. C* 3 prius] propius *C* adaecclesiae *C* d *s. l.* 4 conlationem *B* 5 et presbyteris *Q* diacones *Q*, diaconibus *Bv* adstantibus *Q* (ac stantibus *M*) 6 ac tractata ratione *B* 7 etiam] enim *Q* (etiam *M*) nouationo *R* 8 et] et a *B* presbyterum moysen *C* adhoc *L*¹ 9 susscribentur *C* exitum *Q* 10 per] in *B*, pro *Q* (per *M*) mundum] modum *R* 11 sunt *om. C* notitiam *ex* nocentiam *C* eclesis *R* 13 sicundum *R* tamen quod fuerat ante *B* ante] antehac *Q* 14 est *B* 15 incolomes *CLQ* et *om. B* 16 tutella *R*, *om. B* protexit] seruauit *Q* diu] diuinis *v; expunxi ut l. 12* sunt 17 temperamentis *B* 18 liberauimus *C*¹*R*¹ 19 et eo *corr. in* et ea *C*, item *B* 20 clauderetur *v*, abdiceretur *ex* adduceretur *C* 22 trad*retur *M* (traheretur *Q*) 23 et *om. C*

et uoluntates et necessitates singulorum, secundum quod libello continetur quem ad te peruenisse confido, ubi singula placitorum capita conscripta sunt. ac si minus sufficiens episcoporum in Africa numerus uidebatur, etiam Romam super hac re scripsimus ad Cornelium collegam nostrum, qui et ipse cum plurimis coepiscopis habito concilio in eandem nobiscum sententiam pari grauitate et salubri moderatione consensit.

7 De quo tibi necesse nunc fuit scribere, ut scias me nihil leuiter egisse, sed secundum quod litteris meis fueram ante conplexus, omnia ad commune concilii nostri consilium distulisse et nemini quidem ex lapsis prius communicasse, quando adhuc erat unde non tantum indulgentiam sed et coronam lapsus acciperet, postea tamen, sicut et collegii concordia et conligendae fraternitatis ac medendi uulneris utilitas exigebat necessitate temporum succubuisse et saluti multorum prouidendum putasse, et nunc ab his non recedere quae semel in concilio nostro de communi conlatione placuerunt, quamuis multa multorum uocibus uentilentur et mendacia aduersus sacerdotes Dei de diaboli ore prolata ad rumpendam catholicae unitatis concordiam ubique iactentur. sed te oportet ut bonum fratrem adque unanimem consacerdotem, non quid maligni adque apostatae dicant facile suscipere, sed quid collegae tui modesti et graues uiri faciant de uitae et disciplinae nostrae exploratione perpendere.

1 secundo Q^1 (secundum Q^2M) in libello *C sed* in *s. l.* 2 quod *Q* (quem *M*) 3 subficiens *R*, efficiens *B* 4 africa* *L* uidebitur *Bv*, ut uidebatur *R* roma *Q*, romae *C*, prome *R* 5 cum] secum *L* 6 episcopis *B* habito] ab illo *C* consilio *BC* eadem *B* sententia B^2 7 pari] pia *Q sed in ras.* (pari *M*) 8 nunc fuit] est nunc *B* 9 ante *om. B*, ad te *Q* (ante *M sed* n *s. l.*) 10 omne *B* consilii *CQ*, consilium *B* nostrum *B* 11 memini C^1 ex] me *C* 13 acceperat C^1 sicut et] sicut *CQRv* collegio R^1, collegis *B* concordiam *L* 14 mendenti C^1 15 necessitati *CQv*, necessitatem *B* : *cf. 631,20* 16 putare *Q* recessi *ex* recesserit *C* 17 conlatione *ex* conciliatione *C* 19 ore prolata] reprobata *B* 21 quod *M* (quid *Q*) adque] aut *B* apotestate *C* 22 collegii *B* ut modesti *B* 23 de uita *CQ*, deuictae *L* exemplo ratione *C*

8 Venio iam nunc, frater carissime, ad personam Corneli collegae nostri, ut Cornelium nobiscum uerius noueris, non de malignorum et detrahentium mendacio, sed de Dei iudicio qui episcopum *eum* fecit et coepiscoporum testimonio quorum numerus uniuersus per totum mundum concordi unanimitate consensit. nam quod Cornelium carissimum nostrum Deo et Christo et ecclesiae eius, item consacerdotibus cunctis laudabili praedicatione commendat, non iste ad episcopatum subito peruenit, sed per omnia ecclesiastica officia promotus et in diuinis administrationibus Dominum saepe promeritus ad sacerdotii sublime fastigium cunctis religionis gradibus ascendit. tunc deinde episcopatum ipsum nec postulauit nec uoluit, nec ut ceteri quos adrogantiae et superbiae suae tumor inflat inuasit, sed quietus alias et modestus et quales esse consuerunt qui ad hunc locum diuinitus eliguntur, pro pudore uirginalis continentiae suae et pro humilitate ingenitae sibi et custoditae uerecundiae non ut quidam uim fecit ut episcopus fieret, sed ipse uim passus est ut episcopatum coactus exciperet. et factus est episcopus a plurimis collegis nostris qui tunc in urbe Roma aderant, qui ad nos litteras honorificas et laudabiles et testimonio suae praedicationis inlustres de eius ordinatione miserunt. factus est autem Cornelius episcopus de Dei et Christi eius iudicio, de clericorum paene omnium testimonio, de plebis quae tunc adfuit suffragio, de sacerdotum antiquorum et bonorum uirorum col-

1 fratres *B* k͞mi *BM* (k. *Q*) ad] et ad *BC* collegae corneli *C* 2 nouerit *L*, *om. B* 3 dei] domini dei *v* qui *om. QR* (*exh. M*), esse qui *C*[2] 4 episcopum eum *scripsi*, ep͞m *CBLQR*, eum episcopum *v* fecit et coepiscoporum *om. B* testimonium *C*[1] 5 consentit *L*[1] 6 cornelio *R*[1] 7 ecclesia *L* cum sacerdotibus *R* laudabilis *B* 10 d͞no *L*, dm̃ *C* ad] a *R* sacerdoti *Q*, sacerdotibus *corr. in* sacerdotis *C* 11 tum *v* 12 nec uoluit *om. B* nec] nec-*ui *C* 13 tumor *ex* et humor *C* inflatus *R*, infra *B* alios *C* 14 consueuerunt *v* ad hunc] adhuc *B* 15 continentiae *BLQV* (*teste Rigaltio*), conscientiae *CR* 16 et *B s. l. m. 2* 17 fieret] fieri uoluit *R* 18 factus . . . *l. 21* miserunt *om. B* 20 honorificat *L*[1] *alterum* et *om. M* (*exh. Q*) 21 est *om. R* 22 cornelio *C*[1] 23 plebi *C* 24 suffragio et *CRv* de . . . collegio *om. B* collegio *om. L*; consensu *malim*; *cf. epist. 59 c. 5.*

legio, cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus id est cum locus Petri et gradus cathedrae sacerdotalis uacaret: quo occupato et de Dei uoluntate adque omnium nostrum consensione firmato quisque iam episcopus fieri uoluerit foris fiat necesse est nec habeat ecclesiasticam ordinationem qui ecclesiae non tenet unitatem. quisque ille fuerit multum de se licet iactans et sibi plurimum uindicans profanus est, alienus est, foris est. et cum post primum secundus esse non possit, quisque post unum qui solus esse debeat factus est iam non secundus ille sed nullus est.

9 Tunc deinde post episcopatum non exambitum nec extortum, sed de Dei qui sacerdotes facit uoluntate susceptum, quanta in ipso suscepto episcopatu suo uirtus, quantum robur animi, qualis firmitas fidei, quod nos simplici corde et perspicere penitus et laudare debemus, sedisse intrepidum Romae in sacerdotali cathedra eo tempore cum tyrannus infestus sacerdotibus Dei fanda adque infanda comminaretur, cum multo patientius et tolerabilius audiret leuari aduersus se aemulum principem quam constitui Romae Dei sacerdotem. nonne hic, frater carissime, summo uirtutis et fidei testimonio praedicandus est, nonne inter gloriosos confessores et martyras deputandus, qui tantum temporis sedit expectans corporis sui carnifices et tyranni ferocientis ultores, qui Cornelium aduersus edicta feralia resistentem et minas et cruciatus et tormenta fidei uigore calcantem

1 id est *ex* idem *C*, hoc est *B* 2 gradus] locus *B* et cathedra *V* sacerdotalis *om. B* uaceret *Q* 3 et de] de *CRv* 4 quisquis C^2v fiant *C* 5 ecclesiastica ordinatione *B*, ecclesiae ordinationem *C* qui *ex* quia *C* 6 quisquis C^2v fuerit] foris fuerit *L* de sebet *C* 8 quisquis C^2v 9 qui solus *om. C* non iam *BCR*, non *Q* (iam non *M*) 10 ille *om. B* est *om. Q* 11 tum *Rv* ambitum *Q* 12 qui *om. B* 13 suscepto *om. L*, suscepta *C* coepiscopatum *C* co *in* cū *corr. m. 2* sua *ex* suo *C* quantum . . . penitus *add. C m. 2 in marg.* quantus *B* robor *BC* 14 quod] quos *B*, sed *R* 15 sedisse] sedinse *L* 16 sacerdotalibus C^1 17 dei *om. C* infanda] nefanda *R* 18 aduersum *Q* aemulum] malum *coni. Salmasius de primatu papae c. 6 p. 86* 19 quam] quosi *R* dei] aemulum *Q* kmi *M* (k. *Q*), *om. CR* 20 summae *CR* 21 martyres BCR^2v 22 temporibus *C* ferocientes *B*

uel gladio inuaderent uel crucifigerent uel igne torrerent uel quolibet inaudito genere poenarum uiscera eius et membra laniarent? etiamsi maiestas Domini protegentis et bonitas sacerdotem quem fieri uoluit factum quoque protexit, tamen Cornelius, quantum ad eius deuotionem pertinet et timorem, passus est quidquid pati potuit et tyrannum armis et bello postmodum uictum prior sacerdotio suo uicit.

Quod autem quaedam de illo inhonesta et maligna iactantur, **10**
nolo mireris, cum scias hoc esse opus semper diaboli ut seruos Dei mendacio laceret et opinionibus falsis gloriosum nomen infamet, ut qui conscientiae suae luce clarescunt alienis rumoribus sordidentur. explorasse autem collegas nostros scias et uerissime conperisse nulla illum libelli, ut quidam iactitant, labe maculatum esse, sed neque cum episcopis qui sacrificauerint communicationem sacrilegam miscuisse, sed eos demum quorum causa audita et innocentia conprobata sit coniunxisse nobiscum.

Nam et de Trofimo, de quo tibi scribi desiderasti, non ita **11**
res est ut ad te pertulit rumor et mendacium malignorum. nam, sicut et antecessores nostri saepe fecerunt, conligendis fratribus nostris carissimus frater noster necessitate succubuit. et quoniam cum Trofimo pars maxima plebis abscesserat, redeunte nunc ad ecclesiam Trofimo et satisfaciente et paenitentia deprecationis errorem pristinum confitente et fraternitatem quam nuper abstraxerat cum plena humilitate et satisfactione reuocante auditae sunt eius preces et in ecclesiam Domini non tam

1 crucifigerentur *C*¹ 2 laniaret *R* 3 protegeret *B* quem sacerdotem quem *L* 5 tantum quantum *B* eiusdem *Q* et *om. B* timore *Q* 8 iactentur *B* 9 nolo *ex* noli *C* miraris *Q*¹ (mireris *Q*²*M*) 10 domini *Q* lateret *C*¹ et] ut *B* infamat *L* 11 ut] et *BQ* 12 sordirentur *L*¹, odirentur *B* 13 nullam *R*¹ iactant *BL*, actitant *C* 14 sacrificauerunt *CQRv* commutationem *C* 15 eos demum] eosdem *Q* (eos de *M*) 17 trophimo *v ut solet* scripsi desideras *B* 18 mendacio *B* *post* malignorum *repetit C:* nam sicut de trofimo 19 et *om. BQRv* nostro *L*¹ colligendus *R* 20 frater *om. BQ* noster *om. L*, noster cornelius *v* necessitati *v* 21 pars] parci *C* accesserat *B* redeunte et *C* 22 satispaciente *R*¹ 24 prouocante *C* 25 et *om. Q* ecclesia *BQ* et non *Q*, nam *C* tam] tantum *BLQ*

Trofimus quam maximus fratrum numerus qui cum Trofimo fuerat admissus est, qui omnes regressuri ad ecclesiam non essent, nisi cum Trofimo comitante uenissent. tractatu ergo illic cum collegis plurimis habito susceptus est Trofimus, pro quo satisfaciebat fratrum reditus et restituta multorum salus. sic tamen admissus est Trofimus ut laicus communicet, non secundum quod ad te malignorum litterae pertulerunt quasi locum sacerdotii usurpet.

12 Sed et quod passim communicare sacrificatis Cornelius tibi nuntiatus est, hoc quoque de apostatarum fictis rumoribus nascitur. neque enim possunt laudare nos qui recedunt, aut expectare debemus ut placeamus illis qui nobis displicentes et contra ecclesiam rebelles sollicitandis de ecclesia fratribus uiolenter insistunt. quare et de Cornelio et de nobis quaecumque iactantur nec audias facile nec credas, frater carissime.

13 Si qui enim infirmitatibus occupantur, illis sicut placuit in periculo subuenitur. postea quam tamen subuentum est et periclitantibus pax data est, offocari a nobis non possunt aut opprimi aut ui et manu nostra in exitum mortis urgeri, ut quoniam morientibus pax datur necesse sit mori eos qui acceperint pacem, cum magis in hoc indicium diuinae pietatis et paternae lenitatis appareat quod qui pignus uitae in data pace percipiunt hic quoque ad uitam percepta pace teneantur. et idcirco si accepta pace commeatus a Deo datur, nemo hoc debet in sacerdotibus criminari, cum semel placuerit fratribus in peri-

1 trofimus *ex* trofimo fuerat *C* 2 fuerat *om. B* 3 esset *R* cum *exp. C* uenissent *om. C* tractato *BQR* illuc *L* 4 pro . . . *l. 6* trofimus *add. C m. 2 in marg.* 7 ad te] ante *B* locum et *C* 8 sacerdotis *CQv* usurpent *L* 10 quoque] etiam *CQRv* de] et *B* fictis *C s. l. m. 2,* finctis *Q* 11 recedunt] a nobis *add. CRv* 12 displicent *QR* et *om. C* 13 sollicitandos *C* os *ex* us de *om. L* 14 quare et] quare *B* 15 carissime *om. C* 16 quis *B* 17 tamen quam *v* est *exp. R* 18 soffocari *CR* 19 aut *om. C* ui et *om. B* exitu *BQ* ut *om. Q* 21 et cum *B* indicium *BCRV,* iudicium *LQ* 22 et paternae *ex* et patientiae *R, om. L* lenitatis] bonitatis *BR, om. L* apparuit *B* 23 perceptam *RQ* pace *om. B* 24 dño *Q* datus *C* 25 in *om. Q* frāt fratri in periculi *B*

culo subueniri. nec tu existimes, frater carissime, sicut quibusdam uidetur, libellaticos cum sacrificatis aequari oportere, quando inter ipsos etiam qui sacrificauerint et condicio frequenter et causa diuersa sit. neque enim aequandi sunt ille qui ad sacrificium nefandum statim uoluntate prosiliuit et qui reluctatus et congressus diu ad hoc funestum opus necessitate peruenit, ille qui et se et omnes suos prodidit et qui ipse pro cunctis ad discrimen accedens uxorem et liberos et domum totam periculi sui pactione protexit, ille qui inquilinos uel amicos suos ad facinus conpulit et qui inquilinis et colonis pepercit, fratres etiam plurimos qui extorres et profugi recedebant in sua tecta et hospitia recepit, ostendens et offerens Domino multas uiuentes et incolumes animas quae pro una saucia deprecentur.

Cum ergo inter ipsos qui sacrificauerint multa sit diuersitas, **14**
quae inclementia est et quam acerba duritia libellaticos cum his qui sacrificauerint iungere, quando is cui libellus acceptus est dicat: 'ego prius legeram et episcopo tractante cognoueram non sacrificandum idolis nec simulacra seruum Dei adorare debere, et idcirco ne hoc facerem quod non licebat, cum occasio libelli fuisset oblata, quem nec ipsum acciperem nisi ostensa fuisset occasio, ad magistratum uel ueni uel alio eunte mandaui, Christianum me esse, sacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me

1 subuenire *L* 2 libellatos *L,* libellatis *B* 3 sacrificauerunt *Qv* 4 aequandi sunt *R s. l. m. 2,* aequandus *C sed* us *ex* a 5 a uoluntate *C*[1] luctatus *v,* uictus *ex* luctus *C* 7 ad *om. BM (exh. Q)* 8 accedin *R* totu *R*[1] pactione *LV,* factione *B,* passione *Q,* perfectione *CR,* perfunctione *v,* peractione *fort.* 11 extorrens *B,* et torres *R* et profugi . . . offerens *om. B* secedebant *R sed* se *in ras.* ospitia *C* 12 suscepit *Q* deo *BC* multas animas *v* uiuentes] soluentes *C* et *om. B* incolomes *CQR* 13 animas *om. v* deprecentur] seruabit *add. B* 14 sacrificauerunt *v* sit multa *L* multa . . . *l. 16* sacrificauerint *om. B* 15 ius clementia *M sed* ius *s. l. m. 2* (inclementia *Q*) est et] esset *CQR* iis *v* 16 sacrificauerunt *v* his *BC* cuius *CRV* est *om. R* 17 legebam *B* epm̃ *C*[1] 18 sacrificando *C*[1] 19 ne hoc] nec ego *B* 20 acceperim *C* nisi] aut si *B* 21 et occasio *B* uel*ueni *R,* ueni *C* mandauit *BC*[1] christiano *C*[1] 22 mihi] me *Q* ad *in* et ad *corr. C* aram *Q*

uenire non posse, dare me ob hoc praemium, ne quod non licet faciam'. nunc tamen etiam iste qui libello maculatus est, posteaquam nobis admonentibus didicit nec hoc se facere debuisse, etsi manus pura sit et os eius feralis cibi contagia nulla polluerint, conscientiam tamen eius esse pollutam, flet auditis nobis et lamentatur et quod deliquerit nunc admonetur et non tam crimine quam errore deceptus quod iam de cetero instructus et paratus sit contestatur.

15 Quorum si paenitentiam respuamus habentium aliquam fiduciam tolerabilis conscientiae, statim cum uxore cum liberis, quos incolumes reseruauerant, in haeresim uel schisma diabolo inuitante rapiuntur: et adscribetur nobis in die iudicii nec ouem sauciam curasse et propter unam sauciam multas integras perdidisse: et cum Dominus relictis nonaginta nouem sanis unam errantem et lassam quaesierit et inuentam umeris suis ipse portauerit, nos non tantum non quaeramus lassos, sed et uenientes arceamus, et cum pseudoprophetae gregem Christi nunc uastare et lacerare non desinant, occasionem canibus et lupis demus ut quos persecutio infesta non perdidit eos nos duritia nostra et inhumanitate perdamus. et ubi erit, frater carissime, quod apostolus dicit: omnibus per omnia placeo, non quaerens quod mihi est utile, sed quod multis, ut saluentur. imitatores mei estote, sicut et ego Christi. et iterum: factus sum

21 I Cor. 10, 33. 11, 1. 23 I Cor. 9, 22.

1 uenire *ex* ueri *R* ob] ad *B*, ab C^1 2 immaculatus *C* 4 feralis *ex* fragilis *C* cibi *M in ras.*, qui *Q* contagia] contraria *B* polluerunt *BC* 6 et quod] quod *R* nunc *om. B* 7 deceptis *B* structus *M* (instructus *Q*) 10 conscientia est *R* 11 reseruauerint *V*, reseruauerat *Q*, reseruando *B* schismate *ex* schismatici *C* inuitate *R* 12 adscriberetur *B*, adscriptura C^1 14 nonaginta nouem *om. C* 15 et lapsam *C*, uel lassam *B* in humeris *C* 16 *alterum* non *om. BQ* quaerimus *C*, curamus *Q* lassos *BV*, lassus *L*, lapsos *CQRv* 17 et cum *in* nec cum *corr. C* seudoprophetam *R* 18 occasione *R*, occansionem *Q* (occasionem *M*) lupis *ex* l*pus *R* ut] et *CR* 19 nos *L s. l. m. 2* 20 erat *Q* (erit *M*) kmi *M* (k. *Q*) dixit *B* 21 quaeres *R* 22 utile est *Qv* ut *ex* et *C* 23 sicut et] sicut *B* et ... lucrarer *om. B*

infirmus infirmis ut infirmos lucrarer. et iterum: si patitur membrum unum, conpatiuntur et cetera membra: et si laetatur unum membrum, conlaetantur et cetera membra.

Alia est philosophorum et Stoicorum ratio, frater carissime, **16**
qui dicunt omnia peccata paria esse et uirum grauem non facile flecti oportere. inter Christianos autem et philosophos plurimum distat. et cum apostolus dicat: uidete ne quis uos depraedetur per philosophiam et inanem fallaciam, uitanda sunt quae non de Dei clementia ueniunt, sed de philosophiae durioris praesumptione descendunt. de Moyse autem legimus in scripturis dictum: et fuit Moyses homo lenis nimis. et Dominus in euangelio suo dicit: estote misericordes, sicut et pater uester misertus est uestri. et iterum: non est opus sanis medicus, sed male habentibus. quam potest exercere medicinam qui dicit: 'ego solos sanos curo, quibus medicus necessarius non est'. opem nostram, medellam nostram uulneratis exhibere debemus. nec putemus mortuos esse, sed magis semianimes iacere eos quos persecutione funesta sauciatos uidemus: qui si in totum mortui essent, numquam de isdem postmodum et confessores et martyres fierent.

Sed quoniam est in illis quod paenitentia sequente reualescat **17**
ad fidem et ad uirtutem de paenitentia robur armatur, — quod

1 I Cor. 12, 26. 8 Col. 2, 8. 12 Num. 12, 3. 13 Luc. 6, 36. 14 Matth. 9, 12.

1 infirmis infirmus *CM* (infirmus infirmis *Q*) 2 unum membrum *CQR* 3 et si] si *L* laetentur *R* unum m. collaetantur *om. B* membrum unum *L* 5 alia est *ex* aliae si *C* istoicorum *R* 6 peccata] petra *C* pari *C* grauem] ad gratiam *C sed* ad *s. l.* 8 deprehendetur *C*¹ 10 sunt] a nobis *add. Rv* 11 praesumptionis *L* moysi *BC* legis *C* in *om. BC* 13 estote] ergo *add. B* sicut] quomodo *CRV* 15 opus *R sed* us *corr.*, eps *C*¹ 16 potest] post *R* medicina *B* ego *ex* ergo *C* solus *BCQ* sanos *R sed* nos *s. l.*, *om. C* 17 nostram *om. Q (exh. M)* medelam *Bv* 18 uulnerantis *C*¹ exhibere debemus uulneratis *B* nec] non *v* 20 uidimus *B* eisdem *Qv* 22 in *om. B* poenitentiae *C*¹, paenitentiam *L* sequenter *L*, frequenter *B* eualescat *L*, euanescat *B* 23 de *om. BCR* paenitentiae *BCR* robor *C*

armari non poterit, si quis desperatione deficiat, si ab ecclesia dure et crudeliter segregatus ad gentiles se uias et saecularia opera conuertat uel ad haereticos et schismaticos reiectus ab ecclesia transeat, ubi etsi occisus propter nomen postmodum fuerit extra ecclesiam constitutus et ab unitate adque a caritate diuisus coronari in morte non poterit —: et ideo placuit frater carissime, examinatis causis singulorum libellaticos interim admitti, sacrificatis in exitu subueniri, quia exomologesis apud inferos non est nec ad paenitentiam quis a nobis conpelli potest, si fructus paenitentiae subtrahatur. si proelium prius uenerit, corroboratus a nobis inuenietur [armatus] ad proelium: si uero ante proelium infirmitas urserit, cum solacio pacis et communicationis abscedit.

18 Neque enim praeiudicamus Domino iudicaturo quo minus si paenitentiam plenam et iustam peccatoris inuenerit, tunc ratum faciat quod a nobis fuerit hic statutum. si uero nos aliquis paenitentiae simulatione deluserit, Deus qui non deridetur et qui cor hominis intuetur de his quae nos minus perspeximus iudicet et seruorum sententiam Dominus emendet, dum tamen nos meminisse, frater, debemus scriptum esse. frater fratrem adiuuans exaltabitur, et apostolum quoque dixisse: in contemplatione habentes unusquisque, ne et uos tempte-

19 Prou. 18, 19. 20 Gal. 6, 1. 2.

1 deficiant *R sed* ant *s. l.* 3 opera] desideraria *C* conuertet R^1, conuertant *B* ad *exp. C* haereticus *C* et *om. R*, et ad *L*, uel *B* schismaticus *C* reiectus] p̃iectos *B* ab] ad *L* 4 transeant *B* et si] est *QM sed in M* t *s. l.* nomen] dñi *s. l. add. C* 5 constitutos C^1, *om. L* a *om. Q* 6 et coronari in mortem *C* kmĩ C^1 7 admittis ad paenitentiam *R* 8 sacrificantes R^1, sacrificatis *etc. exh. P fol. 515; cf. p. 482,10* exitus *L* subuenire CP^1, obueniri *L* quia] quõ *CR* exhomologesim *B* apud] ad *B* 10 subtrahitur *LP* 11 et armatus *B*, *om. CL* 12 urserit *corr. in* surrexerit *QR* (urserit *M*) 13 si *om. LP* 14 peccatoris *om. Q (exh. M)* tum *Q* 15 nos *ex* non *C* poenitentia *R* 16 decluserit *L* 17 iudicat C^1 18 seruorum suorum *v* sententiam] poenitentiam RC^2, poenitentiae C^1 domini *L* emendat *C* nos *ex* non *C* 19 frater] propterea *B*, frater carissime *v* debeamus *CLv* 20 dixisse] dedisse *L* contemplationem *B* 21 contemptemini *L*

mini, alterutrum onera sustinete, et sic adinplebitis legem Christi, item quod superbos redarguens et adrogantiam frangens in epistula sua ponat: et qui se putat stare, uideat ne cadat, et alio in loco dicat: tu quis es qui iudicas alienum seruum? domino suo stat aut cadit. stabit autem: potens est enim Deus stabilire eum, Iohannes quoque Iesum Christum Dominum nostrum aduocatum et deprecatorem pro peccatis nostris probet dicens: filioli mei, ista scribo uobis ne delinquatis: et si qui deliquerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, et ipse est deprecatio pro delictis nostris. et Paulus quoque apostolus in epistula sua posuit: si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis nunc iustificati in sanguine illius eliberabimur per illum ab ira.

Cuius pietatem et clementiam cogitantes, non acerbi adeo nec **19**
duri nec in fouendis fratribus inhumani esse debemus, sed dolere cum dolentibus et cum flentibus flere, et eos quantum possumus auxilio et solacio nostrae dilectionis erigere, nec adeo inmites et pertinaces ad eorum paenitentiam retundendam nec iterum soluti et faciles ad communicationem temere laxandam. iacet ecce saucius frater ab aduersario in acie uulneratus. inde diabolus conatur occidere quem uulnerauit, hinc Christus hortatur ne in totum

3 I Cor. 10, 12. 4 Rom. 14, 4. 8 I Io. 2, 1. 2. 12 Rom. 5, 8. 9.

1 honera *B*, onora *L* inplebitis *B* 3 ponit BC^1 4 in alio *CQR* dicit *BP* quis es qui] qui es *B* 6 dominus *V* iterum stabilire *CR*, statuere *v* eum] illum *BPQ* 7 dominum nostrum iesum christum *Q* aduocatum] habemus *add. R* deprecationem *C* nem *s. l.* 8 probat *CRv*, rogat *B* ista *corr. in* ita *CM* (ista *Q*) 9 scripsi *Q* delinquetis C^1 si quis *BQRv* 11 iustum] suffragatorem *Qv* et *om. Q* 12 et *om. Q* posuit et dicit *Q* 14 sanguinem ipsius *Q* 15 eliberabimur *LPRV*, et liberabimur *B*, liberabimus *CQv* 16 acerui a deo *BR* nec duri *bis* L^1, et duri *Q* 17 in *om. C* inhumane P^1, inunani C^1 dolore C^1 18 flere cum flentibus *Qv* 19 nostro d. eligere *B* inmittes P^1, inmittit *B* 20 paenitentiam] duritiam *CR* soluti] remissi *CR* 21 lancxandam C^1, relaxandam *V* 23 occidere conatur *Q* uulnerabit *R* toto *B*

pereat quem redemit. cui de duobus adsistimus, in cuius parte stamus? utrumne diabolo fauemus ut perimat, et semianimem fratrem iacentem, sicut in euangelio sacerdos et leuites, praeterimus? an uero ut sacerdotes Dei et Christi quod Christus et docuit et fecit imitantes uulneratum de aduersarii faucibus rapimus, hunc curatum Deo iudici reseruamus?

20 Nec putes, frater carissime, hinc aut uirtutem fratrum minui aut martyria deficere quod lapsis laxata sit paenitentia et quod paenitentibus spes pacis oblata. manet uere fidentium robur inmobile et apud timentes ac diligentes corde toto Deum stabilis et fortis perseuerat integritas. nam et moechis a nobis paenitentiae tempus conceditur et pax datur. non tamen idcirco uirginitas in ecclesia deficit aut continentiae propositum gloriosum per aliena peccata languescit. floret ecclesia tot uirginibus coronata et castitas ac pudicitia tenorem gloriae suae seruat nec quia adultero paenitentia et uenia laxatur, continentiae uigor frangitur. aliud est ad ueniam stare, aliud ad gloriam peruenire, aliud missum in carcerem non exire inde donec soluat nouissimum quadrantem, aliud statim fidei et uirtutis accipere mercedem, aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari et purgari diu igne, aliud peccata omnia passione purgasse, aliud denique pendere in die iudicii ad sententiam Domini, aliud statim a Domino coronari.

21 Et quidem apud antecessores nostros quidam de episcopis istic in prouincia nostra dandam pacem moechis non putauerunt et in totum paenitentiae locum contra adulteria cluserunt. non tamen

1 quemq. rediemit *C*¹   in] enim *exp. C*   partibus *CQR*
2 stabimus *LP*   faueamus *BQ*   peremat *C*¹*L*   semianime *B*
3 sacerdotes *B*   leuitas *ex* leuites *L*, leuuites *P*   5 rapiamus *B*
6 hunc] ut *BCRv*   reseruamus *LP*, reseruemus *BCQv*, seruemus *R*
7 aut *om. CR*   uirtutes *Q*   minus *C*   8 aut *corr. in* ad *C*   sit] sunt *B*   9 manet et *B*   10 toto corde *B*   dnm̃ *Q*, dño *B*, deo *R*¹, in dm̃ *P*   11 moecis *R*   14 peccata *om. L*   15 adulteriora *B*
16 uigore *L*   17 aliud a. g. peruenire *om. L*   aliud missum *ex* illa aut missum *C*   18 carcere *BLP*   19 peccato *B*   20 diu igne] diuine *4 codd. unde* diutine *coni. Oxon.*   21 die *BLPRV*, diem *CQv*
23 quidam nostros qui pacem *(interm. om.) B*   apud *om. R*   quidam de … *p. 639,7* redditurus *exh. August. Epist. XCIII 41*   nostri *R*
24 nostra *om. Q*   moecis *R*   25 clauserunt *v*

a coepiscoporum suorum collegio recesserunt aut catholicae ecclesiae unitatem uel duritiae uel censurae suae obstinatione ruperunt, ut quia apud alios adulteris pax dabatur, qui non dabat de ecclesia separaretur. manente concordiae uinculo et perseuerante catholicae ecclesiae indiuiduo sacramento, actum suum disponit et dirigit unusquisque episcopus rationem propositi sui Domino redditurus.

Miror autem quosdam sic obstinatos esse ut dandam non 22
putent lapsis paenitentiam aut paenitentibus existiment ueniam denegandam, cum scriptum sit: memento unde cecideris et age paenitentiam et fac priora opera. quod utique ei dicitur quem constet cecidisse et quem Dominus hortatur per opera rursus exurgere, quia scriptum est: eleemosyna a morte liberat, et non utique ab illa morte quam semel Christi sanguis extinxit et a qua *aqua* nos salutaris baptismi et redemptoris nostri gratia liberauit, sed ab ea quae per delicta postmodum serpit. alio item loco paenitentiae tempus datur et paenitentiam non agenti Dominus comminatur, habeo, inquit, aduersus te multa, quod uxorem tuam Iezabel quae se dicit prophetén sinis docere et seducere seruos meos, fornicari et manducare de sacrificio, et dedi illi tempus ut paenitentiam ageret, et paeniteri non uult a fornicatione. ecce mitto eam in lectum et qui cum

10 Apoc. 2, 5. 13 Tob. 4, 10. 18 Apoc. 2, 20—22.

1 a] ad *B* episcoporum *B*, coetu episcoporum *Q* aut a *M* (a *om. Q*) 2 unitate *M* (unitatem *Q*) 3 ut] et *C* quia] qui *B* datur quia non *B* de *om. B*, ab *ex* ad *C* 4 ecclesiae C^1 separetur *L* uinculum *B* perseuerante] separante *B* 6 episcopatus *Q* (episcopus *M*) ratione *B* 12 constat C^2Rv per opera] propera *L* 13 quia] quoniam *CR* elemosina *PQ*, elimosina *C* 14 et *om. B* anguinis C^1 15 extincxit *Q*, extinguit *C* aqua *addidi, om. BCLPQRv* 16 gratiae liberabit *R* sed et *v* 17 et *om. B* 18 comminabitur C^1 abeo *P*, *om. R* inquid *PQ*, quid *R* aduersum *BQ* 19 quod] quia *C* tuam] permisisti *C* zezabel BQC^2, zabel C^1 se *om. L* dici *R* prophetin *L*, prophetissam *BQ* 20 sinit *exp. C, om. Q*, et non sinit *P* 21 sacrificiis *Qv* dedit *R* 22 paenitere LQ^1v (peniteri Q^2, paenetiri *M*) non uult] noluit *CR* 23 fornicatione sua *v* lecto *P*, lectom Q^1 (lectum Q^2M)

ea fornicati sunt in maximam tribulationem. nisi paenitentiam gesserint ab operibus suis. quod utique ad paenitentiam Dominus non hortaretur, nisi quia paenitentibus indulgentiam pollicetur. et in euangelio, dico, inquit, uobis, sic erit gaudium in caelo super peccatore paenitentiam agente quam super nonaginta nouem iustis quibus non est opus paenitentia. nam cum scriptum sit: Deus mortem non fecit nec laetatur in perditione uiuorum, utique qui neminem uult perire cupit peccatores paenitentiam agere et per paenitentiam denuo ad uitam redire. ideo et per Iohel prophetam clamat et dicit: et nunc dicit Dominus Deus uester: reuertimini ad me ex toto corde uestro simulque et ieiunio et fletu et planctu, et discindite corda uestra et non uestimenta uestra, et reuertimini ad Dominum Deum uestrum, quia misericors et pius est et patiens et multae miserationis, et qui sententiam flectat aduersus malitiam inrogatam. in psalmis etiam legimus censuram pariter et clementiam Dei comminantis simul adque parcentis, punientis ut corrigat et cum correxerit reseruantis. uisitabo, inquit, in uirga facinora eorum, et in flagellis delicta eorum. misericordiam autem meam non dispargam ab eis.

23 Dominus quoque in euangelio pietatem Dei patris ostendens ait: quis est ex uobis homo quem si petierit filius

4 Luc. 15, 7. 8 Sap. 1, 13. 11 Ioel. 2, 12. 13. 21 Ps. 88, 33. 34. 25 Matth. 7, 9—11.

1 maxima tribulatione *BP* 2 gesserit BC^1LPR quod] quos *v* utique dns *C* 3 dominus noster *B* 5 caelum P^1 super unum *CV*, super uno *Rv* peccatorem *BCLPQV* 6 agentem BC^1PQRV et nouem *C* iustos *BRV* 7 paenitentiam *B* 8 dns BC^1 laetatur] delectatur *v* 11 redire] uenire *Q* nunc] haec *add. CR* 12 uester] uenite *B* conuertimini *B*, reuertimi *L* 13 et ieiunio] in ieiunio *CR sed C* in *s. l.* 14 scindite *CR* 15 uestra *om. PQ* et *om. B* conuertimini *B* 16 quia] quoniam *CR* et multae] multac *Q* 17 flectat] suum uertat *B* 18 malitias *BLQR*, iniurias *V* inrogatas *BV*, inrogatus *R* 19 dni *B* 23 dispergam *CRc* 24 euangelio suo *Qv* dei *om. B* ostendit C^1

eius panem, lapidem porrigat illi, aut si piscem postulauerit, serpentem illi porrigat? si ergo uos, cum sitis nequam, scitis bona data dare filiis uestris, quanto magis pater uester caelestis dabit bona poscentibus eum? conparat hic Dominus carnalem patrem et Dei patris aeternam largamque pietatem. quod si iste in terris nequam pater offensus grauiter a filio peccatore et malo, si tamen eundem postmodum uiderit reformatum et depositis prioris uitae delictis ad sobrios et bonos mores et ad innocentiae disciplinam paenitentiae dolore correctum, gaudet et gratulatur et susceptum quem ante proiecerat cum uoto paternae exultationis amplectitur: quanto magis unus ille et uerus pater bonus misericors et pius, immo ipse bonitas et misericordia et pietas, laetatur in paenitentia filiorum suorum nec iram paenitentibus aut plangentibus et lamentantibus poenam comminatur, sed ueniam magis et indulgentiam pollicetur. unde Dominus in euangelio beatos dicit plangentes, quia qui plangit misericordiam prouocat: qui peruicax et superbus est, iram sibi et poenam iudicii uenientis exaggerat. et idcirco, frater carissime, paenitentiam non agentes nec dolorem delictorum suorum toto corde et manifesta lamentationis suae professione testantes prohibendos omnino censuimus a spe communicationis et pacis, si in infirmitate adque in periculo coeperint deprecari, quia rogare illos non delicti paeni-

1 porrigit *Q* illi] ei *B* piscem si *B* 2 si] sic *C* 3 data bona *R*, bona *C* 5 eum] se *PQ* 6 dei] det *B* 7 nequa *M*, aliquando *B* a *om. BQ (exh. M)* 9 prioribus *CQ*, turpioris *B* delitiis *Q* iis *in ras.* (delictis *M*) ad] ac *B* et ad] et *C* innocente *C* 10 et disciplinam et ad paenitentiam dolorem *B* et gaudet et *v* 11 quam *P* abiecerat *CR* 12 unum *C*^{1} bonus et *B* 13 immo . . . filiorum *add. C m. 2 in marg.* ipse *BCLPRV*, et ipse *Q*, ipsa *Oxon.* bonitatis et misericordiae et pietatis *Q*, in bonitate et m. et pietate *C* 14 paenitentiam *CLP* iram] iam *v* 15 plangentis *Q*, placentibus *C* et *om. C* 16 magis *ex* mauis *C* 17 quia] quoniam *CR* qui *om. B* plangent *B* 18 iudici *R* uenientes *P*^{1} 19 exaggerit *Q* k͞mi *C*^{1}*M* (k. *Q*) 20 in dolorem *B* et *om. B* 21 confessione *C*^{2}*R*, confessionis *C*^{1} testantis *B* 22 ab spe *RQ*, spe *C*, aspectu *B* 23 deprecare *C* poenitentiam *C*

tentia sed mortis urgentis admonitio conpellit, nec dignus est in morte accipere solacium qui se non cogitauit esse moriturum.

24 Quod uero ad Nouatiani personam pertinet, frater carissime, de quo desiderasti tibi scribi quam haeresim introduxisset, scias nos primo in loco nec curiosos esse debere quid ille doceat, cum foris doceat. quisque ille est et qualiscumque est, christianus non est qui in Christi ecclesia non est. iactet se licet et philosophiam uel eloquentiam suam superbis uocibus praedicet, qui nec fraternam caritatem nec ecclesiasticam unitatem tenuit etiam quod prius fuerat amisit. nisi si episcopus tibi uidetur qui episcopo in ecclesia a sedecim coepiscopis facto adulter adque extraneus episcopus fieri a desertoribus per ambitum nititur, et cum sit a Christo una ecclesia per totum mundum in multa membra diuisa, item episcopatus unus episcoporum multorum concordi numerositate diffusus, ille post Dei traditionem, post conexam et ubique coniunctam catholicae ecclesiae unitatem humanam conetur ecclesiam facere et per plurimas ciuitates nouos apostolos suos mittat, ut quaedam recentia institutionis suae fundamenta constituat. cumque iam pridem per omnes prouincias et per urbes singulas ordinati sint episcopi in aetate antiqui, in fide integri, in pressura probati, in persecutione proscripti, ille super eos creare alios pseudoepiscopos audeat: quasi possit aut totum orbem noui conatus obstinatione peragrare aut ecclesiastici corporis conpaginem discordiae suae seminatione rescindere, nesciens

1 urgenti *C*, urguentes *B* 3 nouatianum *C* kmi *M* (k. *Q*) 4 desideras *B* scribsi *B* 5 cum f. doceat *om. V* 6 quisquis *v* non *ex* nos *C* 7 et] si *B* 9 ecclesiae *ex* ecclesiam *C* etiam] et *CR* 10 si *om.* CL^1RQ *(exh. M)* episcopos *Q* tibi ... coepiscopis *om. C* 11 coepiscopis] episcopis *Q* factu *Q* (factus *M*), factos *C* adulter atque extraneus] adulterat quae extrarius *B* 12 fieret *Q* (fieri *in* fieret *corr. M m. 1*) et] ut *malim* 14 concordia *B* 16 coniunctam] conicctam *B* humanam] *unam *R* h *eras.* 17 suos apostolos *Q* 18 imittat C^1 recentia] licentia *B* 19 urbes] uerbis *B* 20 ordinatione *B* sunt C^1L 21 conscripti *B* 22 posit *Q* toto orbe *C* 23 noui *om. B* peragare *corr. in* peragere *C* aut] ut *Q* (aut *M*) 24 compagine *B* suae *om. B* nescens *Q* (nesciens *M*), nec sciens *C sed* sciens *eras.*

schismaticos semper inter initia feruere, incrementa uero habere non posse nec augere quod inlicite coeperint, sed statim cum praua sua aemulatione deficere. episcopatum autem tenere non posset, etiam si episcopus prius factus a coepiscoporum suorum corpore et ab ecclesiae unitate descisceret, quando apostolus admoneat ut inuicem nosmet ipsos sustineamus, ne ab unitate quam Deus constituit recedamus, et dicat: sustinentes inuicem in dilectione, satis agentes seruare unitatem spiritus in coniunctione pacis. qui ergo nec unitatem spiritus nec coniunctionem pacis obseruat et se ab ecclesiae uinculo adque a sacerdotum collegio separat, episcopi nec potestatem potest habere nec honorem qui episcopatus nec unitatem uoluit tenere nec pacem.

25 Tunc deinde quantus adrogantiae tumor est, quanta humilitatis et lenitatis obliuio, adrogantiae suae quanta iactatio, ut quis aut audeat aut facere posse se credat quod nec apostolis concessit Dominus, ut zizania a frumento putet se posse discernere aut quasi ipsi palam ferre et aream purgare concessum sit, paleas conetur a tritico separare, cumque apostolus dicat: in domo autem magna non solum uasa aurea sunt et argentea, sed et lignea et fictilia, aurea et argentea uasa uideatur eligere, lignea uero et fictilia contemnere abicere damnare, quando non nisi die Domini uasa lignea diuini ardoris incendio

7 Eph. 4, 2. 3. 19 II Tim. 2. 20.

1 schismaticus *C* semper *om. R* initia sua *CR* 4 posse *BCQR* a *om. B* 5 unitatem *B* desciscere *Q*, desisteret *P*, discederet *B*, discesserit *C* quanto C^1 moneat *CR* 6 se medipsos *R* sustineamus *om. Q (exh. M)* quam] quando *B* 8 dilectione] dignatione *B* 9 coniunctionem *BQ* qui . . . pacis *om. C* 11 a *om. BCR* episcopis C^1 13 pacem] habere *add. R* 14 tum *v* quantus . . . *p. 644,1* frangantur *exh. August. de baptismo contra Donat. IV 18* timor *C* humilitas *R* 15 et arrogantiae *Aug.* 16 qui C^2 aut audeat] audeat *Aug.* se posse *v* se credat] secreta *M* (se credat *Q*) 17 zezania *R* se putet *Q* posse *L s. l. m. 2* 18 aut] ut *B* paleam *C et L ex* palam *m. 2* sit *ex* est *C m. 2* 20 sunt uasa aurea *Aug.* 21 linea *L*, lignea uero *C* aurea . . . fictilia *om. C* uideretur M^1 (uideatur M^2Q) 22 abigere *B*, et abicere et *Aug.* 23 in die *RV Aug.* a diuini B^2, a diuina C^1

concrementur et fictilia ab eo cui data est ferrea uirga frangantur.

26 Aut si se cordis et renis scrutatorem constituit et iudicem, per omnia aequaliter iudicet et cum sciat scriptum esse: ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat, fraudatores et moechos a latere adque a comitatu suo separet, quando multo et grauior et peior sit moechi quam libellatici causa, cum hic necessitate, ille uoluntate peccauerit, hic existimans sibi satis esse quod non sacrificarit errore deceptus sit, ille matrimonii expugnator alieni uel lupanar ingressus ad cloacam et caenosam uoraginem uulgi sanctificatum corpus et Dei templum detestabili conluuione uiolauerit, sicut apostolus dicit: omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem moechatur, in corpus suum peccat. quibus tamen et ipsis paenitentia conceditur et lamentandi ac satisfaciendi spes relinquitur secundum ipsum apostolum dicentem: timeo ne forte ueniens ad uos lugeam multos ex his qui ante peccauerunt et non egerunt paenitentiam de inmunditiis quas fecerunt et fornicationibus et libidinibus.

27 Nec sibi in hoc noui haeretici blandiantur quod se dicant idololatris non communicare, quando sint apud illos et adulteri et fraudatores qui teneantur idololatriae crimine secundum aposto-

4 Io. 5, 14. 13 I Cor. 6, 18. 17 II Cor. 12, 20. 21.

1 confrangantur *B* 4 qua aequaliter *Q*, quae qualiter *BM* esse *om. B* 5 es] est *C* 6 a latere] altetere *C* adque a] aequa *C* 7 separat *B*, sepa**ret *Q* (separaret *M*) multa *C*[1], mulo *R* et grauior] grauior *Q* maechia *CQV*, mihi *B* 9 existimat *CQR* quod] ut *add. s. l. C* sacrificarit *scripsi,* sacrificari *P*, sacrificaret *CLQRV*, sacrificauit *B* errorem *B*, terrore *P* 10 matrimonio *B* expugnato *B*, expugnatur *P*, expugnatus *C* alieno *B* 11 cluacam *C*[1]*LR*[1] caenosum *B*, eccendum *in* adcendendum *corr. C m. 2* uulgis *C*[1]*P* et dei] si deus *L* 12 conlubion̄ *Q* 14 moechatur] furnicatur *CR* 15 penitentiam *C*, penitia *R* 18 luceam *L*[1] iis *v* 19 poenitentia *R* de] in *BCQR* 20 *prius* et *om. C* 21 nec . . . *p. 645,7* seruitus *exh. Augustin. l. c. IV 7* noui in hoc *Aug.* se] si *R* idolatriis *BR* 22 sit *B* et apud illos *Aug.* 23 idolatriae *BCLQ*, idolatria *R* secundum a. dicentem *om. Aug.*

lum dicentem: hoc enim scitote intellegentes quia omnis fornicator aut inmundus aut fraudator, quod est idololatria, non habet hereditatem in regno Christi et Dei. et iterum: mortificate itaque membra uestra quae in terra sunt, exponentes fornicationem inmunditiam et concupiscentiam malam et cupiditatem, quae sunt idolorum seruitus, propter quae uenit ira Dei. nam cum corpora nostra membra sint Christi et singuli simus templum Dei, quisque adulterio templum Dei uiolat Deum uiolat, et qui in peccatis committendis uoluntatem diaboli facit daemoniis et idolis seruit. neque enim mala facta de sancto spiritu ueniunt, sed de aduersarii instinctu et de inmundo spiritu natae concupiscentiae contra Deum facere et diabolo seruire conpellunt. ita fit ut si peccato alterius inquinari alterum dicunt et idololatriam delinquentis ad non delinquentem transire sua adseueratione contendunt, excusari secundum suam uocem non possint ab idololatriae crimine, cum constet de apostolica probatione moechos et fraudatores quibus illi communicant idololatras esse. nobis autem secundum fidem nostram et diuinae praedicationis datam formam conpetit ratio ueritatis unumquemque in peccato suo ipsum teneri nec posse alium pro altero reum fieri, cum Dominus praemoneat et dicat: iustitia iusti super eum erit et scelus scelerati super eum

1 Eph. 5, 5. 4 Col. 3, 5. 6. 22 Ez. 18, 20.

1 quia] quod *C sed* d *s. l.* 3 idolatria *CBLQR* habent *BCR* 4 et dei *om. B* itaque *om. B* 5 in terra] terrena *CRV*, super terram *Aug.* et exponente *C* et *et* te *s. l.*, *om. Aug.* 6 et inmunditiam *B* et concupiscentiam *om. L* cupiditatem] auaritiam *Aug.* 7 quae sunt] quod est *C*, quae est *Aug.* quae ueniet *C*, quia euenit *B* 9 sumus *M* (simus *Q*), fuimus *B* dn̄i *B* quisquis *v* 10 dn̄m *B* deum uiolat *om. Q* uoluptatem *Q* 13 dn̄m *B* 14 fit *om. R* peccat alter ius inquinari alieni *C* 15 idolatriam *CLR*, idolatria *BQ* delinquentes *B* derelinquentem R^1 16 contendit *C* excusare qui *C* qui *s. l.* 17 possunt *C* idolatriae *BCLQR* crimine] *add. C m. 2:* immunes esse constet *om. R* 18 mecos *C* illic *Q* 19 idolatras *LR*, idolatrias *BQ* (idololatrias *M*), idolatres *C* 21 alium] alterum *CRv* 22 deus *CPR*

erit. et iterum: non morientur patres pro filiis et filii non morientur pro patribus. unusquisque in peccato suo morietur. quod legentes scilicet et tenentes neminem putamus a fructu satisfactionis et spe pacis arcendum, cum sciamus iuxta scripturarum diuinarum fidem auctore et hortatore ipso Deo et ad agendam paenitentiam peccatores redigi et ueniam adque indulgentiam paenitentibus non denegari.

28 Adque o frustrandae fraternitatis inrisio, o miserorum lamentantium caduca deceptio, o haereticae institutionis inefficax et uana traditio hortari ad satisfactionis paenitentiam et subtrahere de satisfactione medicinam, dicere fratribus nostris: ʻplange et lacrimas funde et diebus ac noctibus ingemesce et pro abluendo et purgando delicto tuo largiter et frequenter operare, sed extra ecclesiam post omnia ista morieris: quaecumque ad pacem pertinent facies, sed nullam pacem quam quaeris accipies.ʼ quis non statim pereat, quis non ipsa desperatione deficiat, quis non animum suum a proposito lamentationis auertat? operari tu putas rusticum posse, si dixeris: ʻagrum peritia omni rusticitatis exerce, culturis diligenter insiste, sed nullam messem metes [nullam uindemiam premes], nullos olineti tui fructus capies nulla de arboribus poma decerpes.ʼ uel si ei cui dominium et usum nauium suadeas dicas: ʻmateriam de excellentibus siluis mercare, frater, carinam praeualidis et electis roboribus intexe,

1 Deut. 24, 16.

1 erit] perit *R*, erit et iterum *C* 3 legimus *B* 4 fructo *Q* satis et factionis B^1 5 ortatur *in* ortatore et *corr.* *C* 6 et *om.* *C* ad *om.* BC^1 7 negari *BQ* 8 atque o] a quo *B*, o *ex* atq. *C* frustranda fraternitas *B* o *om.* *BR* lamentium *L*, lamentantium et amentium *v* 9 o *om.* *BCPR* haereticae *om.* *C* inefficat *L* t *in ras.* 11 medicinam] medicum *C* 12 ingemisce *Rv* 14 quamcunq. C^1 16 pereatur C^1 ipsa] ista *B* deficiatur C^1 17 a] et a *C* auertatur C^1 tu *om.* *B*, tum *C* 18 rusticitate *B* 19 cultor *ex* cultoris *C* insistere *B* messe metes nullam *R*, *om.* *C* 20 nullam uindemiam premes *om.* *BLPQ* nullus *BLP* 21 poma *om.* *C* decerpis *B* ei *om.* *CQ* cui *om.* *B* et] est *Q* 22 suades *R*, suadens *Cv* et dicas *PQ* *sed* *Q* et *s. l.* (et *om.* *M*) 23 carinam] kme nauem *B* erectis *B* intexere *B*, inex** *R*

clauo funibus uelis ut fabricetur adque armetur nauis operare, sed cum haec feceris, fructum de actibus eius et cursibus non uidebis.'

29 Praecludere est adque abscidere iter doloris ac paenitendi uiam, ut cum in scripturis Dominus Deus reuertentibus ad se et paenitentibus blandiatur, nostra duritia et crudelitate, dum fructus paenitentiae intercipitur, paenitentia ipsa tollatur. quod si inuenimus a paenitentia agenda neminem debere prohiberi et deprecantibus adque exorantibus Domini misericordiam secundum quod ille misericors et pius est per sacerdotes eius pacem posse concedi, admittendus est plangentium gemitus et paenitentiae fructus dolentibus non negandus. et quia apud inferos confessio non est nec exomologesis illic fieri potest, qui ex toto corde paenituerint et rogauerint in ecclesiam debent interim suscipi et in ipsa Domino reseruari, qui ad ecclesiam suam uenturus de illis utique quos in ea intus inuenerit iudicabit. apostatae uero et desertores uel aduersarii et hostes et Christi ecclesiam dissipantes, nec si occisi pro nomine foris fuerint, admitti secundum apostolum possunt ad ecclesiae pacem, quando nec spiritus nec ecclesiae tenuerunt unitatem.

30 Haec interim, frater carissime, pauca de multis quantum potui breuiter decucurri, quibus et desiderio tuo satisfacerem et te magis ac magis collegii et corporis nostri societate coniungerem. si autem tibi ueniendi ad nos opportunitas et facultas fuerit,

1 clauos *B* et uelis *C* 4 abscidere *CLPQRV*, abscide *B*, abscindere *v* 5 ut] et *BQ* in *om.* *C*¹*QR*¹ scripturis omnibus *Bv* 7 tolletur *C* 8 a *corr. in* ad *C* penitentiam agendam *C* 9 exoptantibus *CR*, exortantibus *Q* (exorantibus *M*) misericordia *Q* 10 et *ex* est *C* 12 negatur *C* quia] quoniam *CR* infernum dum *C* 13 qui] quia *B* corde] non *add.* *L* 14 interim] interius *v* suscipe *L*, suscipient *C*¹ 15 ipsam *P* domo *M* (dño *Q*) ad] adc *R* de] et de *Q*, est de *B* 16 quod *C* indicauit *B* 17 et hostes] hostis *B* dissipantis *B* 18 nomine] eius *add.* *C s. l.* apostolorum *L*; *inserit MQ:* dicentem uenire non *sed* non *om.* *Q* 19 non possunt *B* ad] in *CR* 20 ecclesiam *C*; *inserit L:* ideo nec sp̃s nec ecclesiae tenuerint *BC*, tenuerant *L* 21 frs̃ kmĩ *Q* 22 brebiter *R* decurri *C* 23 collegio *CQ* (collegii *M*) societate *BLPQV*, societati *CRv* 24 oportunitas *CLPQ*

plura in commune conferre et uberius ac plenius quae in salutarem concordiam faciant tractare poterimus. opto te, frater carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA LVI.

CYPRIANVS FORTVNATO AHYMMO OPTATO PRIVATIANO DONATVLO ET FELICI FRATRIBVS S.

1 Scripsistis mihi, fratres carissimi, quod cum in Capsensi ciuitate propter ordinationem episcopi essetis, pertulerit ad uos Superius frater et collega noster Ninum Clementianum Florum fratres nostros, qui in persecutione adprehensi prius fuerant et nomen Domini confessi uiolentiam magistratus et populi frementis inpetum uicerant, postmodum cum apud proconsulem poenis grauibus excruciarentur, ui tormentorum subactos esse et a gradu gloriae ad quam plena fidei uirtute tendebant diutinis cruciatibus excidisse, nec tamen post hunc grauem lapsum non uoluntate sed necessitate susceptum a paenitentia agenda per hoc triennium non destitisse: de quibus consulendum putastis an eos ad communicationem iam fas esset admittere.

2 Et quidem quod ad mei animi sententiam pertinet, puto his indulgentiam Domini non defuturam quos constet stetisse in

2 faciant] patienter *C* opto . . . ualere *om. BC*[1]. — Caecili Cypriani (Caecili Cypriani *om. LR*, Explicit *P*) ad Antonianum de Cornelio et Nouatiano (de C. et N. *om. Q*) explicit (*om. P*) *BCLPQR.* —

Epist. LVI. — Incipit ad Fortunatum et ceteros de his (de his *om. LNP*) qui per tormenta superantur *BFLMNP.* — 5 ahymno] ahymo *N*, adhumo *B*, haummo *F* 7 capsense *LNP* ciuitatis *F*, ciuitatem *B* 8 pertulerint *B* 9 superius *V*, super *FLMNP*, *om. B* frater et *om. V* ninum] super saturninum et *B* 11 dno *L*[1] uiolentia *LP* 12 uicerunt *F* 13 grauioribus *fort.* ui *F*, uii *B*, uim *M*, septies *LNP* (*ex* VII *uidetur natum*) et a *BFMV*, et ad *LNP*, et de *v* 14 gradum *P*, gradibus *B* ad quem *V*, adq. *F* plenam *FP*, paenam *B* uirtutem *BF* tendebant] tenebant *BF*, peruenerant *V* diuturnis *M* 15 excedisse *L* nec] ne *B* 16 uoluptate *F* susceptos *P* a] ad *BFMP* paenitentiam agendam *BMP* 17 non *om. v* putasti *M*[2] an] sane *F*, san *M* 18 communionem *B* iam *M s. l. m. 2* admitteret *B* 19 ad] a *B* 20 constat *v*

acie, nomen Domini confessos esse, uiolentiam magistratuum et populi furentis incursum inmobilis fidei obstinatione uicisse, passos esse carcerem, diu inter minas proconsulis et fremitum populi circumstantis tormentis laniantibus ac longa iteratione cruciantibus repugnasse, ut quod in nouissimo infirmitate carnis subactum uidetur meritorum praecedentium defensione releuetur et sit satis talibus gloriam perdidisse, non tamen debere nos eis et ueniae locum cludere adque eos a paterna pietate et a nostra communicatione priuare: quibus aetimamus ad deprecandam clementiam Domini posse sufficere quod triennium iugiter et dolenter ut scribitis cum summa paenitentiae lamentatione planxerunt. certe non puto incaute et temere his pacem committi quos uidemus militiae suae fortitudine nec prius pugnae defuisse, et si acies etiam denuo uenerit, gloriam suam posse reparare. nam cum in concilio placuerit paenitentiam agentibus in infirmitatis periculo subueniri et pacem dari, debent utique in accipienda pace praecedere quos uidemus non animi infirmitate cecidisse, sed in proelio congressos et uulneratos per inbecillitatem carnis confessionis suae coronam non potuisse perferre, maxime cum cupientibus mori non permitteretur occidi, sed tamdiu fessos tormenta laniarent quamdiu non fidem quae inuicta est uincerent, sed carnem quae infirma est fatigarent.

Quoniam tamen scripsistis ut cum pluribus collegis de hoc 3
ipso plenissime tractem et res tanta exigit maius et pensius de multorum conlatione consilium et nunc omnes fere inter Paschae prima sollemnia apud se cum fratribus demorantur, quando sollemnitati celebrandae apud suos satisfecerint et ad me uenire coeperint,

1 dei F   magistratum' BM   et *om.* BLMN   2 immobiles MN   3 consulis P   fremitus B   4 cruciatibus BFL   5 nobissimo F   infirmitatem BFLMN   6 defessione LMN, dep̃ssione B   reueletur FL   sit] si B   9 existimamus v   10 triennio BLMNPv   et] ac v   11 paenitentia BM   12 et] hac B, *om.* FLM   14 etiam *om.* V   15 consilio M   agentes FLMN   16 in *om.* FLM   subuenire L   20 cum *ex* con M *m. 2*   permitterentur B^1L   21 iam diu FN   inuita L^1, uicta F   23 plurimis V (plurimi collegae V *test. Oxon.*)   24 tractarem B   tanta] ita ut F   inpensius FBv   25 phasce M   26 solemnia BMv   sollempnitatis B, sollemnia L^1 27 suos] uos N   et ad me uenire coeperint *add.* L *m. 2 in marg.*   uenire coeperint] uenerint F

tractabo cum singulis plenius, ut de eo quod consuluistis figatur apud nos et rescribatur uobis firma sententia multorum sacerdotum consilio ponderata. opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere.

EPISTVLA LVII.

CYPRIANVS LIBERALIS CALDONIVS NICOMEDES CAECILIVS IVNIVS MARRVTIVS FELIX SVCCESSVS FAVSTINVS FORTVNATVS VICTOR SATVRNINVS ALIVS SATVRNINVS ROGATIANVS TERTVLLVS LVCIANVS SATTIVS SECVNDINVS ALIVS SATVRNINVS EVTYCHES AMPIVS ALIVS SATVRNINVS AVRELIVS PRISCVS HERCVLANEVS VICTORICVS QVINTVS HONORATVS MANTHANEVS HORTENSIANVS VERIANVS IAMBVS DONATVS POMPONIVS POLYCARPVS DEMETRIVS ALIVS DONATVS PRIVATIANVS FORTVNATVS ROGATVS ET MONNVLVS CORNEIO FRATRI S.

1 Statueramus quidem pridem, frater carissime, participato inuicem nobiscum consilio ut qui in persecutionis infestatione subplantati ab aduersario et lapsi fuissent et sacrificiis se inlicitis maculassent, agerent diu paenitentiam plenam et si periculum infirmitatis urgueret, pacem sub ictu mortis acciperent. nec enim fas erat aut permittebat paterna pietas et diuina clementia eccle-

1 fig**atur *M*, referatur *F* 2 sententiam *B* a multorum LP^{2} 3 ponderatam *B* opto ... ualere *om.* BLN^{1}. — Ad (Explicit ad *P*) Fortunatum et ceteros de his (de his *om. BLNP*) qui per *(om. B)* tormenta (tormentis *B*) superantur (superati sunt *B*) explicit *(om. P) BFLMNP*. — Epist. LVII. — Incipit ad Cornelium de lapsis *LP*, Incipit eiusdem secunda *Q*, Incipit ad Cornelium (feliciter *add. C*) *CR*. — 6 calydonius *Q* 7 iunius marrutius *om.* P^{1} marrucius $L^{1}Q$, maruscius *C* 8 alius ... lucianus *om. CR* 9 tertulus *Q* satius *P*, stattius *R* 10 eutyches] aurelius saturniuus eutyces *Q* ampius] amplus *LP*, iambus *Q* 11 herculanius *QR* (herculanus *M*) 12 mantanius *R*, montanius *C* 13 pomponius p. d. a. donatus *om. C* 14 et *om. L* munnulus *Q*, monulus *C*, montulus *P*, mannulus *v* 16 quidem iam *Qv* pridem *om. CR* frs kmi *C*, kme *R* 17 persecutione $C^{1}R$ 18 fuisse *C* et] ac *CQR* 19 agere *LPQ* 20 urgerent pacem *C* sub icto *Q*, subiecto *L*, subiectum *C* 21 fas] uere fas *R*, ueritas *C* permittebat] mittebat *L* et] ac *CR* aecclesiae *C*

siam pulsantibus cludi et dolentibus ac deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, ut de saeculo recedentes sine communicatione et pace ad Dominum dimitterentur, quando permiserit ipse et legem dederit ut ligata in terris et in caelis ligata essent, solui autem possent illic quae hic prius in ecclesia soluerentur. sed enim cum uideamus diem rursus alterius infestationis adpropinquare coepisse et crebris adque adsiduis ostensionibus admoneamur ut ad certamen quod nobis hostis indicit armati et parati simus, plebem etiam nobis de diuina dignatione commissam exhortationibus nostris paremus, et omnes omnino milites Christi qui arma desiderant et proelium flagitant intra castra dominica colligamus: necessitate cogente censuimus eis qui de ecclesia Domini non recesserunt et paenitentiam agere et lamentari ac Dominum deprecari a primo lapsus sui die non destiterunt, pacem dandam esse et eos ad proelium quod inminet armari et instrui oportere.

Obtemperandum est namque ostensionibus adque admonitioni- 2
bus iustis, ut a pastoribus oues in periculum non deserantur, sed grex omnis in unum congregetur et exercitus Domini ad certamen militiae caelestis armetur. merito enim trahebatur dolentium paenitentia tempore longiore ut infirmis in exitu subueniretur quamdiu quies et tranquillitas aderat, quae differre diu plangentium lacrimas et subuenire sero morientibus in infirmitate pateretur. at uero nunc non infirmis sed fortibus pax necessaria est nec morientibus sed uiuentibus communicatio a nobis danda est, ut

1 ac] et *QR* 2 denego *L* seculo *ex* secundo *C* praecedentes *M* (recedentes *Q*) 3 et] ut *Q* (et *M*) ad deum] dn̄i *C* promiserit *V teste Oxon.* 4 et legem dederit *CLPRV*, legem dederit *Q*, qui legem dedit *v* legata L^1Q et] etiam *v* esset *R* 5 posset *R* 6 rursum *C* infestinatione *C* 7 crebis *P* 8 ut] et *C* ostis *L* indigit *Q* 9 parati et armati *CR* sumus *LM* (simus *Q*) de *om. C* commissa *C* 10 praeparemus *Q* 11 dederant *M* (desiderant *Q*) intra] inira *Q*, ad *CR* 13 acclesiae *C* et] sed *CQRv* 14 ac] et *CR* lapsus *C* diem *LQ* destituerunt *R* 15 esse dandam *P* 18 a *om. Q* periculo *CRv* 19 ingregetur *Q* dō *C* ad] ac *L* 20 merito *ex* melito *L* 21 in *om. L*, et *C* 22 quies et *P sed* qui *s. l. m. 2*, quis esset *C* differendi diu *C sed* diu *s. l. m. 2* 23 sero] se *CR* in *om.* C^1Q 24 ad CL^1Q nec] ne *LP* 25 dandum C^1

quos excitamus et hortamur ad proelium non inermes et nudos relinquamus, sed protectione sanguinis et corporis Christi muniamus, et cum ad hoc fiat eucharistia ut possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra aduersarium uolumus, munimento dominicae saturitatis armemus. nam quomodo docemus aut prouocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in ecclesia poculum Domini iure communicationis admittimus?

3 Interesse debet, frater carissime, inter eos qui uel apostatauerunt et ad saeculum cui renuntiauerant reuersi gentiliter uiuunt, uel ad haereticos transfugae facti contra ecclesiam parricidalia cotidie arma suscipiunt, et inter eos qui ab ecclesiae limine non recedentes et inplorantes iugiter ac dolenter diuina et paterna solacia nunc se ad pugnam paratos esse et pro Domini sui nomine ac pro sua salute stare fortiter et pugnare profitentur. hoc in tempore pacem nos non dormientibus sed uigilantibus damus, pacem non deliciis sed armis damus, pacem non ad quietem sed ad aciem damus. si secundum quod eos audimus et optamus et credimus fortiter steterint et aduersarium nobiscum in congressione prostrauerint, non paenitet pacem concessisse tam fortibus, immo episcopatus nostri honor grandis et gloria est pacem dedisse martyribus, ut sacerdotes qui sacrificia Dei cotidie celebramus hostias Deo et uictimas praeparemus. si autem, quod Dominus auertat a fratribus nostris, aliquis lapsorum fefellerit, ut pacem

1 et *om.* *L* inhermes L^1 3 eucharistiam *L* ut] aut *Q* 4 putela L^1 quo *R*, qis (o *s. l.*) *ex* cus *C* totus C^1 esset *C* uoluimus *C* m*n*mento *Q*, monumentum *M* 5 armemur *C* aut *ex* ait *C* 7 eis] his *ex* is *L* militatusis *R*, qui militauerint *C sed* qui *s. l. m. 2* ad *C s. l. m. 2* 8 idoneos *C m. 2 in ras.* facimus ... *l. 9* domini *om.* C^1, *add. m. 2 in marg.* 10 deberet *ex* debet *C* frs kmi *C*, km* *R* i *eras.* apostatauerint C^1 11 gentiliter *ex* generaliter *C* 12 facti *ex* fati a *C* aecclesiae C^1 13 suscipiuntur L^1 14 ac dolentes LPC^2, *om.* C^1Q 16 state C^1 repugnare *Q* (pugnare *M*) 19 audiuimus *CQ* et optamus et credimus *om.* *CQRV* 20 steter̃ *M* (steterint *Q*) in *om.* *C* ingressione C^1 21 congessisse *L* 22 episcopus L^1 23 deo *CR* cotidie c. h. deo *om.* *R* celebremus C^1 24 uictima *M* (uictimas *Q*) 25 auertat] repellat *V* aliqui C^1 fefellerit] obrepserit *V*

subdole petat et inpendentis proelii tempore communicationem non proeliaturus accipiat, se ipsum fallit et decipit, qui aliud corde occultat et aliud uoce pronuntiat. nos in quantum nobis et uidere et iudicare conceditur, faciem singulorum uidemus, cor scrutari et mentem perspicere non possumus. de his iudicat occultorum scrutator et cognitor cito uenturus et de arcanis cordis adque abditis iudicaturus. obesse autem mali bonis non debent, sed magis mali a bonis adiuuari. nec ideo martyrium facturis pax neganda est quia sunt quidam negaturi, cum propter hoc pax danda sit omnibus militaturis, ne per ignorantiam nostram ille incipiat praeteriri qui habet in proelio coronari.

4 Nec quisquam dicat: qui martyrium tollit sanguine suo baptizatur, nec pax illi ab episcopo necessaria est habituro gloriae suae pacem et accepturo maiorem de Domini dignatione mercedem. primo idoneus esse non potest ad martyrium qui ab ecclesia non armatur ad proelium, et mens deficit quam non recepta eucharistia erigit et accendit. Dominus enim in euangelio suo dicit: cum autem uos tradiderint, nolite cogitare quid loquamini. dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. quando autem dicat in traditis adque in confessione nominis constitutis spiritum patris loqui, quomodo potest ad confessionem paratus aut idoneus inueniri qui non prius pace accepta receperit spiritum patris, qui corroborans seruos suos ipse loquitur et con-

18 Matth. 10, 19. 20.

1 impendentes *C* 2 preliaturus accipiant *C* decepit C^1M (decipit *Q*) 3 nos] nos et *C* et *om. C* 4 facies *CR* 5 perrespicere C^1 de his iudicat] dominus autem *V* 6 cito] est cito *V* 7 malis bonis *L*, malibolis MQ^1 8 malis *M* (magis *Q*) 10 ne *om. Q* 11 praeferri qui habet *ex* preterri quia libet *C* 12 quicquam L^1 13 abitura *C*, abluturo *R* 14 accepturus *C* 16 armatus *C* 17 eregit *Q* (erigit *ex* egit *M*) ascendit C^1 enim *om. CR* 18 cum *in* qui *corr. C* 19 loquimini C^1 dabitur ... loquamini *om. C* in illa hora *om. M (exh. Q)* 21 in *eras.* in *R* 22 confessionem *Q* 24 inuenerit C^1

fitetur in nobis? tunc deinde si relictis omnibus rebus suis fugerit et in latebris adque in solitudine constitutus in latrones forte incurrerit aut in febribus et in languore decesserit, nonne nobis inputabitur quod tam bonus miles, qui omnia sua dereliquit et contempta domo et parentibus aut liberis sequi dominum suum maluit, sine pace et sine communicatione decedit? nonne nobis uel neglegentia segnis uel duritia crudelis adscribetur in die iudicii quod pastores creditas et commissas nobis oues nec curare in pace nec in acie uoluerimus armare? nonne ingeretur nobis a Domino quod per prophetam suum clamat et dicit: ecce lac consumitis et lanis uos tegitis, et quod crassum est interficitis, et oues meas non pascitis, quod infirmatum est non confortastis, et quod male habuit non conroborastis, et quod contribulatum est non consolati estis, et quod errabat non reuocastis, et quod perit non inquisistis, et quod forte fuit confecistis labore, et dispersae sunt oues meae, eo quod non sint pastores, et facta sunt in comestura omnibus bestiis agri, et non fuit qui inquireret neque qui reuocaret. propterea haec dicit Dominus: ecce ego super pastores et inquiram

10 Ez. 34, 3—6. 10. 16.

1 in *om.* C tum *Rv* si *om.* P rebus suis *om.* C^1; rebus *om.* R 2 fugit P, suggerit C^1 *prius* in *om.* M *(exh. Q)* adque *ex* ad dnm C sollicitudine C^1 constitutos Q 3 et] aut C langore R 5 et p.] aut p. C aut] ac *v*, et Q^2 (aut MQ^1) sequi dominum] si quid omnium C 6 et *om.* L decedit *in* discedit *corr.* C, *in* decidit MQ nonne] non Q 7 segni Q duritiae Q crudeles P adscribitur C^1 8 oues *om.* C 9 curare in] reuocaret ad C *sed* ad *s. l.* in acie] ad aciem C id geretur R, id gereret C^1 10 a nobis M (nobis Q), *om.* C^1R quod *corr. in* qui C ecce] et C 11 lanis uos tegitis *om.* R grassum Q^1 (crassum MQ^2), gressum C^1 12 interficitis] iugulatis CR 13 confortasti L, confortatis C 15 no* R (s *eras.*) consolasti estis L^1, consolidati V, consolidastis *Oxon.* errabat n. r. et quod *om.* R 16 quod *om.* C^1 periit *Cv* 17 et *om.* C^1 disparsae R sint] sunt *Cv* 18 comesturam *v*, praedatione R, depredatione *ex* depredicatione C 21 requiram *v*

oues meas de manibus eorum et auertam eas, ut non pascant oues meas: et iam non pascent eas, et extraham oues meas de ore eorum et pascam eas cum iudicio.

5 Ne igitur ore nostro, quo pacem negamus, quo duritiam magis humanae crudelitatis quam diuinae et paternae pietatis opponimus, oues nobis commissae a Domino reposcantur, placuit nobis sancto spiritu suggerente et Domino per uisiones multas et manifestas admonente, ut quia hostis nobis inminere praenuntiatur et ostenditur, colligere intra castra milites Christi et examinatis singulorum causis pacem lapsis dare, immo pugnaturis arma suggerere. quod credimus nobis quoque paternae misericordiae contemplatione placiturum. quod si de collegis aliquis extiterit qui urguente certamine pacem fratribus et sororibus non putat dandam, reddet ille rationem in die iudicii Domino uel inportunae censurae uel inhumanae duritiae suae. nos quod fidei et caritati et sollicitudini congruebat, quae erant in conscientia nostra protulimus, diem certaminis adpropinquasse, hostem uiolentum cito contra nos exurgere, pugnam non talem qualis fuit sed grauiorem multo et acriorem uenire, hoc nobis diuinitus frequenter ostendi, de hoc nos prouidentia et misericordia Domini

1 meae C^1 eas] eos *CRv* ut non] ne *CQR* ut non p. o. meas *om. MQ*^{1} 2 pasca* *R* s *eras.* etiam *CLQ* pascant *LP*, pascam *M* (pascent *Q sed* e *corr.*), pascen* *R* s *eras.* eas] oues meas *C* traham *C* 3 pascam eos *C*, pascam *R* 5 quo—quo] quod—quod *C* 6 dulcedinem diuinae *maluit Routh;* pietatis dulcedinem *Erasmus,* pietatis lenitatem *malim; cf. epist. 68 c. 1:* diuinae pietatis et lenitatis paternae solacia opponiatur *C* 7 dn̄os repascantur *C* nobis *om. P*^{1} 8 a dn̄o *C sed* a *s. l.* 9 admonemur *ex* et admonentur *C* ut quia C^2*LPQR (conf. p. 536,12),* et quia C^1 nobis hostis *C*, hostis *Rv* 10 intra] in *CR*, inter *P* et *om. v,* ut *C* 13 collegis *ex* collegens *C* 14 iurgente *R* putabat *Q*, putet *V* 15 illi *M* (ille *Q*) diem *L* dn̄o uel] *incipit F* 16 censura C^2 inhumana *ex* inhumane in *C* 17 caritatis *FQ*, caritate *C* sollicitudinis *FQ*, sollicitudine *C* concruebat *F*, congruebant *Q* 18 pertulimus *Q* die *R* adpropinquare *CR* 19 et pugnam *Pv* 20 diuinitas C^1, scimus diuinitus *codd. Oxon.* 21 ostenditur *CFQ* (ostendit *M*) nos] nobis *Q* prouidentiae et misericordiae *M* (prouidentia et misericordia *Q*)

saepius admoneri: de cuius ope et pietate qui in eum confidimus possumus esse securi, quia qui in pace militibus suis futuram praenuntiat pugnam dabit militantibus in congressione uictoriam. optamus te, frater carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA LVIII.

CYPRIANVS PLEBI THIBARI CONSISTENTI S.

1 Cogitaueram quidem, fratres dilectissimi, atque in uotis habebam, si rerum ratio ac temporis condicio permitteret, secundum quod frequenter desiderastis, ipse ad uos uenire, et quantulacumque mediocritate exhortationis nostrae praesens illic fraternitatem corroborare. sed quoniam sic rebus urguentibus detinemur ut longe istinc excurrere et diu a plebe cui de diuina indulgentia praesumus abesse non detur facultas, has interim pro me ad uos uicarias litteras misi. nam cum Domini instruentis dignatione instigemur saepius et admoneamur, ad uestram quoque conscientiam admonitionis nostrae sollicitudinem perferre debemus. scire enim debetis et pro certo credere ac tenere pressurae diem super caput esse coepisse et occasum saeculi atque antichristi tempus adpropinquasse, ut parati omnes ad proelium stemus nec quicquam nisi gloriam uitae aeternae et coronam confessionis dominicae cogitemus, nec putemus talia esse quae ueniunt qualia fuerunt illa quae transierunt. grauior

1 admonere *C*. admonemur *v* ac pietate *C*, accipietate *R* 2 suis . . . militantibus *om. R* 3 congressionem *M* (congressione *Q*) 4 optamus . . . ualere *om. CLQ* carissime] sanctissime in dño *R*. — Ad Cornelium (** lapsis *add. F*, de lapsis *add. L*, epistula secunda *add. Q*) explicit *FLQR*, Explicit ad Cornelium (de lapsis *add. P*) *CP*. —

Epist. LVIII. — Incipit ad tibarithanos *Q*, Incipit ad tibaritanos *BR*, Incipit ad Thebaritanos exhortatoria *P*. — 9 uenirem *R* quantulumcumque *Q*, quantulamcumque *R* 10 mediocritatem *R* 11 conroborarem *BR* uergentibus *B* 12 excurrerem *R* 13 datur *M*[2]*v* (detur *M*[1]*Q*) 14 ad uos *om. P* struentis *R* 15 admonemur *R* 16 sollicitudine *P* 18 coepis *R* et *om. B* 20 quicquam] quam *R* gloria* *MQ*, gloriae *B*, gloria *R* 21 concitemus *R* 22 quales fuerint (u *above* i) ille *R*

nunc et ferocior pugna imminet, ad quam fide incorrupta et uirtute robusta parare se debeant milites Christi, considerantes idcirco se cotidie calicem sanguinis Christi bibere ut possint et ipsi propter Christum sanguinem fundere. hoc est enim uelle cum Christo inueniri, id quod Christus et docuit et fecit imitari secundum Iohannem apostolum dicentem: qui dicit se in Christo manere, debet quomodo ille ambulauit et ipse ambulare. item Paulus apostolus exhortatur et docet dicens: sumus filii Dei. si autem filii et heredes Dei, coheredes autem Christi, siquidem conpatiamur ut et conmagnificemur.

Quae nunc omnia consideranda sunt nobis, ut nemo quicquam 2
de saeculo iam moriente desideret, sed sequatur Christum, qui et uiuit in aeternum et uiuificat seruos suos in fide sui nominis constitutos. uenit enim tempus, fratres dilectissimi, quod iam pridem Dominus noster praenuntiauit et docuit aduenire dicens: ueniet hora ut omnis qui uos occiderit putet se officium Deo facere. sed hoc facient, quoniam non cognouerunt patrem neque me. haec autem locutus sum uobis ut cum uenerit hora eorum, memores sitis quia ego dixi uobis. nec quisquam miretur persecutionibus nos adsiduis fatigari et pressuris angentibus frequenter urgeri, quando haec futura in nouissimis temporibus Dominus ante praedixerit et militiam nostram magisterio et hortamento sui sermonis instruxerit, Petrus quoque apostolus eius docuerit ideo

6 1 Io. 2, 6. 9 Rom. 8, 16. 17. 17 Io. 16, 2–4.

1 imminet] fratres dilectissimi *add. V* 2 se] nos *Q* 4 christi *BQ*[1] (christum *MQ*[2]) funderant *R*[1] est enim] stent *B* 5 id] si id *R* et docuit] docuit *Q* 8 paulus beatus apostolus *BP*, apostolus paulus *Q*, paulus *R* exhortatur] exoptatur *R* 9 autem filii *BPQRV*, autem filii dei *v* dei coheredes *om. R* 11 magnificemur *R* 12 a nobis *P* ut *om. R* 13 morientem *R* sequantur *B* 14 et uiuit] uiuit *v* 15 ueniet *R* 16 noster *om. RV* dicens] docens *v* 17 uenit *R* 18 officium] obsequium *v* hoc] haec *v* 19 nouerunt *V* 21 quia] quae *BP* 22 agentibus *BM*[1] (angentibus *M*[2]*Q*) 23 praedixerat *B* 25 eius *om. V*

persecutiones fieri ut probemur et ut dilectioni Dei iusto iustorum praecedentium exemplo nos etiam morte et passionibus copulemur. posuit enim in epistula sua dicens: carissimi, nolite mirari ardorem accidentem uobis, qui ad temptationem uestram fit, nec excidatis tamquam nouum uobis contingat sed quotienscumque communicatis Christi passionibus, per omnia gaudete, ut et in reuelatione facta claritatis eius gaudentes exultetis. si inproperatur uobis in nomine Christi, beati estis, quia maiestatis et uirtutis Domini nomen in uobis requiescit, quod quidem secundum illos blasphematur, secundum nos autem honoratur. docuerunt autem nos apostoli ea quae de praeceptis dominicis et caelestibus mandatis ipsi quoque didicerunt Domino ipso scilicet corroborante nos et dicente: nemo est qui relinquat domum aut agrum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios propter regnum Dei, et non recipiat septies tantum in isto tempore, in saeculo autem uenturo uitam aeternam. et iterum, beati, inquit, eritis, cum odio uos habuerint homines et separauerint uos et expulerint et maledixerint nomini uestro quasi nequam propter filium hominis. gaudete in illa die et exultate. ecce enim merces uestra multa in caelis.

3 Gaudere nos et exultare uoluit in persecutionibus Dominus, quia quando persecutiones fiunt, tunc dantur coronae fidei, tunc probantur milites Dei, tunc martyribus patent caeli. neque enim sic nomen militiae dedimus ut pacem tantummodo cogitare et detractare ac recusare militiam debeamus, quando in ipsa militia

3 I Petr. 4, 12–14. 15 Luc. 18, 29. 30. 19 Luc. 6, 22. 23.

1 persecutionem *R* et ut] ut et *Q* dilectione *Q* iusto *om. BPQv* 4 ardore *R* 5 nec] ne *Q* 6 nouum] aliquid *add. v* 12 autem *om. Q* 13 de *om. B* 14 *super* quoque *B m. 2* uel quosque 16 fratres] aut sorores *add. v* 17 recipiet R^2 19 uita aeterna *R* 20 homines *om. B* 23 multa *om. B; est add. BMR (om. Q)* 27 dei] christi *V* 28 cogitare debeamus *R* 29 detrectare *BPv* ac] et *v* militiam dei *Q* debeamus *om. R*

primus ambulauerit Dominus humilitatis et tolerantiae et passionis magister, ut quod fieri docuit prior faceret et qui pati hortatur prior pro nobis ipse pateretur. sit ante oculos, fratres dilectissimi, quod qui omne iudicium a patre solus accepit et qui uenturus est iudicaturus, iam iudicii sui et cognitionis futurae sententiam protulerit praenuntians et contestans confessurum se coram patre suo confitentes et negaturum negantes. si mortem possemus euadere, merito mori timeremus. porro autem cum mortalem mori necesse sit, amplectamur occasionem de diuina promissione et dignatione uenientem et fungamur exitum mortis cum praemio inmortalitatis nec uereamur occidi, quos constet quando occidimur coronari.

Nec quisquam, fratres dilectissimi, cum populum nostrum 4
fugari conspexerit metu persecutionis et spargi conturbetur, quod collectam fraternitatem non uideat nec tractantes episcopos audiat. simul tunc omnes esse non possunt, quibus occidere non licet, sed occidi necesse est. ubicumque in illis diebus unusquisque fratrum fuerit a grege interim ac necessitate temporis corpore non spiritu separatus, non moueatur ad fugae illius horrorem nec recedens et latens deserti loci solitudine terreatur. solus non est cui Christus in fuga comes est. solus non est qui templum Dei seruans ubicumque fuerit sine Deo non est. et si fugientem in solitudine ac montibus latro oppresserit, fera inuaserit, fames aut sitis aut frigus adflixerit, uel per maria praecipiti nauigatione properantem tempestas ac procella submerserit, spectat militem suum Christus ubicumque pugnantem et persecutionis causa pro nominis sui honore morienti prae-

1 passionis huius *Q* 2 quod] quid *R* qui] quod *v* 3 prior *om. B* oculos] uestros *add. Bv* 8 mori] mortem *B* 9 mortale *R* occansionem *Q* 10 promissione et *om. R* de dei dignatione *V* et] ut *B* 11 exitu *Bv* 12 constat *v* 14 metum *Q* 15 audiant *Q* 18 erege *R* ac *P*, a *Q*, *om. BRv* 19 separatus] segregatus *B* a *M* (ad *Q*) 20 horrore *M* (horrorem *Q*) nec *ex* non *Q* (nec *M*) desertis locis *B* 22 seruat *B* non] nostro *R* 23 fugiente *R* solitudinem *BR* 24 famis *BPQ* aut *ex* ut *Q* siti *R* 25 praecipit *B*, praecepti *Q*¹ (praecepiti *M*¹) properanti *Q* i *in ras.* (properantem *M*) 26 spectat *RV*, expectat *BPQ* 27 causam *R* pro *om. R* honorem *R*

mium reddit quod daturum se in resurrectione promisit. nec minor est martyrii gloria non publice et inter multos perisse, cum pereundi causa sit propter Christum perire. sufficit ad testimonium martyrii sui testis ille qui probat martyras et coronat.

5 Imitemur, fratres dilectissimi, Abel iustum qui initiauit martyria dum propter iustitiam primus occiditur. imitemur Abraham Dei amicum qui non est cunctatus ut filium uictimam suis manibus offerret, dum Deo fide deuotionis obsequitur. imitemur tres pueros Ananian Azarian Misaelem, qui nec aetate territi nec captiuitate fracti Iudaea deuicta et Hierosolymis captis in ipso regno suo regem fidei uirtute uicerunt, qui adorare statuam quam Nabuchodonosor rex fecerat iussi et minis regis et flammis fortiores extiterunt, proclamantes et fidem suam per haec uerba testantes: Nabuchodonosor rex, non opus est nobis de hoc uerbo respondere tibi. est enim Deus cui nos seruimus potens eripere nos de camino ignis ardentis, et de manibus tuis liberabit nos: et si non, notum sit tibi quia diis tuis non seruimus et imaginem auream quam statuisti non adoramus. credebant se illi secundum fidem posse euadere, sed addiderunt et si non, ut sciret rex illos propter Deum quem colebant et mori posse. hoc est enim robur uirtutis et fidei credere et scire quod Deus a morte praesenti liberare possit, et tamen mortem non timere nec cedere, ut probari fortius fides possit. erupit per os eorum spiritus sancti incorruptus et inuictus uigor, ut

15 Dan. 3, 16—18.

1 resurrectionem *B* 3 sufficiat *R* 4 martyri *RQ*, martyris *BP* testis *om. V* martyres *Bv* 6 initiauit] ini***uit *P* 7 martyrii quum *R* 10 ananias *R*, ananiam *v* azarias *R*, azariam *v* et misahelem *R*, misael *Q*, misahel *V* 11 iudea *PQ*, pudeat *R* ierosolymis *R*, hierusolymis *BQ* 12 suo] suo quo *Q* 13 iussis *R* 17 potest *R* 18 ardentes P^1 tuis] rex *add. v* liberauit BQ^1 (liberare *M sed* re *in ras.*) 19 tibi] tibi rex *R* 22 $\widetilde{\text{dnm}}$ *R* 23 et scire] scire *Q* 24 praesenti morte *Q* posset *B*, nos possit QR^2, nos posset R^1 et] sic *B* 26 per os] pueros *R* uigor *om. R*

appareat uera esse quae in euangelio suo Dominus edixit dicens: *cum autem uos adprehenderint, nolite cogitare quid loquamini. dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis.* dixit quid loqui et respondere possimus dari nobis in illa hora diuinitus et offerri, nec nos tunc esse qui loquimur, sed spiritum Dei patris: qui cum a confitentibus non discedit neque diuiditur, ipse in nobis et loquitur et coronatur. sic et Daniel cum conpelleretur adorare idolum Bel quem tunc populus et rex colebat in adserendum Dei sui honorem plena fide et libertate prorupit dicens: *nihil colo ego nisi Dominum Deum meum qui condidit caelum et terram.*

Quid in Machabaeis beatorum martyrum grauia tormenta et **6**
multiformes septem fratrum poenae et confortans liberos suos mater in poenis et moriens ipsa quoque cum liberis, nonne magnae uirtutis et fidei documenta testantur et nos ad martyrii triumphum suis passionibus adhortantur? quid prophetae quos ad praescientiam futurorum spiritus sanctus animauit? quid apostoli quos Dominus elegit? nonne cum iusti occiduntur propter iustitiam mori nos quoque docuerunt? Christi natiuitas a martyriis infantium statim coepit, ut ob nomen eius a bimatu et infra qui fuerant necarentur. aetas necdum habilis ad pugnam idonea extitit ad coronam. ut appareret innocentes esse qui propter Christum necantur, infantia innocens ob nomen eius occisa est. ostensum est neminem esse a periculo persecutionis inmunem, quando et tales martyria fecerunt. quam uero grauis causa sit

2 Matth. 10, 19. 20. 12 Dan. 14, 4.

1 appareant *Vv* dominus *om. B* edixit *P*, dixit *BQRv* dicens *PRQ*, *om. Bv* 5 uestri*** *M*, uestri est *Q* et] et quid *Q* 6 *alt.* et *om. Q* 7 spiritus *B* 8 discendit *B*[1] 10 bel] uel *BR* colebant *B* 12 dn̄o *M* (dn̄m *Q*) deum *om. B* 14 macchabeis *RQ*, maccabeis *P* 17 docimenta *P* testatur *P*[2] 18 adhortatur *P*[2] propheta *B* 20 cum] dum *V* 21 quoque *om. R* a *om. BR* 22 ut *om. B* 23 fuerunt *B* abilis *ex* abillis *P* pugnam] poenam *R* 24 se esse *M*[1] (esse *M*[2]*Q*) 25 necaretur *V* ob] propter *B* 26 neminem] enim neminem *BQ* 27 uero] ergo *Oxon.* sit] fit *R*

hominis christiani seruum pati nolle, cum passus sit prior Dominus, et pro peccatis nostris nos pati nolle, cum peccatum suum proprium non habens passus sit ille pro nobis? filius Dei passus est ut nos filios Dei faceret, et filius hominis pati non uult ut esse Dei filius perseueret. si odio saeculi laboramus, odium saeculi sustinuit prior Christus: si contumelias in hoc mundo, si fugam, si tormenta toleramus, grauiora expertus est mundi factor et dominus, qui et admonet dicens: si saeculum, inquit, uos odit, mementote quoniam me primo odiit. si de saeculo essetis, saeculum quod suum esset amaret: sed quia de saeculo non estis et ego elegi uos de saeculo, propterea odit uos saeculum. mementote sermonis quem dixi uobis. non est seruus maior domino suo. si me persecuti sunt, et uos persequentur. Dominus et Deus noster quicquid docuit et fecit, ut discipulus excusatus esse non possit qui discit et non facit.

7 Neque aliquis ex uobis, fratres dilectissimi, futurae persecutionis metu aut antichristi inminentis aduentu sic terreatur ut non euangelicis exhortationibus et praeceptis ac monitis caelestibus ad omnia inueniatur armatus. uenit antichristus, sed superuenit Christus. grassatur et saeuit inimicus, sed statim sequitur Dominus passiones nostras et uulnera uindicaturus. irascitur aduersarius et minatur, sed est qui possit de eius manibus liberare. ille metuendus est cuius iram nemo poterit euadere ipso praemonente et dicente: ne timueritis eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. magis

8 Io. 15, 18—20. 25 Matth. 10, 28.

1 hominibus christianis *R* prior passus sit *v* 2 nostris *om. B* nos *om. R* 3 pro nobis ille *B* passus e. u. n. f. dei *add. P m. 2 in marg.* 4 est *om. R* filios dei] filios *R* et *om. B* 7 grauia *V* mundi et *B* 8 inquit *om. V* 9 quoniam] quia *v* primo] priorem nobis *Rv* odit *P* 11 et *om. B* de] a *B* 12 sermonum quae *B* 13 suo *om. B* 16 discit] dicit *B*, quid scit *R* 18 aut *om. B* 19 non *om. B* ac monitis] emunitus *B* 20 sed *BPV*, *om. MR*, sed et *Qv* superuenit et *P*, *om. R* 21 christus *om. R* sed et *PQv* sequitur et *R* 24 potest *V*

autem metuite eum qui potest et corpus et animam occidere in gehennam. et iterum: qui amat animam suam, perdet illam, et qui odit animam suam in isto saeculo, in uitam aeternam conseruabit illam. et apocalypsis instruit et praemonet dicens: si quis adorat bestiam et imaginem eius et accipit notam in fronte sua et in manu, bibet et ipse de uino irae Dei mixto in poculo irae eius, et punietur igne et sulphure sub oculis sanctorum angelorum et sub oculis agni, et fumus de tormentis eorum in saecula saeculorum ascendet, nec habebunt requiem die ac nocte quicumque adorat bestiam et imaginem eius.

Ad agonem saecularem exercentur homines et parantur et 8
magnam gloriam conputant honoris sui, si illis spectante populo et imperatore praesente contigerit coronari. ecce agon sublimis et magnus et coronae caelestis praemio gloriosus, ut spectet nos certantes Deus et super eos quos filios facere dignatus est oculos suos pandens certaminis nostri spectaculo perfruatur. proeliantes nos et fidei congressione pugnantes spectat Deus, spectant angeli eius, spectat et Christus. quanta est gloriae dignitas, quanta felicitas praeside Deo congredi et Christo iudice coronari? armemur, fratres dilectissimi, uiribus totis et paremur ad agonem mente incorrupta, fide integra, uirtute deuota. ad aciem quae

2 Io. 12, 25. 5 Apoc. 14, 9—11.

1 metuite *om. B* et animam et corpus *R*, animam et corpus *Q* 2 gehenna *P* 3 illam] eam *B* 5 apocalypsi *B*, in apocalypsi *Rv* adorabit *R* 6 accipiet *B*, accipi**t *M*, accipit at *Q* nota *R* 7 sua et in manu *om. B* manu sua *M* (sua *om. Q*) 8 sulpure *MP*, sulpore *Q* 9 oculi sc̃i agni *B* 11 ascendet in saecula saeculorum *Pv* 12 adorant M^2Q^2Rv 13 exercentur] certentur *Q* parentur M^2 (parantur M^1Q) 14 conputent M^2 (conputant M^1Q) si *om. M (exh. Q)* illos *M* (illis *Q*), illic *B* expectante *R* 15 contegerit *B*, cum contigerit *M sed* cum *s. l.* (cum *om. Q*) agon] ac̃ *B* 16 et magnus *om. R* coronas *R* gloriosus praemio *P* 18 spandens *BQ*, expandens *coni. Baluzius* certamini *B* nostro *B*, nostris *R* spectaculo *om. B* 20 christus eius *Q; cf. pag. 614,7. 629,22* dignitas et *Rv* 21 praeside] praesente *v* 22 totis] fortis *B* 23 mente] integra *add. Q*

nobis indicitur Dei castra procedant. armentur integri, ne perdat integer quod nuper stetit. armentur et lapsi, ut et lapsus recipiat quod amisit. integros honor, lapsos dolor ad proelium prouocet. armari et parari nos beatus apostolus docet dicens: non est nobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus potestates et principes huius mundi et harum tenebrarum, aduersus spiritus nequitiae in caelestibus. propter quod induite tota arma, ut possitis resistere in die nequissimo, ut cum omnia perfeceritis stetis adcincti lumbos uestros in ueritate, induti loricam iustitiae et calciati pedes in praeparatione pacis euangelii, adsumentes scutum fidei, in quo possitis omnia ignita iacula nequissimi extinguere et galeam salutis et gladium spiritus, qui est sermo Dei.

9 Haec arma sumamus, his nos tutamentis spiritalibus et caelestibus muniamus, ut in die nequissimo resistere diaboli minis et repugnare possimus. induamus loricam iustitiae, ut contra inimici iacula munitum sit pectus et tutum. calciati sint euangelico magisterio et armati pedes, ut cum serpens calcari a nobis et obteri coeperit, mordere et subplantare non possit. portemus fortiter scutum fidei, quo protegente quidquid iaculatur inimicus possit extingui. accipiamus quoque ad tegumentum capitis galeam spiritalem, ut muniantur aures, ne audiant edicta feralia, muniantur oculi, ne uideant detestanda simulacra, muniatur frons, ut signum Dei incolume seruetur, muniatur os, ut Dominum suum Christum

4 Eph. 6, 12—17.

1 indigitur *R* dei *eras. in* *Q*, de *M* castris *M sed* is *in ras.* (castra *Q*) 4 praeparari *v* apostolus paulus *Q*, paulus apostolus *R* docet *om.* Q^1M, monet Q^2 *s. l.* 5 aduersus c. e. s. sed *om. B* 6 et harum] harum *P* 7 spiritum *B* 8 tuta Q^2 (tota MQ^1), *om. R* 10 ac cincti *P* 11 induite Q^1 (induti Q^2M), induentes *V* et *om. B* 12 euangelii pacis *v* 14 spiritus] christi *R* 16 sumamus] fratres dilectissimi *add. V* tutamentis] iuramentis *v* 18 lorica *B* 22 quod M^1 (quo M^2Q) 23 tegimentum *P* capitis] salutis *R* spiritalem] salutarem *v* 24 audient R^1 edicta ... uideant *om. B* 26 dni̅ *R* incolume ... suum *om. R* reseruetur *V* iesu christi *R*

uictrix lingua fateatur. armemus et dexteram gladio spiritali, ut sacrificia funesta fortiter respuat, ut eucharistiae memor quae Domini corpus accipit ipsum conplectatur, postmodum Domini sumptura praemium caelestium coronarum.

O dies ille qualis et quantus adueniet, fratres dilectissimi, cum **10** coeperit populum suum Dominus recensere et diuinae cognitionis examine singulorum merita recognoscere, mittere in gehennam nocentes et persecutores nostros flammae poenalis perpetuo ardore damnare, nobis uero mercedem fidei et deuotionis exsoluere. quae erit gloria et quanta laetitia admitti ut Deum uideas, honorari ut cum Christo Domino Deo tuo salutis ac lucis aeternae gaudium capias, Abraham et Isaac et Iacob et patriarchas omnes et apostolos et prophetas et martyras salutare, cum iustis et Dei amicis in regno caelorum datae inmortalitatis uoluptate gaudere, sumere illic quod nec oculus uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit. maiora enim nos accipere quam quod hic aut operamur aut patimur apostolus praedicat dicens: non sunt condignae passiones huius temporis ad superuenturam claritatem quae reuelabitur in nobis. cum reuelatio illa uenerit, cum claritas super nos Dei fulserit, tam beati erimus et laeti dignatione Domini honorati, quam rei remanebunt et miseri qui Dei desertores aut contra Deum rebelles uoluntatem fecerunt diaboli, ut eos necesse sit cum ipso simul inextinguibili igne torqueri.

Haec, fratres dilectissimi, haereant cordibus uestris. haec sit **11** armorum nostrorum praeparatio, haec diurna ac nocturna medita-

17 Rom. 8, 18.

2 ut e.] et e. *B* 3 accipit *BPQRV*, accepit *v* conplectamur *V* dn̄i *RQ*², dn̄s *Q*¹, *exp. M*, dn̄m *P*, a dn̄m *B*, a domino *v* 4 sumpta tunc ad *B* coronatur *B* 5 et *ex* est *M* (et *Q*) cum] cum qui *R* 7 gehenna *M* (gehennam *Q*) 9 dampnare *R*, flammare *v* 10 dn̄m *Q* 11 dn̄o et d̄o *V* saluti *B* 13 et prophetas et apostolos *Bv* martyres *BRv* 14 uoluntate *P* 15 oculos *B* 16 hic aut] hic *V* 18 passionis *BQ* 19 cum] dum *v* 20 fulserat *Q*¹ (fulserit *Q*²*M*) tam] iam *BPQ* 21 eritis *M*² (erimus *M*¹*Q*) 22 deum] christum *V* 23 fecerint *B* 24 inextinguibilis *M* (inextinguibili *Q*) igni *R* 25 nostris *Vv* 26 diuturna *BPQ*

tio, ante oculos habere et cogitatione semper ac sensibus uoluere iniquorum supplicia et praemia ac merita iustorum, quid negantibus Dominus comminetur ad poenam, quid contra confitentibus promittat ad gloriam. si haec cogitantibus ac meditantibus nobis superuenerit persecutionis dies, miles Christi praeceptis eius et monitis eruditus non expauescit ad pugnam, sed paratus est ad coronam. opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere.

EPISTVLA LVIIII.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI S.

1 Legi litteras tuas, frater carissime, quas per Saturum fratrem nostrum acoluthum misisti et dilectionis fraternae et ecclesiasticae disciplinae et sacerdotalis censurae satis plenas, quibus significasti a te Felicissimum hostem Christi non nouum, sed iam pridem ob crimina sua plurima et grauissima abstentum et non tantum mea sed et plurimorum coepiscoporum sententia condemnatum reiectum a te illic esse, et cum uenisset stipatus caterua et factione desperatorum, uigore pleno quo episcopos agere oportet pulsum de ecclesia esse, de qua iam pridem cum sui similibus Dei maiestate et Christi Domini et iudicis nostri seueritate depulsus est, ne schismatis et discidii auctor, ne pecuniae com-

1 cogitationibus *R* ac] hac *Q* 2 ac merita *om. B* 4 ac meditantibus *BR* 7 opto . . . ualere *om. R.* — Ad (Caecilii Cypriani ad *B*) Thibaritanos (tibaritanos *Q*) explicit *BQR*, Explicit ad Thibarithanos exhortatoria *P.* —

Epist. LVIIII. — Incipit ad Cornelium (eundem *P*) de quinque presbyteris et Fortunato pseudoepiscopo *LP*, Incipit eiusdem tertia *Q*, Incipit ad eundem (·II· *add. R*) *CR.* — 10 frs kmi *R*, frater *C* satyrum *P* 11 acolytum *Q*, acolitum *C* *alterum* et *om.* *C*[1] 12 et *om. Q* 13 te *om. CRv*, ste *eras in Q* (te *exh. M*) 14 abstentum] ostensum *Q*, distentum *C sed* di *in ras.* et *om. CR* 15 meas *L* et *om. C in ras.* 16 a te] a ** *C*, te *Q* caterua et] acerua *ex* acderua et *C* 17 quo] quod *LP*, co *Q* episcopum *Rv*, epo *CQ*[2] (epos *MQ*[1]) 18 pulsum] prohibitum *V* cum] eum cum *Q* suis *CLPQ* 19 dei] ei *R* et christi] christi *Q* dom *L* 20 ne] et ne *L* discidiis *R* *post* commissae *eras.* erant *in L*

missae sibi fraudator, ne stuprator uirginum, ne matrimoniorum multorum depopulator adque corruptor ultra adhuc sponsam Christi incorruptam sanctam pudicam praesentiae suae dedecore et inpudica adque incesta contagione uiolaret.

2 Sed enim lecta alia epistula, frater, quam primis litteris subiunxisti, satis miratus sum, cum animaduertissem te minis ac terroribus eorum qui uenerant aliquantum esse commotum, cum te secundum quod scripsisti adgressi essent, cum summa desperatione comminantes quod si litteras quas adtulerant non accepisses, publice eas recitarent, et multa turpia ac probrosa et ore suo digna proferrent. quod si ita res est, frater carissime, ut nequissimorum timeatur audacia et quod mali iure adque aequitate non possunt temeritate ac desperatione perficiant, actum est de episcopatus uigore et de ecclesiae gubernandae sublimi ac diuina potestate, nec christiani ultra aut durare aut esse iam possumus, si ad hoc uentum est ut perditorum minas adque insidias pertimescamus. nam et gentiles et Iudaei minantur et haeretici adque omnes quorum pectora et mentes diabolus obsedit uenenatam rabiem suam cotidie furiosa uoce testantur. non tamen idcirco cedendum est quia minantur, aut inde aduersarius et inimicus maior est Christo quia tantum sibi uindicat et adsumit in saeculo. manere apud nos debet, frater carissime, fidei robur inmobile et stabilis adque inconcussa uirtus contra omnes incursus adque impetus oblatrantium fluctuum uelut petrae obiacentis fortitudine et mole debet obsistere. nec interest unde episcopo aut terror aut periculum ueniat, qui terroribus et periculis uiuit obnoxius et tamen fit de ipsis terroribus ac periculis gloriosus. neque enim

1 stupator P^1Q, strupator *R* 2 ultro *ex* ultrae *R* 4 ingesta C^1, intesta *Q* 5 epistula tua *CQ*, tua epistola *Rv* 6 ac] atque *v* 9 si *om.* *Q* 10 et ore] ore *P* 11 proferent *R*, proferunt *Q* carissime *om.* *CR* 12 nequissimemorum L^1 timeat una *R* male *C* 13 possint *C* proficiunt *P* aptum *M* (actum *Q*) 14 et *om.* *C* diuinae *Q* 15 nec *R* c *in ras.*, ne *C* christi *CR* ultra *om.* *V* aut durare] ut durare *Q* 16 perditorem C^1 pertemescamus *Q* 17 et haeretici] heretici *Q* 19 sua *C* f*uosa *C* uoce *supr. ras.* *C* 20 inde] ideo CRQ^2v (inde MQ^1) 21 maiores Q^1 (maior est MQ^2) isto saeculo *P* 22 frs kmi R^1, frater *C* 24 fructuum *R* 25 aut error *P* 26 periliculum L^1 ueniant *Q* uiuit ... ipsis *om.* *C* 27 fit de] fidei *P* ac] et *L* gloriosus est *C*

solas gentilium uel Iudaeorum minas cogitare et spectare debemus, cum uideamus ipsum Dominum a fratribus esse detentum et ab eo quem inter apostolos ipse delegerat proditum, inter initia quoque mundi Abel iustum non nisi frater occiderit et Iacob fugientem persecutus sit frater infestus et Ioseph puer uenierit uendentibus fratribus, in euangelio etiam legamus esse praedictum magis domesticos inimicos futuros et qui prius copulati sacramento unanimitatis fuerint ipsos inuicem tradituros. nihil interest quis tradat aut saeuiat, cum Deus tradi permittit et coronari. neque nobis ignominia est pati a fratribus quod passus est Christus nec illis gloria est facere quod fecerit Iudas. quae autem sui elatio est, quae comminantium tumens et inflata et uana iactatio, illic absenti minari, cum hic me habeant in potestate praesentem? conuicia eorum quibus se et uitam suam cotidie lacerant non timemus, fustes et lapides et gladios quos uerbis parricidalibus iactitant non perhorrescimus. quod in illis est, homicidae sunt apud Deum tales. necare tamen non possunt, nisi eis Dominus necare permiserit. et cum nobis semel moriendum sit, illi tamen odio et uerbis et delictis suis cotidie perimunt.

3 Sed non idcirco, frater carissime, reliquenda est ecclesiastica disciplina aut sacerdotalis soluenda censura quoniam conuiciis infestamur aut terroribus quatimur, quando occurat [et moneat scriptura diuina] dicens: i l l e u e r o q u i p r a e s u m i t e t c o n-

24 Hab. 2, 5.

1 gentium *LP* 2 dominum nostrum *LP* detentum *P sed* u *corr.*, desertum *coni. Baluzius* 3 quem *ex* qui *C* diligerat *PR*^{1} 4 fratr* *C* et *om. M (exh. Q)* 5 sit] esset *sup.* iussit *C* infestus *om. C* puer uenerit *C*^{1}, puer uen*erit *R*, peruenierit *LQ*, peruenerit *M*, uenumdatus sit *P*, Aegyptum peruenerit *cod. Angl.* 6 a fratrib. *P* legimus *Q* predicatum *C* 9 tradi] tradit *V* permittit et *LPMQ*^{1}*V*, permittat et *CRQ*^{2}, permittat quos disponit *v* 10 cororari *CRQ*^{2}*V*, coronare *MQ*^{1}, coronat *P*, cornonam *L* neque enim *v*, neque in *C* pati a] patientia *Q* 11 fecit *PV* 12 tumens et *om. C* 13 habeat *C* 14 praesentium *Q* conuicieorum *Q* e *in ras.* (conuicia eorum *M*) 16 iactant *C* perhorroscimus *Q* 17 negare *CQ item loco proximo* 18 nisi eis] eis cum *C sed* cum *s. l.* 19 tamen et *v* 20 peremunt *C*^{1}*QR* 21 frs̃ kmĩ *R*, frater *C* 23 terroribus *R*^{1}, erroribus *P*^{1} et moneat scriptura diuina *om. LMPQ*^{1}

tumax est, uir sui iactans, nihil omnino proficiet, qui dilatauit tamquam inferi animam suam. et iterum: et uerba uiri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius in stercora erit et in uermes. hodie extolletur et cras non inuenietur: quoniam conuersus est in terram suam, et cogitatio eius peribit. et iterum: uidi impium exaltatum et extolli super cedros Libani: et transiui, et ecce non fuit. et quaesiui eum, et non est inuentus locus eius. exaltatio et inflatio et adrogans ac superba iactatio non de Christi magisterio, qui humilitatem docet, sed de antichristi spiritu nascitur, cui exprobrat per prophetam Dominus et dicit: tu autem dixisti in animo tuo: in caelum ascendam, super stellas Dei ponam sedem meam, sedebo in monte alto super montes altos in aquilonem, ascendam super nubes, ero similis altissimo. et addidit dicens: tu uero ad inferos descendes in fundamenta terrae: et qui uidebunt te, mirabuntur super te. unde et parem talibus poenam scriptura diuina loco alio comminatur et dicit: dies enim Domini Sabaoth super omnem iniuriosum et superbum et super omnem elatum et excelsum. de ore itaque ac de uerbis suis unusquisque statim proditur, et utrum Christum in corde suo an uero antichristum habeat, loquendo detegitur, secundum quod Dominus in euangelio suo

3 I Macc. 2, 62. 63. 6 Ps. 36, 35. 36. 12 Es. 14, 13—16. 20 Es. 2, 12.

1 perficiet *LPQ* 2 dilatabit *Q* inferi C^1*LQRV*, inferus *P*, infernum C^2, infernus *v* 3 a uerbis *CR*, a uerba *M*, * uerba *Q* timueris *C* 4 in *corr. in* ut *C* stercore *PQ*, statera *L* in *corr. in* ut *C* uermis *C* extollitur C^2*Rv* 8 transibi *LQ* 10 superbi iactatio C^1, superiactatio *Q* 11 de *R s. l.* spiritu *om. R in ras. 2 litt.* qui Q^1 (cui MQ^2) exprobat *Q*, exprobrant C^1 12 deus et *R*, dn̄s *Q* dicens M^2 (dicit M^1 *Q*) 13 in animo tuo dicis *C sed* dicis *s. l.* 14 super] in *Q* 15 aquilonem] aquineam *R* 17 descendens *P*, discendis *C* 18 te uidebunt *CR*, uiderunt te *V* parem talibus *C*, parentalibus *P* 19 et scriptura *C* loco alio *C* 20 iniuriosum ... omnem *om. C* 21 omne *R* 23 utrum] aut *Q* 24 quod *om. C* euangelium *C* suum *corr. in* ubi *C*

dicit: progenies uiperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis nequam? de abundantia enim cordis os emittit. bonus homo de bono thesauro emittit bona et nequam homo de nequam thesauro emittit nequam. unde et diues ille peccator, qui de Lazaro in sinu Abraham posito adque in refrigerio constituto inplorat auxilium, cum in tormentis cruciabundus flammae cremantis ardoribus aduratur, inter omnes corporis partes magis os eius et lingua poenas dat, quia plus scilicet lingua sua et ore peccauerat.

4 Nam cum scriptum sit: neque maledici regnum Dei consequentur, et iterum Dominus in euangelio suo dicat: qui dixerit fratri suo fatue et qui dixerit racha, reus erit in gehenna ignis, quomodo possunt censuram Domini ultoris euadere qui talia ingerunt non solum fratribus sed et sacerdotibus quibus honor tantus de Dei dignatione conceditur, ut quisque sacerdoti eius et ad tempus hic iudicanti non obtemperaret statim necaretur? in Deuteronomio loquitur Dominus Deus dicens: et homo quicumque fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem aut iudicem, quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, et omnis populus cum audierit timebit et non agent impie etiam nunc. item ad Samuelem cum a Iudaeis sperneretur, Deus dicit: non te spreuerunt sed

1 Matth. 12, 34. 35. 11 I Cor. 6, 10. 13 Matth. 5, 22. 19 Deut. 17, 12. 13. 24 I. Sam. 8, 7.

1 boniloqui *C*[1] 3 os *om. Q* mittit *C* bonus] bonum et bonus *L* thensauro *PQ* emittit] emit *C* 4 homo de nequam *om. R* thensauro *PQ* emittit] emit *C* 5 de *corr. in* a *C, exp. Q*[2] *(exh. M)* eleazaro *LP*[1], l*azaro *R* 6 abrahae *CPRv* inplorans *Q* 7 arboribus *L* 8 adoratur *C*[1], adurebatur *P* omnis *Q*, homines *C* 9 lingua . . . scilicet *om. LP* poenas *C s. l.* plus] pius *R* in lingua *CR* peccauerit *Q*, quod peccauerat *P* 13 et *om. Q* 14 in gehennam *P*, gehenne *C* 15 dĩ *ex* dõ *C* patribus *M* (fratribus *Q*) 17 quisquis *v* 18 negaretur *CQ* 19 dns̃ ds̃ loquitur *Q*, loquitur ds̃ *CR* 20 superbiam *Q* 23 agent non *C* impietatem. Nunc item *C*

me spreuerunt. et Dominus quoque in euangelio: qui audit uos me audit et eum qui me misit, et qui reicit uos me reicit et eum qui me misit. et cum leprosum emundasset, uade, inquit, et demonstra te sacerdoti. et cum postea tempore passionis alapam accepisset a seruo sacerdotis cumque ei dixisset: sic respondes pontifici, aduersus pontificem Dominus contumeliose nihil dixit nec quicquam de sacerdotis honore detraxit, sed innocentiam suam magis adserens et ostendens, si male, inquit, locutus sum, exprobra de malo: si autem bene, quid me caedis? item in actis apostolorum postmodum beatus apostolus Paulus, cum ei dictum esset: sic insilis in sacerdotem Dei maledicendo, quamuis Domino iam crucifixo sacrilegi et impii et cruenti illi esse coepissent nec iam quicquam de sacerdotali honore et auctoritate retinerent, tamen ipsum quamuis inane nomen et umbram quandam sacerdotis cogitans Paulus, nesciebam fratres, inquit, quia pontifex est. scriptum est enim: principi tuae plebis non maledices.

Cum haec tanta ac talia multa exempla praecedant qui- 5
bus sacerdotalis auctoritas et potestas de diuina dignatione firmatur, quales putas esse eos qui sacerdotum hostes et contra ecclesiam catholicam rebelles nec praemonentis Domini comminatione nec futuri iudicii ultione terrentur? neque enim aliunde

1 Luc. 10, 16. 4 Matth. 8, 4. 9 Io. 18, 22. 23. 16 Act. 23, 4. 5.

1 spreuerunt *om. CR* 2 uos] inquid uos *CPQR*, uos inquit *v* audit] *add. Q m. 2:* et qui me audit audit eum qui *(om. M)* et eum qui me misit *om.* P^1 et qui reicit . . . misit *om. C* 3 cum] qui me reicit reicit eum Q^2v (eum *M*) 4 monstra *CR*, ostende *V* 5 seruos *P* 6 respondis C^1P 7 nil *R* 8 adherens *ex* adrerens *R* 9 exproba *Q* 10 autem *ex* cum *C* 11 actibus *v* postmodum *om. V* 12 insilis] incilas *codex Nicol. Fabri* 13 quamuis] quō *C sed* o *in ras.* dm̄ *L* 14 crucienti *P* coepisset *R* honori *R* 16 quandam *ex* quando *C* 17 inquit fratres *v* 18 principi plebis tuae] principem populi tui *Qv* 19 multa *LP*, et multa *Q*, et multa alia *CRv* 22 dnm̄ C^1 23 futura *C* iudiciis L^1 sultione L^1, ultionem *Q*

haereses obortae sunt aut nata sunt schismata *quam* quando sacerdoti Dei non obtemperatur nec unus in ecclesia ad tempus sacerdos et ad tempus iudex uice Christi cogitatur: cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas uniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegium quicquam moueret, nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum, iudicem se non iam episcopis sed Deo faceret, nemo discidio unitatis Christi ecclesiam scinderet, nemo sibi placens ac tumens seorsum foris haeresim nouam conderet: nisi si ita est aliquis sacrilegae temeritatis ac perditae mentis ut putet sine Dei iudicio fieri sacerdotem, cum Dominus in euangelio suo dicat: nonne duo passeres asse ueneunt et neuter eorum cadit in terram sine patris uoluntate? cum ille nec minima fieri sine uoluntate Dei dicat, existimat aliquis summa et magna aut non sciente aut non permittente Deo in ecclesia Dei fieri, et sacerdotes id est dispensatores eius erunt non de eius sententia ordinati? hoc est fidem non habere qua uiuimus, hoc est Deo honorem non dare cuius nutu et arbitrio regi et gubernari omnia scimus et credimus. plane episcopi non de uoluntate Dei fiunt, sed qui extra ecclesiam fiunt, sed qui contra dispositionem et traditionem euangelii fiunt, sicut ipse Dominus in duodecim prophetis ponit et dicit: sibimet ipsi regem constituerunt, et non per me. et iterum: sacrificia

12 Matth. 10, 29. 22 Os. 8, 4. 23 Os. 9, 4.

1 heresis *LQR* quam quando *scripsi*, quando *LPQ*, quam dum *CR*, quam inde quod *v* 3 uice] ut *R* t *in ras.* si] se *PR* 4 obtemperare *Q*, optemperet *P* 5 sacerdotem *P* quenquam *C* molieret *Q* lie *in ras.* (moueret *M*) 6 populi] pauli *L* episcoporum *C* 7 se non iam] sed non iam *P*, seniori iam *C*, se iam non *v* epis *LM*, epi* *Q*, epo *C*, epi *PRv* sed] et *M*, ed *Q* dei *CRQ*[2]*v* (deo *MQ*[1]) facere *C* 9 ac *om. R* heresin *R* n *in ras.* conderet] contenderet *P* si *om. PQ* 10 perdita *R* putes *R* 11 deus *R* 12 asse *ex* ad se *C* ueniunt *C*[1]*QR* 13 cadet *CR* patris uestri *Rv* illa *C* 14 summe magna *C* 15 aut n. sciente *om. C* 16 eius erunt *Q*[2], et erunt *LM*, ** erunt *Q*, erunt *P*, eius *CR* 17 ordinari *CRv* 18 regi] geri *P* 20 *alt.* qui *om. C*[1] 21 dispositionem] dispensationem *C* et traditionem *om. CR* et ipse *C* 22 ipsis *C*[2]*v*

eorum tamquam panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur. et per Esaiam quoque spiritus sanctus clamat ac dicit: uae uobis, filii desertores. haec dicit Dominus: habuistis consilium, non per me: et fecistis conuentionem, non per spiritum meum, adicere peccata super peccata.

Ceterum — dico enim prouocatus, dico dolens, dico conpulsus — **6**
quando episcopus in locum defuncti substituitur, quando populi uniuersi suffragio in pace deligitur, quando Dei auxilio in persecutione protegitur, collegis omnibus fideliter iunctus, plebi suae in episcopatu quadriennio iam probatus, in quiete seruiens disciplinae, in tempestate proscriptus, adplicito et adiuncto episcopatus sui nomine, totiens ad leonem petitus, in circo in amphitheatro dominicae dignationis testimonio honoratus, his ipsis etiam diebus quibus has ad te litteras feci ob sacrificia quae edicto proposito celebrare populus iubebatur clamore popularium ad leonem denuo postulatus in circo: cum talis, frater carissime, a quibusdam desperatis et perditis et extra ecclesiam constitutis inpugnari uidetur, apparet quis inpugnet, non scilicet Christus qui sacerdotes aut constituit aut protegit, sed ille qui Christo aduersarius et ecclesiae eius inimicus ad hoc ecclesiae praepositum

3 Es. 30, 1.

1 qui] quia *R* 2 ea *corr. in* ex eis *C* eseiam *Q* 3 ac] et *CQR* fili *LQR* 4 consilium et *v* per] super *C* 5 conuentionem et *v* non *om.* *L*¹*PQR* 6 adiecere *P* 7 dico dico *CR* enim *om.* *V* 9 in *om.* *C* diligitur *LQ*, delegitur *R* quando dei auxilio *om.* *V* 10 iunctos *LQ* 11 suae] tue *C* episcopatum *Q* in *om.* *P* seruies *R* 12 adiunctio *M* (adiuncto *Q*) 13 lenonem *L*, legionem *M* (leonem *Q*) in circo] idcirco *C* 14 ampitheatro *Q*, ampheatro *R* honoratus] odoratus *C* 15 has *om.* *Q* te *om.* *P* quaedicto *CP* 17 ad leone *C*, ad lenonem *L* talibus fratribus *ex* talis fratres *C* carissime a *om.* *C* 18 disperatis et *Q*, dñs desperatis *C* et extra] extra *L* constitutus *Q* (constitutis *M*), constitutis*aut protegit *C* 19 inpugnare *C* impugnat *C* christi *L* 20 sacerdotem *R* aut protegit *C s. l. m. 2* christi *CQRv* 21 ad] ob *CQR* propositum *P*¹*Q*

sua infestatione persequitur, ut gubernatore sublato atrocius adque uiolentius circa ecclesiae naufragia grassetur.

7 Nec quemquam fidelem et euangelii memorem adque apostoli praemonentis mandata retinentem mouere debet, frater carissime, si quidam in extremis temporibus superbi et contumaces et sacerdotum Dei hostes aut de ecclesia recedunt aut contra ecclesiam faciunt, quando tales nunc futuros et Dominus et apostoli eius ante praedixerint. nec praepositum seruum deseri a quibusdam miretur aliquis, quando ipsum Dominum magnalia et mirabilia summa facientem et uirtutes Dei patris factorum suorum testimonio conprobantem discipuli sui reliquerint. et tamen ille non increpuit recedentes aut grauiter comminatus est, sed magis conuersus ad apostolos suos dixit: n u m q u i d e t u o s u u l t i s i r e ? seruans scilicet legem qua homo libertati suae relictus et in arbitrio proprio constitutus sibimet ipse uel mortem adpetit uel salutem. Petrus tamen super quem aedificata ab eodem Domino fuerat ecclesia unus pro omnibus loquens et ecclesiae uoce respondens ait: D o m i n e , a d q u e m i m u s ? u e r b u m u i t a e a e t e r n a e h a b e s , e t n o s c r e d i m u s e t c o g n o u i m u s q u o n i a m t u e s C h r i s t u s f i l i u s D e i u i u i , significans scilicet et ostendens eos qui a Christo recesserint culpa sua perire, ecclesiam tamen quae in Christum credat et quae semel id quod cognouerit teneat, numquam ab eo omnino discedere et eos esse ecclesiam qui in domo Dei permanent, plantationem uero plantatam a Deo patre non esse quos uidemus non frumenti

13 et 18 Io. 6, 67—69.

1 suam festatione *M* (sua infestatione *Q*) 2 adque] ac *CR* crassetur *L* 3 memorata *C* ta *s. l.* 4 carissime *om. C* 5 in *om. R* et *om. CR* 7 nunc *om. V* 8 propositum *C* deserti L^1 9 miretur] miseretur *C* dnõ Q^1 (dnm̃ MQ^2) admirabilia *LP* 11 reliquerunt *C*, dereliquerint *V* 12 recidentes *Q*, et secedentes C^1 14 libertatis Q^1, libertatus *C* us *ex* is sua R^1, et *ex* ue *C* 15 ipsi C^2L^1 adpetat *CR* 17 unius C^1 18 uoce] unus uoce *R* ibimus *CRv* uerba *C* 19 credidimus C^2R 20 christus *om. PQ* 21 eos] hos *C* recesserunt *Q*, recenserint C^1 culpae suae *C* 22 ecclesia *R* et quae] et quod *CR* 23 cognouerit teneat] crediderit et *C* omnino habeo *C* 24 in ecclesiam *C* permaneant *C* 25 patrem *P* quos] quod *CR* uidimus *C*

stabilitate solidari, sed tamquam paleas dissipantis inimici spiritu uentilari, de quibus et Iohannes in epistula sua dicit: ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis, si enim fuissent ex nobis, mansissent nobiscum. item Paulus monet nos cum mali de ecclesia pereunt non moueri nec recedentibus perfidis fidem minui. quid enim, inquit, si exciderunt a fide quidam eorum, numquid infidelitas illorum fidem Dei euacuauit? absit: est enim Deus uerax, omnis autem homo mendax.

Quod ad nos adtinet, conscientiae nostrae conuenit, frater, dare 8
operam ne quis culpa nostra de ecclesia pereat: si autem quis ultro et crimine suo perierit et paenitentiam agere adque ad ecclesiam redire noluerit, nos die iudicii inculpatos futuros qui consulimus sanitati, illos solos in poenis remansuros qui noluerint consilii nostri salubritate sanari. nec mouere nos debent conuicia perditorum quo minus a uia recta et a certa regula non recedamus, quando et apostolus instruat dicens: si hominibus placerem, Christi seruus non essem. interest utrum quis homines promereri an Deum cupiat. si hominibus placetur, Dominus offenditur. si uero id enitimur et elaboramus ut possimus Deo placere, et conuicia et maledicta debemus humana contemnere.

2 I Io. 2, 19. 6 Rom. 3, 3. 4. 17 Gal. 1, 10.

1 solidari] solidam *C* 3 exierit *C*[1] fuerit *C*[1] 4 mansisset *R*, mansissent utique *Qv* 5 mouere *Q* 6 minui] minus teneri *C* si *om. P* 7 eorum] illorum *CR* 8 euacuabit *P*, euacuit *C* 9 autem *om. Q* 10 ad *om. C* et conscientiae *CR* frater kme *Qv* 11 opera *Q* 13 in die *CPRv* 14 sanitate *QR* 15 consiliis nostris *M* (consilii nostri *Q*) moueri *C* 16 a certa] certa *C*, cetera *R* 17 instruit *C* placere uellem *V* 18 non essem] n̄ essem *on po*is *Q* n̄ *s. l. m. 2,* essem non potis *M* 19 hominem *C* promerere *ex* promoue *Q*, promouere *M* cupiant *P* placeat *C* dm̄ *LM* (dn̄s *Q*), dnm̄ *C* 20 offendit *C* si uero *om. L* id enitimur *LR*, idem imitemur *Q*, enitimur *P sed* ti *s. l.*, id est nitimur *C* et laboramus *CR*, elaboramus *Q* (et elaboramus *M*) 21 debemus *om. CR* contemnamus *ex* contemnere *C*

9 Quod autem tibi de Fortunato isto pseudoepiscopo a paucis et inueteratis haereticis constituto non statim scripsi, frater carissime, non ea res erat quae in notitiam tuam deberet festinato statim quasi magna aut metuenda perferri, maxime quando et Fortunati nomen iam satis nosses, qui est unus ex quinque presbyteris iam pridem de ecclesia profugis et sententia coepiscoporum nostrorum multorum et grauissimorum uirorum nuper abstentis qui super hac re priore anno ad te litteras fecerunt. item Felicissimum signiferum seditionis recognosceres, qui et ipse in isdem coepiscoporum nostrorum factis ad te pridem litteris continetur: qui non tantum ab his istic abstentus, sed et abs te illic nuper de ecclesia pulsus est. cum haec in notitia tua esse confiderem et pro certo haerere memoriae et disciplinae tuae scirem, necessarium non putaui celeriter et urgenter haereticorum tibi ineptias nuntiandas. neque enim ad catholicae ecclesiae maiestatem pariter ac dignitatem pertinere debet quid apud se haereticorum et schismaticorum moliatur audacia. nam et pars Nouatiani Maximum presbyterum nuper ad nos a Nouatiano legatum missum adque a nostra communicatione reiectum nunc istic sibi fecisse pseudoepiscopum dicitur. nec tamen de hoc tibi scripseram, quando haec omnia contemnantur a nobis et miserim tibi proxime nomina episcoporum istic constitutorum qui integri et sani in ecclesia catholica fratribus praesunt. quod utique ideo de omnium nostrorum consilio placuit tibi scribere ut erroris diluendi ac

1 isto] ipso *C* pseudoepm̃ *Q* a *om. Q* 2 frater *P* er *corr.* carissime *om. R* 3 ea res erat quae] cauere atq. *C* notiam *L* debes *C* 4 perferri] ferri *R* 5 nosse *CQ* 6 profugus et *C*, profugisset *L* episcoporum *C* 7 et *om. CR* nuper] *add. R:* ad nos a nouatiano legatum missum abstentus C^2, abstenti *L*, absentis *Q*, absenti *P* 8 hac] ac *R* fecerint *LPQ* 9 felicissimi *C* sedintionis secognosceres *R* 10 quo episcoporum *P* 11 iis *v* iste *ex* isti *C* abstentur C^1 12 notia *Q* confidere *CLQ* 13 scire *M* (scirem *Q*) 15 ad catholicae et *C*, acatholice *Q* 16 ac] ad *R* quid hapud *P*, quia aput *LC* 17 et *om. Q;* et schismaticorum *om. R* pars] parem *RV*, patrem *C* nouitiani *P*, nouatiano *ex* nouationi *C* 19 adque ad L^1, adque *Q* nostri *L* communione Q^1 (communicationem *M*) sibi *ex* si *L* 20 pseudoepõ *C*, seudoẽporum *Q* 21 et miseram *P* t *s. l. m. 2* proxima *P* 22 nomina proxime *C* 24 nostrum *R* tibi placuit *Qv* scribere . . . *pag. 677,2* nostrae quibus *add. L m. 2 in marg.* erroribus Q^1 (erroris MQ^2)

perspiciendae ueritatis conpendium fieret et scires tu et collegae nostri quibus scribere et litteras mutuo a quibus uos accipere oporteret: si quis autem praeter hos quos epistula nostra conplexi sumus scribere uobis auderet, sciretis eum uel sacrificio uel libello esse maculatum uel unum de haereticis, peruersum scilicet et profanum. nanctus tamen occasionem familiarissimi hominis et clerici per Felicianum acoluthum, quem cum Perseo collega nostro miseras, inter cetera quae in notitiam tuam perferenda hinc fuerant etiam de Fortunato isto tibi scripsi. sed dum istic Felicianus frater noster uel uento retardatur uel accipiendis aliis epistulis a nobis detinetur, Felicissimo ad uos properante praeuentus est. ita enim semper scelera festinant quasi contra innocentiam festinatione praeualeant.

Per Felicianum autem significaui tibi, frater, uenisse Chartha- **10**
ginem Priuatum ueterem haereticum in Lambesitana colonia ante multos fere annos ob multa et grauia delicta nonaginta episcoporum sententia condemnatum, antecessorum etiam nostrorum, quod et uestram conscientiam non latet, Fabiani et Donati litteris seuerissime notatum: qui cum causam suam apud nos in concilio quod habuimus Idibus Mais quae proximae fuerunt agere uelle se diceret nec admissus esset, Fortunatum istum sibi pseudoepiscopum dignum collegio suo fecit. uenerat etiam cum illo et Felix quidam quem ipse extra ecclesiam in haeresi pseudo-

1 perspiciendi *C*   scire *R*   2 scriberet (et *om. C*)   a] et a *C sed* a *s. l.*   uos *om. C*   3 in epistola *CR*   4 scribere] *add. R:* et litteras mutuo a quibus accipere   6 nactus *Lv*, sanctus *C*   occansionem *Q*   familiaris si *Q*   omnis M^1 (hominis *Q*)   et *om. L*   7 clericis et *Q*   acholitum *CM*, acolythum *PQRv*   persa eo a *LP*, perse C^1M, perseo C^2Q 8 nostra *C*   ceteras *R* s *s. l.*   pergerenda C^1 9 fuerint *R*   ista C^2 istic] iste *CRV*   10 felicianum *R*   retardatus *L*   11 prouentus C^2 12 quamsi *L*   13 festinationem *Q*   14 autem *om. CR*   significauit *C*   carthagine *P*   15 in] cum in *CR*   labesitana *R*   16 anus *M* (annos *Q*)   multa et *om. LP*   17 condemnata *P*   18 uestra conscientia *C*   fauiani *V*   19 notantum *C*   cum *om. C*   20 ma*is *Q*, madis *M*, magis *C*, martiis *V*   proxime *CLPQR*   21 se uelle *CR*   fortunatus *V*   23 quidam *om. CR*   quem] cum *R*   ipse] ille *C*   haeresin *L*, heresim MQ^1P, erere *C*   seudoepiscoporum *CQ*

episcopum olim constituerat. sed et Iouinus et Maximus comites cum Priuato haeretico adfuerunt, ob nefanda sacrificia et crimina in se probata sententia nouem collegarum nostrorum condemnati et iterato quoque a pluribus nobis anno priore in concilio abstenti. cum his autem quattuor iunctus est et Repostus Sutunurcensis, qui non tantum in persecutione ipse cecidit, sed et maximam partem plebis suae sacrilega persuasione deiecit. hi quinque cum paucis uel sacrificatis uel male sibi consciis Fortunatum sibi pseudoepiscopum cooptarunt, ut criminibus in unum consentientibus talis esset scilicet rector quales illi qui reguntur.

11 Hinc iam et cetera mendacia, frater carissime, potes noscere quae illic homines desperati et perditi uentilauerunt, ut cum de sacrificatis uel haereticis amplius quam quinque pseudoepiscopi non fuerint qui Carthaginem uenerint et Fortunatum sibi dementiae suae socium constituerint, illi tamen qua filii diaboli et mendacio pleni ausi sint ut scribis iactitare uiginti quinque episcopos adfuisse. quod mendacium et istic prius apud fratres nostros iactitabant dicentes uiginti quinque episcopos de Numidia esse uenturos qui sibi episcopum facerent. quo in mendacio suo posteaquam quinque solis conuenientibus naufragis et a nobis abstentis detecti sunt adque confusi, Romam cum mendaciorum suorum merce nauigauerunt, quasi ueritas post eos nauigare non

1 maximosus *LMP*, maximo**s (u *supra*) *Q*, maximos suos *R*   2 priuato *CLPR*, probatio *Q*, priuato probato *Baluzius; cf. pag. 575,18*   affuerant *C*   3 sententiam *Q*   nouem] episcoporum *add. v*   4 in concilio anno priore *CR*   absenti *LQ*   5 iis L^1M (his *Q*)   repositus *C*   suturnucensis *R*, quoturnicensis *C*, sutun*urcensis *Q* (utunurcensis *M*)   6 cedit *C*   7 persuasione *CR*, persecutione *LPQ*   hii *C*, his *LP*   8 sacrificantes *C*   conscii C^2Q 9 cooptauerunt *CR*   conscientibus Q^1 (consentientibus MQ^2), conuenientibus *CRv*   11 iam et] etiam *C*   kmi͠ C^1 *** noscere *Q*, nos noscere *M*, cognoscere *CR*   13 sacrificatis] *add. R:* ut male sibi consciis fortunatum sibi pseudo   uel] uel de *CRv*   14 fuerunt C^1 carthagine *P*   15 illa *R*   qua L^1PQRV, quasi CL^2v fili *LQ*   16 sunt *CRv*   ut scribis] scriptis *P*, dixit *R*, dixi *C*   17 adfuisse ... *l. 18* episcopos *add. P. m. 2 in marg.*   quod] quo *L*   stic C^1, isti *Q* (istic *M*)   18 uiginti et *C*   19 quo *corr. in* qui *C*   20 naufragiis *R*   et *om. C*   21 absentis *PQ*   detecti] detenti *L*   22 eos] ea *CR*

posset, quae mendaces linguas rei certae probatione conuinceret. adque haec est, frater, uera dementia non cogitare nec scire quod mendacia non diu fallant, noctem tamdiu esse quamdiu inlucescat dies, clarificato autem die et sole oborto luci tenebras et caliginem cedere et quae grassabantur per noctem latrocinia cessare. denique si nomina ab eis quaereres, non haberent uel quos falso nominarent. tanta apud eos etiam malorum paenuria est ut ad illos nec de sacrificatis nec de haereticis uiginti quinque colligi possint. et tamen ad decipiendas aures simplicum et absentium mendacio numerus inflatur, quasi etsi uerus esset hic numerus, aut ab haereticis ecclesia aut ab iniustis iustitia uincatur.

Nec me oportet, frater carissime, paria nunc cum illis facere **12**
et ea quae commiserunt adque adhuc usque committunt meo sermone decurrere, cum considerandum sit nobis quid proferre et scribere sacerdotes Dei oporteat, nec tam dolor apud nos debeat quam pudor loqui, et ne uidear prouocatus maledicta potius quam crimina et peccata congerere. taceo itaque de fraudibus ecclesiae factis, coniurationes et adulteria et uaria delictorum genera praetereo: unum illud, in quo non mea nec hominum sed Dei causa est, de eorum facinore non puto esse reticendum, quod a primo statim persecutionis die, cum recentia delinquentium facinora feruerent et sacrificiis nefandis non tantum diaboli altaria sed adhuc manus ipsae lapsorum adque ora fumarent, communicare cum lapsis et paenitentiae agendae intercedere non

1 rei certae] reiceret *CR*^{1} probationem *Q* 2 frater *om. R* uera *C sed* a *corr.*, puera *R* concitare *M* (cogitare *Q*) 3 fallunt *C* lucescat *CR* 4 die] diem *Q* oborte *M* (oborto *Q*), orto *C* luci *exp. C* 5 grassabatur *ex* gressabantur *C* latrocinatio cessat *C* 6 haberet *Q*, haberetur *C* falsos *Q* 7 etiam *om. CR* est *om. C*^{1}*R* 8 collegi *C*^{1}*LQ* 9 possunt *C*^{1}*L* simplicium *L*^{2}*Rv* 10 numero *C*^{1} quasi] quo *ex* quam *C* hic *P s. l. m. 2* 11 et ecclesia *Q* uinceretur *C*^{2} 12 nec me *Q sed* c *s. l.*, nemo *M* carissime *om. C* faceret ea *C* 13 adhucusque *CRV*, adhuc quae *LP*, hucusque *Qv* 14 nobis sit *C sed* sit *s. l.* 16 quam * *Q*, quam a *M* 17 congere *R* tacero *R* t *in ras.* de] in *C* 18 coniuratione *L* et] sed *L* et uaria *om. Q* delictarum *R* 19 quod *M* (quo *Q*) 21 re***centia *P* c *s. l.* 22 fumarent] ** manerent *C* 24 non agendae *P*

destiterunt. clamat Deus: sacrificans diis eradicabitur nisi Domino soli. et Dominus in euangelio dicit: qui me negauerit negabo illum. et alio loco indignatio et ira diuina non tacet dicens: illis fudistis libamina et illis inposuistis sacrificia. super haec non indignabor? dicit Dominus. et intercedunt ne rogetur Deus qui indignari se ipse testatur. intercedunt ne exoretur precibus et satisfactionibus Christus qui negantem se negare profitetur.

13 Nos in ipso persecutionis tempore de hoc ipso litteras misimus nec auditi sumus. concilio frequenter acto non consensione tantum nostra sed et comminatione decreuimus ut paenitentiam fratres agerent, ut paenitentiam non agentibus nemo temere pacem daret. et illi contra Deum sacrilegi, contra sacerdotes Dei impio furore temerarii, de ecclesia recedentes et contra ecclesiam parricidalia arma tollentes elaborant, ut opus suum diaboli malitia consummet, ne uulneratos diuina clementia in ecclesia sua curet. miserorum paenitentiam mendaciorum suorum fraude corrumpunt, ne Deo indignanti satisfiat, ne Christum Dominum suum qui christianus esse uel erubuit ante uel timuit postmodum quaerat, ne ad ecclesiam qui de ecclesia recesserat redeat. datur opera ne satisfactionibus et lamentationibus iustis delicta redimantur, ne uulnera lacrimis abluantur. pax uera falsae pacis mendacio tollitur, salutaris sinus matris nouerca intercedente cluditur, ne de

1 Ex. 22, 20. 2 Matth. 10, 33. 4 Es. 57, 6.

1 sacrificandis M^1C (sacrificans diis M^2Q) 2 euangelio suo *R sed* suo *exp.* 3 negauerint *R* et ego eum negabo *Q* 5 posuistis *C* 6 intercedit *P*, intercedetur C^1 7 se] set *R* protestatur *R* 8 christi *LP* 9 temporas litteras M^1 (litteras M^2Q) 10 sumus] sumunt *R* consilio *CR* consensione] consentiente *C* 11 nostro C^2 comminatione] communicatione *PQ* 12 fratres a. u. paenitentiam *om. L* 13 dare *R* illi et *CR* 14 temerari *LQ* 15 parricida lia *Q* (perricida alia *M*), parricidali *R* suum *om. C* zaboli *R* 16 consumet *C*, consumment *Qv* ne] nec *V* curet et *CR* 17 frauda *M* (fraude *Q*) corrumpant C^1 18 ne deo] nec eo *Q* indignati C^1LR, indignantis *Q* 20 ad ecclesia *R* redeat] recedant *Q* 21 et lamentationibus *om. Q* 22 false *C*, salsae *R* pacis] papis *R* 23 praecluditur *Rv*, percluditur *C*

pectore adque ore lapsorum fletus et gemitus audiatur. conpelluntur adhuc insuper lapsi ut linguis adque ore quo in Capitolio ante deliquerant sacerdotibus conuicium faciant, confessores et uirgines et iustos quosque fidei laude praecipuos adque in ecclesia gloriosos contumeliis et maledicis uocibus prosecuntur. a quibus quidem non tam nostrorum modestia et humilitas et pudor caeditur quam illorum ipsorum spes et uita laceratur. neque enim qui audit, sed qui facit conuicium, miser est: nec qui a fratre uapulat sed qui fratrem caedit, in lege peccator est: et cum nocentes innocentibus iniuriam faciunt, illi patiuntur iniuriam qui facere se credunt. denique hinc illis percussa mens et hebes animus et sensus alienus est: ira est Dei non intellegere delicta, ne sequatur paenitentia, sicut scriptum est: et dedit illis Deus spiritum transpunctionis, ne reuertantur scilicet et curentur et deprecationibus ac satisfactionibus iustis post peccata sanentur. Paulus apostolus in epistula sua ponit et dicit: dilectum ueritatis non habuerunt ut salui fierent: ac propterea mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed sibi placent in iniustitia. primus felicitatis gradus est non delinquere, secundus delicta cognoscere. illic currit innocentia integra et inlibata quae seruet, hic succedit medella quae sanet. quod utrumque isti offenso Deo perdiderunt, ut et amissa sit gratia quae de baptismi

13 Es. 29, 10. 17 II Thess. 2, 10—12.

1 pec**tore *Q*, (peccatore *M*) audiantur *CR* conpellunt *Q* 2 lapsu *R* ut] et *C* 3 delinquerant *L* sacerdotes *C*[1] conuincium *R* faciunt *C*[1] 4 quosque] quos *C* 5 gloriosos] esse constat *add. C s. l.* contumelis *L*[1], contumeliosis *CRV* prosequantur *v* prosecuntur a quibus *om. M (exh. Q)* 6 humilitas *P sed* s *in ras. 3 litt.* 8 audit] patitur *Bal.* conuicium] iniuriam *CR* 9 quia frater u. sed quia *Q* caedat *C*[1] 10 et *om. CR* illi ... mens *om. C* iniuriam ... credunt *om. R* 12 animatus *C*[1] est *om. P* irae *C* 13 ne] nec *Q* paenitentiam *LQ* 15 hac *Q*, et *CRv* 17 delictum *Q* non *om. R* 18 mittit *M* (mittet *Q*), amittet *R* 20 qui] quia *P* credunt *C* ueritatis *R* in iniustitiam *C sed* in *s. l.* 21 felicitatus *C*[1] relinquere *C*[1] 23 hic] isthic *V* 24 ut et *R*, ut ea *C*, ut *LP*, et ut *Qv* de *om. C*

sanctificatione percipitur et non subsit paenitentia per quam culpa curatur. an putas, frater, leuia esse aduersus Deum facinora, parua et modica delicta, quod per illos non rogatur maiestas indignantis Dei, quod non timetur ira et ignis et dies Domini, quod inminente antichristo exarmatur fides militantis populi, dum tollitur uigor et timor Christi? uiderint laici hoc quomodo curent. sacerdotibus labor maior incumbit in adserenda et procuranda Dei maiestate, ne quid uideamur in hac parte neglegere, quando admoneat Dominus et dicat: *et nunc praeceptum hoc ad uos est, o sacerdotes: si non audieritis et si non posueritis in corde uestro ut detis honorem nomini meo, dicit Dominus, inmittam in uos maledictionem et maledicam benedictionem uestram.* honor ergo datur Deo quando sic Dei maiestas et censura contemnitur, ut cum se ille indignari et irasci sacrificantibus dicat et cum poenas aeternas et supplicia perpetua comminetur, proponatur a sacrilegis adque dicatur ne ira cogitetur Dei, ne timeatur iudicium Domini, ne pulsetur ad ecclesiam Christi, sed sublata paenitentia nec ulla exomologesi criminis facta, despectis episcopis adque calcatis, pax a presbyteris uerbis fallacibus praedicetur, et ne lapsi surgant aut foris positi ad ecclesiam redeant, communicatio non communicantibus offeratur?

9 Mal. 2, 1. 2.

1 subsit *RV*, sumsit *LP*, **psit *Q*, sumpsit *M*, subueniat *Cv et* M^2Q^2 *s. l.*, sumpta sit *cod. Beneuentanus* paenitentiam *PQ* 2 an *om. LP* aduersu* *P* 3 et] ac *CR* 4 domini] di *ex* do *C* 5 fide *R* 6 tollatur *R* timor et uigor *Q* uider *M* (uiderint *Q*) laici] luci *R* quodmodo current *C* 7 procuranda] propitianda *CR* 8 maiestatem *C* neclegere *R* 10 hoc *om.* C^1 si *om. C* 12 dominus] omnipotens *add. CR* 14 non datur dno *C* non *s. l.* dei *om. C* 15 cum] eum *C* sacrificantes *C* dicatur *Q* 16 comminatur *C*, comminentur *Q* proponitur C^2 17 a] ad *C exp.* dicitur *C* dei ne] dei M^2Q, deo M^1 19 exhomologesin *L*, exhomologisis in *Q*, exomologesim *P*, exhomologisim *C* factam *C* 20 a] non a ueris *CR* 21 labsis surgant L^1, lapsi surguat *C*, baptismi surgat *R* positum *M* (positi *Q*) 22 et communicatio *CR* non] a non *PR*

14 Quibus etiam satis non fuit ab euangelio recessisse, spem lapsis satisfactionis et paenitentiae sustulisse, fraudibus inuolutos uel adulteriis commaculatos uel sacrificiorum funesta contagione pollutos, ne Deum rogarent, ne in ecclesia exomologesin criminum facerent, ab omni et sensu et fructu paenitentiae remouisse, foris sibi extra ecclesiam et contra ecclesiam constituisse conuenticulum perditae factionis, quo male sibi consciorum et Deum rogare ac satisfacere nolentium caterua confluerct: post ista adhuc insuper pseudoepiscopo sibi ab haereticis constituto nauigare audent et ad Petri cathedram adque ad ecclesiam principalem unde unitas sacerdotalis exorta est ab schismaticis et profanis litteras ferre nec cogitare eos esse Romanos quorum fides apostolo praedicante laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum. quae autem causa ueniendi et pseudoepiscopum contra episcopos factum nuntiandi? aut enim placet illis quod fecerunt et in suo scelere perseuerant: aut si displicet et recedunt, sciunt quo reuertantur. nam cum statutum sit ab omnibus nobis et aequum sit pariter ac iustum ut uniuscuiusque causa illic audiatur ubi est crimen admissum, et singulis pastoribus portio gregis sit adscripta quam regat unusquisque et gubernet rationem sui actus Domino redditurus, oportet utique eos quibus praesumus non circumcursare nec episcoporum concordiam cohaerentem sua subdola et fallaci temeritate conlidere, sed agere illic causam suam ubi et accusatores habere et testes sui criminis possint: nisi si paucis desperatis et perditis minor uidetur esse auctoritas

1 non satis *Q* ab euangelio] a lege euangelii *C* 4 dominum *CR* exhomologisin *Q*, exomologesim *P* 5 fructum *C*¹, fluctu *L* 6 nisi foris—constituissent *Cv* et c. ecclesiam *add. P m. 2 in marg.* 7 quo *CR*, cum *LPQRv* (qum *M*) dnm̃ *CR* 8 nollentium *P* confluere *V*, confrueret *M* (confluerct *Q*) post ista] potito *C* to *ex* ta *corr.* 9 pseudoepiscopos ibi *Q* ab] ad *CRM* (ab *Q*) constitutos *C*¹*Q* 10 ei *M* (ct *Q*) adque ad] atque *CR* 11 unitas] gloriosa *R* ab] a *PQv*, ad *C* 12 nec cogitant *ex* necogitare *C* 14 pseudoẽporum *Q* contra ẽpo *P*, *om. CRV* 16 displicent *R* 17 quod *C* 18 aecum *R*¹*Q*, cum *P*, teqũ *C* ac *ex* at *C* 19 gregis sit *ex* gissit *corr. L*, gressit *C* 20 gubernate *C* ratione *R*, *** rationem *Q*, nec rationem *M* 21 reddituros *R*, redditurus sit *C sed* sit *s. l.* utique *om. P*, itaque *CR* 24 ubi et] et ut *M*. ** ut (et *s. l.*) *Q* et *om. C* possunt *C*

episcoporum in Africa constitutorum, qui de illis iam iudicauerunt et eorum conscientiam multis delictorum laqueis uinctam iudicii sui nuper grauitate damnarunt. iam causa eorum cognita est, iam de eis dicta sententia est, nec censurae congruit sacerdotum mobilis adque inconstantis animi leuitate reprehendi, cum Dominus doceat et dicat: sit sermo uester, est est, non non.

15 Si eorum qui de illis priore anno iudicauerunt numerus cum presbyteris et diaconis conputetur, plures tunc adfuerunt iudicio et cognitioni quam sunt idem isti qui cum Fortunato nunc uidentur esse coniuncti. scire enim debes, frater carissime, eum posteaquam pseudoepiscopus ab haereticis factus est, iam paene ab omnibus esse desertum. namque hi quibus in praeteritum praestigiae obtendebantur et dabantur uerba fallacia quod simul ad ecclesiam regressuri dicerentur, posteaquam uiderunt illic pseudoepiscopum factum, frustratos et deceptos se esse didicerunt et remeant cotidie adque ad ecclesiam pulsant, nobis tamen a quibus ratio Domino reddenda est anxie ponderantibus et sollicite examinantibus qui recipi et admitti ad ecclesiam debeant. quibusdam enim ita aut crimina sua obsistunt aut fratres obstinate et firmiter renituntur ut recipi omnino non possint cum scandalo et periculo plurimorum. neque enim sic putramina quaedam colligenda sunt ut quae integra et sana sunt uulnerentur, nec utilis aut consultus est pastor qui ita morbidas et contactas

6 Matth. 5, 37.

1 iam de illis *Qv* 2 uinctam] inuolutam *CRV* 3 nuper damnauerunt *CR* 4 de^{h}is *L*, *om. R* censuram C^2 5 nobilis *R* inconstantis *ex* constantia *C* 6 doceat et *om. Q* 8 iudicauerint *LP* numeros L^1 9 diaconibus *CPv sed* nibus *in C s. l.* afuerunt *L* iudicio et cognitioni *om. C* 10 idem *om. C* qui cum] quicumque *R* 11 eum *om. C* 12 ab *ex* ad *C* iam *om. C* 13 hii *Q*, ii *Rv*, his *LP; cf. pag. 678,7* 14 praestrigiae *LQ*, praestigia *v* dabantur *om. CR* 16 frustra eos *C* dicerent M^1 (didicerunt M^2Q), dixerunt *ex* dicerunt *C* 17 remeatur *C* 18 reddita *Q* 19 et examinantibus *Q* 20 fratribus *C* 21 possunt C^1P cum] nisi cum *Rv* 22 putamina C^2 23 collegenda *C* quae] quam *L* et sana *om. L* uulnerantur C^1 24 utilis] ut illis *Q*, ullis *P* contractas C^1Q

oues gregi admiscet ut gregem totum mali cohaerentis adflictatione contaminet. [non attendas ad numerum illorum: melior est enim unus timens Deum quam mille filii impii, sicut locutus est Dominus per prophetam dicens: fili, ne iocunderis in filiis impiis, si multiplicentur tibi, cum non fuerit timor Dei in ipsis.] o si posses, frater carissime, istic interesse nobiscum cum praui isti et peruersi de schismate reuertuntur: uideres quis mihi labor sit persuadere patientiam fratribus nostris, ut animi dolore sopito recipiendis malis curandisque consentiant. namque ut gaudent et laetantur cum tolerabiles et minus culpabiles redeunt, ita contra fremunt et reluctantur quotiens inemendabiles et proterui et uel adulteriis uel sacrificiis contaminati et post haec adhuc insuper et superbi sic ad ecclesiam remeant, ut bona intus ingenia corrumpant. uix plebi persuadeo, immo extorqueo, ut tales patiantur admitti. et iustior factus est fraternitatis dolor ex eo quod unus adque alius obnitente plebe et contradicente mea tamen facilitate suscepti peiores extiterunt quam prius fuerant nec fidem paenitentiae seruare potuerunt, quia nec cum uera paenitentia uenerant.

16 De istis uero quid dicam qui nunc ad te cum Felicissimo omnium criminum reo nauigauerunt legati a Fortunato pseudoepiscopo missi, tam falsas ad te litteras adferentes quam est et ipse cuius litteras ferunt falsus, quam est eis peccatorum multiplex

4 Sir 16, 1. 2.

1 gregis *R* admiscit *P* adflictatione *LQPRV*, afflictione *Cv*, africtione *coniectura exemplari Gottingensi adscripta* 2 contaminem *R* non attendas . . . *l. 6* in ipsis *om. CLPQR* 6 possis *CR* isti] istic *Q* 7 superuersi *Q* 8 qui *CR* 9 recipiantur malis *C* 11 culpabilis *Q* ita *Q*² *in ras.*, a *M*, ia *R* frement *P* 12 emendabiles *C* proterue *L*¹, propterui *CR* et uelut *C* 13 et] corripiuntur *C* et superbi *om. P* 14 plebis *C* suadeo *CR* 15 et torqueo *R* ammitti *L*, amitti *Q* iniustior *LP* 16 * actus *C* dolos *L*¹ obnitente] optinente *Q* 17 dicente me Atamen *P* facultate *Q* 18 fidem] fide tam *in* fictam *corr. C* penitentiam *C*² 20 quod *L* felicissimo] faeditate *C in ras.* 21 rei *ex* reo *C* legato *L*¹, legat *exp. C* ad fortunato *C* to *s. l.* pseudoepis *M* (pseudoepo *Q sed* o *corr.*) 22 missi tam *Q m. 2 in ras.*, sitan *M*, mittam *C* ipse . . . est *om. C* 23 adferunt *R* quam] quae *PQR* eis] eius *Cv*

conscientia, quam execrabilis uita, quam turpis, ut etsi in ecclesia essent, eici tales de ecclesia debuissent? denique quia conscientiam suam norunt, nec audent uenire aut ad ecclesiae limen accedere, sed foris per prouinciam circumueniendis fratribus et spoliandis pererrant, et omnibus iam satis noti adque undique pro suis facinoribus exclusi, illuc etiam ad uos nauigant. neque enim potest illis frons esse ad nos accedendi aut apud nos consistendi, cum sint acerbissima et grauissima crimina quae eis a fratribus ingerantur. si iudicium nostrum uoluerint experiri ueniant. denique si qua illis excusatio et defensio potest esse, uideamus quem habeant satisfactionis suae sensum, quem adferant paenitentiae fructum. nec ecclesia istic cuiquam cluditur nec episcopus alicui denegatur. patientia et facilitas et humanitas nostra uenientibus praesto est. opto omnes in ecclesiam regredi, opto uniuersos conmilitones nostros intra Christi castra et Dei patris domicilia concludi. remitto omnia, multa dissimulo studio et uoto colligendae fraternitatis. etiam quae in Deum commissa sunt non pleno iudicio religionis examino. delictis plus quam quod oportet remittendis paene ipse delinquo. amplector prompta et plena dilectione cum paenitentia reuertentes, peccatum suum satisfactione humili et simplici confitentes.

17 Si qui autem sunt qui putant se ad ecclesiam non precibus sed minis regredi posse aut existimant aditum se sibi non lamentationibus et satisfactionibus sed terroribus facere, pro certo

1 etsi in] et sine *R* 3 audient *PR*, nos audent *v* uenire *CLPRV*, adire *Qv* ad] de *R* ecclesia *C* 4 climen *L*[1] accedentes *C*[1] sed *exp. C* 6 pro *ex* per *C* 7 enim *om. LP* fons *L* accedenti aut capud *C*[1] 8 aceruissimi *M* (acerbissima *Q*) et grauissima *om. LM (exh. Q)* 9 ingeruntur *v* experiri *om. V* 10 ueniaent *L*, uenient *C* esse] fuisse *C* 11 adferant *corr. in* offerant *C* 12 fluctum *L* ecclesia stic *L*, eclesiastico *P*, ecclesiastici *Q* 12 episcopatus *Q* 13 patientiae et *exp. C, in marg.* patientiae nostra] sancta *CR* 14 omnes *om. C* 15 obmilitones *R sed* ob *in ras.* 16 conclude *R* dissimili *L* et] ac *CR* 17 etiam] iam *C* commissa* *Q* (commisse *M*) 18 quam quod] quam *CRv* 19 dimittendis *V* p*ene *C* 1 *eras.* ipso *M* (ipse *Q*) 21 satisfactione] factione *C* 23 aut] ut isti *C sed* isti *s. l.* se *om. PQ*[2] *(exh. Q)* ibi *M* (sibi *Q*) non] nam *C*, non precibus *R* 24 et satisfactionibus *om. L* certe *C*[1]

habeant contra tales clusam stare ecclesiam Domini nec castra Christi inuicta et fortia et Domino tuente munita minis cedere. sacerdos Dei euangelium tenens ut Christi praecepta custodiens occidi potest, uinci non potest. suggerit et subministrat nobis exempla uirtutis ac fidei Zacharias antistes Dei: qui cum terreri minis et lapidatione non posset, in templo Dei occisus est clamans et identidem dicens quod nos quoque contra haereticos clamamus et dicimus: haec dicit Dominus: dereliquistis uias Domini, et Dominus derelinquet uos. neque enim quia pauci temerarii et inprobi caelestes et salutares uias Domini derelinquunt et sancta non agentes a sancto spiritu deseruntur, ideo et nos diuinae traditionis inmemores esse debemus ut maiora esse furentium scelera quam sacerdotum iudicia censeamus aut plus existimemus ad inpugnandum posse humana conanima quam quod ad protegendum praeualet diuina tutela.

An ad hoc, frater carissime, deponenda est catholicae ecclesiae **18**
dignitas et plebis intus positae fidelis adque incorrupta maiestas et sacerdotalis quoque auctoritas ac potestas, ut iudicare uelle se dicant de ecclesiae praeposito extra ecclesiam constituti [haeretici], de sano saucii, de integro uulnerati, de stante lapsi, de iudice rei, de sacerdote sacrilegi? quid superest quam

8 II Chr. 24, 20.

1 clausam *PQv* dño *C*[1] ne *ex* nec *R* 2 christi *om. V* et domino] domino *v* 3 sacerdotales *C*[1], sacerdo**s *Q* (sacerdotes *M*) ut] et *CPRv* 4 non potest uinci *v* sumministrat *CL*, cumministrat *Q* 5 zaccharias *LPQ*, zaccarias *CR* antestites *CR*, antistites *LQ* 6 possit *C* est] et *C* 7 identidem] et idemidest (et *s. l.*) *C* 9 delinquet *L*[1], dereliquit *P* 10 temerari *LQR* improbis *C*[2] 11 dño *C* derelinquentes *C* et *om. P* 12 et ideo *Q*[1]*M*, ideo *Q*[2] diuina et *L* memores *Q* debeamus *C*[1] 13 ut *ex* et *C* forentium *L* 14 aut] ut *C* existimemus plus *CRv* inpugnandum] indignandum *C* 15 quod ad] ad *ex* quod *C* 16 frat** kme *P*, frs kmi *C* 18 ac] et *C* se uelle *CR* 19 proposito *CQRv* constitutos *C* s *s. l.* haeretici *LP*, de haereticis *MQ*[1], de christiano haeretici * *Q*[2], de episcopo haeretici (haereti(os) *C*) *CRV; uncis inclusi* 20 sauci *Q*, saut *R*, sautios *C*[2] de stante] id est ante *L* 21 lapsos *C*[2] reos *C*[2] sacrilegos *C*[2] quam *corr. in* nisi *C*

ut ecclesia Capitolio cedat et recedentibus sacerdotibus ac Domini altare remouentibus in cleri nostri sacrum uenerandumque congestum simulacra adque idola cum aris suis transeant, et Nouatiano declamandi aduersum nos adque increpandi largior et plenior materia praestetur, si hi qui sacrificauerunt et Christum publice negauerunt non tantum rogari et sine acta paenitentia admitti, sed adhuc insuper coeperint terroris sui potestate dominari? si pacem postulant, arma deponant: si satisfaciunt, quid minantur? aut si comminantur, sciant quia a sacerdotibus Dei non timentur. neque enim et antichristus cum uenire coeperit introibit ecclesiam quia minatur, aut armis eius et uiolentiae ceditur quia resistentes peremptarum se esse profitetur. armant nos haeretici dum nos putant sua comminatione terreri, nec in faciem nos deiciunt, sed magis erigunt et accendunt, dum ipsam pacem persecutione peiorem fratribus faciunt. et optamus quidem ne quod locuntur furore inpleant crimine, ne qui uerbis perfidis et crudelibus peccant factis quoque delinquant. oramus ac deprecamur Deum quem prouocare illi et exacerbare non desinunt, ut eorum corda mitescant, ut furore deposito ad sanitatem mentes redeant, ut pectora operta delictorum tenebris paenitentiae lumen agnoscant et magis petant fundi pro se preces adque orationes antistitis quam ipsi fundant sanguinem sacerdotis. si autem in suo furore permanserint adque in

1 ecclesiam *Q*, ecclesiae *C* capitulo *C* domini altare] de altare (i se *s. l.*) *C* 2 congestum] consensum *R*, concessum (s *s. l.*) *C* 3 simulacrum *C* aris] armis *ex* maris *C* transeunt *LQ* 4 aduersus *C* nos adque] simulacra atque *R* 5 si hi *R*, si mihi *Q*, si ui *L*, siue *P*, si uel *fort.;* si hi . . . *l.* 7 paenitentia *om.* *C* et ch. p. negauerunt *om.* *R* 7 poenitentiae *R* sed adhuc] se atq. *C* coeperunt *Q* terrere *ex* errore *C*, temporis *PQ* 8 sui] sub *C* dominari *corr. in* dominandi *C* postulabant *C*[1] 9 aut si comminantur *om.* *R* 10 dei sacerdotibus *CRv* 11 in ecclesiam *Pv* minatus est *C* est *s. l.* 12 eius et] esset *R* cedetur *C*[2]*R* 14 faciem *Oxon.*, facie *LPQ*, pace *CRv* 15 persecutionem *C*[1]*M* (persecutione *Q*) peiore *P* 16 inpleantur *LP* 17 ne] nec *LP*, *om.* *C* 18 deprecamus *ex* dum precamur *C* dnm quem et *CR* 20 mentes *V*, mentis *CLPQRv* pectora operta *V*, pectora *LP*, peccatores a *Q*, peccatores *CR* 21 adgnoscant *L* 22 antestitis *C*[1]*R*, antistites *LP* ipso *R*

istis insidiis ac minis suis parricidalibus crudeliter perseuerauerint, nullus Dei sacerdos sic infirmus est, sic iacens et abiectus, sic inbecillitate humanae mediocritatis inualidus qui non contra hostes et inpugnatores Dei diuinitus erigatur, cuius non humilitas et infirmitas uigore et robore Domini protegentis animetur. nostra nihil interest aut a quo aut quando pereamus mortis et sanguinis praemium de Domino recepturi. illorum flenda et lamentanda condicio est quos sic diabolus excaecat ut aeterna gehennae supplicia non cogitantes antichristi iam propinquantis aduentum conentur imitari.

Et quamquam sciam, frater carissime, pro mutua dilectione **19** quam debemus et exhibemus inuicem nobis, florentissimo illic clero tecum praesidenti et sanctissimae adque amplissimae plebi legere te semper litteras nostras, tamen nunc et admoneo et peto ut quod alias sponte adque honorifice facis etiam petente me facias, ut hac epistula mea lecta, si quod illic contagium uenenati sermonis et pestiferae seminationis inrepserat, id omne de fratrum auribus et pectoribus exuatur et bonorum integra ac sincera dilectio ab omnibus haereticae detractationis sordibus repurgetur.

Declinent autem de cetero fortiter et euitent dilectissimi **20** fratres nostri uerba et conloquia eorum quorum sermo ut cancer serpit, sicut apostolus dicit: corrumpunt ingenia bona confabulationes pessimae. et iterum: haere-

22 II Tim. 2, 17. 23 I Cor. 15, 33. 24 Tit. 3, 10. 11.

1 ac minis] signis *ex* agnis *C* 2 nullus] atq. in istis nullus *R* est] et *PQ* 5 dn̄s *R*, dō *C* protegente *C* te *in ras.* 6 nihil est inter *Q* aut q.] ut quando *R* pereamur *Q*, perimamur *CRv* 7 flendi et lamentandi C^1 8 condicio] concisio *Qv* quo si *ex* quod *C* aeternae *PQ* (aeterna *M*) 9 gehenna *Q* cogitantem *R* 12 debemus] habemus *CV* et exibemus *CR*, *om.* P^1Q 13 plebi] pro mutua dilectione plebi *R* 14 nunc et] nunc *Q* 16 et facies *C* hac] haec *CQ* si] sit ut *C* ut *s. l.* illis *C* uenenati *ex* ueritatis *C* 17 seminationis sordibus *R*, contaminationis *C* 18 fratruum *Q* exsuatur *LP* 19 detrectationis *Rv*, detractionis *C* 21 euitent *P* it *corr.*, euident** *C* er *eras.* dilectissimi *om. C* 23 dicit] addidit *C* 24 confabulatione *P*

ticum hominem post unam correptionem euita, sciens quia peruersus est huiusmodi et peccat et est a semet ipso damnatus. et per Salomonem loquitur spiritus sanctus. peruersus, inquit, in suo ore portat perditionem et in labiis suis ignem condit. item denuo monet dicens: saepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam. et iterum: malus obaudit linguae iniquorum, iustus autem non intendit labiis mendacibus. quod quamquam sciam illic fraternitatem nostram uestra scilicet prouidentia munitam sed et sua uigilantia satis cautam nec capi haereticorum uenenis posse nec decipi, tantumque apud illos praeualere magisteria et praecepta diuina quantus illis in Deum timor est: tamen ex abundanti uel sollicitudo nostra uel caritas scribere ad uos ista persuasit, ut nulla cum talibus commercia copulentur, nulla cum malis conuiuia uel conloquia misceantur simusque ab eis tam separati quam sunt illi de ecclesia profugi, quia scriptum est: si autem ecclesiam contempserit, sit tibi tamquam ethnicus et publicanus. et beatus apostolus non monet tantum, sed et iubet a talibus recedatur, praecipimus, inquit, uobis in nomine Domini Iesu Christi ut recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinate et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. nulla societas fidei et perfidiae potest esse. qui cum Christo

4 Prou. 16, 27. 6 Sir. 28, 24. 7 Prou. 17, 4. 17 Matth. 18, 17. 20 II Thess. 3, 6.

1 unam] et secundam *add.* C *s. l.* 2 peccantet $C^{1}R$ 3 a re *corr. in* e se C solomonem CPQ 4 ore suo v portae L; peruersa *add.* Q *s. l. m. 2* 5 perditionis LQ et in labiis *om.* Q sui $Q^{1}M$, suae Q^{2} condetis Q^{2} (condit MQ^{1}) 7 nequam *om.* C 8 intendet $L^{1}PQ^{1}$ (intendit MQ^{2}) 9 quod *om.* V sciam] se iam Q illi R fraternitatis L 10 nostram] uestram V uestras R^{1}, nostra V scilicet et Q prouidentiam $C^{1}L$ monitam $CR^{1}QV$, monita R^{2}, unitatem L uigilantiam C 11 cauta R 12 tantum quae Q, tam quae L praeualeret et Q 14 sollicitudine LP 16 his C 17 isti V de] ab CRV 18 et ecclesia C, et ecclesiam v tamquam] quasi C 20 sed et] sed Q a talibus P, a talibus ut LQv, ut a talibus CR 21 dñi nri CQ ut christi R^{1}

non est, qui aduersarius Christi est, qui unitati et paci eius inimicus est, nobiscum non potest cohaerere. si cum precibus et satisfactionibus ueniunt, audiantur. si maledicta et minas ingerunt, respuantur. opto te, frater carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA LX.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI S.

1 Cognouimus, frater carissime, fidei ac uirtutis uestrae testimonia gloriosa et confessionis uestrae honorem sic exultanter accepimus ut in meritis ac laudibus uestris nos quoque participes et socios conputemus. nam cum nobis et ecclesia una sit et mens iuncta et indiuidua concordia, quis non sacerdos in consacerdotis sui laudibus tamquam in suis propriis gratuletur aut quae fraternitas non in fratrum gaudio ubique laetetur? exprimi satis non potest quanta istic exultatio fuerit et quanta laetitia cum de uobis prospera et fortia conperissemus ducem te illic confessionis fratribus extitisse, sed et confessionem ducis de fratrum consensione creuisse, ut dum praecedis ad gloriam feceris multos gloriae

1 christi est qui *om. R* unitatis et pacis *CR* 4 opto ... ualere *om. CPMQ*[1] in dno semper bene ualere et nostri meminisse *R*. — Ad (Explicit ad *P*) Cornelium de quinque presbyteris et Fortunato pseudoepiscopo explicit *(om. P) LP*, Ad Cornelium secunda (epistula tertia *Q*) explicit *QR*, Explicit liber secundus *C*. —

Epist. LX. — Incipit ad Cornelium de confessione eius (·I· *add. T*) *LPT*, Incipit ad Cornelium acpistula *M (initium epist. deest in Q)*, Incipit ad eundem tertia de confessione eius *R*, Incipit ad eundem liber tertius ad confess. feliciter *C*. — 8 frs *T*[1] kmi *T*[1], *om. CR* 9 sic *om. C*, si *R* exultantes *C* 10 nos] non *M* 11 et] ac *C s. l.* uobis *M* et ecclesiae *T*, ecclesia *CR* 12 et *M s. l. m. 2* 13 quae *ex* quia *C* fraternitatis *C*[1] 14 non *om. C* in *om. R* fratruum *MT*[1] non ubique *C sed* non *s. l.* 15 istis *R*, isti *M*, ista *C* exsultate *R* laetitiae *C*[1] 16 ducem te] ducentis *ex* ducente *C* confessiones *C* 17 confessionis ducem *Bamb. (B)* consensione *LMPV*, confessione *CRT* 18 praecedisse *C* multos feceris *CRTv*

comites et confessorem populum suaseris fieri, dum primus paratus es pro omnibus confiteri: ut non inueniamus quid prius praedicare in uobis debeamus, utrumne tuam promptam et stabilem fidem an inseparabilem fratrum caritatem. uirtus illic episcopi praecedentis publice conprobata est, adunatio sequentis fraternitatis ostensa est. dum apud uos unus animus et una uox est, ecclesia omnis Romana confessa est.

2 Claruit, frater carissime, fides quam de uobis beatus apostolus praedicauit. hanc laudem uirtutis et roboris firmitatem iam tunc in spiritu praeuidebat et praeconio futurorum merita uestra contestans dum parentes laudat filios prouocabat. dum sic unanimes, dum fortes estis, magna et ceteris fratribus unanimitatis et fortitudinis exempla tribuistis. docuistis granditer Deum timere, Christo firmiter adhaerere, plebem sacerdotibus in periculo iungi, in persecutione fratres a fratribus non separari, concordiam simul iunctam uinci omnino non posse, quicquid simul petitur a cunctis Deum pacis pacificis exhibere. prosiluerat aduersarius terrore uiolento Christi castra turbare. sed quo impetu uenerat eodem impetu pulsus est, et quantum formidinis et terroris adtulit tantum fortitudinis inuenit et roboris. subplantare se iterum posse crediderat Dei seruos et uelut tirones et rudes quasi minus paratos et minus cautos solito suo more concutere. unum primo adgressus ut lupus ouem secernere a grege, ut acceptor columbam ab agmine uolantium separare temptauerat. nam cui non est ad-

1 confessorum *CR* suasseris *M* 3 prumtam *CL*, prompta *M* 4 fratrum inseparabilem *CR*, inseparabile fratruum *M* 5 praecedentis epi͠ *CR*, cpi͠ prae*sentis *M* 8 fratres kmi͠ *CMRv* fidis *M* de *om.* *CR* 9 iam *om.* *L* 10 in *om.* *C* prouidebat *LMR* 11 prouocat *CRv* 12 fortis *L*, sic fortes *v* magna et] magna *R* 13 docuistis gran'nis blandiatur *L; quae hic omittit* diter deum ... *p. 694 l. 14* confessione nomi *inserta inueniuntur fol. 63ª l. 16 epist. 76* deum t. ch. firmiter *om.* *R* timeri *T* 14 adhereri *T*, adhereret *R* 16 omnino *delendum censet Baluzius* 17 dn͠m *C*, dn͠o *R* exhiberi *C* prosilierat *CRTv* 18 uiolenti *L* christo C^1R^1 19 pulsus] et uictus *add.* *v* *prius* et *om.* *T* terronis C^1 21 paratus *CM* 22 cautus *C* 23 a grege secernere *CR* acceptor LMT^1, accepter P^1, accipiter P^2T^2v; columbam accipiter (accipitur *C*) *CR* 24 a. uolantium] agminis uiolenter *ex* agmini* ineuolentiam *C* superare M^1

uersus omnes satis uirium, circumuenire quaerit solitudinem singulorum. sed retusus adunati exercitus fide pariter et uigore intellexit milites Christi uigilare iam sobrios et armatos ad proelium stare, uinci non posse, mori posse et hoc ipso inuictos esse quia mori non timent, nec repugnare contra inpugnantes, cum occidere innocentibus nec nocentem liceat, sed prompte et animas et sanguinem tradere, ut cum tanta in saeculo malitia et saeuitia grassetur, a malis et saeuis uelocius recedatur. quale illud fuit sub oculis Dei spectaculum gloriosum, quale in conspectu Christi eius ecclesiae suae gaudium, ad pugnam quam temptauerat hostis inferre non singulos milites sed tota simul castra prodisse. omnes enim constat uenturos fuisse, si audire potuissent, quando adcucurrerit properanter et uenerit quisquis audiuit. quot illic lapsi gloriosa confessione sunt restituti. steterunt fortes et ipso dolore paenitentiae facti ad proelium fortiores: ut appareat nuper subitatos esse et nouae adque insuetae rei pauore trepidasse, redisse ad se postmodum fidem ueram et uires suas de Dei timore collectas ad omnem patientiam constanter et firmiter roborasse nec iam stare ad criminis ueniam, sed ad passionis coronam.

Quid ad haec Nouatianus, frater carissime? utrumne iam de- 3
ponit errorem? an uero, qui dementium mos est, ipsis bonis et prosperis nostris plus adactus est ad furorem et quo magis ac magis dilectionis ac fidei crescit hic gloria, illic dissensionis et zeli recrudescit insania: nec uulnus suum miser curat, sed ad-

1 omnes] om̃ *C* satis] scīs *R* 2 retrusus *T*, seclusus *ex* recrusus *C* 4 estare *R* inuictos] non uinctos *C* os *ex* as 5 mori non] nec mori *C sed* nec *s. l.* 6 occidere] hoc dicere *C*, occidere non licet nullum *T* nocente *P*, nocentes *CR* 7 traderet *C* et *om. C*, e *R* 10 eius *om. v*, et eius *C*[2] suae *om. CR* ad] et *M* 11 tota simel *M*, semel tota *CR* omnis *C*[1] 12 constitit *R* uenturus *C*[1] accurrerit *C*[1]*Rv*, adcurrerent *C*[2], currerit *T* 13 uenerit *C* quod *C*[1]*PT* 14 confusione *C*[1] steterunt] ut iste iterum *T* fores *R* et ipso *etc. exh. Q* 15 paenitentiae] patientiae *CR* subitatos esse *ex* dubitatus est *C* 16 insuetae] inueterate *P* 20 fratres *R* kmĩ *T*[1], *om. CR* utrumne] utrum *C* iam *om. C*, tandem *ex* tam *T* 21 terrorem *T sed* t *s. l.* quidem mentium *P* ipsos *L*[1] 22 quod *C* ac magis *om. R* 23 delictionis *R* dissensiones *T* 24 crudescit *CR*

huc grauius et se et suos uulnerat, in perniciem fratrum lingua sua perstrepens et facundiae uenenatae iacula contorquens, magis durus saecularis philosophiae prauitate quam sophiae dominicae lenitate pacificus, desertor ecclesiae, misericordiae hostis, interfector paenitentiae, doctor superbiae, ueritatis corruptor, perditor caritatis? adgnoscitne iam qui sit sacerdos Dei, quae sit ecclesia et domus Christi, qui sint Dei serui quos diabolus infestet, qui sint christiani quos antichristus inpugnet? neque enim quaerit illos quos iam subegit aut gestit euertere quos iam suos fecit. inimicus et hostis ecclesiae quos alienauit ab ecclesia et foras duxit ut captiuos et uictos contemnit et praeterit, eos pergit lacessere in quibus Christum cernit habitare.

4 Quamquam etsi aliquis ex talibus fuerit adprehensus, non est quod sibi quasi in confessione nominis blandiatur, cum constet, si occisi eiusmodi extra ecclesiam fuerint, fidei coronam non esse, sed poenam potius esse perfidiae nec in domo Dei inter unanimes habitaturos esse quos uidemus de pacifica et diuina domo furore discordiae recessisse.

5 Hortamur plane quantum possumus, frater carissime, pro caritate mutua qua nobis inuicem cohaeremus ut, quoniam prouidentia Domini monentis instruimur et diuinae misericordiae consiliis salubribus admonemur adpropinquare iam certaminis et agonis nostri diem, ieiuniis uigiliis orationibus insistere cum omni plebe non desinamus. incumbamus gemitibus adsiduis et

1 quod grauius *T sed* quod *s. l.* *et se *T*, et *M* (et se *Q*), est *ex* esse *C* in lingua *M* (lingua *Q*) 2 et faecundiae *Q*, de nouatiani et facundiam *T* uenenata *T*, ueneratae C^1 iaculo *C sed* o *in ras.* 3 duris P^1 sophiae *LPRV*, sophia *T*, philosophiae *CQv* 4 pacificus] sacrificus *C* interfector] interceptor *cod. Bamberg. (B)* 5 perditor C^2*LPQRV*, proditor C^2 6 caritatis] castitatis *V*, ueritatis *C* 7 infestat C^2*R*, infestus *L*, infestãte C^1 8 christiali *R* impugnat *C* 9 subegit . . . quos iam *om. R* effecit *v* 10 abalienauit M^1 (alienauit M^2*Q*) ab] et *T s. l.* foris *P* 11 uinctos *CR* contempnit *LT*, conteronit *R* et pergit *CR* 12 lacessare *C* christi *L* 13 ex] de *CR* 14 confessionem *C* si] quod *C* 15 huiusmodi *CR* 16 *** inter *M*, nec inter *CQR* unianimes *LQT* 19 frs̃ *R* carissime *om. CR* pro] per CR^1 caritatem mutuam *C* 21 dño C^1 24 omnibus *R* et *om. C*

deprecationibus crebris. haec sunt enim nobis arma caelestia quae stare et perseuerare fortiter faciunt. haec sunt munimenta spiritalia et tela diuina quae protegunt. memores nostri inuicem simus, concordes adque unanimes, utrubique pro nobis semper oremus, pressuras et angustias mutua caritate releuemus, et si quis istinc nostrum prior diuinae dignationis celeritate praecesserit, perseueret apud Dominum nostra dilectio, pro fratribus et sororibus nostris apud misericordiam patris non cesset oratio. opto te, frater carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA LXI.

CYPRIANVS CVM COLLEGIS LVCIO FRATRI S.

Et nuper quidem tibi, frater carissime, gratulati sumus, cum 1
te honore geminato in ecclesiae suae administratione confessorem pariter et sacerdotem constituit diuina dignatio. sed et nunc non minus tibi et comitibus tuis adque uniuersae fraternitati gratulamur quod cum eadem gloria et laudibus uestris reduces uos denuo ad suos fecerit benigna Domini et larga protectio, ut pascendo gregi pastor et gubernandae naui gubernator et plebi regendae rector redderetur et appareret relegationem uestram sic diuinitus esse dispositam, non ut episcopus relegatus et pulsus ecclesiae deesset, sed ut ad ecclesiam maior rediret.

Neque enim in tribus pueris minor fuit martyrii dignitas, quia 2
morte frustrata de camino ignis incolumes exierunt aut non con-

1 sunt *om.* *CR* 2 monimenta C^2 3 spiritalia *om.* *CR* si memores *T* 4 simus] sumus *LT* concorde *ex* cor corde *R*, corde *T* utrubrique *R*, utrique *ex* utrumque *C* 5 reuelemus L^1 6 istic *C* caeliritate *R* 7 dn̄i *L* 8 sororis C^1 9 opto . . . ualere *om.* *CL* te *ex* uos *P*. — Ad (Explicit ad *P*) Cornelium de confessione eius explicit *(om. P)* *LP*, Ad Cornelium I (de confessione epistula prima *Q*) explicit *TQ*, Ad Cornelium ·III· explicit *R*, Explicit liber ·III· Cecili Cypriani ad Cornelium *C*. —

Epist. LXI. — Incipit *(om. T)* ad Lucium (ad Lucium *om.* *L*) de exilio reuersum *FLPQT*. — 13 administrationem *Q* 15 gratulemur L^1 16 eodem *F* reduces et T^1 19 religationem *P*, religionem *Q* 20 religatus *P* 22 quia] qua *L*

summatus Daniel extitit in suis laudibus, quia qui leonibus missus fuerat ad praedam, protectus a Domino uixit ad gloriam. in confessoribus Christi dilata martyria non meritum confessionis minuunt, sed magnalia diuinae protectionis ostendunt. repraesentatum uidemus in uobis quod apud regem fortes adque inlustres pueri praedicauerunt, ipsos quidem paratos esse ardere flammis, ne diis eius seruirent aut imaginem quam fecerat adorarent, Deum tamen quem colebant quemque et nos colimus potentem esse ut quos de camino ignis eximeret et de regis manibus ac de poenis praesentibus liberaret. quod inuenimus in confessionis uestrae fide et in Domini circa uos protectione nunc gestum, ut cum uos parati fueritis et prompti omne subire supplicium, Dominus tamen uos poenae subtraheret et ecclesiae reseruaret. regredientibus uobis breuiata non est in episcopo confessionis suae dignitas, sed magis creuit sacerdotalis auctoritas, ut altari Dei adsistat antistes qui ad confessionis arma sumenda et facienda martyria non uerbis plebem sed factis cohortetur et inminente antichristo paret ad proelium milites non solo sermonis et uocis incitamento sed fidei et uirtutis exemplo.

3 Intellegimus, frater carissime, et tota cordis nostri luce perspicimus diuinae maiestatis salutaria et sancta consilia, unde illic repentina persecutio nuper exorta sit, unde contra ecclesiam Christi et episcopum Cornelium beatum martyrem uosque omnes saecularis potestas subito proruperit, ut ad confundendos haereticos et retundendos ostenderet Dominus quae esset ecclesia, quis episcopus eius unus diuina ordinatione delectus, qui cum

4 sed] et *F* repraesentandum *F* 5 reges *Q* 7 quamquam *T*¹ fecerant *L*¹ *Q* 8 quem tamen *QT* quemque] quem *V* columus *L*¹ *T*¹ 9 quos *F*, eos *LPQTv* eximeret] *deinde deest totum folium in F* 11 nostrae *Q* dñm *Q* 12 omne *T* ne *in ras.*, omnem *Q* subplitium *T* 14 uosbis *M* (uobis *Q*) brebiata *Q* 16 alteri *L* dei] ds̃ *LQ* antistites *Q*, antestis *ex* attestes *T* 17 coortetur *P* 18 solo *FLPTV*, solum *Qv* sermoni sed *L* 19 sed] sed et *V* 20 frat*** *P*, fratres *T* kmĩ *T* i *in ras.* nostris *Q* 22 exhorta *Q*, orta *T* 23 et *om.* *LP* uosquẽ *L* omnis *LQT*², omnem *T*¹ 24 saecularis *T* is *in ras.* potestisas *M* (potestas *Q*) 26 deiectus *T* quis *Q*

episcopo presbyteri sacerdotali honore coniuncti, quis adunatus et uerus Christi populus dominici gregis caritate conexus, qui essent quos inimicus lacesseret, qui contra quibus diabolus ut suis parceret. neque enim persequitur et inpugnat Christi aduersarius nisi castra et milites Christi. haereticos prostratos semel et suos factos contemnit et praeterit. eos quaerit deicere quos uidet stare.

4 Adque utinam nunc facultas daretur, frater carissime, ut interesse illic uobis regredientibus possemus qui uos mutua caritate diligimus, ut aduentus uestri laetissimum fructum praesentes cum ceteris ipsi quoque caperemus. quae illic exultatio omnium fratrum, qui concursus adque conplexus occurrentium singulorum? uix osculis adhaerentium potest satisfieri, uix uultus ipsi adque oculi plebis possunt uidendo satiari de aduentus uestri gaudio. cognoscere illic fraternitas coepit qualis et quanta sit secutura Christo ueniente laetitia: cuius quia cito adpropinquauit aduentus, imago iam quaedam praecessit in uobis, ut quomodo Iohannes praecursor eius et praeuius ueniens praedicauit Christum uenisse, sic nunc episcopo confessore Domini et sacerdote redeunte appareat et Dominum iam redire. uicarias uero pro nobis ego et collegae et fraternitas omnis has ad uos litteras mittimus, frater carissime, et repraesentantes uobis per epistulam gaudium nostrum fida obsequia caritatis expromimus, hic quoque in sacrificiis adque in orationibus nostris non cessantes Deo patri et Christo filio eius Domino nostro gratias agere et orare pariter ac petere ut qui perfectus est adque perficiens custodiat et

1 episcopis *PT*, ep̄s *M* (ep̄o *Q*) et presbyteri *MT* (et *om. Q*) qui *L* 3 inimicos *L* lacesserit *Q*, lacesseret et *V* qui *om. QT* e contra *P* quibusdam *T* 4 christum *Q* aduersarius n. c. e. m. christi *add. L m. 2 in marg.* aduersarios *P* 6 et suos] et ipsos et suos *Rigaltius* 8 frater *om. M (exh. Q)* interessem *L* 9 possem *P*, huic possem *L* 13 osculis *LP*, oculis *FQTv* adhaeriuntium *F* potest satis] potestatis *P* ipse *P* 14 oculi atque *L* uestri *om. T*[1] 15 secutura] secura *F* 16 adpropinquabit *Pv* 18 brebius *F*, breuius *PL*[1], braeuius *Q* 20 et *om. T* uicarios *P* pro] porro *L* 22 et *om. MT (exh. Q)* presentantes *M* (repraes. *Q*) 23 claritatis *F* 25 nostro *om. L* 26 et] atque *L*

perficiat in nobis confessionis uestrae gloriosam coronam: qui et ad hoc nos fortasse reuocauit, ne gloria esset occulta, si foris essent confessionis uestrae consummata martyria. nam uictima quae fraternitati praebet exemplum et uirtutis et fidei praesentibus debet fratribus inmolari. optamus te, frater carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA LXII.

CYPRIANVS IANVARIO MAXIMO PROCVLO VICTORI MODIANO NEMESIANO NAMPVLO ET HONORATO FRATRIBVS S.

1 Cum maximo animi nostri gemitu et non sine lacrimis legimus litteras uestras, fratres carissimi, quas ad nos pro dilectionis uestrae sollicitudine de fratrum nostrorum et sororum captiuitate fecistis. quis enim non doleat in eiusmodi casibus aut quis non dolorem fratris ut suum proprium computet, cum loquatur apostolus Paulus et dicat: si patitur membrum unum, compatiuntur et cetera membra: et si laetatur membrum unum, collaetantur et cetera membra. et alio loco, quis infirmatur, inquit, et ego non infirmor? quare nunc et nobis captiuitas fratrum nostra captiuitas computanda est et periclitantium dolor pro nostro dolore numerandus est, cum sit scilicet adunationis nostrae et corpus unum et non tantum dilectio sed et religio instigare nos debeat et confortare ad fratrum membra redimenda.

15 I Cor. 12, 26. 18 II Cor. 11, 29.

1 nobis *LM* (uobis *Q*) uestrae et *L* 2 et ad *ex* ad *L m. 2* ne] nec *Q* 4 exemplo *Q* (exemplum *M*) *prius* et *om. LPM (exh. Q)* 5 praesentibus debet fratribus] praesente plebe possit *F* inmolari] immorari *PQT*, celebrari *F* optamus ... ualere *om. L.* — Ad (Explicit ad *P*) Lucium de exilio reuersum explicit (explicat *L*, *om. P*) *FLPQT.* —

Epist. LXII. — Ad Ianuarium et ceteros de captiuis redimendis *μ*, *om. r.* — 14 ut *scripsi*, et *rμ*, sui *v* 15 paulus apostolus *μ* unum membrum *v* 16 et si *μ*, si *v;* et si ... cetera membra *om. r* 18 quis] quis non *r* non ego *v* 21 et corpus] corpus *v* 22 confortari *μ*

3 Nam cum denuo apostolus Paulus dicat: *nescitis quia templum Dei estis et spiritus Dei habitat in uobis?* etiamsi caritas minus adegerit ad opem fratribus ferendam, considerandum tamen hoc in loco fuit Dei templa esse quae capta sunt, nec pati nos longa cessatione et neglecto dolore debere ut diu Dei templa captiua sint, sed quibus possumus elaborare uiribus et uelociter gerere ut Christum iudicem et Dominum Deum nostrum promereamur obsequiis nostris. nam cum dicat Paulus apostolus: *quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis,* in captiuis fratribus nostris contemplandus est Christus et redimendus de periculo captiuitatis, qui nos redemit de periculo mortis, ut qui nos de diaboli faucibus exuit nunc ipse qui manet et habitat in nobis de barbarorum manibus exuatur et redimatur nummaria quantitate qui nos cruce redemit et sanguine: qui idcirco haec fieri interim patitur, ut fides nostra temptetur an faciat unusquisque pro altero quod pro se fieri uellet, si apud barbaros teneretur ipse captiuus. quis enim non humanitatis memor et mutuae dilectionis admonitus, si pater est, illic esse nunc filios suos computet: si maritus est, uxorem suam illic captiuam teneri cum dolore pariter ac uinculi maritalis amore existimet? quantus uero communis omnibus nobis maeror atque cruciatus est de periculo uirginum quae illic tenentur, pro quibus non tantum libertatis sed et pudoris iactura plangenda est nec tam uincula barbarorum quam lenonum et lupanarium stupra deflenda sunt, ne membra Christo dicata et ad aeternum continentiae honorem pudica uirtute deuota insultantium libidinis contagione foedentur?

4 Quae omnia istic secundum litteras uestras fraternitas nostra cogitans et dolenter examinans prompte omnes et libenter ac

1 I Cor. 3, 16. 9 Gal. 3, 27.

3 etsi *μ* nos minus *v* adegerit *scripsi,* adigerit *rμ,* adigeret *v* 5 et] nec *r* 7 uiribus elaborare *v* 8 et deum *v* 9 quotquot . . . induistis *om. rμ* 12 deredimit *μ*[1] 15 numaria *rμ* 21 ac pudore uinculi maritalis *v* 22 uero] enim *r* meror *rμ* 24 tam *om. r* 25 lupanarum *μ* 26 ne] nec *rμ* ad] in *r* 27 libidinis *rμ,* libidine et *v*

largiter subsidia nummaria fratribus contulerunt, semper quidem secundum fidei suae firmitatem ad opus Dei proni, nunc tamen magis ad opera salutaria contemplatione tanti doloris accensi. nam cum Dominus in euangelio suo dicat: infirmus fui, et uisitastis me, quanto cum maiore operis nostri mercede dicturus est: captiuus fui, et redemistis me. et cum denuo dicat: in carcere fui, et uisitastis me, quanto plus est cum coeperit dicere: in carcere captiuitatis fui, et clausus et uinctus apud barbaros iacui, et de carcere illo seruitutis liberastis me, cum iudicii dies uenerit praemium de Domino recepturi? denique maximas uobis gratias agimus quod nos uestrae sollicitudinis et tam bonae et necessariae operationis participes esse uoluistis, ut offerretis nobis agros uberes, in quibus spei nostrae semina mitteremus, expectaturi messem de amplissimis fructibus qui de hac caelesti et salutari operatione proueniunt. misimus autem sestertia centum milia nummorum, quae istic in ecclesia cui de Domini indulgentia praesumus cleri et plebis apud nos consistentis collatione collecta sunt, quae uos illic pro uestra diligentia dispensabitis.

5 Et optamus quidem nihil tale de cetero fieri et fratres nostros Domini maiestate protectos ab eiusmodi periculis incolumes reseruari. si tamen ad explorandam animi nostri caritatem et examinandam nostri pectoris fidem tale aliquid acciderit, nolite cunctari nuntiare haec nobis litteris uestris, pro certo habentes et scientes ecclesiam nostram et fraternitatem istic uniuersam ne haec ultra fiant precibus orare, si facta fuerint, libenter et largiter subsidia praestare. ut autem fratres nostros ac sorores, qui ad hoc opus tam necessarium prompte ac libenter operati sunt, ut semper operentur, in mente habeatis orationibus uestris

4 Matth. 25, 36.

1 numaria *μ* 5 quanto] nunc quoque *add. v* 6 et cum ... uisitastis me *om. r* 7 uisitastis *μ*, uenistis ad *v* 8 cum] equom *r* in carcere in carcere *μ* 9 clusus *μ* 10 cum] quom *r ut semper* 12 et n.] ac necessariae *v* operationis] orationis *rμ* 16 perueniunt *r* sestertium c. m. nummum *Gronou. lib. De sest. n. 18* 17 cui] quibus *r* 20 quidem nihil] ne quid *r* 22 explorandi *rμ* nostri animi *v* 23 examinandi *r* 25 et scientes *om. v* 29 in orationibus *v*

et eis uicem boni operis in sacrificiis et precibus repraesentetis, subdidi nomina singulorum, sed et collegarum quoque et sacerdotum nostrorum, qui et ipsi cum praesentes essent, ex suo plebis suae nomine quaedam pro uiribus contulerunt, nomina addidi et praeter quantitatem propriam nostram eorum quoque summulas significaui et misi, quorum omnium secundum quod fides et caritas exigit in orationibus et precibus uestris meminisse debetis. optamus uos, fratres carissimi, in Domino semper bene ualere et nostri meminisse.

EPISTVLA LXIII.

CYPRIANVS CAECILIO FRATRI S.

1 Quamquam sciam, frater carissime, episcopos plurimos ecclesiis dominicis in toto mundo diuina dignatione praepositos euangelicae ueritatis ac dominicae traditionis tenere rationem nec ab eo quod Christus magister et praecepit et gessit humana et nouella institutione decedere, tamen quoniam quidam uel ignoranter uel simpliciter in calice dominico sanctificando et plebi ministrando non hoc faciunt quod Iesus Christus Dominus et Deus noster sacrificii huius auctor et doctor fecit et docuit, religiosum pariter ac necessarium duxi de hoc ad uos litteras facere, ut si qui in isto errore adhuc tenebatur, ueritatis luce perspecta ad radicem adque originem traditionis dominicae reuertatur. nec hoc putes, frater carissime, *nos* nostra et humana conscribere aut

1 eis] eius *µ* repraesentantantes Subdidi *r* 2 quaeque μ^1 3 consacerdotum *v* et *om. µ* ex suo *rµ*, et suo et *v* 6 sumali *µ* 8 in domino *om. v* 9 meminisse ualete *µ*. — *subscriptionem om. µr.* —

Epist. LXIII. — Incipit de sacramento calicis (ad Caecilium *add. OR*) *FOR*, Incipit ad Caecilium *S*, Incipit (ad Caecilium *add. P*) de sacramento dominici calicis *LP*, Incipit eiusdem ad Caecilium de sacramento calicis dominici *Q*. — 15 humanam et nouellam institutionem S^1Q 16 quidem S^1 20 duxi] potaui *F m. 2* de hoc] has *RVv* face *R* 21 si quis P^2v teneatur *Oxon.*, tenetur S^2P^2v 22 adque ad *F* 23 hoc] hoc nos *Q*, nos hoc *F*, nos *Ov* putes *ex* potes *O*, potest *S* nos *addidi* conscribire *O*, aut nouella conscribere *R*

ultronea uoluntate hoc nobis audaciter adsumere, cum mediocritatem nostram semper humili et uerecunda moderatione teneamus. sed quando aliquid Deo inspirante et mandante praecipitur, necesse est domino seruus fidelis obtemperet, excusatus aput omnes quod nihil sibi adroganter adsumat, qui offensam domini timere conpellitur, nisi faciat quod iubetur.

2 Admonitos autem nos scias ut in calice offerendo dominica traditio seruetur neque aliud fiat a nobis quam quod pro nobis Dominus prior fecit, ut calix qui in commemoratione eius offertur mixtus uino offeratur. nam cum dicat Christus: *ego sum uitis uera*, sanguis Christi non aqua est utique, sed uinum. nec potest uideri sanguis eius, quo redempti et uiuificati sumus, esse in calice, quando uinum desit calici, quod Christi sanguis ostenditur, qui scripturarum omnium sacramento ac testimonio praedicetur.

3 Inuenimus enim et in Genesi circa sacramentum Noe hoc idem praecucurrisse et figuram dominicae passionis illic extitisse quod uinum bibit, quod inebriatus est, quod in domo sua nudatus est, quod fuit recubans nudis et patentibus femoribus, quod nuditas illa patris a medio filio denotata est sed et foras nuntiata, a duobus uero maiore et minore contecta, et cetera quae necesse non est exsequi, cum satis sit hoc solum conplecti quod Noe typum futurae ueritatis ostendens non aquam sed uinum biberit et sic imaginem dominicae passionis expresserit.

10 Io. 15, 1.

1 audacter *Ov* 2 uericunda *S* 3 inspirante *S* in *s. l.*, adspirante *Oxon.* 4 dñi *O*, dnm̃ *R* accusatus *S*[1] 5 qui] quid *R* 6 timore *Q*, timorem *S*[1] 7 uos sciatis *etc. Aug. De doctr. Chr. IV 45* 8 quam *ex* nisi *F m. 2* 9 fecerit *Ov* in *om. P*[1]*S* commemora tionem *Qv et Aug.* offeratur *ex* offeretur *L* 10 cum *om. R* 11 christus *L* 12 uidere *O* 13 esse] unde *S* calici] in calice *Q* quod *SLPQ*, quo *FORv; cf. 705,10* 15 praedicatur *F*[1]*OQR et Aug.* 16 et *om. FOP et Aug.* sacramentum circa *R* in noe *Vv* 17 praecurrisse *RS* illi *R*, illius *ex* illis *L* 18 quot inebriatus est quod uinum bibit *S* in *om. R* domu *S* 19 recumbans *Q* 20 denudata *M*[1] (denotata *M*[2]*Q*), denota *L*[1] est sed et *S*, esset et *LP*, est et *FOQRv; cf. p. 704,12;* est a maiore uero et *Aug.* 21 nuntiata a duo || *desinit F* uero] filiis *add. V* 22 esequi *S*[1] 23 ostendit *L* non *ex* quod *S m. 2*

4 Item in sacerdote Melchisedech sacrificii dominici sacramentum praefiguratum uidemus secundum quod scriptura diuina testatur et dicit: et Melchisedech rex Salem protulit panem et uinum. fuit autem sacerdos Dei summi et benedixit Abraham. quod autem Melchisedech typum Christi portaret declarat in psalmis spiritus sanctus ex persona patris ad filium dicens: ante luciferum genui te. tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. qui ordo utique hic est de sacrificio illo ueniens et inde descendens quod Melchisedech sacerdos Dei summi fuit, quod panem et uinum optulit, quod Abraham benedixit. nam qui magis sacerdos Dei summi quam Dominus noster Iesus Christus, qui sacrificium Deo patri optulit et optulit hoc idem quod Melchisedech optulerat id est panem et uinum, suum scilicet corpus et sanguinem. et circa Abraham benedictio illa praecedens ad nostrum populum pertinebat. nam si Abraham Deo credidit et deputatum est ei ad iustitiam, utique quisque Deo credit et fide uiuit iustus inuenitur et iam pridem in Abraham fideli benedictus et iustificatus ostenditur, sicut beatus apostolus Paulus probat dicens: credidit Abraham Deo et deputatum est ei ad iustitiam. cognoscitis ergo quia qui ex fide sunt hi sunt filii Abrahae. prouidens autem scriptura quia ex fide iustificat gentes Deus, praenuntiauit Abrahae quia benedicentur in illo omnes gentes. igitur

3 Gen. 14, 18. 7 Ps. 109, 3. 4. 20 Gal. 3, 6. 7. 23 cf. Gen. 12, 3.

1 sacerdotem *Q* melchisedec *PR*[1] *S et sic saepius* sacrificiis *S*, *om. Aug.* dominicum *Aug.* 6 et declarat *Q* (et *om. M*) 7 genui] generaui *LOPR* te] *add. R:* iurauit dns et non penitebitur 8 ordine *S*[1] 9 discendens *O* 10 dei] dos dī *L* fuit] fuerit *S* 11 optulit ... *l. 14* id est *om. S* qui *LP*, quis *OQRv* 12 summi *add. R:* fuit quod noster *om. O* 15 abraam *S* 17 credidit ... quisque *om. L* crededit *OS* quisquis *v* 18 et fide] ex fide *S* etiam *LP* 19 et] sed *P* 21 reputatum *O* ei *om. O* cognuscetis *O* 22 hii *L* fili *QRS* abrahae] *add. R:* prouidens autem scriptura

qui ex fide sunt benedicti sunt cum fideli Abraham. unde in euangelio inuenimus de lapidibus excitari id est ex gentibus colligi filios Abrahae. et cum Zachaeum laudaret Dominus, respondit et dixit: salus hodie domui huic facta est, quia et hic filius est Abrahae. ut ergo in Genesi per Melchisedech sacerdotem benedictio circa Abraham posset rite celebrari, praecedit ante imago sacrificii in pane et uino scilicet constituta: quam rem perficiens et adimplens Dominus panem et calicem mixtum uino optulit, et qui est plenitudo ueritatem praefiguratae imaginis adimpleuit.

5 Sed et per Salomonem spiritus sanctus typum dominici sacrificii ante praemonstrat, immolatae hostiae et panis et uini sed et altaris et apostolorum faciens mentionem. sapientia, inquit, aedificauit domum et subdidit columnas septem. mactauit suas hostias, miscuit in cratera uinum suum et parauit suam mensam. et misit suos seruos, conuocans cum excelsa praedicatione ad craterem dicens: qui est insipiens declinet ad me. et egentibus sensu dixit: uenite et edite de meis panibus et bibite uinum quod miscui uobis. uinum mixtum declarat, id est, calicem Domini aqua et uino mixtum prophetica uoce praenuntiat, ut adpareat in passione dominica id esse gestum quod fuerat ante praedictum.

1 cf. Matth. 3, 9. 4 Luc. 19, 9. 13 Prou. 9, 1—5.

1 benedicti sunt] benedicentur *R* 2 excitare *O* ex *S*, de *LOPQRv* 3 collegi *O* abrahame *S* et] nam *R* zaccheum *LOPQRS* 6 possit *Q* 7 ricte *M*¹ *Q*¹ (rite *M*² *Q*²) celebrare *P* imago dei *Q* sacrificii] christi *add. v* panem *Q* 8 scilicet et *L* constitutam *Q* quem *P*¹ 9 ueritatis ueritatem *v* 10 adpleuit *R* 11 solomonem *PQS* sacrificii *ante* dominici *S s. l. m. 2* 12 praemostrat *S*, praemonstrans *v* timmolatae *S* 13 facies *S*¹ 15 cratere *P*, crateram *Q* 16 mensam suam *v* et *om. S* seruos suos *OR* 18 quis *M* (qui *Q*) 19 egentibus] indigentibus *R* censu *R* et edite] aedite *O*, edite *LPQv* 21 declar*at* *S* calicem] sanguinem *R* dns *R*¹ aquam *O* et *om. O* mixto *S* 22 profetica *OPQRS* praenuntians *RSv*, denuntiat *LP* apparet *S* 23 praedicium *R*

In benedictione quoque Iudae hoc idem significatur, ubi et 6
illic Christi figura exprimitur, quod a fratribus suis laudari et adorari haberet, quod inimicorum dorsa cedentium adque fugientium manibus quibus crucem pertulit et mortem uicit conpressurus fuisset quodque ipse sit leo de tribu Iuda et recubet dormiens in passione et surgat et sit ipse spes gentium. quibus scriptura diuina adiungit et dicit: *lauabit in uino stolam suam et in sanguine uuae amictum suum.* quando autem sanguis uuae dicitur, quid aliud quam uinum calicis dominici sanguis ostenditur?

Nec non et aput Esaiam hoc idem spiritus sanctus de Domini 7
passione testatur dicens: *quare rubicunda sunt uestimenta tua, et indumenta tua uelut calcatione torcularis pleni et percalcati?* numquid rubicunda uestimenta aqua potest facere aut in torculari aqua est quae pedibus calcatur uel praelo exprimitur? uini utique mentio ideo ponitur, ut Domini sanguis uino intellegatur et quod in calice dominico postea manifestatum est prophetis adnuntiantibus praedicaretur. torcularis quoque calcatio et pressura taxatur: quia quomodo ad potandum uinum ueniri non potest nisi botruus calcetur ante et prematur, sic nec nos sanguinem Christi possemus bibere, nisi

7 Gen. 49, 11. 12 Es. 63, 2.

1 significabitur *R* 2 expremitur *O* 3 et adorari *om. V*, et adhonorari *S*[2] quod et *P* c*edentium *S*, caedentium *Q* 6 recubans *Q* resurgat *Q* 7 adiunxit *Q* dixit *SQ* lauauit *M* (lauabit *Q*) 10 sanguinis *QRVv* 11 et *om. Q* escian *S*, esciam *Q*, isaiam *R* is *in ras.* 13 a calcatione *LORv* 14 et pleni et *P* rubicundum *S*[1] 15 aquas *O* in *om. S* aquäe *S* quae] aquae *S* 16 calcantur *S* uel] et *LP* praelo *om. P* ideo *OQRSV*, est et ideo *LP* exponitur *Q* 17 uino *om. v* et *om. R* 18 manifes tum *S* praediceretur *v* 19 ad] calcatio ad *L*[1] 20 putandum *S*, optandum *Q* uenire·*Q* botruus *SL*, b*otuus *Q* (r *eras.*), b*otrus *M* (r *eras.*), botrus *OPRv* calcefur *corr. in* calce feriatur *P m. 2* 21 sanguine *R* possimus *Q*, possumus *P* ebibere *QR*, et bibere *O*

Christus calcatus prius fuisset et pressus et calicem prior biberet, quo credentibus propinaret.

8 Quotienscumque autem aqua sola in scripturis sanctis nominatur, baptisma praedicatur, ut apud Esaiam significari uidemus. nolite, inquit, priora meminisse et antiqua nolite reputare. ecce ego facio noua, quae nunc orientur, et cognoscetis, et faciam in deserto uiam, et flumina in loco inaquoso adaquare genus meum electum, plebem meam quam adquisiui, ut uirtutes meas exponeret. praenuntiauit illic per prophetam Deus quod apud gentes in locis quae inaquosa prius fuissent flumina postmodum redundarent et electum genus Dei, id est per generationem baptismi filios Dei factos adaquarent. item denuo praecanitur et ante praedicitur Iudaeos, si sitierint et Christum quaesierint, apud nos esse poturos, id est baptismi gratiam consecuturos. si sitierint, inquit, per deserta, adducet illis aquam, de petra producet illis, findetur petra et fluet aqua et bibet plebs mea. quod in euangelio adinpletur, quando Christus qui est petra finditur ictu lanceae in passione: qui et admonens quid per prophetam sit ante praedictum clamat et dicit: si qui sitit, ueniat et bibat.

5 Es. 43, 18—21. 16 Es. 48, 21. 21 Io. 7, 37—39.

1 calcatus *om. S* prior *add. S m. 2 in marg.* et pressus] expraessus *S* 2 quo *O*, in quo *LP*R^2, quod *Q*R^1*SV*; quod *recte fort. si* calicem *expungas* 4 ut *om. P* eseian *S*, eseiam *Q* significare *O*P^1 uideamus R^1 7 ea et faciam *V*, ut faciam *S* 8 aquoso *QS* in loco inaquoso flumina *R* 9 exquisiui *S* uirtutum *R* 10 exponerent *O* 11 fuisset R^1 12 redundaret *QR* dei *om. R* regenerationem *PQ* 14 praedicatur *V*, praedicetur *O* 15 poturos L^1P^1, futuros *SQ* (foturos *M*), potaturus *O*, potaturos L^2P^2*Rv* consecuturis *O* 16 si *om. L* desertam M^1Q^1 (desertum Q^2, deserta M^2) adducet] adhuc *S* 17 illos *v* aqua *O* per deserta adducet illos, aquam *sic distinguit v; cf. test. I 12* aquam de petra *add. L m. 2 in marg.* petram *SQ* producet illis *om. LR* finditur *O* findet petram producet illis *S* 18 aquam *S* bibit *R* pleus *O* 19 findetur *Q* lanciae *O*, lancae *LP* 20 quid] quidquid *S*, quid et *LP* per *om. S* 21 si quis *OQRSv*

qui credit in me, sicut scriptura dicit, flumina de uentre eius fluent aquae uiuae. adque ut magis posset esse manifestum quia non de calice sed de baptismo illic loquitur Dominus, addidit scriptura dicens: hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant qui in eum credebant. per baptisma autem spiritus sanctus accipitur, et sic baptizatis et spiritum sanctum consecutis ad bibendum calicem Domini peruenitur. neminem autem moueat quod cum de baptismo loquatur scriptura diuina sitire nos dicit et bibere, quando et Dominus in euangelio dicat: beati sitientes et esurientes iustitiam, quia quod auida et sitienti cupiditate suscipitur plenius et uberius hauritur. sicut et alio loco ad Samaritanam mulierem Dominus loquitur dicens: omnis qui biberit ex aqua ista, sitiet iterum. qui autem biberit ex aqua quam ego dedero, non sitiet in aeternum. quo et ipso baptisma salutaris aquae significatur, quod semel scilicet sumitur nec rursus iteratur. ceterum calix Domini in ecclesia semper et sititur et bibitur.

Nec argumentis plurimis opus est, frater carissime, ut probe- 9
mus appellatione aquae baptisma significatum semper esse et sic nos intellegere debere, quando Dominus aduenieus baptismi et calicis manifestauerit ueritatem, qui aquam illam fidelem, aquam uitae aeternae praeceperit credentibus in baptismo dari, calicem uero docuerit exemplo magisterii sui uini et aquae coniunctione

10 Matth. 5, 6. 13 Io. 4, 13. 14.

1 qui] et qui *S* 3 possit *O* 4 addit *O* 5 quaẽ *P* 6 baptismo *Q* autem] enim *LOPv* a baptizatis *LOPv* 7 ad bibendum] adhibendum *S* 8 dño *R*[1] 9 loquitur *O* si sitire *QS* sitire scriptura* diuina* *R* s *eras.* dicat *R* 11 esurientes et sitientes *Rv* quia] quid *R* sitiente *S* 12 plenius *om. R* auditur *M* (auritur *Q*) 13 samaritanem *P*[1], samaritam *LRS* dicens] *add. R:* hoc autem dixit 14 . Iterum *L*, ** iterum *M* (Et *eras.*), iterum. Et iterum *Q* beberit *S* 16 quo] quod *QRS; cf. 712,7* et ipso *LOP*, et in ipso *Q*, et ipsum *v*. et *S*, *om. R* 17 et semel *Q* 19 kmĩ *Q* 20 appellationem *P* aquae] *q. *Q* (atq. *M*) significaturum *S*[1] 21 dominus *om. R* inaduenieus matismi *R* et *om. S* 23 aeterna *O*

misceri. calicem etenim sub die passionis accipiens benedixit et dedit discipulis suis dicens: bibite ex hoc omnes. hic est enim sanguis testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. dico uobis, non bibam amodo ex ista creatura uitis usque in diem illum quo uobiscum bibam nouum in regno patris mei. qua in parte inuenimus calicem mixtum fuisse quem Dominus optulit et uinum fuisse quod sanguinem dixit. unde apparet sanguinem Christi non offerri, si desit uinum calici, nec sacrificium dominicum legitima sanctificatione celebrari, nisi oblatio et sacrificium nostrum responderit passioni. quomodo autem de creatura uitis nouum uinum cum Christo in regno patris bibemus, si in sacrificio Dei patris et Christi uinum non offerimus nec calicem Domini dominica traditione miscemus?

10 Beatus quoque apostolus Paulus a Domino electus et missus et praedicator ueritatis euangelicae constitutus haec eadem in epistula sua ponit dicens: Dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem et gratias egit et fregit et dixit: hoc est corpus meum, quod pro uobis est. hoc facite in meam commemorationem. simili modo et calicem postquam cenatum est accepit dicens: hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, hoc facite quotienscumque biberitis in meam commemorationem. quotienscumque enim ederitis panem istum et calicem biberitis, mortem Domini

2 Matth. 26, 28. 29. 17 I Cor. 11, 23—26.

1 miseere *R* 2 hic] hoc *L*[1]*P* est *post* testamenti *R* 3 noui testamenti *Pv* effunditur *Q* 4 remissione *S*, remissam *LO* 5 die *O* 6 nouum *om. O*, nouum uinum *Rv* regnum *S* 8 sanguinem suum *LOPQRv* 9 ehristus *R*[1] 10 nec] nisi *S* 11 passione *O* 12 autem] enim *O* ereaturae *S* regnum *Q* 13 patri *L* 14 offeramus *R* dominicae *S* misceamus *R*, messemus *S* 17 sua *om. O* ponens dicitens *S* 18 tradebatur accepit *om. R* egit et] agens *Oxon.* 19 u.˙˙˙est *LOPQRSV*, u. tradetur *v* 20 simili et modo *L*, similiter et *R* 21 calicem *om. R* accepit] acceptum calicem *R* 23 biberitis . . . quotienscumque *om. R* 24 enim *om. S* ederetis *O* 25 dn͠i *ex* dn͠s *R*

adnuntiatis quoadusque ueniat. quod si a Domino praecipitur et ab apostolo eius hoc idem confirmatur et traditur, ut quotienscumque biberimus, in commemorationem Domini hoc faciamus quod fecit et Dominus, inuenimus non obseruari a nobis quod mandatum est, nisi eadem quae Dominus fecit nos quoque faciamus et calicem pari ratione miscentes a diuino magisterio non recedamus. ab euangelicis autem praeceptis omnino non recedendum esse et eadem quae magister docuit et fecit discipulos quoque obseruare et facere debere constantius et fortius alio in loco beatus apostolus docet dicens: miror quod sic tam cito demutamini ab eo qui uos uocauit ad gratiam, ad aliud euangelium, quod non est aliud, nisi si sunt aliqui qui uos conturbant et uolunt conuertere euangelium Christi. sed licet nos aut angelus de caelo euangelizauerit praeterquam quod adnuntiauimus uobis, anathema sit. sicut praediximus, et nunc iterum dico: si qui uobis adnuntiauerit praeterquam quod accepistis, anathema sit.

11 Cum ergo neque ipse apostolus neque angelus de caelo adnuntiare possit aliter aut docere praeterquam quod semel Christus docuit et apostoli eius adnuntiauerunt, miror satis unde hoc usurpatum sit ut contra euangelicam et apostolicam disciplinam quibusdam in locis aqua offeratur in dominico calice,

11 Gal. 1, 6—9.

1 adnuntiatis *LMOP*Q^1*SV*, adnuntiabitis Q^2*v*, praecipitur adnuntiatis *R* quodusque *OR* si] si et *LOPQv* 2 praecipiatur *S*M^1 apostolis *O* et traditur *om. V* 3 ut *om. S* commemoratione dn̄m *R* 4 dn̄m R^1 5 a *om. R* quod *ex* quam *S m. 2* nisi eadem . . . *p. 715,7* secundum *om. O* dn̄o R^1 6 quoque] eoque *P* calicem] domini *add. Qv* pari ratione] parationem *S*, rationem *Q* (ratione *M*) 7 a *om. S* eu. autem] euuangelico saltem *S* 8 omnino] omno *S*, omnimodo *R* recedendum non *LPv* 10 beatus *om. R* docens dicet *S* 12 ad g.] in g. *R* alium *Q* 13 alius *Q*, alium *L* si *om. RS* sint *S* qui *om.* M^1Q^1 turbant *LPQR* 14 christo R^1 15 nos] aut nos *v* angelos *Q* euãgelizauerit *S*, aliter (aut aliter *Q*) adnuntiet *LPQRv; cf. 543,20* 17 si quis *QRv*

quae sola Christi sanguinem non possit exprimere. cuius rei sacramentum nec in psalmis tacet spiritus sanctus faciens mentionem dominici calicis et dicens: calix tuus inebrians perquam optimus. calix autem qui inebriat utique uino mixtus est. neque enim aqua inebriare quemquam potest. sic autem calix dominicus inebriat ut et Noe in Genesi uinum bibens inebriatus est. sed quia ebrietas dominici calicis et sanguinis non est talis qualis est ebrietas uini saecularis, cum diceret spiritus sanctus in psalmo calix tuus inebrians, addidit perquam optimus, quod scilicet calix dominicus sic inebriet ut sobrios faciat, ut mentes ad spiritalem sapientiam redigat, ut a sapore isto saeculari ad intellectum Dei unusquisque resipiscat, et quemadmodum uino isto communi mens soluitur et anima relaxatur et tristitia omnis exponitur, ita et poto sanguine Domini et poculo salutari exponatur memoria ueteris hominis et fiat obliuio conuersationis pristinae saecularis et maestum pectus ac triste quod prius peccatis angentibus premebatur diuinae indulgentiae laetitia resoluatur: quod tunc demum potest laetificare in ecclesia Domini bibentem, si quod bibitur dominicam teneat ueritatem.

12 Quam uero peruersum est quamque contrarium, ut cum Dominus in nuptiis de aqua uinum fecerit, nos de uino aquam faciamus, cum sacramentum quoque rei illius admonere et instruere nos debeat, ut in sacrificiis dominicis uinum potius offeramus. nam

3 Ps. 22, 5.

1 christus *R* 2 tacet *S sed* cet *s. l.* 4 perquam optimus] quam praeclarus est *Q* 5 mixtus uino *Q* est] ** *M*, et *Q* 6 inebriat] potest inebrians *S* genesim *Q* (genesi *M*) 7 et *om. S* 8 uini] domini et calicis uini *S* 9 sanctus] *add. S:* faciens mentionem dominici calicis et sanguinis non est talis qualis est ebrietas uini saecularis cum diceret sps scs 10 quam praeclarus M^2 (perquam optimus M^1 *Q*) sic] sic bibentes *LPQv* inebriat *LPRv* 12 a] ad *Q* sopore *LPQ* resipiscat] respiciat *V teste Rigaltio* 13 mens *om. S* 14 ita *om. S* et poto *QV*, epoto *LP*, potato *R*, epotato *v*, potest *S* dnm R^1 15 exponitur *SQ* hominibus *S* 16 et pristinae *S* 17 ac] et *S* agentibus *S* 18 tunc] cum *R* laetificari *S* 19 ecclesiam *LP* dominica teneatur ueritate *P* 23 struere *Q* 24 in *om. S*

quia apud Iudaeos defecerat gratia spiritalis, defecit et uinum: uinea enim Domini sabaoth domus Israel est. Christus autem docens et ostendens gentium populum succedere et in locum quem Iudaei perdiderant nos postmodum merito fidei peruenire, de aqua uinum fecit, id est quod ad nuptias Christi et ecclesiae Iudaeis cessantibus plebs magis gentium conflueret et conueniret ostendit. aquas namque populos significari in apocalypsi scriptura diuina declarat dicens: aquae quas uidisti, super quas sedet meretrix illa, populi et turba et gentes ethnicorum sunt et linguae. quod scilicet perspicimus et sacramento calicis contineri.

Nam quia nos omnes portabat Christus qui et peccata 13
nostra portabat, uidemus in aqua populum intellegi, in uino uero ostendi sanguinem Christi. quando autem in calice uino aqua miscetur, Christo populus adunatur et credentium plebs ei in quem credidit copulatur et iungitur. quae copulatio et coniunctio aquae et uini sic miscetur in calice Domini ut conmixtio illa non possit ab inuicem separari. unde ecclesiam id est plebem in ecclesia constitutam fideliter et firmiter in eo quod credidit perseuerantem nulla res separare poterit a Christo quo minus haereat semper et maneat indiuidua dilectione. sic autem in sanctificando calice Domini offerri aqua sola non potest quomodo nec uinum solum potest. nam si uinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis. si uero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. quando autem

8 Apoc. 17, 15.

1 spiritalis gratia *S* deficit *L* 2 uineam S^{1} istrahel est *S*, erat israel *LPQRv* christus] sps *S* 4 nos] nec *S* potest modum *S* 5 ad nubtias *Q*, adnuntians *S* 6 conuenire *S* 7 ostendat *Q* populo L^{1} significare *Rv* 8 aquas *R* 9 ille *P* 10 ethiquorum *S* sunt et] sunt *S* 11 in sacramento *LPQRv* 12 portabat *om. R* 13 uidebat *S* aqua] quam *S* 14 ostendit L^{1}, ostendens *S* 15 aquam miscet *S* christi *SLP; fort.* christi sanguine 16 ei LPR^{2}, et $R^{1}QS$, sanguini eius *V* coniungitur *QVv* 17 dnm R^{1} 18 unde et *Rv*, unde e *M* (unde *Q*) 19 ecclesiam *QRS* 20 crediderit *R* perseuerantiam *S; fort.* perseuerantem iam re *S* 21 a *om. P* 22 dilectio *QRv* sic] si *R* sanctificatione S^{1} calicem $S^{1}Q^{1}$ (calice *M*) aquam *P* offeret *LP* 24 christus *S*, sps *R* 25 uere *S*

utrumque miscetur et adunatione confusa sibi inuicem copulatur, tunc sacramentum spiritale et caeleste perficitur. sic uero calix Domini non est aqua sola aut uinum solum, nisi utrumque sibi misceatur, quomodo nec corpus Domini potest esse farina sola aut aqua sola, nisi utrumque adunatum fuerit et copulatum et panis unius conpage solidatum. quo et ipso sacramento populus noster ostenditur adunatus, ut quemadmodum grana multa in unum collecta et conmolita et conmixta panem unum faciunt, sic in Christo qui est panis caelestis unum sciamus esse corpus, cui coniunctus sit noster numerus et adunatus.

14 Non est ergo, frater carissime, quod aliquis existimet sequendam esse quorundam consuetudinem, si qui in praeteritum in calice dominico aquam solam offerendam putauerunt: quaerendum est enim ipsi quem sint secuti. nam si in sacrificio quod Christus optulit non nisi Christus sequendus est, utique id nos obaudire et facere oportet quod Christus fecit et quod faciendum esse mandauit, quando ipse in euangelio dicat: si feceritis quod mando uobis, iam non dico uos seruos, sed amicos. et quod Christus debeat solus audiri, pater etiam de caelis contestatur dicens: hic est filius meus dilectissimus, in quo bene sensi, ipsum audite. quare si solus Christus audiendus est, non debemus adtendere quid alius ante nos faciendum esse putauerit, sed quid qui ante omnes est Christus prior fecerit. neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei ueritatem, cum per Esaiam prophetam Deus loquatur et dicat: sine causa autem colunt me, man-

17 Io. 15, 14. 15. 20 Matth. 17, 5. 26 Es. 29, 13.

1 sibi] sint sibi *S; fort.* sic sibi copulantur *S* 2 spiritaliter *S* sic] si *R* 5 aut aqua sola *om. S* utrumque quae *R* 6 quo *R in ras.,* quod *SQ; cf. p. 707,16* 8 conmoluta *SP* 11 est] esse *R* ff. kmi *Q* sequem qdam *S* 13 calicem dominicum *S*[1] 15 nisi christi *R* 16 facit *Q* (fecit *M*) 19 solus debeat *R* audire *R*[1] 20 caelo *LPRv* contestetur *LP*, contestatus *R* dilectussumus *S*[1], dilectissime *R* 22 alius *ex* aliud *S m. 2,* aliqui *P*, aliquis *L*, aliud aliquis *R* 23 faciendus *S*[1] esse *ex* este *S m. 2, om. LPQ* qui] quid *SR* est] et *L* 24 homines *S*, hominum *R* 25 eseian *S* 26 mandatas *QR*

data et doctrinas hominum docentes, et iterum Dominus in euangelio hoc idem repetat dicens: reicitis mandatum Dei ut traditionem uestram statuatis. sed et alio in loco ponit et dicit: qui soluerit unum ex mandatis istis minimis et sic docuerit homines, minimus uocabitur in regno caelorum. quod si nec minima de mandatis dominicis licet soluere, quanto magis tam magna, tam grandia, tam ad ipsum dominicae passionis et nostrae redemptionis sacramentum pertinentia fas non est infringere aut in aliud quam quod diuinitus institutum sit humana traditione mutare? nam si Christus Iesus Dominus et Deus noster ipse est summus sacerdos Dei patris et sacrificium patri se ipsum optulit et hoc fieri in sui commemorationem praecepit, utique ille sacerdos uice Christi uere fungitur qui id quod Christus fecit imitatur et sacrificium uerum et plenum tunc offert in ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre secundum quod ipsum Christum uideat optulisse.

Ceterum omnis religionis et ueritatis disciplina subuertitur, **15** nisi id quod spiritaliter praecipitur fideliter reseruetur, nisi si in sacrificiis matutinis hoc quis ueretur, ne per saporem uini redoleat sanguinem Christi. sic ergo incipit et a passione Christi in persecutionibus fraternitas retardari, dum in oblationibus discit

2 Marc. 7, 13. 4 Matth. 5, 19.

1 discentes *S* 5 minimis] *add. S*[1]*:* mihi fecistis; *exp. m. 2* sic] si *Q* 7 magnam *S*[1] 9 in *om. R* 10 institum *P* 11 si *om. P* iesus christus *LPQr* 12 patris *R* se] sei *S*, et *R* ipsum] ipsum primus *LPQRv* obtulisset *R* et] ipsum et *Q*, *om. R* 13 commemoratione *LPQR* utque *M* (utique *Q*) 14 uice] qui uice *Q* id] quid *exp. L* 15 patri si] patris *R* 16 secundum *om. S* 19 si *om. S* 20 per saporem u. r. s. christi] uinum offerat ne per saporem uini odore fraglantia (flagrantem *C*, fragrante *5 codd. Felli*) odor (ab infideli conscientia odor *C et 5 codd.*) uini horis (umbris *C*) matutinis fuerit agnitus et cognoscatur esse christianus dum nos sanguine (sanguinem *C et 5 codd.*) christi in uini oblatione (*om.* in uini oblatione *C*) confundimur (conmemoramus *5 codd.*) *RC* (= *Corbeiensis*) *et 5 codd. quos laudat Oxon.* uini] ueni *L*[1]*S* 21 sic ... christi in *om. S* 22 persecutione *R* fraternitas ... oblationibus *om. S* discit] dicit *S*

de sanguine eius et cruore confundi. porro autem Dominus in euangelio dicit: qui confusus me fuerit, confundetur eum filius hominis. et apostolus quoque loquitur dicens: si hominibus placerem, Christi seruus non essem. quomodo autem possumus propter Christum sanguinem fundere, qui sanguinem Christi erubescimus bibere.

16 An illa sibi aliquis contemplatione blanditur, quod etsi mane aqua sola offerri uidetur, tamen cum ad cenandum uenimus, mixtum calicem offerimus? sed cum cenamus, ad conuiuium nostrum plebem conuocare non possumus, ut sacramenti ueritatem fraternitate omni praesente celebremus. at enim non mane, sed post cenam mixtum calicem optulit Dominus. numquid ergo dominicum post cenam celebrare debemus, ut sic mixtum calicem frequentandis dominicis offeramus? Christum offerre oportebat circa uesperam diei, ut hora ipsa sacrificii ostenderet occasum et uesperam mundi, sicut in Exodo scriptum est: et occident illum omne uulgus synagogae filiorum Israel ad uesperam. et iterum in psalmis: adleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. nos autem resurrectionem Domini mane celebramus.

17 Et quia passionis eius mentionem in sacrificiis omnibus facimus, passio est enim Domini sacrificium quod offerimus, nihil aliud quam quod ille fecit facere debemus. scriptura enim dicit ut quotienscumque calicem in commemorationem Domini et pas-

2 Marc. 8, 38. 4 Gal. 1, 10. 16 Ex. 12, 6. 18 Ps. 140, 2. 24 cf. I Cor. 11, 26.

2 confusus] confessus *Q* fuerit] coram hominibus *add. Q* confundet *RQ*[1], confidet *Q*[2] (confitebitur *M in ras.*) 4 placere uellem *V* 5 christus *ex* christi *R* 6 bibire *S* 7 estsi *M* (etsi *Q*) 8 ad] a *Q* (ac *M*) 10 ueritate *L* 11 fraternitatem *Q* omne *R* ad *LQS* 12 nuncquid *S* 13 sic] si *S* 14 christi *ex* christus *R* 15 uespera *LP* ipsius *R* occansum *S* 16 uespera *S* in mundi *R* occiderunt illud *S* 17 omnis *Q* istrahel *S* 18 manum *Q* 19 resurrectionem *ex* rectionem *S m. 2* 20 domini] in sacrificiis omnibus dni *R* celebremus *M*[1] (celebramus *M*[2]*Q*) 21 et quia] qui *V* faciamus *M*[1] (facimus *M*[2]*Q*) 23 ille] ipse *R* dicit] *add. Rv:* quotienscumque enim ederitis panem istum et calicem istum biberitis mortem domini adnuntiabitis (adnunciatis *R*) quoadusque ueniat (= *I Cor. 11, 26*) 24 ut *om. Rv* quotienscumque] ergo *add. Rv*

sionis eius offerimus, id quod constat Dominum fecisse faciamus. et uiderit, frater carissime, si quis de antecessoribus nostris uel ignoranter uel simpliciter non hoc obseruauit et tenuit quod nos Dominus facere exemplo et magisterio suo docuit, potest simplicitati eius de indulgentia Domini uenia concedi: nobis uero non poterit ignosci, qui nunc a Domino admoniti et instructi sumus, ut calicem dominicum uino mixtum, secundum quod Dominus optulit, offeramus et de hoc quoque ad collegas nostros litteras dirigamus, ut ubique lex euangelica et traditio dominica seruetur et ab eo quod Christus et docuit et fecit non recedatur.

Quae ultra iam contemnere et in errore pristino perseuerare 18
quid aliud est quam incurrere in obiurgationem Domini increpantis [in psalmo] et dicentis: ad quid exponis iustificationes meas et adsumis testamentum meum per os tuum? tu autem odisti disciplinam et abiecisti sermones meos retro. si uideras furem, concurrebas ei et inter moechos particulam tuam ponebas. exponere enim iustificationes et testamentum Domini et non hoc idem facere quod fecerit Dominus, quid aliud est quam sermones eius abicere et disciplinam dominicam contemnere nec terrena sed spiritalia furta et adulteria committere? dum quis de euangelica ueritate furatur Domini nostri uerba et facta, et corrumpit adque adulterat praecepta diuina. sicut apud Hieremiam scriptum est: quid est, inquit, paleis ad triticum? prop-

13 Ps. 49, 16. 18. 24 Hier. 23, 28. 30. 32.

1 dño *L*, dñs *R* facimus *S*[1] 2 et *om. R* fr̃s km̃i *Q* (frater km̃i *M*) quid *R* de *om. L* 3 hoc *om. R* et tenuit *om. R* 4 simplicitatis *S* 5 de] ne *S* 7 mixtum uino *R* 8 de] super *V* 10 et docuit] docuit *S* 12 currere *S* in] id *L* obiurgatione *S* 13 in psalmo *om. S* expones *Q* 14 meae *R* adsumes *LOQ* meum] tuum *P* 16 meus *O* uidebas *QRv* simul concurrebas *Q; cf. 169,14* 17 ei *om. LR*, cum eo *Q* inter moecos *S*, cum adulteris *Q* particulam] portionem *Q* tuam *om. L* 18 dei *R* 20 eius *om. S* 21 qui *L*[1], *om. R* 22 ueritatem *Q* nostri] non *PM* (nostri *Q*) et corrumpit] corrumpit *OQRv* 23 ieremian *SP*, hieremian *R* 24 ad] aut *S*

ter hoc ecce ego ad prophetas, dicit Dominus, qui furantur uerba mea unusquisque a proximo suo, et seducunt populum meum in mendaciis suis et in erroribus suis. item aput eundem alio loco, et moechata est, inquit, lignum et lapidem, et in his omnibus non est reuersa ad me. quod furtum et adulterium ne in nos etiam cadat cauere sollicite et timide ac religiose obseruare debemus. nam si sacerdotes Dei et Christi sumus, non inuenio quem magis sequi quam Deum et Christum debeamus, quando ipse in euangelio maxime dicat: ego sum lumen saeculi. qui me secutus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitae. ne ergo in tenebris ambulemus, Christum sequi et praecepta eius obseruare debemus, quia et ipse alio in loco mittens apostolos dixit: data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. ite ergo et docete omnes tinguentes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti, docentes eos obseruare omnia quaecumque praecepi uobis. quare si in lumine Christi ambulare uolumus, a praeceptis et monitis eius non recedamus agentes gratias, quod dum instruit in futurum quid facere debeamus, de praeterito ignoscit quod simpliciter errauimus. et quia iam secundus eius aduentus nobis propinquat, magis ac magis benigna et larga dignatio corda nostra luce ueritatis inluminat.

19 Religioni igitur nostrae congruit et timori et ipsi loco adque officio sacerdotii nostri, frater carissime, in dominico calice miscendo et offerendo custodire traditionis dominicae ueritatem

4 Hier. 3, 9. 10. 10 Io. 8. 12. 14 Matth. 28, 18—20.

2 a *om.* *SQ* (ad *M*) proximū suū *M* (ū *corr.*) 4 eodem *S*[1] moecata *S* 5 in lignum *v* 6 furtum *ex* futurum *SQ* (furtum *M*) 9 debemus *R* 11 saeculi] mundi *Q* ambulauit *QR* 13 christi *R* 14 in alio *v* apostolus *OP* 16 omnes *LS*, gentes omnes *OPR*, omnes gentes *Qv* tinguentes] baptizantes *Q* eas *R* 17 fili *SPQ* eas *R* 19 uoluimus *Oxon.* 20 dum] nondum *S* 21 quod *Q* ignuscit *O*, agnoscit *P*[1] 22 errauimus] eramus *S* iam *om.* *P* adpropinquat *LOPQRv* 23 benigna eius *LOPQRv* 25 religione *O* 26 sacerdoti *O*, sacerdotis *S* nr͠o *O*

et quod prius apud quosdam uidetur erratum Domino monente corrigere, ut cum in claritate sua et maiestate caelesti uenire coeperit, inueniat nos tenere quod monuit, obseruare quod docuit, facere quod fecit. opto te, frater carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA LXIIII.

CYPRIANVS ET CETERI COLLEGAE QVI IN CONCILIO ADFVERVNT NVMERO LXVI FIDO FRATRI S.

Legimus litteras tuas, frater carissime, quibus significasti de 1
Victore quondam presbytero, quod ei, antequam paenitentiam plenam egisset et Domino Deo in quem deliquerat satisfecisset, temere Therapius collega noster inmaturo tempore et praepropera festinatione pacem dederit. quae res nos satis mouit, recessum esse a decreti nostri auctoritate, ut ante legitimum et plenum tempus satisfactionis et sine petitu et conscientia plebis nulla infirmitate urgente ac necessitate cogente pax ei concederetur. sed librato apud nos diu consilio satis fuit obiurgare Therapium collegam nostrum quod temere hoc fecerit et instruxisse ne quid tale de cetero faciat: pacem tamen quomodocumque a sacerdote Dei semel datam non putauimus auferendam ac per hoc Victori communicationem sibi concessam usurpare permisimus.

2 corripere *S* sua et maiestate *om. R* et *om. S* uenire] *desinit O* 3 nos tenere *ex* nosterne *S m. 2* docuit] nocuit *R* 4 opto ... ualere *om. S.* — Caecili Cypriani ad Caecilium (de sacramento calicis dominici *add. Q*) explicit *SQ*, De (Explicit ad Caecilium de *P*, Ad Caecilium de *R*) sacramento dominici calicis (*om. R*) explicit (*om. P*) *LPR.* —

Epist. LXIIII. — Incipit ad Fidum de infantibus baptizandis *CLPQR.* — 7 salute *L¹R* 9 quondam *C²LMPQ¹RV*, quodam *Q²*, quandam *C¹* ei *ex* et *M* (ei *Q*), et *PR¹* 10 deliquerit *C* 11 temere *om. CRv* terapios *L¹* propera *R* 14 et sine] sine *CR* 15 urgente *om. CR* ei] et *exp. C* 16 liberato *C* 17 terapium *Q* et *om. C* 19 a sacerdote] sacerdoti *L* semel] apud *exp. C* offerendam *C¹* ac] hac *L¹Q* 20 uictoria *C¹* promisimus *L*

2 Quantum uero ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum uel tertium diem quam nati sint constitutos baptizari non oportere et considerandam esse legem circumcisionis antiquae, ut intra octauum diem eum qui natus est baptizandum et sanctificandum non putares: longe aliud in concilio nostro uisum est. in hoc enim quod tu putabas esse faciendum nemo consensit, sed uniuersi potius iudicauimus nulli hominum nato misericordiam Dei et gratiam denegandam. nam cum Dominus in euangelio suo dicat: filius hominis non uenit animas hominum perdere sed saluare, quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est. quid enim ei deest qui semel in utero Dei manibus formatus est? nobis enim adque oculis nostris secundum dierum saecularium cursum accipere qui nati sunt incrementum uidentur. ceterum quaecumque a Deo fiunt Dei factoris maiestate et opere perfecta sunt.

3 Esse denique apud omnes siue infantes siue maiores natu unam diuini muneris aequalitatem declarat nobis scripturae diuinae fides, cum Helisaeus super infantem uiduae filium qui mortuus iacebat ita se Deum deprecans superstrauit, ut capiti caput et faciei facies adplicaretur et superfusi Helisaei membra singulis paruuli membris et pedes pedibus iungerentur. quae res si secundum natiuitatis nostrae et corporis qualitatem cogitetur,

9 Luc. 9, 56.

1 quantum ... *l. 11* perdenda est *exh. Augustinus Contra duas epist. Pelag. IV 23* infantum *C* u *corr.* 2 diem tertium *L* quam] dum quam *V*, quo *v et Aug. textus* sunt *R et Aug.* 4 antiquae *R* ae *in ras.*, antiqua *M* (antiquae *Q*) 5 longe] aliquid *C* 6 uisum] omnibus uisum *Qv et Aug.* tu *om. Aug.* 7 consentit *P*, concessit *C* iudicamus *C*[1]*v* 8 homini *v* misericordis dei gratiam *Aug.* 10 hominum *om. CR et Aug.* sed saluare *R sed* salua *in ras., om. C* 11 si] sicut *C* anima] innocens *add. C* 12 manibus dei *Q* 17 maioris *L* 18 declara *R* diuinae scripturae *v* 19 cum *om. v* eliseus *PQ* infante *C*[1] uiduae *C sed* ae *in ras.*, samaritis *V* 20 ita se *om. P* caput *ex* apud *C* 21 faciei *C sed* ei *in ras.*, facie *L* applicaret *R* superfusa *CR* aelisae *L*, elisei *PQ* singuli *L* 22 paruulis *C*[1] iungarentur *C*[1] 23 qualitatem] inaequalitatem *v* cogitatur *C*

adulto et prouecto infans non posset aequari nec cohaerere et sufficere possent parua membra maioribus. sed illic aequalitas diuina et spiritalis exprimitur, quod pares adque aequales sint omnes homines, quando a Deo semel facti sunt et possit aetas nostra in incrementis corporum secundum saeculum, non secundum Deum habere discrimen: nisi si et gratia ipsa quae et baptizatis datur pro aetate accipientium uel minor uel maior tribuitur, cum spiritus sanctus non de mensura sed de pietate adque indulgentia paterna aequalis omnibus praebeatur. nam Deus ut personam non accipit, sic nec aetatem, cum se omnibus ad caelestis gratiae consecutionem aequalitate librata praebeat patrem.

Nam et quod uestigium infantis in primis partus sui diebus 4
constituti mundum non esse dixisti, quod unusquisque nostrum adhuc horreat exosculari, nec hoc putamus ad caelestem gratiam dandam inpedimento esse oportere. scriptum est enim: omnia munda sunt mundis. nec aliquis nostrum id debet horrere quod Deus dignatus est facere. nam etsi adhuc infans a partu nouus est, non ita est tamen ut quisquam illum in gratia danda adque in pace facienda horrere debeat osculari, quando in osculo infantis unusquisque nostrum pro sua religione ipsas adhuc recentes Dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formato et recens nato quodam modo exosculamur, quando id quod Deus fecit amplectimur. nam quod in Iudaica circumcisione carnali octauus dies obseruabatur, sacramentum est in umbra adque

16 Tit. 1, 15.

1 cohereret *L* 2 possint *Q* 3 aequalem *R* sit *R*, sunt *C* 5 in *om. CR* corporis *v* 6 si *om. C* et *om. R* quae et] quae *CRv* 7 minore *R* 9 paterne *C*[1] 10 accepit *C*[1] aetate *L* patrem] parem *Bamb. (B)* 14 constituto *L* 15 adhuc horreat] adhorreat *L* exhosculari *Q*, rex osculari *C, sed* rex *corr. in* cum caeleste *L* 17 sunt *om. C* nec . . . *l. 24* amplectimur *exh. August. l. c.* aliquid *C*[1] 18 dominus *Aug.* etsi] si et *P* a partu] aperte *C* ert *corr.* 19 non *et* est *om. CR* ut] ut ne *CR* gratiam *Q* 21 ipsas *om. C in ras.*, ipsa *R* adhoc *L* 22 regentes *corr. in* regentis *C* manus] malis *L* cogitari *Q* quas] quam *C* 23 regens *L*[1] nato *om. v*, acto *ex* ato *C* 24 iuda *C*[1] carnali *om. C*

imagine ante praemissum, sed ueniente Christo ueritate conpletum. nam quia octauus dies id est post sabbatum primus dies futurus erat quo Dominus resurgeret et nos uiuificaret et circumcisionem nobis spiritalem daret, hic dies octauus id est post sabbatum primus et dominicus praecessit in imagine. quae imago cessauit superueniente postmodum ueritate et data nobis spiritali circumcisione.

5 Propter quod neminem putamus a gratia consequenda inpediendum esse ea lege quae iam statuta est, nec spiritalem circumcisionem inpediri carnali circumcisione debere, sed omnem omnino admittendum esse ad gratiam Christi, quando et Petrus in actis apostolorum loquatur et dicat: Dominus mihi dixit neminem hominum communem dicendum et inmundum. ceterum si homines inpedire aliquid ad consecutionem gratiae posset, magis adultos et prouectos et maiores natu possent inpedire peccata grauiora. porro autem si etiam grauissimis delictoribus et in Deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum datur et a baptismo adque gratia nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans qui recens natus nihil peccauit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquae prima natiuitate contraxit, qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso

12 Act. 10, 28.

1 in imagine *Cv*, iamagine *R* in ueritate *CR* 2 quia *corr. in* qui *C* octauum diem *R* id est ... *l. 4* octauus id *om. C* abblatum *R item l. 5* 3 quo] quod *LM* (quo *Q*) 5 imaginem C^1 7 spiritale C^1P 8 ad gratiam consequendam *CR* 9 ea] a *C* 10 a carnali *P*, carnaliter *C* circumcisionem L^1CR deberet *C*, impediri debere *R* omne] omne nominum *R* 11 omnino $CLPMQ^1RV$, omnino hominem Q^2v 12 actus *Q* 13 hominum *LPV*, hominem *CRv, om. Q* et *ex* esse *C* 14 ceterum ... *p. 721,2* aliena peccata *exh. Augustinus Contra duas epist. Pelag. IV 23* = A^1 *et Contra Iulian. Pelag. I 6* = A^2 inpediri *L* 15 possent *CLPQR* adulto et pronectus *C* 16 porro *usque ad finem exh. Hieronymus adu. Pelag. p. 545* = *H* etiam *om.* A^2 17 delictorum *C* multo A^1H 18 crediderunt *L* remissio *H* adque $CLPQRA^1A^2H$, et *V*, atque a *v* 19 gratiae *L* 21 prime C^1 22 qui] quae *R sed* uae *s. l.* remissa *LPQ*, remissionem *H*

facilius accedit quod illi remittuntur non propria sed aliena peccata.

Et idcirco, frater carissime, haec fuit in concilio nostra sen- 6
tentia a baptismo adque a gratia Dei, qui omnibus misericors et benignus et pius est, neminem per nos debere prohiberi. quod cum circa uniuersos obseruandum sit adque retinendum, magis circa infantes ipsos et recens natos obseruandum putamus, qui hoc ipso de ope nostra ac de diuina misericordia plus merentur quod in primo statim natiuitatis suae ortu plorantes ac flentes nihil aliud faciunt quam deprecantur. optamus te, frater carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA LXV.

CYPRIANVS EPICTETO FRATRI ET PLEBI ASSVRAS CONSISTENTI S.

Grauiter et dolenter motus sum, fratres carissimi, quod cogno- 1
uerim Fortunatianum quondam apud uos episcopum post grauem lapsum ruinae suae pro integro nunc agere uelle et episcopatum sibi uindicare coepisse. quae res contristauit me, primo propter ipsum qui miser uel diaboli tenebris in totum excaecatus uel

3 fratres *CM*, *om. R* kmi *C*, *om. M* (f. k. *Q*) nostro *C* 4 a gratia] gratia *CH* omnibus] hominibus *L* 6 uniuersa *C* scruandum *CR* magis *CPQRV*, ** magis *Q*, ut magis *M*, tum magis *Hv* 7 recentes *C*[2] puta *H* 8 hos *R* de ope *om. Q (exh. M)* nostra ad diuinam misericordiam *H* miserentur *Q* (merentur *M*) 10 quam *ex* quidam *L* optamus . . . ualere *om. CP.* — Ad (Explicit ad *P*, Explicit Caecili Cypriani ad *C*) Fidum de infantibus baptizandis explicit *(om. CP) CLPQR.* —

Epist. LXV. — Incipit ad Epictetum et plebem Assuritanorum (Assurit *L*, Assyritanorum *P*, Assiritanorum *N*, Desubitanorum *Q*) de (et *LNP*, *om. CR*) episcopo eorum (episcoporum *M*[1]*N*, fortunato episcoporum *Q*, *om. CR*) *CLMNPQR.* — 13 assyras *P* consistentibus *Q*, consistentis *R* 15 frater carissime *V* 16 fortunatum *CR* 17 pro] pro in *L* episcopatu *R* 18 uindicare] uelle uindicare *LNPQ*; *fort.* uel uindicare

quorundam sacrilega persuasione deceptus, cum debeat satisfacere et ad Dominum exorandum diebus ac noctibus lacrimis et orationibus et precibus incumbere, audet sibi adhuc sacerdotium quod prodidit uindicare, quasi post aras diaboli accedere ad altare Dei fas sit aut non maiorem in se iram et indignationem Domini in die iudicii prouocet, qui cum fidei et uirtutis dux fratribus esse non potuerit, perfidiae et audaciae et temeritatis magister existat et qui non docuit fratres in proelio fortiter stare, doceat eos qui uicti et prostrati sunt nec rogare, cum Dominus dicat: illis fudistis libamina et illis inposuistis sacrificia, super haec non indignabor? dicit Dominus, et alio loco: sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino soli, item Dominus denuo loquatur et dicat: adorauerunt eos quos fecerunt digiti eorum, et curuatus est homo et humiliatus est uir. et non laxabo illis, in apocalypsi quoque legamus iram Domini conminantis et dicentis: si quis adorat bestiam et imaginem eius et accipit notam in fronte sua et in manu, bibet et ipse de uino irae Dei mixto in poculo irae eius et punietur igne et sulphure sub oculis sanctorum angelorum et sub oculis agni. et fumus tormentorum in saecula saeculorum ascendet: nec habebunt requiem die et nocte qui adorant bestiam et imaginem eius.

10 Es. 57, 6. 12 Ex. 22, 19. 13 Es. 2, 8. 9. 17 Apoc. 14, 9—11.

1 persuasione] persecutione *Q* deceptos *L* cum *om.* *C* debebat *C* 2 et ad *ex* te ad *C* 3 praeces C^1 4 post aras] portam *C* 5 maiore *ex* maiora *Q* (maiorae *M*), maiorum L^1 dn̄o C^1 6 cum fidei *ex* confidat ei *C* 7 temeritatis aliis *ex* temeritate aut quis *C* 10 fudisti *V* imposuisti *V* 11 haec] omnia ergo *add.* *CRV* 12 nisi *ex* ni *C* 13 dominus *post* loquatur *CR* loquitur et dicit *v* 15 relaxabo *CR* illos P^1 16 legimus *v* dn̄o C^1 17 adoret C^1 et accipit] accipiet *Q* 18 frontem suam *Q* 19 iraeius *P*, irae eis C^1 20 sulpure *LP*, sulfure *NQ* 21 tormentorum] tormento *P*, de tormentis eorum *CRv; cf. 324,4; 163,21* 22 ascendet in s. s. *P* ascendent *LQ* habeunt *Q* 23 et] ac *Nv* adorauerunt *C*

Cum ergo haec tormenta, haec supplicia in die iudicii Dominus comminetur his qui diabolo obtemperant et idolis sacrificant, quomodo se putat posse agere pro Dei sacerdote qui obtemperauit et seruiuit diaboli sacerdotibus, aut quomodo putat manum suam transferri posse ad Dei sacrificium et precem Domini quae captiua fuerit sacrilegio et crimini, quando in scripturis diuinis Deus ad sacrificium prohibeat accedere sacerdotes etiam in leuiore crimine constitutos et in Leuitico dicat: homo in quo fuerit uitium et macula non accedet offerre dona Deo. item in Exodo: et sacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum sanctificentur, ne forte derelinquat illos Dominus. et iterum: et qui accedunt ministrare ad altare sancti, non adducent in se delictum, ne moriantur. qui ergo grauia delicta in se adduxerunt, id est qui idolis sacrificando sacrilega sacrificia fecerunt, sacerdotium Dei sibi uindicare non possunt nec ullam in conspectu eius precem pro fratribus facere, quando in euangelio scriptum sit: Deus peccatorem non audit, sed si qui Deum coluerit et uoluntatem eius fecerit, illum audit. quamuis sic quorundam pectora tenebrarum ingruentium profunda caligo caecauerit, ut de praeceptis salubribus nihil lucis admittant, sed semel a recto limite ueri itineris auersi per 2

8 Leuit. 21, 17. 10 Ex. 19, 22. 12 Ex. 9, 31. 18 Io. 9, 31.

1 iudicii] irae *ex* in *C* dn̄o C^1 2 his] iis *v* obtemperent L^1N 3 putant posse C^1P, putat pro se *R* 5 transferre *P* dei *om. CRV* 6 sacrilegiorum et criminum *C* in *om. C* diuinis scripturis *C* 8 leuiori *Rv*, religione *L*, *om. P* constitutos CRQ^2, consecutos $LMNPQ^1$ 9 accedat *C* 10 et *om. CR* 11 delinquat *N* 12 qui] cum *Vv* administrare *P* 13 altare sanctum C^1, sanctum *V teste Rigaltio* 14 qui] quia *C* in se delicta *CRv* 15 sacrificandum C^1, sacrificandos *P*, sacrificauerunt *Q* sacrilege *LNP* 16 dei *om. C* 17 euangelium C^1L 18 si *om. C* quis *Pv* dn̄m *R* 19 et uoluntatem] uoluntatemque *C* 20 peccatora $C^1L^1Q^1$ (pectora *M*) profundi C^1 21 ut de] unde C^1 salutaribus *C* 22 sed *R*, et *C*, *om. LNPQ*

praeceps et abruptum criminum suorum nocte adque errore rapiantur.

3 Nec mirum si consilia nostra aut Domini praecepta nunc abnuunt qui Dominum negauerunt. stipes et oblationes et lucra desiderant, quibus prius insatiabiles incubabant, et cenis adque epulis etiam nunc inhiant, quarum crapulam nuper superstitem in dies cruditate ructabant, nunc manifestissime conprobantes nec ante se religioni, sed uentri potius et quaestui profana cupiditate seruisse. unde et ipsam uenisse perspicimus et credimus de Dei exploratione censuram, ne apud altare consistere et contractare ulterius perseuerarent pudorem incesti, fidem perfidi, religionem profani, diuina terreni, sancta sacrilegi. quod ne tales ad altaris inpiamenta et contagia fratrum denuo redeant omnibus uiribus excubandum est, omni uigore nitendum ut quantum possumus ab hac eos sui sceleris audacia retundamus, ne adhuc agere pro sacerdote conentur qui ad mortis extrema deiecti ultra lapsos laicos ruinae maioris pondere proruerunt.

4 Si uero apud insanos furor insanabilis perseuerauerit et recedente spiritu sancto quae coepit caecitas in sua nocte permanserit, consilium nobis erit singulos fratres ab eorum fallacia separare et, ne quis in laqueos erroris incurrat, ab eorum con-

1 praeceps] praeces *Q* per abruptum *v*, abrupto *P* nocte] necte *Q* adque errore] adquirere *C* 3 dn̄m *Q* adnuunt *L* 5 insatiabiliter *ex* insatiabile *C* succumbebant *C sed* e *ex* a 6 iniant L^1, hiniant *C*, initiant *P* superstite nuper *v*, nuperstet *R*, superstite *ex* nuperstate *C* 7 conprobanter *C* 8 nec ante] negasse *ex* negante *C* religionis *LQ* sed] et *L* et *om. Q* 9 inde *Q* in ipsa *M* (ipsam *Q*) prespicimus *R* 10 ne] nec M^1Q^1 altarem C^1L^1Q contrectare *CNPRv* 11 pudore C^2Q^2 (pudorem C^1MQ^1); *item* fide p. religione C^2Q^2 12 profanis *Q* terrenis *Q* 13 altares *L*, altare *NP* impiamente LP^1 fratruum *L*, fratrem C^1, fructuum *R* 14 est] est et *v* omni uigore nitendum *om. Vv* 15 ab hac] et hanc *ex* ad hac *C* eos *om. C* suis *PQ*, uis *L* celeris *LP*, scelis *C* audaciam *C* 16 detecti C^1 17 lapsus laicus *C* maiore C^1 deruerunt *C* 18 insano furore *P* 19 quae] quate *C* cepit cecitas *L*, coephitica coecitatis *C* 20 singulis *C*, in singulos *Q* 21 ne quis] quisquis *C sed* quis *s. l.* incurrerit C^2 contagiones C^1

tagione secernere, quando nec oblatio sanctificari illic possit ubi sanctus spiritus non sit, nec cuiquam Dominus per eius orationes et preces prosit qui Dominum ipse uiolauit. quod si Fortunatianus aut inmemor criminis sui per diaboli caecitatem aut minister et seruus diaboli factus ad decipiendam fraternitatem in hoc suo furore permanserit, uos quantum potestis elaborate et in hac caligine diaboli saeuientis fratrum mentes ab errore reuocate, ne alienae dementiae facile consentiant. ne se desperatorum delictis participes faciant, sed teneant integri salutis suae tenorem et integritatis conseruatae a se et custoditae perpetuum uigorem.

Lapsi uero magnitudinem delicti sui cognoscentes a deprecando 5
Domino non recedant nec ecclesiam catholicam, quae una et sola est a Domino constituta, derelinquant: sed satisfactionibus inmorantes et Domini misericordiam deprecantes ad ecclesiam pulsent, ut recipi illuc possint ubi fuerunt et ad Christum redeant a quo recesserunt. nec audiant eos qui se falsa et mortali seductione decipiunt, cum scriptum sit: nemo uos decipiat inanibus uerbis. propterea enim uenit ira Dei super filios contumaciae. nolite ergo esse participes eorum. ergo contumaces et Deum non timentes et ab ecclesia in totum recedentes nemo comitetur. quod si quis inpatiens fuerit ad deprecandum Dominum qui offensus est et nobis obtemperare noluerit, sed

17 Eph. 5, 6. 7.

1 secernere] hunc eruere *ex* heceruere *C* oblatione *L* illuc M^1 (illic M^2Q) possit] pos∗ Q^1, post *M* 2 spiritus sanctus *v* sit nec] digne *ex* signe *C* dns *corr. in* dari *C* 3 prosit] possit *C* fortunatus *CR* 4 aut i.] haut memor *C* caecitatem . . . diaboli *om. C* 6 in hec alienigene *C* 7 seuientes *CNR*, seuiuentes *Q* 8 alienae] alienigine *C* consentiat *C* 9 faciant participes *L* set *L*, et *CR* integris *Q*, integrae *R*, integro C^1, integra *N* suae tenorem *om. CR;* tenorem *om. Vv* 10 uigorem] tenorem *Vv* 11 cognoscenturtes *Q* (cognoscentes *M*) ad deprecandum *C* 12 nec] in *PQ* et sola *om. L* 13 a *om. CQ* dm̃ *C* constituta] consecrata *V* derelinquent *C*, relinquant *R* immorantibus C^1 14 misericordia *R* 15 illic C^2v 16 audeant *CLNQ* eos] ante eos *C* falsa] fallaci *CRv* et *om. L* immortali *L* seductione] circumuentione *CRVv* 17 inmanibus L^1 20 dum̃ *CR* 21 qui C^1 inpatiens] incapiens *C* 22 dm̃ *LP* sed d. e. p. s. fuerit *om. CR*

desperatos et perditos secutus fuerit, sibi inputabit cum iudicii dies uenerit. quomodo enim deprecari in die illo Dominum poterit qui et ante hoc Christum et nunc quoque ecclesiam Christi negauit et episcopis sanis et integris et uiuentibus non obtemperans comitem se et participem morientibus praebuit? opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere.

EPISTVLA LXVI.

CYPRIANVS QVI ET THASCIVS FLORENTIO CVI ET PVPPIANO FRATRI S.

1 Ego te, frater, credideram tandem iam ad paenitentiam conuerti, quod in praeteritum tam infanda tam turpia tam etiam gentilibus execranda aut audisses de nobis temere aut credidisses. porro autem etiam nunc in litteris tuis animaduerto eundem te adhuc esse qui prius fueras, eadem te de nobis credere et in eo quod credideris perseuerare et ne forte claritatis et martyrii tui dignitas nostra communicatione maculetur, mores nostros diligenter inquirere et post Deum iudicem qui sacerdotes facit te uelle non dicam de me — quantus enim ego sum? — sed de Dei et Christi iudicio iudicare. hoc est in Deum non credere, hoc

1 secutos *LN* inputauit *R* 2 dm̃ *N*, dn̄s *L* 3 quis *M* (qui *Q*) ante hoc] tunc *CR* quoque *om. L* 4 et episcopis] episcopis *C* obtemperat *L*, obtemperant *PQ* 5 comitem se sed et *ex* comittere et *C* opto . . . ualere *om. CL*, bene ualere opto uos frs̃ km̃i semper *P* 6 carissimi] km̃i ac desiderantissimi *Qv* ualere] *add. MQ:* fraternitati salutate (salute Q^2) ualete. — Ad Epictetum et plebem (assyritanorum *add. N*) explicit *LNQ*, Explicit ad Epictetum et plebem Assyritanorum et episcopo eorum *P*, Ad Epictetum et plebem Assuritanorum de Fortunato quondam episcopo (epĩs *C*) eorum *(om. C)* explicit *CR*. —

Epist. LXVI. — Incipit ad Florentium quem et Puppianum (pupianum *To*) *BLNPTo*, Florentio et Pupiano b. c. e. *H*. — 8 tascius *HNo*, ascius *B*, eascius *T*, thascius *L in ras. m. 2* pupiano *To* 12 aut audisses] ut audisses *BL* 13 in *om. N* 14 in *om. B* 15 quod] quo *N* 16 communicatione] commaculatione *N* commaculetur *H* in mores B^1T, instais mores *H* 17 qui *eras. in B* facit *om. B* 18 sed *om. LP*

est rebellem aduersus Christum et aduersus euangelium eius existere, ut cum ille dicat: nonne duo passeres asse ueneunt et neuter eorum cadit in terram sine patris uoluntate, et probet maiestas eius et ueritas sine conscientia et permissu Dei etiam minora non fieri, tu existimes sacerdotes Dei sine conscientia eius in ecclesia ordinari. nam credere quod indigni et incesti sint qui ordinantur quid aliud est quam contendere quod non a Deo nec per Deum sacerdotes eius in ecclesia constituantur.

An putas maius esse de me meum quam Dei testimonium, 2
cum Dominus ipse doceat et dicat testimonium non esse uerum si quis ipse de se testis existat, eo quod unusquisque utique sibi faueat nec contra se aliquis infesta et aduersa depromat, fides uero sincera sit ueritatis, si in praedicationibus nostris alius sit praedicator ac testis. si testimonium, inquit, dixero de me, testimonium meum non est uerum. alius est enim qui testis est de me. quod si ipse Dominus omnia postmodum iudicaturus sic noluit de testimonio suo sibi credi, sed maluit de iudicio ac testimonio Dei patris probari, quanto magis hoc seruos eius obseruare oportet, qui iudicio ac testimonio Dei non probantur tantum, sed etiam gloriantur. praeualuit autem apud te contra diuinam sententiam, contra con-

2 Matth. 10, 29. 15 Io. 5, 31. 32.

2 ut] et *T* 3 ueniunt *BL*[1]*NPT* neuter eorum non *HN*, non *BL* terra *v* patre *N* 4 probat *T*, comprobet *H* eius *om. T* 5 permisso *B* etiam ... dei *om. B* minora non *H sed corr.*, minima *o*, morã *PT* existimas *T* as *ex* e 6 eius] et permissum *add. B* in ecclesia *om. B* 7 incerti *o* 8 contendere *LN*, concedere *V*, condere *T*[1]*B*, credere *HPT*[2]*ov* 10 me *om. P* meum *om. B* 12 exstat *P* eo quod *om. B* sibi *om. P*[1], *** sibi *T* 13 fabeant *N*, placeat *V* aliquid *P* deprimat *T* si fides *B* 14 uera *N* si ueritas *B* si *om. HLPT* 15 inquit ... testimonium *om. T* 16 meum] enim meum *B* 17 quod si] quod *N* qui omnia *Po* 18 sic *scripsi*, sit *BLNPo*, *om. HTv* suo testimonio *H* 19 deo *T*[1] probari *om. N* 20 seruis *B* 21 dei] nostri *add. B* tantum probantur *B* 22 autem *om. B* et contra *Pov*

scientiam nostram fidei suae uiribus nixam inimicorum et malignorum commentum, quasi aqud lapsos et profanos et extra ecclesiam positos, de quorum pectoribus excesserit spiritus sanctus, esse aliud possit nisi mens praua et fallax lingua et odia uenenata et sacrilega mendacia: quibus qui credit, cum illis necesse est inueniatur cum iudicii dies uenerit.

3 Quod uero dixisti sacerdotes humiles esse debere, quia et Dominus et apostoli humiles fuerunt, humilitatem meam et fratres omnes et gentiles quoque optime norunt et diligunt: et tu quoque noueras et diligebas, cum adhuc in ecclesia esses et mecum communicares. quis autem nostrum longe est ab humilitate, utrumne ego qui cotidie fratribus seruio et uenientes ad ecclesiam singulos benigne et cum uoto et gaudio suscipio, an tu qui te episcopum episcopi et iudicem iudicis ad tempus a Deo dati constituis, cum Dominus Deus in Deuteronomio dicat: et homo quicumque fecerit in superbia ut non exaudiat sacerdotem aut iudicem quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, et omnis populus cum audierit timebit, et non agent impie etiam nunc, et iterum ad Samuel loquitur et dicit: non te spreuerunt, sed me spreuerunt, et adhuc Dominus in euangelio cum ei dictum esset: sic respondes pontifici, custodiens et docens sacerdotalem honorem seruari oportere contra pontificem nihil dixerit, sed innocentiam suam tantummodo purgans responderit dicens: si male locutus sum, exprobra de malo:

15 Deut. 17, 12. 13. 20 I Sam. 8, 7. 25 Io. 18, 23.

1 scientiam *B* fidei] dei *NPo* suae *om. No* 2 quasi] quas *L*, quod *B* et extra] extra *HNV*, et contra *B* 3 positis *L* spiritus] christi *B* 4 praue *T*¹ et *om. L* linga *o* 7 dixistis *B* 8 apostoli eius *BHTv* 12 et *om. B* 13 et cum] ut cum *LN* te *om. T* 14 episcopum episcopi] episcoporum et episcopum *T* iudici *B* 15 constitues *B*, destruis *T*² dominus *om. V* 16 fecerit] fuerit *H* ut] aut *L* audiat *ex* audict *T* 17 in *ex* ut in *H* 18 morietur] maledicetur *N* 20 samuelem *v* 21 et *om. H* adhoc *BHT*¹, hoc *T*² 22 respondis *NP*, respondens *T*¹ 23 sacerdotibus *B* 24 dix̃ *H* suam *om. B* respondit *H* 25 exproba *LN*

si autem bene, quid me caedis? item beatus apostolus cum ei dictum esset: sic insilis in sacerdotem maledicendo, nihil contumeliose locutus sit aduersns sacerdotem, quando et potuerit se constanter exserere aduersus eos qui Deum crucifixissent et qui iam Dominum et Christum et templum et sacerdotium perdidissent, sed quamuis in falsis et spoliatis sacerdotibus umbram tamen ipsam inanem sacerdotalis nominis cogitans dixerit: nesciebam, fratres, quia pontifex est. scriptum est enim: principem plebis tuae non maledices.

Nisi si sacerdos tibi fui ante persecutionem, quando mecum 4
communicabas, post persecutionem sacerdos esse desiui. persecutio enim ueniens te ad summam martyrii sublimitatem prouexit, me autem proscriptionis onere depressit, cum publice legeretur: SI QVIS TENET POSSIDET DE BONIS CAECILI CYPRIANI EPISCOPI CHRISTIANORVM, ut etiam qui non credebant Deo episcopum constituenti uel diabolo crederent episcopum proscribenti. nec haec iacto, sed dolens profero, cum te iudicem Dei constituas et Christi, qui dicit ad apostolos ac per hoc ad omnes praepositos qui apostolis uicaria ordinatione succedunt: qui audit uos, me audit: et qui me audit, audit eum

8 Act. 23, 4. 5. 21 Luc. 10, 16.

1 item] item in actis apostolorum postmodum *N* beatus *om.* L^1 apostolus paulus *V* 2 ei *ex* et *T* sacerdotes dei *Tv* 3 sit] est *H* 4 et *om. H* exerere *H*, exercere *Bo*, experiri *NP* 5 deum] dnm̃ *BTov* dominum] dm̃ *Nov* 6 sacerdotem *T* perdidissent] amisissent *B* sed . . . sacerdotibus *om. B* 7 ipse *B* inanem] inouem *N* 9 principem] sacerdotem *B* plebis t.] populi tui *v* 11 si *om. LT* tibi *om. T* fui *om.* P^1 12 post] sed post *o* 13 ueniens te] te uenientem *Po* summa m. sublimitate *T* 14 proscriptionis] prouectiori *H* onere *Po*, honore *BHNTV*, honorem *L*, horrore *Beneu.*; onere in honore *fort.* depressit] prouexit *N* cum] magis *add.* H^1 15 tenet] tenet uel *ov* possidet *om. H* 16 credebat *BLPT*, cedebat *H sed prius* e *s. l.* 17 uel diabolo] epõ *ex* epm̃ *H* crederet B^1HT 18 iacto haec *B*, haec actio H^1 19 christo *BLNT* ad *om. B* hoc *corr. in* hos *T* 20 apostoli sui carior dignatione *B* 21 et qui me . . . *729,1* misit *om. V* qui me audit audit *om. BT* audit me *o*

qui me misit. et qui reicit uos, me reicit et eum qui me misit.

5 Vnde enim schismata et haereses obortae sunt et oriuntur? dum episcopus qui unus est et ecclesiae praeest superba quorundam praesumptione contemnitur et homo dignatione Dei honoratus indignus hominibus iudicatur. quis enim hic est superbiae tumor, quae adrogantia animi, quae mentis inflatio, ad cognitionem suam praepositos et sacerdotes uocare ac nisi apud te purgati fuerimus et sententia tua absoluti, ecce iam sex annis nec fraternitas habuerit episcopum nec plebs praepositum nec grex pastorem nec ecclesia gubernatorem nec Christus antistitem nec Deus sacerdotem. subueniat Puppianus et sententiam dicat, iudicium Dei et Christi in acceptum referat, ne tantus fidelium numerus qui sub nobis arcessitus est sine spe salutis et pacis exisse uideatur, ne nouus credentium populus nullam per nos consecutus esse baptismi et spiritus sancti gratiam iudicetur, ne tot lapsis et paenitentibus pax data et communicatio nostra examinatione concessa iudicii tui auctoritate soluatur. adnue aliquando et dignare pronuntiare de nobis et episcopatum nostrum cognitionis tuae uigore firmare, ut Deus et Christus eius agere tibi gratias possint quod per te sit antistes et rector altari eorum pariter et plebi restitutus.

6 Apes habent regem et ducem pecudes et fidem seruant: latrones mancipi obsequio pleno humilitatis obtemperant. quanto

1 reiecit uos me reiecit *T* eum] qui me reicit reicit eum *H* 3 inde *BHTov* haeresis *BLN* 4 dum] nisi dum *o* est et *om. T* ecclesiae] catholicae *add. L* 5 indignatione *H*[1] honoratur *L* 6 indicatur *H* qui *o*, quae *B* est hic enim *T*, est enim haec *B* superbia aut *B* 7 animae *T* 8 et] factos et *H* ac nisi] agni : si *T* 9 ecce] et te *BL*, et *Po* 10 episcopatum *L* 11 christus] sps *T*, sps scs *B* 12 pupianus *ov* dicat] dicat et *BHTov* 13 ne] nec *BH* tantum *B* 14 accersitus est *Bo*, accessit *H* 15 ne] nec *v* 16 esset *H*[1]*N*, est *L* iudicetur gratiam baptismi et sps sci *o* ne] nec *B* 17 communicatio nostra] lege communicationis tradita *H* 18 soluantur *B* aliquamdo *T*, aliquanto *B* 19 pronuntiare *om. B* 20 tuae *om. T* uigore] uictore *BP*, iudicio *H*, auctoritate *ov* formare *NP*, reformare *H* christus] sps *T* 21 sit *om. o* altarii *B* 22 restitutus sit *o* 23 ducem] iudicem *o* pecudes *om. Po* et] et ei *v*, et eis *o* 24 mancipio *H*, atque mancipia *T*[2] pleno obsequio *H*

simpliciores et meliores uobis sunt brutae pecudes et muta animalia et cruenti licet ac furentes inter gladios adque inter arma praedones? praepositus illic agnoscitur et timetur, quem non sententia diuina constituit, sed in quem factio perdita et nocens caterua consensit.

7 Dixisti sane scrupulum tibi esse tollendum de animo, in quem incidisti. incidisti, sed tua credulitate inreligiosa. incidisti, sed tua mente et uoluntate sacrilega: dum incesta, tum impia, dum nefanda contra fratrem, contra sacerdotem facile audis, libenter et credis, aliena mendacia quasi propria et priuata defendis nec recordaris scriptum esse: *saepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam*, et iterum: *malus obaudit linguae iniquorum, iustus autem non intendit labiis mendacibus*. quare in hunc scrupulum non inciderunt martyres sancto spiritu pleni et ad conspectum Dei et Christi eius passione iam proximi, qui ad Cyprianum episcopum litteras de carcere direxerunt, sacerdotem Dei agnoscentes et contestantes ei? quare in hunc scrupulum non inciderunt tot coepiscopi collegae mei, qui uel cum de medio recederent proscripti sunt uel adprehensi in carcere et in catenis fuerunt aut qui in exilium relegati inlustri itinere ad Dominum profecti sunt aut qui quibusdam locis animaduersi caelestes coronas de Domini clarificatione sumpserunt? quare in hunc scrupulum

11 Sir. 28, 24. 12 Prou. 17, 4.

1 simpliciora *H*[2] meliora *H* sunt *om. Ho* bruta *Ho* pecudes – licet] et crudeles *H* mutua *B*, bruta *N* 2 cruent illic et ac *L* furentis *B*, florentis *T* inter *om. L* 5 caterba *N* consentit *HPo* 6 esse *om. N* in *om. N* 7 *alterum* incidisti *om. BHLNPTo* sed ... incidisti *om. o* crudelitate *BH*[1]*LNP* inreligiose *T* 9 contra fratrem *om. B* et libenter *o*, libenter *BHTv* 13 iustum *L* 15 a conspectu dei *N*, conspectum dñi *T* 16 passioni *Ho* iam] tam *o* 17 dirixerunt *P*, dixerunt *BL* direxerunt de carcere *H* sacerdotes *N* et contestantes *H sed* et con *s. l.*, et constantes *B* 19 episcopi *Hov* uel ... sunt *om. B* recesserunt *Po* 20 adprehendi *B* carcerem *BLNPT*, carcerem coniecti *v* et] aut *B* in catenis] incathenati *o* 21 qui *om. B* exilio *BN* religati *BP* itineris *B* 22 qui aut *L*, aut *BTo* 23 in *om. L*

non inciderunt de plebe ista nostra quae apud nos est et nobis de Dei dignatione commissa est tot confessores quaestionati et torti et insignium uulnerum et cicatricum memoria gloriosi, tot uirgines integrae, tot laudabiles uiduae, ecclesiae denique uniuersae per totum mundum nobiscum unitatis uinculo copulatae? nisi omnes isti communicantes mecum secundum quod scripsisti polluto nostro ore polluti sunt et spem uitae aeternae communicationis nostrae contagione perdiderunt. Puppianus solus integer inuiolatus sanctus pudicus, qui nobis miscere se noluit, in paradiso adque in regno caelorum solus habitabit.

8 Scripsisti quoque quod ecclesia nunc propter me portionem sui in disperso habeat, quando omnis ecclesiae populus et collectus sit et adunatus et indiuidua concordia sibi iunctus, soli illi foris remanserint qui et si intus essent eiciendi fuerant, nec patiatur Dominus populi sui protector et tutor triticum de area sua diripi, sed solae possint paleae de ecclesia separari, quando et apostolus dicat: quid enim si exciderunt a fide quidam illorum? numquid infidelitas illorum fidem Dei euacuauit? absit. est enim Deus uerax, omnis autem homo mendax, et Dominus quoque in euangelio cum eum loquentem discipuli derelinquerent, conuersus ad duodecim dixerit: numquid et uos uultis ire? respondit ei Petrus dicens: Domine, ad quem ibimus? uerbum uitae aeternae habes, et nos credimus et cognouimus quoniam tu es filius Dei uiui. loquitur illic Petrus, super quem aedi-

16 Rom. 3, 3. 4. 21 Io. 6, 67—69.

1 ista] ipsa *BV* est *om. B* 3 insignum *B* 4 integras T^1 6 nisi si *v* isti *om. T*, istic *P* 7 nro ore pollutis *L*, nro repolluti *B* sint et *N*, sunt et si *Po*, inte *L;* inde *fort.* communicationis nostrae *om. B* 8 contagio *V* pupianus *ov* 9 miscere se] misceri *B* 10 adque *ex* ad *L* habitauit *HT* 11 et quod *H* ecclesiae nunc pro me *B* sui] quid *P* 13 uinctus *BH* et soli *o* remanserunt *BHPT* 14 et si] si *B* 15 protector] rector *N* 16 possent *LN* ecclesia sua *o* 17 enim] inquit *add. H* illorum] eorum *BT* 18 euacuabit *BLNP* 21 derelinquerint *B*, derelinquerent *P* dixit *TVv* 22 respondit ei] respondens et *B* 23 imus BT^1V uerba *v* 24 credidimus o^1 quoniam] quia *T* 25 illic] hic *N* aedificanda *ov*

ficata fuerat ecclesia, ecclesiae nomine docens et ostendens quia etsi contumax ac superba obaudire nolentium multitudo discedat, ecclesia tamen a Christo non recedit, et illi sunt ecclesia plebs sacerdoti adunata et pastori suo grex adhaerens. unde scire debes episcopum in ecclesia esse et ecclesiam in episcopo et si qui cum episcopo non sit in ecclesia non esse, et frustra sibi blandiri eos qui pacem cum sacerdotibus Dei non habentes obrepunt et latenter apud quosdam communicare se credunt, quando ecclesia quae catholica una est scissa non sit neque diuisa, sed sit utique conexa et cohaerentium sibi inuicem sacerdotum glutino copulata.

Quam ob rem, frater, si maiestatem Dei qui sacerdotes 9
ordinat Christi cogitaueris, si Christum qui arbitrio et nutu ac praesentia et praepositos ipsos et ecclesiam cum praepositis gubernat aliquando respexeris, si de innocentia sacerdotum non humano odio sed diuino iudicio credideris, si temeritatis et superbiae adque insolentiae tuae agere uel sero paenitentiam coeperis, si Domino et Christo eius, quibus seruio et quibus puro adque inmaculato ore sacrificia et in persecutione pariter et in pace indesinenter offero, plenissime satisfeceris, communicationis tuae poterimus habere rationem manente tamen apud nos diuinae censurae respectu et metu, et prius Dominum

1 erat *o* et ecclesiae *B* ecclesiae nomine *om. o* et ostendens *om. Po* 3 a christo] christianorum *o* sunt ecclesiae *BN*, qui ecclesia sunt *H* 4 et plebs *Po* grex *om. B* 5 in *om. B* ecclesiam] ecclesia *B*L^1*P* episcopo] episcopum *H*L^1*NPT*, episcopatum *B* et] ut *H* 6 quis *LN*T^2*v* in *om. B* esse] est *BLNPT* 7 blandire *B* 8 quando in H^1 9 ecclesiamque *B* catholica quae *HV* una *BHLNPT*o^1 *V*, et una o^2*v* scissa] scias *B* non s. n. diuisa *om. B* sit] est *H* 10 sit *ex* si *P*, *om. BV* utique *om. H*, tu quae *B* conixa *BL*, fixa *H* et *om. B* 12 si] sine *T* dei] dei et christi *H* qui] quae *B* 13 et christi *Po*, *om. Hv* christi *V* 14 praesentia sua *Nov*, paesentiam *L* *prius* et *om. BH* ecclesia *B* 15 gubernata *L* respueris *B*, resipueris *LNP; fort. recte* 17 tuae *om. B* 18 paenitentia *B* deo *ov* quibus—quibus] cui—cui *N* 19 sacrifico *H* 20 pariter et] pariter *P* 21 rationem habere *o* 22 respectum et metum *L* et *BHLNPTV*, ut *ov*

meum consulam an tibi pacem dari et te ad communicationem ecclesiae suae admitti sua ostensione et admonitione permittat.

10 Memini enim quid iam mihi sit ostensum, immo quid sit seruo obsequenti et timenti de dominica et diuina auctoritate praeceptum: qui inter cetera quae ostendere et reuelare dignatus est et hoc addidit: 'itaque qui Christo non credit sacerdotem facienti postea credere incipiet sacerdotem uindicanti'. quamquam sciam somnia ridicula et uisiones ineptas quibusdam uideri, sed utique illis qui malunt contra sacerdotes credere quam sacerdoti. sed nihil mirum, quando de Ioseph fratres sui dixerunt: ecce somniator ille uenit, nunc ergo uenite, occidamus illum, et somniator postea quod somniauerat consecutus sit et occisores ac uenditores confusi sint, ut qui uerbis prius non credidissent factis postmodum crederent. de his autem quae tu egisti uel in persecutione uel in pace stultum est ut uelim te iudicare, quando tu magis iudicem te nostri constitueris. et pro animi mei pura conscientia et pro Domini et Dei mei fiducia rescripsi. habes tu litteras meas et ego tuas. in die iudicii ante tribunal Christi utrumque recitabitur.

11 Gen. 37, 19. 20.

1 an *om. L* dari pacem tibi *H* te ad] ad *H*, ea͠ *B* 2 suae *om. T* 3 mihi iam *B* sit *om. HLv* quid] qui *H* 4 de *om. B* 6 reualare *N* dignatus est] dignatur *V* dignatus est et reuelare *B* 7 incipiat *BT* 8 iudicanti *H in ras.* sciamus *B* omnia ridicula *BHLNPo*, ridicula omnia *T* ineptos *N* 9 mallunt *P* 10 de *om. B, s. l. T* 11 et fratres *T* uenit ille *N*, ille uenite et *B* nunc e. uenite *om. BV* 12 illum] eum *o* et somniator p. quod *om. L* quod] quae *H* 13 est omniauerat *L* uenitores *L* 14 sint] s̃ *H* ut] et *BLPTV* prius] dominus *exp. o* 15 his] iis *v* 16 ut *om. T* uelim te] uel in te *BPT* 17 nostri] meum *V* et] haec *ov; fort.* sed mea *o*[1] et pro *om. L*, et *PTo* 18 et dei] dei *Bo* 19 utraeq. recitabuntur *Bv; add. B:* opto uos frs͠ km͠i ac uos meminisse saepius optamus uos bene ualere. — Ad (Explicit ad *P*) Florentium quem (qui *N*) et Puppianum (pupianum *T*) explicit (*om. P*) *BLNTP*, Explicit epistola ad Florentium o, *om. H.* —

EPISTVLA LXVII.

CYPRIANVS CAECILIVS PRIMVS POLYCARPVS NICOMEDES LVCILIANVS SVCCESSVS SEDATVS FORTVNATVS IANVARIVS SECVNDINVS POMPONIVS HONORATVS VICTOR AVRELIVS SATTIVS PETRVS ALIVS IANVARIVS SATVRNINVS ALIVS AVRELIVS VENANTIVS QVIETVS ROGATIANVS TENAX FELIX FAVSTVS QVINTVS ALIVS SATVRNINVS LVCIVS VINCENTIVS LIBOSVS GEMINIVS MARCELLVS IAMBVS ADELPHIVS VICTORICVS ET PAVLVS FELICI PRESBYTERO ET PLEBIBVS CONSISTENTIBVS AD LEGIONEM ET ASTVRICAE ITEM AELIO DIACONO ET PLEBI EMERITAE CONSISTENTIBVS FRATRIBVS IN DOMINO S.

Cum in unum conuenissemus, legimus litteras uestras, fratres 1
dilectissimi, quas ad nos per Felicem et Sabinum coepiscopos nostros pro fidei uestrae integritate et pro Dei timore fecistis, significantes Basilidem et Martialem libellis idololatriae conmaculatos et nefandorum facinorum conscientia uinctos episcopatum gerere et sacerdotium Dei administrare non oportere: et desiderastis rescribi ad haec uobis et iustam pariter ac necessariam sollicitudinem uestram uel solacio uel auxilio nostrae sententiae subleuari. sed enim desiderio huic uestro non tam nostra consilia quam diuina praecepta respondent, quibus iam pridem mandatur uoce caelesti et Dei lege praescribitur quos et quales oporteat deseruire altari et sacrificia diuina celebrare. in Exodo namque

Epist. LXVII. — Incipit de Martiale (Marciale *P*) et Basilide *LPQ*, Incipit ad plebes (plebem *C*) in Hispania constitutas (consistentemibus *C*) de (*om. C*) Basilide et Martiali (Martiali Basilide *C*) *CR*. — 2 Cyprianus et ceteri epi (coepi *R*) presbyteris et diaconis (diaconibus *C*[2]) et plebibus (et pl. *om. C*) in Hispania consistentibus salutem *CR* 3 lucianus *L* 4 satius *v* 5 ienuarius *Q* 8 geminus *LQ* adelfius *LPQ* 9 pr *L*, presbyter *Q* plebius *L*[1], pleuibus *Q* 10 aelio] laelio *v* plebie *P* 11 meritae *LPQ*, imeritae *M* 13 dilectissimi] carissimi *CRV* ad nos *ex* a dno *C* 14 nostrae *C* 15 basiliden *LQ* idolatriae *CLPQ* 16 facinerum *Q*, *om. C*[1]*R* conscientiam *LQ* uictos *L* 17 gerere] genere *C* 20 subleuare *C* huic *om. C* 22 lege dei *CR* 23 altare *P*[1] sacrificium diuinum celebrari *C*

ad Moysen Deus loquitur et monet dicens: sacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum sanctificentur, ne forte derelinquat illos Dominus. et iterum: et cum accedunt ministrare ad altare sancti, non adducent in se delictum, ne moriantur. item in Leuitico praecipit Dominus et dicit: homo in quo fuerit macula et uitium non accedet offerre dona Deo.

2 Quae cum praedicta et manifestata sint nobis, praeceptis diuinis necesse est obsequia nostra deseruiant, nec persona in eiusmodi rebus accipi aut aliquid cuiquam largiri potest humana indulgentia, ubi intercedit et legem tribuit diuina perscriptio. neque enim inmemores esse debemus quid ad Iudaeos per Esaiam prophetam locutus sit Dominus increpans et indignans quod contemptis praeceptis diuinis humanas doctrinas sequerentur. populus iste, inquit, labiis suis honorificant me, cor uero eorum longe separatum est a me. sine causa autem colunt me mandata et doctrinas hominum docentes. quod item Dominus in euangelio repetit et dicit: reicitis mandatum Dei ut traditionem uestram statuatis. quae ante oculos habentes et sollicite ac religiose considerantes in ordinationibus sacerdotum non nisi inmaculatos et integros antistites eligere debemus, qui sancte et digne sacrificia Deo offerentes audiri in praecibus possint quas faciunt pro plebis dominicae incolumitate, cum scriptum sit: Deus pecca-

1 Ex. 19, 22. 3 Ex. 30, 20. 21. 6 Leu. 21, 17. 15 Es. 29, 13. 19 Marc. 7, 13. 24 Io. 9, 31.

1 mosen *L*, moysem *v* 3 et iterum ... *l. 5* moriantur *om. C* 4 accedant L^1, accedent L^2PR 6 praecepit *C* 7 accedat *C* 8 manifesta *LPQ*, mandata *CRV* sunt *Q* praecepis *Q* 9 persona *scripsi*, personam *CLPQRv* 10 huiusmodi *CR* accipi] accipiant *C*, accipere *v* aut aliquit *R. s. l. C* 11 indulgentia] diligentia *C* perscriptione *Q*, praescriptio CL^2Rv 12 neque] quae *Q* eseiam *Q* 13 sit *L s. l. m. 2, om. R*, est *C* ds̃ *C* 14 diuinis praeceptis *Qv* 15 inquit iste *R* honorificant C^1LRV (*sed* sacrificant *V test. Oxon.*), honorificat C^2PQv me *om. V* 16 uero] autem *CR* separatum *om. Q* 20 et *om. Q* 22 antestitis C^1 23 dn͠o *CR* 24 dominicae pro plebis *C sed* is *ex* e incolomitate *CLPQ*

torem non audit, sed qui Deum coluerit et uoluntatem eius fecerit, illum audit. propter quod plena diligentia et exploratione sincera eos oportet ad sacerdotium Dei deligi quos a Deo constet audiri.

Nec sibi plebs blandiatur quasi inmunis esse a contagio delicti 3
possit cum sacerdote peccatore communicans et ad iniustum adque inlicitum praepositi sui episcopatum consensum suum commodans, quando per Osee prophetam comminetur et dicat censura diuina: sacrificia eorum tamquam panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur, docens scilicet et ostendens omnes omnino ad peccatum constringi quique fuerint profani et iniusti sacerdotis sacrificio contaminati. quod item in Numeris manifestari inuenimus, quando Core et Dathan et Abiron contra Aaron sacerdotem sacrificandi sibi licentiam uindicauerunt. illic quoque per Moysen praecipit Dominus ut ab eis populus separetur, ne facinerosis coniunctus eodem facinore et ipse perstringatur. separamini, inquit, a tabernaculis hominum iniustorum durissimorum et nolite tangere ab omnibus quae sunt eis ne simul pereatis in peccato eorum. propter quod plebs obsequens praeceptis dominicis et Deum metuens a peccatore praeposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacri-

9 Os. 9, 4. 17 Num. 16, 26.

1 qui] si qui *Q*, si quis *v* 3 et *om.* *LP* oportet eos *v*, nos oportet *CR* sacerdote *C*[1] 4 delegi *Q* (diligi *M*) quos] quod *L* 5 esse a *ex* esca *C* contagione *CR* 6 peccatoru *C*[1] conmunicet *C*[2] et *om.* *CR* 7 illicito *C*[2] praepositi] praepontis *C* episcopatu *C*[2] commodando *C*[2] 8 ose *QR* conmȯnetur *C*[1]*Q* 11 omnes homines *ex* om̃ homo *C* quique] qui *v* 12 sacerdotes *LPQ* 13 chore *Cv* 14 datan *QR* abiran *C* 15 mosen *R*, moysem *v* praecepit *CPQR* (praecipit *M*) 16 separaretur *CQR* facinerosus *Q*, facinorosis *v* 17 perstringatur] moriretur *C*, moreretur *R* 18 a tabernaculo *ex* tabernaculum *C* hominis *C*[1], horum hominum *v* iniustorum] istorum *CR* 19 ab o. q. s. eis] ea quae ad eos pertinent *v* 21 praecepit *M*[1] (praeceptis *M*[2]*Q*) dnm̃ *CR* a *om.* *v* 22 nec se] nec sese *ex* nec esse *C*

ficia miscere, quando ipsa maxime habeat potestatem uel eligendi dignos sacerdotes uel indignos recusandi.

4 Quod et ipsum uidemus de diuina auctoritate descendere, ut sacerdos plebe praesente sub omnium oculis deligatur et dignus adque idoneus publico iudicio ac testimonio conprobetur, sicut in Numeris Dominus Moysi praecipit dicens: prehende Aaron fratrem tuum et Eleazar filium eius, et inpones eos in montem coram omni synagoga, et exue Aaron stolam eius et indue Eleazar filium eius, et Aaron adpositus moriatur illic. coram omni synagoga iubet Deus constitui sacerdotem, id est instruit et ostendit ordinationes sacerdotales non nisi sub populi adsistentis conscientia fieri oportere, ut plebe praesente uel detegantur malorum crimina uel bonorum merita praedicentur et sit ordinatio iusta et legitima quae omnium suffragio et iudicio fuerit examinata. quod postea secundum diuina magisteria obseruatur in actis apostolorum, quando de ordinando in locum Iudae episcopo Petrus ad plebem loquitur. surrexit, inquit, Petrus in medio discentium, fuit autem turba in uno. nec hoc in episcoporum tantum et sacerdotum, sed et in diaconorum ordinationibus obseruasse apostolos animaduertimus, de quo et ipso in actis eorum scriptum est. et conuccauerunt, inquit, illi duodecim totam plebem discipulorum et dixerunt eis. quod utique idcirco tam diligenter et caute conuocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris mini-

6 Num. 20, 25. 26. 18 Act. 1, 15. 22 Act. 6, 2.

1 mis**cere *Q* (misereri *M*) 3 uidimus *C* de *om.* *C* 4 praesenti *ex* praesentem *C* deligitur C^1 6 mosi *L* praecepit *CQv* (praecipit *M*) dns dicens *Q* prende *CL*, dic *Q*, apprehende *v* 7 aron fratri tuo *Q* eleazarum *CRv* inponis *Q* 9 aron *L et postea* eius *om.* *CR* eleazarum *CQRv* 10 adpositus est M^1 (est *om.* M^2Q) illic moriatur *C* 11 dns *CR* 14 malorum] maiorum *Q* criminum C^1 16 obseruentur C^1 18 episcopo] apostolo *v* 19 fuit] fugit *C* in uno] hominum fere centum uiginti *v* 20 et in] in *M* (et in *Q*) 21 ordinationibus obseruasse] obseruationibus ordinasse *R* 22 et] ** *Q* (et *M*) eorum] apostolorum *CR* 23 duodecim] christi *C* 24 idcirco *om.* *CR* 25 alteris *Q*

sterium uel ad sacerdotalem locum indignus obreperet. ordinari enim nonnumquam indignos non secundum Dei uoluntatem, sed secundum humanam praesumptionem, et haec Deo displicere quae non ueniant ex legitima et iusta ordinatione, Deus ipse manifestat per Osee prophetam dicens: sibimet ipsi regem constituerunt et non per me.

5 Propter quod diligenter de traditione diuina et apostolica obseruatione seruandum est et tenendum quod apud nos quoque et fere per prouincias uniuersas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem cui praepositus ordinatur episcopi eiusdem prouinciae proximi quique conueniant et episcopus deligatur plebe praesente, quae singulorum uitam plenissime nouit et uniuscuiusque actum de eius conuersatione perspexit. quod et apud nos factum uidemus in Sabini collegae nostri ordinatione, ut de uniuersae fraternitatis suffragio et de episcoporum qui in praesentia conuenerant quique de eo ad nos litteras fecerant iudicio episcopatus ei deferretur et manus ei in locum Basilidis inponeretur. nec rescindere ordinationem iure perfectam potest quod Basilides post crimina sua detecta et conscientiae etiam propriae confessione nudata Romam pergens Stephanum collegam nostrum longe positum et gestae rei ac ueritatis ignarum fefellit, ut exambiret reponi se iniuste in episcopatum de quo fuerat iure depositus. hoc eo pertinet ut Basilidis non tam abolita sint quam cumulata delicta, ut ad superiora peccata eius etiam fal-

5 Os. 8, 4.

1 obriperet *Q* 2 enim *om. C* 5 propheta *R* ipsis *v* regem *et* et non per me *om. CR* 8 detenendum *C*[1] nos nos *L* 9 ferre *Q* rite *ex* reti *L*, recte *M*, ri*te *Q* 10 praepositus] episcopus *CRV* 11 diligatur *CR*. delegatur *Q* (deligatur *M*) 13 actu *Q* 14 uos] nos *CR* uidimus *C* ordinationem *Q* 16 praesentiam *LQR*, praesenti *P; cf. 607,1* conuenerunt *C* quique . . . fecerant *bis exh. R* fecer̃ *C* 17 ei] et *LQC sed exp. C*[2] et] ei *C* ei] et *C* basilides *L* 18 perfecta est *R* 19 sua *om. v* detecte *C*[1] conscientia *C*, conscientiam *Q*[2]*v* (conscientiae *MQ*[1]) 20 propria *CRv* nudatam *Qv* (nudata *M*) 21 postum *C* rei *ex* erat *C* 22 et ambiret *C* reponi se *ex* ponit *C* iniustos *C*[1] 23 iure *CLPQRV*, iuste *v* hec *C*[1] pertinent *C*[1]*R* basilides *L*. a basilidis *Q* 24 superiora] peiora *CR*

laciae et circumuentionis crimen accesserit. neque enim tam culpandus est ille cui neglegenter obreptum est quam hic exsecrandus qui fraudulenter obrepsit. obrepere autem si hominibus Basilides potuit, Deo non potest, cum scriptum sit: Deus non deridetur. sed nec Martiali potest profuisse fallacia quo minus ipse quoque delictis grauibus inuolutus episcopatum tenere non debeat, quando et apostolus moneat et dicat: episcopum oportet esse sine crimine quasi Dei dispensatorem.

6 Quapropter cum, sicut scribitis, fratres dilectissimi, et ut Felix et Sabinus collegae nostri adseuerant utque alius Felix de Caesaraugusta fidei cultor ac defensor ueritatis litteris suis significat, Basilides et Martialis nefando idololatriae libello contaminati sint, Basilides adhuc insuper praeter libelli maculam cum infirmitate decumberet, in Deum blasphemauerit et se blasphemasse confessus sit et episcopatum pro conscientiae suae uulnere sponte deponens ad agendam paenitentiam conuersus sit Deum deprecans et satis gratulans si sibi uel laico communicare contingeret, Martialis quoque praeter gentilium turpia et lutulenta conuiuia in collegio diu frequentata et filios in eodem collegio exterarum gentium more apud profana sepulcra depositos et alienigenis consepultos, actis etiam publice habitis apud procuratorem ducenarium obtemperasse se idololatriae et Christum negasse contestatus sit cumque alia multa

4 Gal. 6, 7. 7 Tit. 1, 7.

1 circumuentiones *LQ* accessit C^1 3 fraudolenter *C* obripere *CQ* 4 potest] potuit *C* 6 delictis *corr. in* detectis *C* grauique inuolutus crimine *C* 7 quando . . . dicat *om. C* 8 despensatorem *Q* 9 cum *om. Q* sicut] si quot *Q*, sicut uris *C sed* cut *ex* t scriptis *LP*, scripsistis *Qv* dilectissimi] dauid *exp. C et s. l.* claruit ut et *Q* 10 et ut sabinus *C* caesarea augusta *CRV* 11 ac *om. C* 12 idolatriae *CLPQR* contaminata C^1 13 sint *ex* sunt *M* (sint *Q*), sine *R* 14 in infirmitate *v* in *om. P* 15 pro] pro hoc *CR* 16 uolnere L^1Q ad *om. L* 17 si *om. C* 18 contingere *C* marciales *L* gentilia *C* 19 luculenta *P* in *om. C* collegia diu frequentat *C* filius *C* 20 sepulchra *CRP* 21 depositis C^1 consepultus *C* etiam] enim *C* publicise *R* 22 apud] caput *C* se *om. C* idolatriae *CLPQR* 23 cumquae *Q*, cum *CR*

sint et grauia delicta quibus Basilides et Martialis inplicati tenentur: frustra tales episcopatum sibi usurpare conantur, cum manifestius sit eiusmodi homines nec ecclesiae Christi posse praeesse nec Deo sacrificia offerre debere, maxime cum iam pridem nobiscum et cum omnibus omnino episcopis in toto mundo constitutis etiam Cornelius collega noster, sacerdos pacificus ac iustus et martyrio quoque dignatione Domini honoratus, decreuerit eiusmodi homines ad paenitentiam quidem agendam posse admitti, ab ordinatione autem cleri adque sacerdotali honore prohiberi.

Nec uos moueat, fratres dilectissimi, si apud quosdam in no- 7
uissimis temporibus aut lubrica fides nutat aut Dei timor inreligiosus uacillat aut pacifica concordia non perseuerat. praenuntiata sunt haec futura in saeculi fine et Domini uoce adque apostolorum contestatione praedictum est deficiente iam mundo adque adpropinquante antichristo bona quaeque deficere, mala uero et aduersa proficere.

Non sic tamen quamuis nouissimis temporibus in ecclesia Dei 8
aut euangelicus uigor cecidit aut Christianae uirtutis aut fidei robur elanguit, ut non supersit portio sacerdotum quae minime ad has rerum ruinas et fidei naufragia succumbat, sed fortis et stabilis honorem diuinae maiestatis et sacerdotalem dignitatem plena timoris obseruatione tueatur. meminimus et tenemus succumbentibus licet et cedentibus ceteris Mattathian legem Dei uindicasse fortiter, Helian Iudaeis deficientibus adque a religione

1 marciales *L* 3 manifestum *CQ*^{2}*v* (manifestius *MQ*^{1}) nec *ante* ecclesiae *L s. l. m. 2* 5 uobiscum *CR* omnibus *ex* hominibus *L* 6 sacerdos *om. CR* 7 dnm *L* 8 huiusmodi *C* 9 cleri atque *ex* atq. clerici *C* sacerdotale *L*^{1} 11 si *om. CLP* quosdam] quod *add. C s. l.* 12 nutet *ex* nudata *C* timore *C*^{1} irreligiositate *ex* irreligiosum *C* 13 uacillet *ex* uacilla *C*, uigilat *L* perseueret *C*^{2} 14 finem *C* et] et de *C* apostorum *R* 16 quaeque] quoque *CR* 18 nouissima *R* 19 uigor] uiuor *P*, timor *CR* cecidit *om. V* aut f.] et fidei *C* 20 robor *CLQ*, uigor *V test. Oxon.* languet *V* 21 ad] ab *P* fide *L* 22 honore *P* 23 tuebatur *P* meminimus . . . *l. 25* fortiter *om. C* suo cumbentibus *Q* (succumbentibus *M*) 24 et *om. R* matthathian *L*, mattatian *Q*, mathatian *R* dn̄i *R* 25 uindicasse se *Q* heliam *CPRv* a *om. L*, ad *C*^{1}

diuina recedentibus stetisse et certasse sublimiter, Danielem nec solitudine regionis alienae nec persecutionis adsiduae infestatione deterritum frequenter ac fortiter gloriosa edidisse martyria, tres item pueros nec annis nec minis fractos contra ignes Babylonios fideliter obstitisse et uictorem regem in ipsa sua captiuitate uicisse. uiderit uel praeuaricatorum numerus uel proditorum qui nunc in ecclesia contra ecclesiam surgere et fidem pariter ac ueritatem labefactare coeperunt. permanet apud plurimos sincera mens et religio integra et non nisi Domino et Deo suo anima deuota, nec christianam fidem aliena perfidia deprimit ad ruinam, sed magis excitat et exaltat ad gloriam, secundum quod beatus apostolus hortatur et dicit: quid enim si exciderunt a fide quidam eorum, numquid infidelitas illorum fidem Dei euacuauit? absit. est enim Deus uerax, omnis autem homo mendax. si autem omnis homo mendax est et solus Deus uerax, quid aliud serui et maxime sacerdotes Dei facere debemus nisi ut humanos errores et mendacia relinquamus et praecepta dominica custodientes in Dei ueritate maneamus?

9 Quare etsi aliqui de collegis nostris [extiterunt], fratres dilectissimi, qui deificam disciplinam neglegendam putant, et cum Basilide et Martiale temere communicent, conturbare fidem nostram res ista non debet, cum spiritus sanctus in psalmis talibus comminetur dicens: tu autem odisti disciplinam et ab-

12 Rom. 3, 3. 4. 24 Ps. 49, 17. 18.

1 et certasse *om.* *CR* 2 regionis] religionis *L* nec *om.* *P* persecutione *R*, persecutionem *C* infestationis adsiduae *CR* 3 hac *Q* gloriosae C^1L dedisse *Cv*, didisse *L* 4 annis] caminis *Baluzius* 6 ipsam suam captiuitatem *Q* praedicatorum *P* 7 numerus uel proditorum *L s. l. m. 2* perditorum *CR* 10 deuota nec] deuotione *R* 11 alienam per fidem C^1 deprimet C^1 12 apostolus] paulus *add. v* 13 eorum] illorum *CR* 14 illorum] eorum *R*, *om.* *C* euacuabit C^2PR 15 autem *om.* *C* 17 uerax est *Q* 18 ut *om.* *L* 20 quare *corr. in* quin *Q* (quare *M*) aliquis *Q* extiterint *Qv*, *om.* *LP* 21 deicam *C* putent *CR* 22 martiali *CR* communicant *Pv* uestram *CR* 23 et cum *M* (cum *Q*)

iecisti sermones meos retro. si uideras furem, concurrebas ei et cum adulteris portionem tuam ponebas. consortes et participes ostendit eos alienorum delictorum fieri qui fuerint delinquentibus copulati. sed et hoc idem Paulus apostolus scribit et dicit: susurratores, detractores, abhorrentes Deo, iniuriosi, superbi, iactantes sui, adinuentores malorum: qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt morte sunt digni, non tantum faciunt mala, sed et consentiunt eis qui haec agunt. quoniam qui talia, inquit, agunt, morte sunt digni. manifestat et conprobat morte dignos esse et ad poenam uenire, non tantum illos qui mala faciunt, sed etiam eos qui talia agentibus consentiunt, qui dum malis et peccatoribus et paenitentiam non agentibus inlicita communicatione miscentur, nocentium contactibus polluuntur et dum iunguntur in culpa, sic nec in poena separantur. propter quod integritatis et fidei uestrae religiosam sollicitudinem, fratres dilectissimi, et laudamus pariter et probamus et quantum possumus adhortamur litteris nostris, ne uos cum profanis et maculatis sacerdotibus communicatione sacrilega misceatis, sed integram et sinceram fidei uestrae firmitatem religioso timore seruetis. opto uos, fratres carissimi, semper bene ualere.

5 Rom. 1, 30—32.

1 retro] post te *Q* uidebas *CQRv* simul concurrebas cum eo *Q* 2 ei . . . ponebas *om. C* portionem] partem *LP*, particulam *R; cf. 715,16* 3 ostendens *ex* ostendite *C* hos *C* 4 delinquentium *R* quidem *M* (idem *Q*) 5 et dicit] dicens *Q* detractatores *L* 7 iniustitiam *C*' 8 non intellexerunt . . . *l. 9* digni *om. LMP (exh. Q)* 9 faciunt mala sed et] qui faciunt ea sed et qui *CRv* 10 eis *ex* ea *C*, his *R* quoniam *om. Q;* quoniam . . . digni *om. C* 13 male *C* 14 malis et] malis *Q* 15 communicationem *P*, communicareane *C*', commutatione *Q* 16 et contactibus *C*' 18 et laudamus] laudamus *Q* 20 nostris *om. C* 21 sed et *C'L* 22 opto . . . ualere *om. CP* opto *RQ*, optamus *LM* uos *om. L* 23 carissimi] dilectissimi *R* semper *om. L.* — De (Explicit de *P*) Martiale et Basilide explicit (explicat *L*, *om. P*) *LPQ*, Ad (Caecili Cypriani ad *R*) plebes (plebem *C*) in Hispania constitutas (constū *C*) explicit feliciter (de Basilide et Martiali explicit *C*) *CR.* —

EPISTVLA LXVIII.

CYPRIANVS STEPHANO FRATRI S.

1 Faustinus collega noster Lugduni consistens, frater carissime, semel adque iterum mihi scripsit significans ea quae etiam uobis scio utique nuntiata tam ab eo quam a ceteris coepiscopis nostris in eadem prouincia constitutis, quod Marcianus Arelate consistens Nouatiano se coniunxerit et a catholicae ecclesiae ueritate adque a corporis nostri et sacerdotii consensione discesserit, tenens haereticae praesumptionis durissimam prauitatem, ut seruis Dei paenitentibus et dolentibus et ad ecclesiam lacrimis et gemitu et dolore pulsantibus diuinae pietatis et lenitatis paternae solacia et subsidia cludantur nec ad fouenda uulnera admittantur uulnerati, sed sine spe pacis et communicationis relicti ad luporum rapinam et praedam diaboli proiciantur. cui rei nostrum est consulere et subuenire, frater carissime, qui diuinam clementiam cogitantes et gubernandae ecclesiae libram tenentes sic censuram uigoris peccatoribus exhibemus, ut tamen lapsis erigendis et curandis uulneratis bonitatis et misericordiae diuinae medicinam non denegemus.

2 Quapropter facere te oportet plenissimas litteras ad coepiscopos nostros in Gallia constitutos, ne ultra Marcianum perui-

Epist. LXVIII. — Incipit ad Stephanum de Marciano arelatense (*add. CZ:* qui (qui et *C*) haereticos recepit (recepit feliciter *C*) *CZioǫ*. — 3 lugduno *Coiǫ* frater carissime *om. V* 4 uobis etiam *o*, uobis *V* 6 eadem *om. iǫ* arelatae *o*, arelato *Z* 7 se] sese *ov* coniunxerit] communicerit *Z* ueritate] unitate *Zv* 8 et] ut *Z* sacerdotis *C* confessione *C* dicesserit *Z, om. C¹oiǫ*, disiunxerit *C² in marg.* 9 prauitatem] *add. ioǫ*: se diuiserit cum ab eo ut] et *C* ut ... paenitentibus et *om. ioǫ* 10 paenitentibus] facientibus *exp. C* et d.] eo dolentibus *C* et ad] ac *ex* ad *C*, et *V* 12 claudantur *Zo²v* fouenda] et curanda *add. Z* 13 communicatione nostra *Z* 14 praedam] rapinam *Z* cui] quod cui *Z* 15 fratres kmi *Z* 16 gubernandam *io* 17 uigoribus *C¹* peccatoribus] increpandis *add. Z* exigendis *ǫ* 18 medicinam] medicamina *o* 20 te *om. ioǫ* te oportet *ex* et eo propter *C* 21 gallia *V*, gallias *C¹*, galliis *C²ioǫv nisi quod* is *o in ras. m. 2,* galla *Z*

cacem et superbum et diuinae pietatis ac fraternae salutis inimicum collegio nostro insultare patiantur, quod necdum a nobis uideatur abstentus, qui iam pridem iactat et praedicat quod Nouatiano studens et eius peruicaciam sequens a communicatione se nostra segregauerit, cum Nouatianus ipse quem sequitur olim abstentus et hostis ecclesiae iudicatus sit et cum ad nos in Africam legatos misisset optans ad communicationem nostram admitti, hinc a concilio plurimorum sacerdotum qui praesentes eramus sententiam retulerit se foris esse coepisse nec posse a quoquam nostri sibi communicari qui episcopo Cornelio in catholica ecclesia de Dei iudicio et cleri ac plebis suffragio ordinato profanum altare erigere et adulteram cathedram conlocare et sacrilega contra uerum sacerdotem sacrificia offerre temptauerit. proinde si resipiscere et ad sanae mentis consilium redire uellet, ageret paenitentiam et ad ecclesiam supplex rediret. quam uanum est, frater carissime, ut Nouatiano nuper retuso et refutato et per totum orbem a sacerdotibas Dei abstento nunc adulatores adhuc nobis patiamur inludere et de maiestate ac dignitate ecclesiae iudicare.

Dirigantur in prouinciam et ad plebem Arelate consistentem 3
a te litterae quibus abstento Marciano alius in loco eius substituatur et grex Christi qui in hodiernum ab illo dissipatus et uulneratus contemnitur colligatur. sufficiat multos illic ex fratribus nostris annis istis superioribus excessisse sine pace. uel ceteris

2 collegio *ex* collectio *C* patiatur *ϱ* uideatur a nobis *v* 3 uidetur *Coϱ* abstentur C^1 *item l. 6* quod] qui *Z* 5 nostra se *Zo*, se sancta *V* 7 affricam *Zio* legatos *om. Z*, legatum *ex* legatur *C* ad] a *Z* 8 hinc *om. Z* a] in *Z* consilio *Z* 9 erant *Z* retulerunt *Z* esse] et hereticum esse *Z* a quoquam] iam quemquam *Z* 10 nrm *C sed* m *in ras.*, nostrum *Zv; cf. p. 506,24* communicare *Z* sub epo *Z* catholica in o^1 11 ecclesiae C^1 de *om. C* et *om. o* cleri] dei *Z* 12 sacrilegam *C* 13 sacerdotum o^1 14 respicere *CZϱ* 14 sanae *ex* sacra *C* 15 agere *Z* suplex *ex* simplex *C* 16 retuso] recuso *o sed* recusato *in marg. m. 2* reputato *C* 17 urbem *Z* abstente C^1 nunc] non *ϱ* adulatores *add.* o *m. rec.* 18 patiamus *C* 19 iudicare] uindicare *o* 20 dirigantur] *add. Z:* primo tue littere arelati *Z* 21 a te litterae *om. Z* locum *ioϱv* 23 ex *ex* et *C*

subueniatur qui supersunt et diebus ac noctibus ingemescunt et diuinam ac paternam misericordiam deprecantes solacium nostrae opitulationis exposcunt. idcirco enim, frater carissime, copiosum corpus est sacerdotum concordiae mutuae glutino atque unitatis uinculo copulatum, ut si quis ex collegio nostro haeresim facere et gregem Christi lacerare et uastare temptauerit, subueniant ceteri, qua pastores utiles et misericordes oues dominicas in gregem colligant. quid enim si in mari portus aliquis munitionibus suis ruptis infestus et periculosus esse nauibus coeperit, nonne nauigantes ad alios proximos portus naues suas dirigunt, ubi sit tutus [accessus] et salutaris introitus et statio secura? aut si in uia stabulum aliquod obsideri et teneri a latronibus coeperit, ut quisquis ingressus fuerit insidiantium illic infestatione capiatur, nonne commeantes hac opinione comperta stabula alia in itinere adpetunt tutiora, ubi sint fida hospitia et receptacula commeantibus tuta? quod necesse est apud nos esse, frater carissime, ut fratres nostros qui uitatis Marciani scopulis petunt ecclesiae portus salutares suscipiamus ad nos prompta et benigna humanitate et stabulum commeantibus praebeamus tale quale est in euangelio, quo a latronibus sauciati et uulnerati suscipi et foueri et tutari ab stabulario possint.

4 Quae est enim maior aut melior cura praepositorum quam diligenti sollicitudine et medella salubri fouendis et conseruan-

1 qui *ex* quod *C* et diebus] qui diebus *V*, qui et diebus *v* ac] et *Z* 4 glutine *iǫ* 5 collegie C^1 6 haeresin *ǫ* 7 qua *V*, et qua C^1, et quasi C^2v, et qui sunt *Z*, *om. ioǫ; cf. p. 518,14* 8 oues] qui oues *ioǫ* in] quid in C^1 colligunt o^1 quid] quo modo *C* *sed* modo *s. l.* 9 aliqui *C* 10 ceperit nauibus *Z*, nauigantibus coeperit *V* ad alios] alius ad *C* 11 dirigerent *Z* et tutus *Z* accessus *om. Cioǫ* 13 obsidere et tenere C^1, obtineri et obsideri *Z* 14 fuerit *om. iǫ* commeantes hac *om. Z* 15 opinione *om. Z*, opsidione *fort.* appetant *Z* 16 sunt *iǫ* fida] tuta *Z* 17 necesse est] nunc esse *CZv* esse C^1*ioǫ*, debet C^2Z 18 nostros] carissimos nostros *Z* uitatis *Z*, reiectis *sup.* etatis *C*, iactati *ioǫv* marciana C^1 petunt] poscunt *Z* 19 Suscipiamus eos *Z* 21 quo] quod *C* et tutari *om. Z* 22 ab] a *Zǫ* 23 quae est enim pastorum *V* aut] et *Z* praepositorum *om. V*, pastorum *Z*

dis ouibus prouidere, cum Dominus loquatur et dicat: quod infirmatum est non confortastis, et quod male habuit non conroborastis, et quod contribulatum est non consolati estis, et quod errauit non reuocastis, et quod perit non inquisistis: et dispersae sunt oues meae, eo quod non sint pastores, et factae sunt in comesturam omnibus bestiis agri, et non fuit qui inquireret neque qui reuocaret. propterea haec dicit Dominus: ecce ego super pastores et inquiram oues meas de manibus eorum et auertam eos ut non pascant oues meas: et iam non pascent eas, et extraham eas de ore eorum, et pascam eas cum iudicio. cum ergo pastoribus talibus per quos dominicae oues necleguntur et pereunt sic Dominus comminetur, quid nos aliud facere oportet, frater carissime, quam colligendis et refouendis Christi ouibus exhibere diligentiam plenam et curandis lapsorum uulneribus paternae pietatis adhibere medicinam, quando etiam Dominus in euangelio moneat et dicat: non est opus sanis medicus, sed male habentibus. nam etsi pastores multi sumus, unum tamen gregem pascimus, et oues uniuersas quas Christus sanguine suo et passione quaesiuit colligere et fouere debemus nec pati supplices et dolentes fratres nostros crudeliter despici et superba quorundam praesumptione calcari, cum scriptum sit: ille autem qui contumax est uir sui iactans nihil omnino proficiet, qui dilatauit tamquam inferi animam suam, et eiusmodi omnes Dominus in euangelio culpet et damnet

1 Ez. 34, 4—6. 10. 16. 19 Matth. 9, 12. 24 Ab. 2, 5.

1 ouibus] quibusque *Z* 2 infirmum *Z* 3 tribulatum *Zϱ* 4 consolati estis] consolidastis *ioϱv; cf. 654,15* et quod] quod *iϱ* 5 periit *Ziϱv* requisistis *Z* 6 sint p. e. factae *om. Z* 7 facti *C* comestura *Z* in omnibus *v* 11 ut *ex* et *C* 12 oues meas de *Z* 14 dn̄o C^1, *om. iϱ* 15 quod C^1 16 refouendis] reformandis *Z* 18 quando—dicat] quomodo ei dicat dn̄s in euangelio *Z* etiam] eam *C*, et *v* 22 adquisiuit *Z* et] ac *Z* 23 et superba] ut sup̄ *Z* 24 ille qui autem praesumit contumax est *Z* 25 perficiet *v* 26 inferus *Z*, infernus *v; cf. 669,1* 27 omnes] om̄ C^1, homines C^2*Zv* dn̄o C^1, *om. Z* euangelio suo *Cov*

dicens: uos estis qui iustificatis uos in conspectu hominum. Deus autem dinoscit corda uestra, quoniam quod excelsum est in hominibus execratio est in conspectu Dei. execrabiles et detestabiles dicit esse qui sibi placeant, qui tumidi et inflati aliquid sibi adroganter adsumant. ex quibus cum Marcianus esse coeperit et se Nouatiano coniungens aduersarius misericordiae et pietatis extiterit, sententiam non dicat, sed accipiat, nec sic agat quasi ipse iudicauerit de collegio sacerdotum, quando ipse sit ab uniuersis sacerdotibus iudicatus.

5 Seruandus est enim antecessorum nostrorum beatorum martyrum Cornelii et Lucii honor gloriosus: quorum memoriam cum nos honoremus, multo magis tu, frater carissime, honorificare et seruare grauitate et auctoritate tua debes, qui uicarius et successor eorum factus es. illi enim pleni spiritu Domini et in glorioso martyrio constituti dandam esse lapsis pacem censuerunt et paenitentia acta fructum communicationis et pacis negandum non esse litteris suis signauerunt. quam rem omnes omnino ubique censuimus. neque enim poterat esse apud nos sensus diuersus, in quibus unus esset spiritus: et ideo manifestum est eum spiritus sancti ueritatem cum ceteris non tenere quem uidemus diuersa sentire. significa plane nobis quis in locum Marciani Arelate fuerit substitutus, ut

1 Luc. 16, 15.

2 dinoscit] nouit *Z* quoniam] quia *Z* 3 in] coram *Z* execratio] execrabile *Zo* 4 in conspectu dei execrabile est *Z* 5 placent *Z* temedi *Z* 6 assumunt *Z* et se *ex* ete *C*, esse *Z* 7 coniunges C^1, coniunctus et *Z* et *om. Z* 9 quando] quō *Z* ipse *om. Z* 11 nrm̃ C^1 martirum beatorum *o* 12 corneli et luci C^1 14 grauitatem *C*, auctoritate *ϙ* quis *Z* 15 et *om. V* successorem C^1 eorum *om. C*, eis *V* illic C^1 pleno C^1 16 dei *Zv* 18 signauerunt *ex* negauerunt *C* 20 diuersis *Z* esset] est et C^1, est C^2*ZViϙv* 21 et . . . sancti *om. Z* eum] cum *ϙ* 22 sentimus non tenere *Z* significare C^1, significabis *Z* plana C^1 23 marciane *C* arelatae *o*, arelato *Z* constitutus *C*

sciamus ad quem fratres nostros dirigere et cui scribere debeamus. opto te, frater carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA LXVIIII.

CYPRIANVS MAGNO FILIO S.

Pro tua religiosa diligentia consuluisti mediocritatem nostram, I
fili carissime, an inter ceteros haereticos eos quoque qui a Nouatiano ueniunt post profanum eius lauacrum baptizari et sanctificari in ecclesia catholica legitimo et uero et unico ecclesiae baptismo oporteat. de qua re quantum fidei nostrae capacitas et scripturarum diuinarum sanctitas ac ueritas suggerit, dicimus omnes omnino haereticos et schismaticos nihil habere potestatis ac iuris. propter quod Nouatianus nec debet nec potest excipi quo minus ipse quoque extra ecclesiam consistens et contra pacem ac dilectionem Christi faciens inter aduersarios et antichristos conputetur. neque enim Dominus noster Iesus Christus cum in euangelio suo testaretur inimicos suos esse eos qui secum non essent aliquam speciem haereseos designauit, sed omnes omnino qui secum non essent et secum non colligentes gregem

1 ad quē *ex* adq. *C* scribere] seruire *Z* 2 semper b. ualere] semper habere te bene nec non in dn̄o ualere *Z*. — Explicit ad Stephanum (*add. Z:* de Martiano arelatense qui hereticos recepit) *Zo*, Explicit *i*, *om. Co*. —

Epist. LXVIIII. — Incipit de his qui in lecto consequuntur *SQ nisi quod Q* incipit *om.*, Incipit ad Magnum de Nouatiano (nouat̄ *C*) *CLP*, Incipit ad Magnum de Nouatiano de (et de *R*) his qui in lecto (gratiam *add. M s. l. m. 2*) consecuntur *MR*. — 4 filio *om. S* 7 ueniant *CPQR* prophanum *Sv* et *om. C* et sanctificari *om. S* 8 ecclesiam catholicam legitime uero et uno *C*, *om. R* 9 baptissimo *S* fidei] fidei quoque *Q* nosti *M* (nostrae *Q*) 11 omnes] dn̄s *C* chrismaticos *S*[1] 12 debent *R* nec] ne* *P* 14 inter ** *L* im *eras.* antichristo *L* 16 inimicos *S*, aduersarios *CLPQRv* 17 essent] esset *R*, esse *L* haereseos] hereticos *Q* omnes] dn̄s *C* 18 omnino] hereticos *add. CR* essent et secum non *om. S* colligerent (gregem s. spargerent *om.*) *R*

suum spargerent aduersarios esse ostendit dicens: qui non est mecum, aduersus me est: et qui non mecum colligit, spargit. item beatus apostolus Ioannes nec ipse ullam haeresin aut schisma discreuit aut aliquos speciatim separes posuit, sed uniuersos qui de ecclesia exissent quique contra ecclesiam facerent, antichristos appellauit dicens: audistis quia antichristus uenit, nunc autem antichristi multi facti sunt. unde cognoscimus quia nouissima hora est. ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. si enim fuissent ex nobis, mansissent nobiscum. unde apparet aduersarios Domini et antichristos omnes esse quos constet a caritate adque ab unitate ecclesiae catholicae recessisse. adhuc quoque Dominus in euangelio suo ponit et dicit: si uero et ecclesiam contempserit, sit tibi tamquam ethnicus et publicanus. si autem qui ecclesiam contemnunt ut ethnici et publicani habentur, multo magis utique rebelles et hostes falsa altaria et inlicita sacerdotia et sacrificia sacrilega et nomina adulterata fingentes inter ethnicos et publicanos necesse est conputentur, quando minora peccantes et tantum ecclesiae contemptores ethnici et publicani sententia Domini iudicentur.

2 Quod ecclesia una sit declarat in cantico canticorum spiritus sanctus ex persona Christi dicens: una est columba mea,

1 Luc. 11, 23. 6 I Io. 2, 18. 19. 13 Matth. 18, 17. 23 Cant. 6, 8.

1 aduersarios suos *CQRv* 2 aduersum *CLPRv* mecum non *CRv* 3 iohannes apostolus *v* 4 haeresim *CPRv* discreuit] disseruit *C* aut *om. R* aliquo *C* separatos *C* o *ex* i posuit *om. L* 5 qui] sed *S* 6 dicens . . . uenit *add. P m. 2 in marg.* quia] quō *C*, qui iam *R* 7 multi *om. R* 8 facti sunt *ex* faciunt *P* 9 exirent C^1 10 ex nobis fuissent *S* mansissent] utique *add. Qv* 11 dn̄o *C*, dn̄s *R* et *om. QS*, *eras. in M; fort.* dn̄i et dī antichristos omnes] communes *S* esse *ex* sse *S* 12 constat P^1 14 uero et] uero *C* tamquam] quasi *R*, *om. C* 16 ut *S*, et *Q*, *om. CLPRv* 18 sacrilegae *P*, et sacrilega *S* adultera *V* bublicanus *L* 19 quando minora] quam|dm̄o *S* 20 et ethnicus et publicanus *S* 22 quod] autem *add. CLPQRv* sp̄s sc̄s in cantico canticorum *C* in cantico canticorum *om. R* cantico *om. P* 23 dicit C^1

perfecta mea, una est matri suae, electa genetrici suae. de qua item denuo dicit: hortus conclusus soror mea sponsa, fons signatus, puteus aquae uiuae. si autem hortus conclusus est sponsa Christi quae est ecclesia, patere res clausa alienis et profanis non potest. et si fons signatus est, neque bibere inde neque consignari potest cui foris posito accessus ad fontem non est. puteus quoque aquae uiuae si unus est, idem qui intus est, uiuificari et sanctificari foris positus ex illa aqua non potest, ex qua solis eis qui intus sunt usus omnis et potus concessus est. quod et Petrus ostendens unam ecclesiam esse et solos eos qui in ecclesia sint baptizari posse posuit et dixit: in arca Noe pauci id est octo animae hominum saluae factae sunt per aquam, quod et uos similiter saluos faciet baptisma, probans et contestans unam arcam Noe typum fuisse unius ecclesiae. si potuit tunc in illo expiati et purificati mundi baptismo saluus per aquam fieri qui in arca Noe non fuit, potest et nunc uiuificari per baptisma qui in ecclesia non est, cui soli baptisma concessum est. sed et Paulus hoc idem adhuc apertius et clarius manifestans ad Ephesios scribit et dicit: Christus dilexit ecclesiam et se ipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret pur-

2 Cant. 4, 12. 12 I Petr. 3, 20, 21. 20 Eph. 5, 25. 26.

1 matris *LQ* electa est genetrici ∗ *Q* 3 sponsa] sponsa mea *CR* fons *ex* foris *C* signatur C^1 4 hortos L^1 5 patere res] patereris *S*, patere ecclesia *C* potest] potens *S* 6 est *om. S* consignare *S* potest] posset *S* cui] qui *S* positus *S* 7 si∗ *P in ras.* unius *SQ* (unus *M*) 8 idemque *Rv, om. S: fort.* idemque qui intus est *om. S* et sanctificari *om. QS* positos *Q* potius *S* 9 aqua] qua *R* intus] inter *S* sunt usus] sumus *S* 10 *alt.* et *om. S* 11 in *S s. l. m. 2* ecclesia s. b. posse] ecclesiam esse et soli baptizati possint *S* sunt CR^1 12 id est pauci *Q* 13 quod] quo *P*, quomodo *CR* uos] illos *S* 14 probans *ex* probatis *C* 15 unam arcam noe] una arcana et *S* potuit] posuit *S* 16 expiati et] excipiet *S* saluos C^1, saluis *S* 17 arcam *Q* noe *om. V* et *om. R* tunc *S* uiuificari] purificari *C* 18 ecclesiam *S* cui *ex* qui *S*, cum *P* sola C^1S est] es *R* 19 paulus apostolus *CLPQRv* hoc] hoc est *S* 20 ecclesiam suam *S* 21 purgans] portans *C*

gans eam lauacro aquae. quod si una est ecclesia quae a Christo diligitur et lauacro eius sola purgatur, quomodo qui in ecclesia non est aut diligi a Christo aut ablui et purgari lauacro eius potest?

3 Propter quod cum sola ecclesia habeat aquam uitalem et baptizandi adque abluendi hominis potestatem, qui dicit apud Nouatianum baptizari et sanctificari aliquem posse, prius ostendat et doceat Nouatianum in ecclesia esse aut ecclesiae praesidere. ecclesia enim una est, quae una et intus esse et foris non potest. si enim apud Nouatianum est, apud Cornelium non fuit. si uero apud Cornelium fuit, qui Fabiano episcopo legitima ordinatione successit et quem praeter sacerdotii honorem martyrio quoque Dominus glorificauit, Nouatianus in ecclesia non est nec episcopus conputari potest, qui euangelica et apostolica traditione contempta nemini succedens a se ipso ortus est. habere namque aut tenere ecclesiam nullo modo potest qui ordinatus in ecclesia non est.

4 Foris autem non esse ecclesiam nec scindi aduersum se aut diuidi posse, sed inseparabilis adque indiuiduae domus unitatem tenere manifestat scripturae diuinae fides, cum de sacramento paschae et agni qui agnus Christum designabat scriptum est: in domo una comedetur, non eicietis de domo carnem foras. quod item circa Raab quae ipsa quoque typum portabat ecclesiae expressum uidemus, cui mandatur et dici-

22 Ex. 12, 46.

1 lauacra *S* 2 qui *om. L* 3 aut ablui] et ablui *L* 4 potest] sola potest *S* 5 solae *R* 7 ostendit *C*[1] 8 et doceat nouatianum *om. S* 9 et intus esse] intus *S; recte fort.* non *om. S* 10 si *om. R* apud] ad *S* est *sup.* et *P* ium non fuit . . . *l. 12* et quem *R in ras.* non . . . cornelium *om. L* si u. a. c. fuit *add. P m. 2 in marg., om. C* 11 fauiano *Q* legitimo *L* 12 suggessit *S* 13 dn̄m *Q* glorificauit] clarificauit *C* 14 qui] qui in *S* 15 succedes *R* hortus *L*[1], ordinatus *CRV* nam quae *S* 18 autem *S*, enim *CLPQRv* scinci *R*[1], secundi *L* aduersus *S* 19 potest *C*[1] adque] ad *R* 21 pasce *R* agnos *R* est] sit *CRv* 22 comedetis *S* domum *M* (domo *Q*) carne *S* 23 rahab *P*, atq. *S* quae *om. S*

tur: patrem tuum et matrem tuam et fratres tuos et totam domum patris tui colliges ad te ipsam in domum tuam, et omnis qui exierit ostium domus tuae foras reus sibi erit. quo sacramento declaratur in unam domum solam id est in ecclesiam uicturos et ab interitu mundi euasuros colligi oportere, quisque autem de collectis foras exierit, id est si quis quamuis in ecclesia gratiam consecutus recesserit et ab ecclesia exierit, reum futurum, id est ipsum sibi quod pereat inputaturum. quod apostolus Paulus explanat docens et praecipiens haereticum uitandum esse ut peruersum et peccatorem et a semet ipso damnatum. hic est enim qui reus sibi erit, non ab episcopo eiectus, sed sponte de ecclesia profugus, haeretica praesumptione a semet ipso damnatus.

Et idcirco Dominus insinuans nobis unitatem de diuina **5**
auctoritate uenientem ponit et dicit: ego et pater unum sumus. ad quam unitatem redigens ecclesiam suam denuo dicit: et erit unus grex et unus pastor. si autem grex unus est, quomodo potest gregi adnumerari qui in numero gregis non est aut pastor haberi quomodo potest qui manente uero pastore et in ecclesia Dei ordinatione succedanea praesidente nemini succedens et a se ipse incipiens alienus fit et profanus, dominicae pacis ac diuinae unitatis inimicus, non

1 Ios. 2, 18. 19. 16 Io. 10, 30. 18 Io. 10, 16.

2 collegis *S* ipsa *R*, ipsum *S* 3 omnes C^1LR^1 exierint *S* osteum *S*, hostium *C* 4 tibi *Q* (sibi *M*), ibi *L* 5 et *om. R* 6 collegi *S* quisquis *Rv* 7 ecclesiam *QS* 8 ecclesiae C^1, ecclesia gratiam *R* reum] sibi *add. CQv* 9 futurum ... sibi *om. R* quod p.] quo p. *R* 10 explanato *R*. exclamat *S* dicens *C* 11 uitandum] multandum *R* ut] et *C* 12 est enim qui] enim qui *Q*, enim *v* sibi reus *C* erit qui *v* non *ex* nam *C* 13 deiectus *C* et heretica *CQR* 14 damnatur C^1, datus *S* 15 uobis *R* de *om. R* 16 unum sumus ego et pater *Q* (ego e. p. unum sumus *M*) 18 et *om. C* erit] erunt *Q* 19 adnumerare *S* 20 pastor haberi] pastore *S*; *fort.* pastor esse qui *om. S* 21 et *om. C* dn̄i *CR* succidanea *L*, succedant ea *CMRS* (succedanea *Q*) 22 ipso *CLPRv* 23 inimicos *R*

habitans in domo Dei id est in ecclesia Dei, in qua non nisi concordes adque unanimes habitant, loquente in psalmis spiritu sancto et dicente: Deus qui inhabitare facit unanimes in domo? denique unanimitatem christianam firma sibi adque inseparabili caritate conexam etiam ipsa dominica sacrificia declarant. nam quando Dominus corpus suum panem uocat de multorum granorum adunatione congestum, populum nostrum quem portabat indicat adunatum: et quando sanguinem suum uinum appellat de botruis adque acinis plurimis expressum adque in unum coactum, gregem item nostrum significat commixtione adunatae multitudinis copulatum. si Nouatianus huic pani dominico adunatus est, si Christi poculo et ipse conmixtus est, poterit uideri et unici ecclesiastici baptismi habere gratiam posse, si eum constiterit ecclesiae unitatem tenere.

6 Denique quam sit inseparabile unitatis sacramentum et quam sine spe sint et perditionem sibi maximam de indignatione Dei adquirant qui schisma faciunt et relicto episcopo alium sibi foris pseudoepiscopum constituunt, declarat in libris Regnorum scriptura diuina, ubi a tribu Iuda et Beniamin decem tribus scissae sunt et relicto rege suo alterum sibi foris constituunt: et indignatus est, inquit, Dominus in omni semine Israel et dimouit eos et dedit eos in direptionem donec

3 Ps. 67, 7. 20 II Reg. 17, 20. 21.

1 dñi C^1 dei] christi *CR* 2 unianimes *CL*, unanimitas *S* psalmis] psalmista *C* 3 habitare *CR* unianimes C^1LS *et ita saepius* 4 cristianam *S* 6 declarantur C^1 7 coniestum *R* 9 botruis C^1LPQR^1V, butruis *S*, botris C^2R^2v acinis *ex* amicis *L*, racemis *C* 10 expressum] et presumat *R* . Item *L*, *om. P* 11 commistione *S* adunate *Q*, adunitate *S*; *fort.* ad unitatem copulatam|| *fol.* 110 runt spm *R*. *om.* si nouatianus . . . *p. 765,11* peccare coepe 12 huic *ex* hic *C* si *om. S* 13 poterit] potest *C* 14 constitucrit *S* ecclesia *L* 15 et quam] est quam *S* 16 sibi] subi *S* maxima *S*, maxime *C* indignationem *L* 17 chrisma *S* foris pseudoepiscopum *om. S* foris posito *C* 18 regnorum . . . tribu *om. L* 19 tribu] tribus *PQ*, patribus *S* decim *P* schissae *S* 20 sint *LPS* sunt et *fort. expungenda* constituerunt *v*, instituerunt *C* 21 est *om. S* omne sem̃ *C* istrahel *QS* (isrl *M*) *ita saepius*

abiceret eos a facie sua, quia dissipatus est Israel a domo Dauid. et constituerunt sibi regem Hieroboam filium Nabat. indignatum esse Dominum dixit et eos in perditionem dedisse quod ab unitate dissipati essent adque alterum sibi regem constituissent. et tanta indignatio Domini extitit aduersus illos qui schisma fecerant, ut etiam cum homo Dei ad Hieroboam missus esset qui ei peccata sua exprobraret adque ultionem futuram praediceret, panem quoque apud illos edere et aquam bibere uetaretur. quod cum non custodisset et contra praeceptum Dei prandisset, statim diuinae censurae maiestate percussus est, unde regrediens inpetu ac morsu leonis in itinere necaretur. et audet quisquam uestrum dicere aquam baptismi salutarem et gratiam caelestem communem cum schismaticis esse posse, cum quibus nec terrestris ** nec saecularis potus debeat esse communis? satiat adhuc in euangelio suo Dominus et maiorem intellegentiae lucem manifestat quod idem qui tunc se a tribu Iuda et Beniamin sciderant et Hierosolymis derelictis Samariam secesserant, inter profanos et gentiles conputarentur. nam cum primum discipulos suos in ministerium salutis mitteret, mandauit et dixit: in uiam nationum ne

20 Matth. 10, 5.

1 quia] quõ *C* 2 ieroboam *C et postea* 3 nabath *v*, iobath *C*, manabat *S* dño *L* dixit *CLPQSV*, dicit *v* 4 eos *** *M* qui *eras.* (eos *Q*) dissupati *L* adq. ad *M* (adq. *Q*) 5 constituunt *S* indignatione dñs *P* 6 aduersos *S* fecerunt *CS* ut *C s. l.* cum *om. S* 7 ad] ab *S* ieroboam *L* esset] est *L* ei] et *C* exprobaret *CL* 8 praedicaret *S* panem ... uetaretur *om. hic S et inserit l. 13 post* gratiam caelestem et 9 uitaretur *L* non *om. S* custodissent *S* 10 prandidisset *Q*, prandedissent *S* censura maiestatis *ex* censure maiestate ate *C* 11 unde *S*, ut inde *CLPQv* recedens *CV* impetum *Q* 12 in *om. L* uestrum *S*, *om. CLPQv* 13 et gratiam caelestem] et gratiam salutarem et gratiam caelestem et *S; cf. l. 8* commune *S* 14 terrestris] cibus *add. v* 15 putus *S* debet *v* satiata *C*, satiati *M* (satiat *Q*), sonat *Pamelius* 16 maiore *LP* intellegentiae suae *S* luce *LPS* hiidem *LPQ* 17 se tunc *v* scinderant *LQS*, insciderant *P* 18 samaria *C* conputarentur] communicaretur *S* 20 mittere *C*, immitteret *M* (mitteret *Q*)

abieritis et in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis. ad Iudaeos prius mittens gentiles adhuc praeteriri iubet: addendo autem et ciuitatem Samaritanorum debere omitti, ubi erant schismatici, ostendit schismaticos gentilibus adaequari.

7 Quod si aliquis illud opponit ut dicat eandem Nouatianum legem tenere quam catholica ecclesia teneat, eodem symbolo quo et nos baptizare, eundem nosse Deum patrem, eundem filium Christum, eundem spiritum sanctum, ac propter hoc usurpare eum potestatem baptizandi posse quod uideatur interrogatione baptismi a nobis non discrepare: sciat quisque hoc opponendum putat primum non esse unam nobis et schismaticis symboli legem neque eandem interrogationem. nam cum dicunt credis in remissionem peccatorum et uitam aeternam per sanctam ecclesiam, mentiuntur interrogatione, quando non habeant ecclesiam. tunc deinde uoce sua ipsi confitentur remissionem peccatorum non dari nisi per sanctam ecclesiam posse, quam non habentes ostendunt remitti illic peccata non posse.

8 Quod uero eundem quem et nos Deum patrem, eundem filium Christum, eundem spiritum sanctum nosse dicuntur, nec hoc adiuuare tales potest. nam et Core et Dathan et Abiron cum sacerdote Aaron et Moyse eundem Deum nouerant, pari lege et religione uiuentes, unum et uerum Deum qui colendus adque

1 abieritis *S*, ieritis C^2*LPQ*, geritis C^1 samaritarum *L item. l. 3* intraueritis *S*, introieritis *CLPQv* 2 prius] primum *C* gentilem *C* praeterire *C* 4 erunt C^1 scismatici *C; deinde repetit p. 755,14* esse posse c. q. nec terrestris nec s. p. d. e. c. satiata a. i. e. s. d. et maiore i. luce manifestat quod gentilis C^1 7 catolica *S* tenet *S* 8 quo *et* nos *C s. l.* nosse] filium nosse *S* eundem f. christum *om.* C^1 9 eundem spiritum *om. S* ac *om. L*, hac *S* propter hoc] propterea *V* 10 in interrogatione *Qv* 11 quisquis *v* opponidum C^1 13 symbuli *S* nec *ex* nihil *S m. 2* 14 in *om. v* remissione *QS* 15 mentiuntur ... *l. 17* peccatorum *om. S* in interrogatione *Cv* 16 uoci suae C^1 17 dari non *C* ecclesia *L* posse *C*, dari posse *S*, *om. LPQ* quam] qua SQ^1, quando *M* 18 illis *S* posse *ex* esse *C*, habere non posse *S* 19 quem] quod *S* 21 potest] possent *S* cor||re *P* c *in ras.*, chore *Cv* et abiron et dathans *S* 22 aron *QS* moysen *CPQ*, moses *L* 23 adque inuocandus *om. S*

inuocandus fuerat inuocabant: tamen quia loci sui ministerium transgressi contra Aaron sacerdotem qui sacerdotium legitimum dignatione Dei adque ordinatione Domini perceperat sacrificandi sibi licentiam uindicauerunt, diuinitus percussi poenas statim pro inlicitis conatibus pependerunt, nec potuerunt rata esse et proficere sacrificia inreligiose et inlicite contra ius diuinae dispositionis oblata. turibula quoque ipsa, in quibus incensum inlicite fuerat oblatum, ne in usum de cetero essent sacerdotibus, sed potius indignationis et ultionis diuinae memoriam corrigendis posteris exhiberent, iussu Domini conflata adque igne purgata in laminas ductiles producuntur et adfiguntur altari secundum quod loquitur scriptura diuina. m e m o r i a l e, inquit, f i l i i s I s r a e l u t n o n a c c e d a t q u i s q u a m a l i e n i g e n a q u i n o n e s t e x s e m i n e A a r o n i n p o n e r e i n c e n s u m a n t e D o m i n u m u t n o n s i t s i c u t C o r e. et tamen illi schisma non fecerant nec foras egressi contra Dei sacerdotes inpudenter adque hostiliter rebellauerant, quod nunc hi ecclesiam scindentes et contra pacem adque unitatem Christi rebelles cathedram sibi constituere et primatum adsumere et baptizandi adque offerendi licentiam uindicare conantur. quomodo perficere quae agunt aut impetrare aliquid inlicitis conatibus de Deo possunt qui contra Deum quod eis non licet moliuntur? quare qui Nouatiano siue ceteris eiusmodi schismaticis patrocinantur frustra contendunt baptizari et sanctificari illic aliquem salutari baptismo posse ubi constet baptizantem baptizandi licentiam non habere.

12 Num. 16, 40.

1 quia] quō *S* 2 qui* *L*, quia Q^1*S* (qui *M*Q^2) 3 dignatio *S* domini *L*, dei atq. *S*, *om. CPQV* perceperant *S* 6 diuinae *om. S* 7 thuribula *PQS* ipsa] illa *C* in quibus *om. S* 8 usum *CS*, usu *LPQv* 9 et ultionis *om. S* corrigentis *S* 10 exiberent *S* 11 lamminas L^2*PQ*, flamminas L^1 et adf*iguntur *L* (l *eras.*), *om. S* 12 et loquitur *C* 13 ut] et *S* reccedat *S* 15 dm̃ *S* sit *om. C* sicut *ex* sic *L* chore *Cv*; pereant *add. C s. l.* sibi schisma *C* 16 sacerdotis *S* 17 reuelauerant *QS*, rebellauerunt *L* hii *L s. l.* 20 quae] quod *C* 21 inlicitos *S* conantibus Q^1 (conatibus *M*Q^2) 22 nouatianus *L* 23 siue *om. C* ceteros *S*, ceterisque *C* schismaticos *S*; *fort.* qui Nouatianos siue ceteros e. schismaticos *(cf. App. 54,12)* 24 et sanctificari *om. S* salutare *S* 25 posse et *S*, possit *C*, potest *L*

9 Adque ut magis intellegi posset contra eiusmodi audaciam quae sit censura diuina, inuenimus in tali facinore non solum duces et auctores sed et participes poenis destinari, nisi se a communione malorum separauerint, praecipiente per Moysen Domino et dicente: separamini a tabernaculis hominum istorum durissimorum et nolite tangere ab omnibus quae sunt eis, ne simul pereatis in peccato eorum. et quod comminatus per Moysen Dominus fuerat impleuit, ut quisque se a Core et Dathan et Abiron non separasset poenas statim pro impia communione persolueret. quo exemplo ostenditur et probatur obnoxios omnes et culpae et poenae futuros qui se schismaticis contra praepositos et sacerdotes inreligiosa temeritate miscuerunt. sicut etiam per Osee prophetam spiritus sanctus contestatur et dicit: sacrificia eorum tamquam panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur, docens scilicet et ostendens omnes omnino cum auctoribus supplicio coniungi qui fuerint eorum peccato contaminati.

10 Quae ergo apud eos merita esse circa Deum possunt quibus supplicia diuinitus inrogantur? aut quomodo tales iustificare et sanctificare baptizatos possunt qui hostes sacerdotum aliena et inlicita et nullo sibi iure concessa usurpare conantur? quos tamen ipsos non miramur pro sua prauitate contendere. adserant necesse est singuli quique quod faciant, nec uolunt uicti facile

5 Num. 16, 26. 14 Os. 9, 4.

1 ut] quo *C s. l.* audaciam] aciam *S*, licentiam et audaciam *Q* 2 facinora *L* 4 per *om. C* mosen *L* 5 dnm *Q* a *om. S* 6 durissimorum istorum *C* 7 homnibus *C*, hominibus *S* peccatis *CV* 8 comminaturs *S* 9 quisquis *v* coreb *S* datham *S* 10 et poenas *S* impia] coniuratione et *add. C* quod *C*¹ 11 noxios *S* omnes et] do se *C* o *in ras.* 12 praepositum et sacerdotem dei *C* 13 miscuerit *C*, miscuerint *v* profeta *S* 14 sanctus *om. S* dicat *M* (dicit *Q*) 15 ea] ea non *C* 16 contaminati *L*, *exp. m. 2* omnes *om. S* 17 coniungi] conpungi *C* fuerunt *C*¹ eorum] omnium *S* 20 quomodo *ex* q homo *C* et sanctificare *om. V* 21 hostes *exp. L*, hostias *C* i *s. l.* et aliena *M* (aliena *Q*) 22 iura *P* 23 adserant] enim *add. CVv* 24 faciant *S*, faciunt *CLPQV*

succumbere, quamuis sciant id quod faciant non licere. illud mirandum est, immo indignandum potius et dolendum, christianos antichristis adsistere et praeuaricatores fidei adque ecclesiae proditores intus in ipsa ecclesia contra ecclesiam stare. qui quoniam pertinaces alias et indociles uel hoc tamen confitentur quod uniuersi siue haeretici siue schismatici non habeant spiritum sanctum, et ideo baptizare quidem possint, dare autem spiritum sanctum non possint, in hoc ipso a nobis tenentur ut ostendamus nec baptizare omnino eos posse qui non habeant spiritum sanctum.

Nam cum in baptismo unicuique peccata sua remittantur, 11
probat et declarat in euangelio suo Dominus per eos solos posse peccata dimitti qui habent spiritum sanctum. post resurrectionem enim discipulos suos mittens loquitur ad eos et dicit: sicut misit me pater, et ego mitto uos. hoc cum dixisset, insufflauit et ait illis: accipite spiritum sanctum. si cuius remiseritis peccata, remittentur illi: si cuius tenueritis, tenebuntur. quo in loco ostendit eum solum posse baptizare et remissionem peccatorum dare qui habeat sanctum spiritum. denique ipsum Christum Dominum nostrum baptizaturus Iohannes accepit ante spiritum sanctum cum adhuc esset in utero matris constitutus, ut certum esset adque manifestum baptizare non posse nisi eos qui habeant spiritum sanctum.

14 Io. 20, 21—23.

1 sciant] scismus *S* id q. faciant *om. S* faciunt *CLv* 3 antecristis *S*, anticristis *LQ*, antichristo *C* 4 proditore *S* in *om. C*[1] *Q*, intra *v* ecclesiae *CQ* (ecclesia *M*). septa ecclesiae *v* quoniam] quamquam *v* 5 aliis *P* dociles *S* 6 siue haeretici *om. S* 7 et] e *C* et ideo . . . sanctum *om. S* possint *LP*, possunt *CQSv* 8 possint *LPS*, possunt *CQv* 9 habent *C* 10 spiritum sanctum] licentiam *C* 12 posse peccata sua *S*, peccata *V*, peccata posse *v* 13 dimitti] remittantur *S* habeant *CLQv* 14 enim *om. S* et dicit] dicens *S* 17 cui *C* remittetur *S*. remittuntur *CP* illis *C* si *om. C* 18 detenebitis detinebuntur quod *C* eum] eos *C* s *s. l.* 19 habet *P*, habeant *C*[2] 20 spm scm *CLPQv* ipsum *om. C* dnm christum *V* nrm *P s. l. m. 2*, non *C*, scm *V* 21 ante accepit *S* 22 esse in *L*

itaque qui haereticis siue schismaticis patrocinantur, respondeant nobis habeantne spiritum sanctum an non habeant. si habent, cur illic baptizatis quando ad nos ueniunt manus inponitur ad accipiendum spiritum, quando iam utique acceptus sit ubi si fuit dari potuit? si autem foris cuncti haeretici et schismatici non dant spiritum sanctum et ideo apud nos manus inponitur ut hic accipiatur quod illic nec est nec dari potest, manifestum est nec remissionem peccatorum dari per eos posse quos constet spiritum sanctum non habere. et idcirco ut secundum diuinam dispositionem adque euangelicam ueritatem peccatorum remissionem consequi et sanctificari ac templa Dei fieri possint, ecclesiae baptismo baptizandi sunt omnes omnino qui ab aduersariis et antichristis ad Christi ecclesiam ueniunt.

12 Quaesisti etiam, fili carissime, quid mihi de illis uideatur qui in infirmitate et languore gratiam Dei consecuntur, an habendi sint legitimi christiani, eo quod aqua salutari non loti sint sed perfusi. qua in parte nemini uerecundia et modestia nostra praeiudicat quo minus unusquisque quod putat sentiat et quod senserit faciat. nos, quantum concipit mediocritas nostra, aestimamus in nullo mutilari et debilitari posse beneficia diuina nec minus aliquid illic posse contingere, ubi plena et tota fide et dan-

1 patrocinatur] propinatur *S* 2 habeantne *L*, habeant *LPS*, an habeant *Qv* si habent *om. S* 3 baptizatus *S* 4 quando] cum *v* utique *S*, utique illic *CLPQv* acceptum *C* sit] est *S* 5 si *om. P* dare *C*¹ cuncti] tincti *v* et schismatici *om. S* 6 dant *S*, habent *LPQv*, habeant *C* illis inponitur *C* 7 nec est] necesse est *P* dari *om. S* 8 eos] eo *S* quod *M* (quos *Q*) 9 essepiritum *S*¹ ut *om. C* 11 et] atq. ut et *C* ut *s. l.* 12 baptisimi *C*¹ omnes] dn̄s *C* ab *om. C*¹*S* aduersarios *C*¹ 13 antichristos *C*¹, antichristus *S* Caecili Cipriani ad Magnum de Nouatiano et de his qui in lecto consequuntur explicit *S*, Ad Magnum de Nouat̄ explicit *L*, Ad Magnum de Nouatiano explicit incipit eiusdem secunda *EQ*, Explicit ad Magnum de Nouatiano incipit ad eundem Magnum de his qui in lecto consequuntur *P*, Ad Magnum de his qui ab hereticis baptizati sunt rebaptizandis explicit incipit ad eundem de baptismate infirmorum *B*, Iт̄ q̄sт *C*. — 14 quaesistis *E* 15 domini *V* 16 loti s̄ *C* 17 nemine *Q* (nemini *M*), neminem *E* uerecundiam *MQ*¹ modestiam nostram *CMQ*¹ 18 unusquisque] quisque *EQ* putauerit *CV* 19 conspicit nostra mediocritas *C* 20 et debilitari *om. C* 21 tota et plena *C* fide et] fide *B*

tis et sumentis accipitur quod de diuinis muneribus hauritur. neque enim sic in sacramento salutari delictorum contagia ut in lauacro carnali et saeculari sordes cutis et corporis abluuntur, ut et aphronitris et ceteris quoque adiumentis et solio et piscina opus sit, quibus ablui et mundari corpusculum possit. aliter pectus credentis abluitur, aliter mens hominis per fidei merita mundatur. in sacramentis salutaribus necessitate cogente et Deo indulgentiam suam largiente totum credentibus conferunt diuina conpendia. nec quemquam mouere debet quod aspargi uel perfundi uidentur aegri cum gratiam dominicam consequuntur, quando scriptura sancta per Ezechielem prophetam loquatur et dicat: et aspargam super uos aquam mundam, et mundamini ab omnibus inmunditiis uestris et ab omnibus simulacris uestris. et mundabo uos, et dabo uobis cor nouum, et spiritum nouum dabo in uobis. item in Numeris: et homo qui fuerit inmundus usque ad uesperam, hic purificabitur die tertio et die septimo, et mundus erit. si autem non fuerit purificatus die tertio et die septimo, non erit mundus, et exterminabitur anima illa de Israel, quoniam aqua asparsionis non est super eum sparsa. et iterum: et locutus est Dominus ad Moysen dicens: accipe Leuitas de medio filiorum Israel, et purifi-

12 Ez. 36, 25. 26. 16 Num. 19, 8. 12. 13. 22 Num. 8, 5–7.

1 sumentis] accipientis *B* de *om. C* auritur *Q* 2 contagi *P*, contagia abluuntur *B* *ut *E*, aut *P* 3 lauacro] aquae *add. B* sordes se *E* et] e* *E* corpore *EQ* ut et] ut *P*¹*r* 4 aphonitris *BEQ*, adfonitris *C* 5 corpusculi *C*¹ possit *exp. et* pectus *s. l. C* 6 abluitur credenti *B* per fidei] perfidi *B* 7 mundantur *B*, purgatur *C* dei *MQ*¹ 9 aspergi *BPr*, abspargi *C*¹ 10 aegris *C* 11 ezechielum *B*, ezeciel *Q* loquitur *C*¹ 12 aspergam *BC*²*Pv* 13 mundabimini *CPv* 14 et mundabo] emundabo *B*²*v* et dabo uobis *P s. l. m. 2* 15 spm̃ nouum *ex* spm̃ scm̃ *C* dabo in uos *C*, *om. V* 17 huic *M* (hic *Q*) tertia *E* die *om. B* 18 et mundus ... *l. 19* septimo *add. CP in marg., om. B* 19 die tertio et die septimo purificatus non fuerit *C* 21 asparsionis *QV*, aspersionis *Cr*, asperginis *BP* eum *om. B* asparsa *CEQ* 23 leuuitas *P*

cabis eos. et ita facies eis purificationem eorum. circumsparges eos aquam purificationis. et iterum: aqua asparsionis purificatio est. unde apparet asparsionem quoque aquae instar salutaris lauacri optinere et quando haec in ecclesia fiunt, ubi sit et accipientis et dantis fides integra, stare omnia et consummari ac perfici posse maiestate Domini et fidei ueritate.

13 Porro autem quod quidam eos salutari aqua et fide legitima Christi gratiam consecutos non christianos sed clinicos uocant, non inuenio unde hoc nomen adsumant: nisi forte qui plura et secretiora legerunt, apud Hippocratem uel Soranum clinicos istos deprehenderunt. ego enim qui clinicum de euangelio noui scio paralytico illi et debili per longa aetatis curricula in lecto iacenti nihil infirmitatem suam obfuisse quo minus ad firmitatem caelestem plenissime perueniret, nec tantum indulgentia dominica excitatum de grabato esse, sed ipsum grabatum suum reparatis et uegetatis uiribus sustulisse. et idcirco quantum fide concipere et sentire nobis datur, mea sententia haec est, ut christianus iudicetur legitimus quisque fuerit in ecclesia lege et iure fidei diuinam gratiam consecutus. aut si aliquis existimat eos nihil consecutos eo quod ab aqua salutari tantum perfusi sint, si inanes et uacui sunt, non deci-

3 Num. 19, 9.

1 purificatione *B* 2 aquam] aqua *Bv* 3 sparsionis *BC* inde *M* (unde *Q*) aspersione *B* 4 aqua *P*, aquam *C* m *ex* ae lauacri salutaris *C* 5 haec *C s. l. m. 2* dandis C^1 6 *alt.* et *om. C* 8 eos *om. B* aquae *M* (aqua *Q*) 9 non *ex* nos *C* clinicos *C* os *s. l.*, κλειΧικωc *BP*, κλειΧικωc (clinicos) *Q*, clinicos κλειΧικωc *M* 11 hyppocraten *EQ*, ypocraten *B* sorandum *M* (soranum *Q*), sorarum *C* κλειΧικωc *EPQ*, κλεΧικωc *B* 12 κλειΧικOYM *P*, κλειΧιKOYM *M*, κλειΧιτKOYM (clinicum) *Q* 14 iacentis *E* hoc fuisse *M* (*obfuisse *Q*) 15 infirmitatem C^1 indulgentiam CMQ^1 16 dnicae E^1Q, dnicam *C* excitatam *C* grabato' *EP*, grabatto *BCQ* 17 grabbatum *E*, grabattum *BCQ* 18 quantum] tantum *EQ* fides *C* 19 quisquis *v* 20 *** fuerit *B* pro *eras.* 21 aliquid *B* consecutus *Q* ab aqua *P*, ad aqua *Q*, aqua BEC^2, aliqua C^1 22 salutari *om. B* si] sed *v*

piantur, ut si incommodum languoris euaserint et conualuerint, baptizentur. si autem baptizari non possunt qui iam baptismo ecclesiastico sanctificati sunt, cur in fide sua et Domini indulgentia scandalizentur? an consecuti sunt quidem gratiam dominicam, sed breuiore et minore mensura muneris diuini ac spiritus sancti, ut habeantur quidem christiani, non sint tamen ceteris adaequandi?

Quin immo spiritus sanctus non de mensura datur sed super **14**
credentem totus infunditur. nam si dies omnibus aequaliter nascitur et si sol super omnes pari et aequali luce diffunditur, quanto magis Christus sol et dies uerus in ecclesia sua lumen uitae aeternae pari aequalitate largitur? cuius aequalitatis sacramentum uidemus in Exodo esse celebratum, cum de caelo manna deflueret et futurorum praefiguratione alimentum panis caelestis et cibum Christi uenientis ostenderet. illic enim sine discrimine uel sexus uel aetatis gomor singulis aequaliter colligebatur. unde apparebat Christi indulgentiam et caelestem gratiam postmodum secuturam aequaliter omnibus diuidi sine sexus uarietate, sine annorum discrimine, sine acceptione personae, super omnem Dei populum spiritalis gratiae munus infundi. plane eadem gratia spiritalis quae aequaliter in baptismo a credentibus sumitur in conuersatione adque actu nostro postmodum uel minuitur uel augetur, ut in euangelio dominicum semen aequaliter seminatur, sed pro uarietate terrae aliud absumitur, aliud in multiformem copiam uel tricesimi uel sexagesimi uel centesimi numeri fructu exuberante cumulatur. adhuc uero cum singuli ad denarium uocentur, quid est ut quod a Deo aequaliter distribuitur humana interpretatione minuatur?

3 scanctificati] sc̄i *B* 4 scandalizantur *CVv* quidam *C*¹ 5 et mensura *C* 6 non] et non *C* 8 quin . . . credentem *om. C* de in.] ad mensuram *v* 9 totus] datus *P* 10 luce] modo *C* *s. l. m. 2* 11 christi *C* sua *om. C* 14 defluerent *B*¹ parefiguratione *M* (praef. *Q*) 15 ostenderet] exprimeret *CV* 16 sexu *M* (sexus *Q*) singuli *B*, a singulis *Cv* 17 apparet *C* 20 gratiam *C* muneris *ex* munus *C* 23 euangelium *EQ* 24 adsumitur *BP* 25 tricensimi *BM*, tregensimi *Q*, trigesimi *E* sexagensimi *BQ* 26 fructum *B* exuberant *B* comulatur *C*¹*Q* ad hoc *E* 27 quod *M* (quid *Q*) ut *om. C* adeo *C* 28 ut ne humana *C* ut ne *s. l.*

15 Quod si aliquis in illo mouetur quod quidam de his qui aegri baptizantur spiritibus adhuc inmundis temptabantur, sciat diaboli nequitiam pertinacem usque ad aquam salutarem ualere, in baptismo uero omne nequitiae suae uirus amittere. quod exemplum cernimus in rege Pharaone, qui diu reluctatus et in sua perfidia demoratus tam diu resistere potuit et praeualere donec ad aquam ueniret: quo cum uenisset, et uictus est et extinctus. mare autem illud sacramentum baptismi fuisse declarat beatus apostolus Paulus dicens: nolo enim uos ignorare, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes per mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt et in nube et in mari. et addidit dicens: haec autem omnia figurae nostrae fuerunt. quod hodie etiam geritur, ut per exorcistas uoce humana et potestate diuina flagelletur et uratur et torqueatur diabolus, et cum exire se et homines Dei dimittere saepe dicat, in eo tamen quod dixerit fallat et id quod per Pharaonem prius gestum est eodem mendacio obstinationis et fraudis exerceat. cum tamen ad aquam salutarem adque ad baptismi sanctificationem uenitur, scire debemus et fidere quia illic diabolus opprimitur et homo dicatus Deo diuina indulgentia liberatur. nam si scorpii et serpentes qui in sicco praeualent, in aquam praecipitati praeualere possunt aut sua uenena retinere, possunt

9 I Cor. 10, 1. 2. 6.

1 iis *v* 2 baptizabantur *EQ*² (baptizantur *MQ*¹) temptabantur *BCEPQV*, tentantur *v* sciant *P* 4 uirus *C* us *ex o* admittere *C*¹ 5 et *om. BP*, est *C*¹ 7 quo* *P*, quod *C*¹ 8 sacramento *EQ* 9 dicens paulus *B* enim] autem *C* 10 quia] quõ om̃s *C* 11 *prius* et *om. B* moysi *EQ*, moysen *CP* 12 baptizandi *Bv*, bapti *P* sunt et *QV*, sunt *BCEv* et in nube et in mari *om. P* 13 autem *P s. l. m. 2, om. C* fuerant *B* 14 etiam geritur *om. B* ut *B s. l.* exorchistas *P* 16 hec exire *C* dei *om. C* saepe dicat] se predicat *C* 17 in] et in *P* 19 dĩ aquam *C* baptissimi *C saepius* 20 illic *om. C* 21 subprimitur *M*¹ (oppr. *M*²*Q*) dicatur dõ *C*¹, deo dicatus *v* 22 si] sicut *v* aqua *B* 23 non possunt *Cv* aut sua uenena retinere *om. V* retinere] re *B* possunt] sic *Cv*

et spiritus nequam, qui scorpii et serpentes appellantur et tamen per nos data a Domino potestate calcantur, permanere ultra in hominis corpore, in quo baptizato et sanctificato incipit spiritus sanctus habitare.

Hoc denique et rebus ipsis experimur, ut necessitate urguente **16** in aegritudine baptizati et gratiam consecuti careant inmundo spiritu quo antea mouebantur et laudabiles ac probabiles in ecclesia uiuant plusque per dies singulos in augmentum caelestis gratiae per fidei incrementa proficiant, ut contra saepe nonnulli de illis qui sani baptizantur, si postmodum peccare coeperint, spiritu inmundo redeunte quatiuntur: ut manifestum sit diabolum in baptismo fide credentis excludi, si fides postmodum defecerit regredi. nisi si iustum quibusdam uidetur ut illi qui extra ecclesiam apud aduersarios et antichristos profana aqua polluuntur baptizati iudicentur, hi uero qui in ecclesia baptizantur minus indulgentiae et gratiae diuinae consecuti esse uideantur, et tantus honor habeatur haereticis ut inde uenientes non interrogentur utrumne loti sint an perfusi, utrumne clinici an peripatetici: apud nos autem de integra fidei ueritate detrahitur et baptismo ecclesiastico maiestas sua et sanctitas derogatur.

Rescripsi, fili carissime, ad litteras tuas quantum parua nostra **17** mediocritas ualuit et ostendi quid nos quantum in nobis est sentiamus, nemini praescribentes quo minus statuat quod putat unusquisque praepositus actus sui rationem Domino redditurus, secundum quod beatus apostolus Paulus in epistula sua ad Ro-

1 et t.] ad t. *MQ*[1], at t. *EQ*[2] 2 potestatem *Q* nec permanere *P* ultra] non possunt *add. Cv* 3 homine: si *C* corpore] corpore possunt *P* in quo *in* iniquo *corr. C* et *om. C* 5 et] in *C* 7 ac probabiles *om. B* 8 uiuant *ex* uidebant *MQ* 9 ut *EQV*, uel *C*, et *BPv* 10 sani *om. V*, scae *B* 11 runt spiritum *R incipit* quatiantur *R*, patiuntur *B* 13 si *om. CR* 14 profana *om. C* polluuntur aqua baptizari *C* 17 interrogantur *B* 18 clinici sint *CPRv* peripaterici *C*, peripatici *B* 19 integrae *EQ* detrahatur *v* 20 suas *B*, eius *R* derogetur *v* 21 ad litteras tuas *om. B* nostra *om. V*, ad nra *E* 23 rescribentes *ex* perscribentes *C* 24 actus *om. R* dno rationem *EQ*

manos scribit et dicit: unusquisque nostrum pro se rationem dabit. non ergo nos inuicem iudicemus. opto te, fili carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA LXX.

CYPRIANVS LIBERALIS CALDONIVS IVNIVS PRIMVS CAECILIVS POLYCARPVS NICOMEDES FELIX MARRVTIVS SVCCESSVS LVCIANVS HONORATVS FORTVNATVS VICTOR DONATVS LVCIVS HERCVLANVS POMPONIVS DEMETRIVS QVINTVS SATVRNINVS MARCVS ALIVS SATVRNINVS ALIVS DONATVS ROGATIANVS SEDATVS TERTVLLVS HORTENSIANVS ITEM ALIVS SATVRNINVS SATTIVS IANVARIO SATVRNINO MAXIMO VICTORI ALIO VICTORI CASSIO PROCVLO MODIANO CITTINO GARGILIO EVTYCHIANO ALIO GARGILIO ALIO SATVRNINO NEMESIANO NAMPVLO ANTONIANO ROGATIANO HONORATO FRATRIBVS S.

1 Cum simul in concilio essemus, fratres carissimi, legimus littera uestras quas fecistis de his qui apud haereticos et schisma-

1 Rom. 14, 12. 13.

3 opto ... ualere *om. C* fili] fr̃ *R*. — Ad Magnum de Nouatiano et de his qui in lecto consequuntur explicit *EQ*, Explicit ad Magnum de his qui in lecto consequuntur *P*, Ad Magnum de baptismate infirmorum explicit *B*, Explicit *(om. R)* ad Magnum de Cornelio et Nouatiano (explicit *add. R*) *CR*. —

Epist. LXX. — Incipit ad Iuuaianum de hereticis baptizandis *M (om. Q)*, Incipit ad Iuuaianum liber secundus *P*, Incipit ad collegas de hereticis baptizandis *CR*, Incipit ad ceteros confessores feliciter *c*, *om. L*. — 5 cyprianus ... *l. 14* salutem] Cyprianus cum collegis Ianuario et ceteris coepiscopis fratribus salutem *Vc* cyprianus ... *l. 15* carissimi *om. Q* calidonius *M* iunius *om. CR* primus caecilius *om. R* 6 nicompedes *C* marrucius *LMR*, marracius *C* successius *CR* 8 herculanius *R* ponponius *R*, pomonius *C* 9 marcus] ianuarius marcus *CLMR* rogacianus *C* 10 sedatus] sedonatus *R* alius] alilius *R* 11 satius *M*, scattius *C* ianuaro *R* 12 alio uictori *om. C* cussio *C*[1] modiano] domitiano *P* 13 eutyciano *Pv* eutyciano alio gargilio *add. P m. 2, om. CR* nemisiano *R*[1] nampaulo *L* nampulo antoniano *om. CR* 14 rogatiano] rogato *CR* 16 quas] ad nos *add. CRcv* his] iis *cv*

ticos baptizati uidentur, an ad ecclesiam catholicam quae una est uenientes baptizari debeant. de qua re quamquam et ipsi illic ueritatem et firmitatem catholicae regulae teneatis, tamen quia consulendos nos pro communi dilectione existimastis, sententiam nostram non nouam promimus, sed iam pridem ab antecessoribus nostris statutam et a nobis obseruatam uobiscum pari consensione coniungimus, censentes scilicet et pro certo tenentes neminem baptizari foris extra ecclesiam posse, cum sit baptisma unum in sancta ecclesia constitutum et scriptum sit Domino dicente: me dereliquerunt fontem aquae uitae, et effoderunt sibi lacus detritos qui non possunt aquam portare, et iterum scriptura diuina moneat et dicat: ab aqua aliena abstine te et a fonte alieno ne biberis. oportet uero mundari et sanctificari aquam prius a sacerdote, ut possit baptismo suo peccata hominis qui baptizatur abluere, quia per Ezechielem dicit Dominus: et aspargam super uos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inmunditiis uestris et ab omnibus simulacris uestris. et mundabo uos, et dabo uobis cor nouum, et spiritum nouum dabo in uobis. quomodo autem mundare et sancti-

10 Hier. 2, 13. 12 Prou. 9, 18. 16 Ez. 36, 25. 26.

1 catholicam ecclesiam *CR* una] et uera *add.* C^1Vc 2 est *om. R* 3 illic *P s. l.*, illuc C^1 4 quia] quoniam *Qcv* consulendos *ex* consul** *L* 5 non *om.* C^1 promimus *ex* pro mutuis *C* 6 statuam L^1 et *om.* C^1 uobiscum] uobis *oim *L* pari] imperali *P* 7 confessione *c* certe C^1P 8 foris baptizari *v;* posse baptizare foris e. e. *c* sit] scriptum sit *c* baptisma ... dicente *om. c* 9 intra sanctam ecclesiam *C sed* intra *ex* in 10 uitae Cc^1LPV, uiuae c^2R *in ras.*, uiuae gratis *Q* 11 lacos *Q* 12 moneat s. diuina *L*, s. d. praemoneat *Q* 13 a fonte] de fonte *C* alieno] aquae alienae *Qv* ne biberis] non ebiberis *C* 14 uero] ergo *v* sanctificare *c* a] per *C s. l. m. 2* 15 quia] quod *c* 16 ezechielum *Cc*, ezecielum *R;* prophetam *add. Qcv* dominus dicit *v* spargam *CcRV* 17 mundamini QRc^1 hominibus *c* 18 et ab ... *l. 19* uos *om. c* simulacris] inmunditiis simulacris *R* et mundabo] mundabo *CR*, emundabo *v* 19 uos et dabo *om. R* et spiritum nouum *om. R* 20 in uobis MQ^1, uobis CLQ^2RP, in uos *Vc* et sanctificare mundare L^1

ficare aquam potest qui ipse inmundus est et apud quem sanctus spiritus non est? cum Dominus dicat in Numeris: et omnia quaecumque tetigerit inmundus inmunda erunt. aut quomodo baptizans dare alteri remissam peccatorum potest qui ipse sua peccata deponere extra ecclesiam non potest?

2 Sed et ipsa interrogatio quae fit in baptismo testis est ueritatis. nam cum dicimus: credis in uitam aeternam et remissionem peccatorum per sanctam ecclesiam, intellegimus remissionem peccatorum non nisi in ecclesia dari, apud haereticos autem ubi ecclesia non sit non peccata dimitti. itaque qui haereticos adserunt, aut interrogationem mutent aut uindicent ueritatem, nisi si eis et ecclesiam tribuunt quos baptisma habere contendunt. ungi quoque necesse est eum qui baptizatus est, ut accepto chrismate id est unctione esse unctus Dei et habere in se gratiam Christi possit. porro autem eucharistia est unde baptizati unguntur oleum in altari sanctificatum. sanctificare autem non potuit olei creaturam qui nec altare habuit nec ecclesiam. unde nec unctio spiritalis apud haereticos potest esse, quando constet oleum sanctificari et eucharistiam fieri apud illos omnino non posse. scire autem et meminisse debemus scriptum esse: oleum peccatoris non ungat caput meum. quod ante in psalmis praemonuit spiritus sanctus, ne quis exorbitans et a uia ueritatis exerrans apud haereticos et Christi aduersarios

2 Num. 19, 22.

2 sps scs *CRv* est] es *R* in muneris *R* 4 dare alteri *ex* sidera altare *c m. 2* 5 qui *ex* quia *c* ipsa *c* sua *om. P* 6 ipsa *ex* ipse *C* est] es *R* 7 et *om. C*, et in *R* 8 per ... peccatorum *om.* c^1 9 ecclesiam *c* 10 haereticis *c* non *L*, non posse *CQRcv*, non possunt *P* 11 haereticos] baptizare posse *add.* C^2cv interrogationem] uocem *V*, hanc uocem *ex* a uocem *c* 12 uindicent] uĩcent *c* si *om. Mc (exh. Q)* 13 contendit *LP*, conpellunt *c* ungui *P* est] sit *Qcv* 14 charismatae *Q* unctione esse unctus *c*, unctionis seunctus *C* et] ut *c* 15 porro autem *corr. in* percipit *c* eucharistiam *c* est] et *C* 16 unguimur C^1 oleo *cv* sanctificatur C^2, sanctificato c^1v 17 oleo c^1 nec *om. C* 18 ecclesia *c* 21 unguat C^2PQc, urguat C^1 caput *ex* apud *C* 22 ante] autem *CR* exhorbitans *Q* 23 a uia] auta *R* exseras *C* christi] *add. R:* scs ne quis exorbitans

ungeretur. sed et pro baptizato quam precem facere potest sacerdos sacrilegus et peccator? cum scriptum sit: Deus peccatorem non audit: sed qui Deum coluerit et uoluntatem eius fecerit, illum audit. quis autem potest dare quod ipse non habeat, aut quomodo potest spiritalia gerere qui ipse amiserit spiritum sanctum? et idcirco baptizandus est et innouandus qui ad ecclesiam rudis uenit, ut intus per sanctos sanctificetur, quia scriptum est: sancti estote, quoniam et ego sanctus sum, dicit Dominus, ut qui in errorem seductus est et foris tinctus in baptismo uero et ecclesiastico etiam hoc ipsum deponat quod homo ad Deum ueniens, dum sacerdotem quaerit, in sacrilegum fraude erroris incurrit.

Ceterum probare est haereticorum et schismaticorum baptisma 3
consentire in id quod illi baptizauerint. neque enim potest pars illic inanis esse et pars praeualere. si baptizare potuit, potuit et spiritum sanctum dare. si autem sanctum spiritum dare non potest, quia foris constitutus cum sancto spiritu non est, nec baptizare uenientem potest, quando et baptisma unum sit et spiritus sanctus unus et una ecclesia a Christo Domino nostro super Petrum origine unitatis et ratione fundata. ita fit ut cum omnia apud illos inania et falsa sint, nihil eorum quod illi gesserint

2 Io. 9, 31. 8 Leu. 19, 2.

1 ungueretur *C²PQ*, urgueretur *C¹* pro *om. c* facere precem p. *Qc*, potest precem facere *CR* 2 sacrilegis *C¹* peccatis *c¹* peccatores *c*, peccator *ex* peccata *C* 3 qui eum *Q²v* (quid eum *Q¹*. qui deum *M*) 4 illum audit *om. V* dare *ex* facere *C* 5 potest *L s. l. m. 2*, potest is *C²* gerere *CLR*, agere *PQcv* qui ipsa *c¹*, quippe *C¹* 6 est innouandus est *August. de bapt. c. Don. V 29*, *om. R* 7 rudis *ex* nudus *C*, *om. Aug.* ut *ex* et *c* sanctos] spm cs *C*, spm *c* m *ex* s 8 quoniam] quia *CRv*, quomodo *c* 9 et *om. P* sum *om. L* dicit dns *om. c* errore *P*, erroribus *c* 10 reductus *C*, ductus *c* 11 ipso *c¹* dnm *c* 12 in *om. L* sacrilegium *C* et errore *C* 13 est] est et *L* et *om. C* et schismaticorum *c s. l.* 14 illi *om. c* 16 et] etiam *C*, *om. c* spiritum sanctum *r*, dum spm *C¹*, spm scm *post* dare *c s. l.* spiritum sanctum *cv* 17 potest] potuit *c* cum *ex* sum *C* 19 domino nostro] dno *C¹Rr*, dno non *L* 20 petram *R* originem *C¹c¹Q* rationem *c¹*, tractatione *C¹* 21 horum *c* illi quod *c*, quae illi *CRv*

probari a nobis debeat. quid enim potest ratum et firmum esse apud Dominum quod illi faciunt quos Dominus hostes et aduersarios suos dicit in euangelio suo ponens: qui non est mecum aduersus me est: et qui non mecum colligit, spargit. et beatus quoque apostolus Iohannes mandata Domini et praecepta custodiens in epistula sua posuerit: audistis quia antichristus uenit. nunc autem antichristi multi facti sunt. unde cognoscimus quia nouissima hora est. ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. si enim fuissent ex nobis, mansissent nobiscum. unde nos quoque colligere et considerare debemus an qui aduersarii sunt Domini et appellati sunt antichristi possint dare gratiam Christi. quare qui cum Domino sumus et unitatem Domini tenemus et secundum eius dignationem sacerdotium eius in ecclesia administramus, quaecumque aduersarii eius et antichristi faciunt repudiare et reicere et pro profanis habere debemus et eis qui de errore et prauitate uenientes agnoscunt unius ecclesiae ueram fidem, dare illis per omnia diuinae gratiae sacramenta unitatis et fidei ueritatem. optamus uos, fratres carissimi, semper bene ualere.

3 Luc. 11, 23. 7 I Io. 2, 18. 19.

1 debeant c^1*M* (debeat *Q*) ratum] gratum *Q*, tractum *R* et] aut *P* 2 deum *CcQv* (dominum *August. l. c. V 29*) illis c^1 quos *ex* quot *c* etostes et *c alterum* et *s. l.* 3 dicit] esse *Aug.* non est *exp. C* 4 aduersus ... mecum *om. C* aduersum *Aug. v* mecum non *Aug. LRc sed in L* non *s. l.* collegit *L* 6 posuerit] dicens *add. cv* 8 multi antichristi *Lc* 9 ex n. e. s. n. fuerunt] a nobis exierunt quia non erant *add. C m. 2 in marg.* 10 fuis *M* (fuissent *Q*) nobis] exierunt *add.* R^1, *exp. m. 2* 11 permansissent C^2*R*, permanens C^1; utique *add. Rv* nobiscum mansissent *Q* colligerit *C*, collere *M* (colligere *Q*) et *om. C*; et considerare *om. c* 12 debemus et considerare *L* an qui] antequi *M* (an**qui *Q*) 13 possunt *L*, poss*int *Q* (possint *M*) qui] si *CVc* 15 ecclesiam *Q* 16 aduersariis *R* *alterum* et *om. CR* 17 pro profanis *P sed* pro *eras.*, profana *CRVc* qui de] quidam *ex* quidem *c* errorem et prauitatem *c* 18 uenientes *corr. in* reicientes *c* adgnoscunt *L*, qui agnoscunt C^1 dare *ex* date *C* 19 gratiae] gloriae *R* sacramenta et C^2Vc^2v uanitatis C^1 20 optamus ... ualere *om. CLQc* opto te fr̃ kme͠ *P*. — Ad Iubaianum

EPISTVLA LXXI.

CYPRIANVS QVINTO FRATRI S.

Retulit ad me, frater carissime, Lucianus conpresbyter noster I te desiderasse ut significaremus tibi quid sentiamus de his qui apud haereticos et schismaticos baptizati uideantur. de qua re quid nuper in concilio plurimi coepiscopi cum conpresbyteris qui aderant censuerimus ut scires, eiusdem epistulae exemplum tibi misi. nescio qua etenim praesumptione ducuntur quidam de collegis nostris ut putent eos qui apud haereticos tincti sunt, quando ad nos uenerint, baptizari non oportere, eo quod dicant unum baptisma esse: quod unum scilicet in ecclesia catholica est, quia ecclesia una est et esse baptisma praeter ecclesiam non potest. nam cum duo baptismata esse non possint, si haeretici uere baptizant, ipsi habent baptisma. et qui hoc illis patrocinium de auctoritate sua praestat, cedit illis et consentit ut hostis et aduersarius Christi habere uideatur abluendi et purificandi et sanctificandi hominis potestatem. nos autem dicimus eos qui inde ueniunt non rebaptizari apud nos sed baptizari. neque enim

(Explicit ad Iuuaianum *P*) de haereticis baptizandis epistula ·n· III (·n· II *P*) explicat (*om. P*) *LP*, Ad Ianuarium de baptismo explicit *Q*, Ad (Explicit ad *C*) collegas de hereticis baptizandis explicit (*om. C*) *CR*, Explicit Cecili Cypriani ad Iuuianum et ceteros confessores *c*. —

Epist. LXXI. — Incipit ad Quintum (feliciter *add. C*, de eorumdem baptismate *add. B*) *BCLNP*, Ad Quintum epistola b. Cypriani *H*, Ad Iubanum de hereticis baptizandis explicit Item incipit ad Quintum epistola ·II· de his ipsis *T*. — 2 quintino *C* 3 rettulit *B* 4 tibi quid sentiamus *om.* P^1 5 baptizari *T* uidentur *CHv* 6 quid *H s. l. m. 2*, quidem *B* episcopi P^1 presbiteris *BC* 8 etenim qua *v* 9 haereticos] et scismaticos *add. H* 10 baptizare *H* 11 in ecclesia catholica] ideo *Bal.* quia] quae *C*, qua *N* 12 si una est *v*, si est una *C sed* si *s. l.* et *om.* C^2v baptisma esse *H* praeter] extra *v* 13 possunt *H* 15 cedit *ex* cadat *C* hostes C^1, hos *B* et *om. B* 16 christi ut *T sed* ut *s. l.* uideantur T^2 17 dicemus C^1 18 inde *om. B* uenerint *C* apud nos *om. C* sed baptizari *om. BC*

accipiunt illic aliquid ubi nihil est, sed ueniunt ad nos ut hic accipiant ubi et gratia et ueritas omnis est, quia et gratia et ueritas una est. porro autem quidam de collegis nostris malunt haereticis honorem dare quam nobis consentire, et dum unius baptismi adseueratione baptizare uenientes nolunt, sic aut duo baptismata ipsi faciunt, dum et apud haereticos baptisma esse dicunt, aut certe quod est grauius haereticorum sordidam et profanam tinctionem uero et unico et legitimo ecclesiae catholicae baptismo praeponere et praeferre contendunt, non considerantes scriptum esse: qui baptizatur a mortuo, quid proficit lauatione eius? manifestum est autem eos qui non sunt in ecclesia Christi inter mortuos conputari nec posse ab eo uiuificari alterum qui ipse non uiuat, quando una sit ecclesia, quae uitae aeternae gratiam consecuta et uiuit in aeternum et uiuificat Dei populum.

2 Et dicunt se in hoc ueterem consuetudinem sequi, quando apud ueteres haereseos et schismatum prima adhuc fuerint initia, ut hi illic essent qui de ecclesia recedebant et hic baptizati prius fuerant: quos tunc ad ecclesiam reuertentes et paenitentiam agentes necesse non erat baptizare. quod nos quoque hodie obseruamus, ut quos constet hic baptizatos esse et a nobis ad haereticos transisse, si postmodum peccato suo cognito et errore digesto ad ueritatem et matricem redeant, satis sit in paenitentia manum

10 Sir. 31 (34), 30.

1 illic aliquid] illi quid *T* ubi in *T* sed *om. H*, sed ubi *T*[1] 2 omnis ... ueritas *om. CH* 4 dare *ex* honore *C* 5 baptizari *C*, baptizari baptizare *T* aut *om. B* duo] duo aut multa *C* 6 baptisma *T* ipsi ... baptisma *om. C* et *om. H* 9 proferre *L* 11 profecit *C*[1] lauatio *CHL*[2]*Tv* autem] aut *B* 13 qui] cum *H* uiuat ... consecuta et *om. C* 14 gratiam *om. B*, gloriam *H sed corr.* et uiuit] uiuit *B* 16 in hoc *om. H* 17 haereseos *CT sed* se *corr.*, hereticos *B* schismaticos *C*, chrismatum *T* fuerant *C*[2]*H*[1] 18 ut *ex* aut *C*, et *P* hi *om. C*, nichil *H* allic *T* qui de] quod *T* recedebat *T* 19 nunc] tamen *add. Hv* paenitentia *B* 20 fuerat *C* baptizari *P* reseruamus *H* 21 constat *T*[2] et *om. CH* ad] et ad *C* 22 si *C s. l.* et *C s. l.* degesto *CT* 23 redeant] redeant statim *C sed* i *ex* u paenitentiam *BHv*

inponere, ut quia ouis iam fuerat, hanc ouem abigeatam et errabundam in ouile suum pastor recipiat. si autem qui ab haereticis uenit baptizatus in ecclesia prius non fuit, sed alienus in totum et profanus uenit, baptizandus est ut ouis fiat, quia una est aqua in ecclesia sancta quae oues faciat. et idcirco quia nihil potest esse commune mendacio et ueritati, tenebris et luci, morti et inmortalitati, antichristo et Christo, per omnia debemus ecclesiae catholicae unitatem tenere nec in aliquo fidei et ueritatis hostibus cedere.

Non est autem de consuetudine praescribendum, sed ratione 3
uincendum. nam nec Petrus quem primum Dominus elegit et super quem aedificauit ecclesiam suam, cum secum Paulus de circumcisione postmodum disceptaret, uindicauit sibi aliquid insolenter aut adroganter adsumpsit, ut diceret se primatum tenere et obtemperari a nouellis et posteris sibi potius oportere, nec despexit Paulum quod ecclesiae prius persecutor fuisset, sed consilium ueritatis admisit et rationi legitimae quam Paulus uindicabat facile consensit, documentum scilicet nobis et concordiae et patientiae tribuens, ut non pertinaciter nostra amemus, sed quae aliquando a fratribus et collegis nostris utiliter et salubriter suggeruntur, si sint uera et legitima, ista potius nostra ducamus. cui rei Paulus quoque prospiciens et concordiae et paci fideliter consulens in epistula sua posuit dicens: p r o p h e t a e

23 I Cor. 14, 29. 30.

1 hanc ouem *om.* B, hanc onem T abigeiatam BPT^1V, abigelatam X, abiectam LT^2, abalienatam Cv, longelateque H et rabunda B 2 receperit *ex* recepit C 3 baptizandus T^1 4 baptizandus est] paenitentiam baptismo baptizandus est B, baptizatur H quia] qui B 8 aliquod C^1 9 **cedere T de *s. l.* 10 de *om.* P consuetudinem B perscribendum C^1, scribendum B 11 primus B 12 super quem L *s. l. m. 2* cum *om.* C 13 disceptaret] decertaret H et uindicaret T sibi] sui C u *in ras.* 14 diceret *ex* discederet T 15 tenere et *ex* teneret T 17 admisit et rationi] administrationi C 18 consentit C docimentum P 19 patientiae] penitentiae T 21 suggeretur T^1 ista] et ista T *sed* et *s. l.*, ipsa CHv 22 dicamus B, amplectamur C *in ras.* cui rei *om.* C et concordiae] ** concordiae C 23 consules T^1

autem duo aut tres loquantur et ceteri examinent. si alii reuelatum sedenti fuerit, ille prior taceat. qua in parte docuit et ostendit multa singulis in melius reuelari et debere unumquemque non pro eo quod semel inbiberat et tenebat pertinaciter congredi, sed si quid melius et utilius extiterit libenter amplecti. non enim uincimur quando offeruntur nobis meliora, sed instruimur, maxime in his quae ad ecclesiae unitatem pertinent et spei ac fidei nostrae ueritatem: ut sacerdotes Dei et ecclesiae eius de ipsius dignatione praepositi sciamus remissam peccatorum non nisi in ecclesia dari posse nec posse aduersarios Christi quicquam sibi circa eius gratiam uindicare.

4 Quod quidem et Agrippinus bonae memoriae uir cum ceteris coepiscopis suis qui illo tempore in prouincia Africa et Numidia ecclesiam Domini gubernabant statuit et librata consilii communis examinatione firmauit. quorum sententiam religiosam et legitimam, salutarem fidei et ecclesiae catholicae congruentem, nos etiam secuti sumus. et quales super hac re litteras fecerimus ut scires, exemplum earum ad notitiam tam tuam quam coepiscoporum nostrorum qui illic sunt pro communi dilectione transmisimus. opto te, frater carissime, semper bene ualere.

1 examinant C^1 2 si] et si *T*, si autem *CHv* fuerit sedenti *Hv* 3 *prius* in *om. C* 6 efferuntur *C* 8 ut] et C^1. ut nos C^2v 10 remissa *P* non nisi *om. C* dare L^1 11 quoquam *B* circa pro *C* gratiam] ecclesia *C* uindicari *T* 12 quidam et agripinus C^1 uir *C s. l.* ceteris *L s. l. m. 2* 13 in illo *T*, illo in *Hv* temporibus *B* africana *T sed* na *s. l.* 14 librato *Hv* consilio communi *H* 15 examine *v* sententiam et *v* 16 et salutarem *HPv* congruente *B* 17 consecuti *T*, sicuti *B* super hac re *ex* superba est *C*, super hanc *T* fecimus *H* 18 tam ad notitiam *C sed* tam *s. l.* episcoporum *P* 20 opto . . . ualere *om. CLP* uos frs kmi *B*. — Ad Quintum de hereticis baptizandis (de baptismate hereticorum *B*) explicit (epistola ·III· *add. T*) *BT*, Ad Quintum explicit *P*, Explicit *(om. N)* Cecili Cypriani ad Quintum (Quintinum C^2) explicit *(om. C) CN*, *om. LH*. —

EPISTVLA LXXII.

CYPRIANVS ET CETERI STEPHANO FRATRI S.

Ad quaedam disponenda et consilii communis examinatione 1
limanda necesse habuimus, frater carissime, conuenientibus in unum pluribus sacerdotibus cogere et celebrare concilium: in quo multa quidem prolata adque exacta sunt. sed de eo uel maxime tibi scribendum et cum tua grauitate ac sapientia conferendum fuit quod magis pertineat et ad sacerdotalem auctoritatem et ad ecclesiae catholicae unitatem pariter ac dignitatem de diuinae dispositionis ordinatione uenientem, eos qui sunt foris extra ecclesiam tincti et apud haereticos et schismaticos profanae aquae labe maculati, quando ad nos adque ad ecclesiam quae est una uenerint, baptizari oportere, eo quod parum sit eis manum inponere ad accipiendum spiritum sanctum, nisi accipiant et ecclesiae baptismum. tunc enim demum plene sanctificari et esse filii Dei possunt, si sacramento utroque nascantur, cum scriptum sit: nisi quis natus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum Dei. inuenimus enim in actis apostolorum hoc esse ab apostolis custoditum et salutaris fidei ueritate seruatum, ut cum in domo Corneli centurionis super ethnicos qui illic aderant fidei calore feruentes, in Dominum

17 Io. 3, 5.

Epist. LXXII. — Incipit ad Stephanum de (*add. B:* rebaptizandis sententia) concilio *BELNQ*. — 3 disponda *L* et] et a *E* consilii* *Q* (consiliis *M*) examinationem limandam *B* 4 frs kmi *L* 5 plurimis *B* 6 exacta *LN*, transacta *BEQv* de ea *E*[1], deo *Q* 7 et] est et *M*[1] (et *M*[2]*Q*) conferre cum *B* 9 et *om. BLN* de *om. B* 10 ueniente. Eos *B* sint *EQv* 12 ad quae ad *L*. adq. *E* 13 una est *BEQv* uenerit *L* 15 enim *om. B* plenae *Q*, plane *B* 16 fili *Q* dei *om. B* utruq. *E* nascuntur *B* 17 renatus *Bv* spu sco *E* 18 in regnum] regna *B* enim] enim etiam *EQv*, etiam *B* 19 actus *E* esse] et *B* 20 ut cum] uisum *LN* 21 ethicos *L* calorem *Q* feruentes et *EQv* dno *LN*

toto corde credentes descendisset spiritus sanctus, quo adimpleti uariis linguis Deum benedicerent, nihilo minus tamen beatum apostolum Petrum diuini praecepti adque euangelii memorem praecepisse ut baptizarentur idem illi qui iam fuerant sancto spiritu pleni, ut nihil praetermissum uideretur quo minus per omnia diuini praecepti adque euangelii legem apostolica magisteria seruarent. baptismum autem non esse quod haeretici utuntur nec quicquam apud eos qui Christo aduersantur per gratiam Christi posse proficere diligenter nuper expressum est in epistula quae ad Quintum collegam nostrum in Mauretania constitutum super ea re scripta est, item in litteris quas collegae nostri ad coepiscopos in Numidia praesidentes ante fecerunt, cuius utriusque epistulae exempla subdidi.

2 Addimus plane et adiungimus, frater carissime, consensu et auctoritate communi, ut etiam si qui presbyteri aut diaconi uel in ecclesia catholica prius ordinati fuerint et postmodum perfidi ac rebelles contra ecclesiam steterint, uel apud haereticos a pseudoepiscopis et antichristis contra Christi dispositionem profana ordinatione promoti sint et contra altare unum adque diuinum sacrificia foris falsa ac sacrilega offerre conati sint, eos quoque hac condicione suscipi cum reuertuntur ut communicent laici et satis habeant quod admittuntur ad pacem qui hostes pacis extiterint, nec debere eos reuertentes eadem apud nos ordinationis et honoris arma retinere quibus contra nos rebellauerint.

1 credentes quod *N* adimpletis *B* 2 uariis] labiis *L* dominum *V* nihil hominibus *N* 3 diuina praecepta *LN* 4 praecepisset *N* baptizentur *BLN* illi idem *EQ* 6 lege EQ^{2} (legem MQ^{1}) 7 quod] quo * *Q*, quo *Ev* (quod *M*) 8 quicquam *scripsi,* quisquam *BELNQ,* quemquam *v* christi] a christo *L* 10 mauritania *BEQv* 11 item *om. B* 12 numidiam p̃side testante *B* 13 exemplum *L* subdimus hic *v,* subdimus *N* 14 frs̃ k̃mi *L* 15 si qui] atque *B* diacones *B,* diaconi qui *EQv* 16 fuerunt *B* perfidi ac] perfidia *B,* perfidi** *E* 17 steterunt *B* 18 pseudoep̃o *B* et] si et *N* antichristi et *LN* dispositiones *B* profana … *l. 19* unum *om. B* 19 altarem *Q* 20 sacrificium *B* sunt *ELN,* s*int *Q* (sint *M*) 21 cum] ut cum *LN* reuerterentur *B* 22 hostis *L* 23 eadem *N,* eam *BL,* ea *EQv* 24 reuellauerint *Q*

oportet enim sacerdotes et ministros qui altari et sacrificiis deseruiunt integros adque inmaculatos esse, cum Dominus Deus in Leuitico loquatur et dicat: homo in quo fuerit macula et uitium non accedet offere dona Deo, item in Exodo haec eadem praecipiat et dicat: et sacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum sanctificentur, ne forte derelinquat illos Dominus. et iterum: et cum accedunt ministrare ad altare sancti, non adducent in se delictum ne moriantur. quod autem maius potest esse delictum aut quae macula deformior quam aduersus Christum stetisse, quam ecclesiam eius quam ille sanguine suo parauit et condidit dissipasse, quam euangelicae pacis ac dilectionis oblitum contra unanimem et concordem Dei populum hostilis discordiae furore pugnasse? qui etsi ipsi postmodum ad ecclesiam redeunt, restituere tamen eos et secum reuocare non possunt qui ab eis seducti et foris morte praeuenti extra ecclesiam sine communicatione et pace perierunt, quorum animae in die iudicii de ipsorum manibus expetentur qui perditionis auctores et duces extiterunt. et idcirco satis est talibus reuertentibus ueniam dari, non tamen debet in domo fidei perfidia promoueri. nam quid bonis et innocentibus adque ab ecclesia non recedentibus reseruamus, si eos qui a nobis recesserint et contra ecclesiam steterint honoramus?

Haec ad conscientiam tuam, frater carissime, et pro honore 3
communi et pro simplici dilectione pertulimus, credentes etiam tibi pro religionis tuae et fidei ueritate placere quae et religiosa

3 Leu. 21, 21. 5 Ex. 19, 22. 7 Ex. 28, 43.

1 altario *B*, altarii *Q* 2 cum *om. B*, tecum *LN* deus *om. E* 3 loquitur *B* 4 exhodo *LQ* 5 ẽ p̃cipiat *E* c̃ *s. l.* 7 delinquat *L* 8 adducant *B* 9 ne ... *l. 10* delictum *om. B* 10 aut qua *E*[1], atq. *B* [aduersum *B* christum] sp̃m *LN* 11 sanguini *BM* (sanguine *Q*) paruit *M* (parauit *Q*) 12 dissupasse *NQ* 14 et si ipsi *E*[2]*Q*, et ipsi *BE*[1]*LMN*, etsi *v* cum ad ecclesia *N* 16 ecclesia *LN* 17 diem *B* 18 expectentur *L*, expectantur *B* perditiones *Q* 21 ecclesiam *BLQ* 22 et contra e. steterint *om. BLN* 24 haec ad *usque ad finem exh. Hieronymus Adu. Lucifer. p. 304 sq.* scientiam *B*

pariter et uera sunt. ceterum scimus quosdam quod semel inbiberint nolle deponere nec propositum suum facile mutare, sed saluo inter collegas pacis et concordiae uinculo quaedam propria quae apud se semel sint usurpata retinere. qua in re nec nos uim cuiquam facimus aut legem damus, quando habeat in ecclesiae administratione uoluntatis suae arbitrium liberum unusquisque praepositus, rationem actus sui Domino redditurus. optamus te, frater carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA LXXIII.

CYPRIANVS IVBAIANO FRATRI S.

1 Scripsisti mihi, frater carissime, desiderans significari tibi motum animi nostri quid nobis uideatur de haereticorum baptismo, qui foris positi et extra ecclesiam constituti uindicant sibi rem nec iuris sui nec potestatis. quod nos nec ratum possumus nec legitimum conputare, quando hoc apud eos esse constet inlicitum. et quoniam iam super hac re quid sentiremus litteris nostris expressimus, ut conpendium facerem exemplum earundem litterarum tibi misi, quid in concilio cum conplures

1 scimus] simus *N* imbiberunt *Hier.* 2 nec *om. LN* praepositum *Q* 3 saluo] $\overset{\text{sal}}{\text{uos}}$ *Q* (saluo *M*) 4 se *om. E* quam *Q* nec nos] non *Hier.* 5 quando] quin *Hier.*, cum *v* 6 uoluptatis *L* arbrium *L* 7 praepositos *Q*, sit praepositus *Hier.* redditurος *E* optamus . . . ualere *om.* BN^1 opto *EQ* 8 k̃me in d̃no *B.* — Ad (Caecili Cypriani ad *Q*) Stephanum de concilio (de rebaptizandis ex sententia concilii *B*) explicit *BELNQ.* —

Epist. LXXIII. — Incipit ad Iuuaianum (iubaianum *B*, urbanum *T*, iuuianum C^1) de hereticis baptizandis (de baptismate haereticorum *B*; *add. L:* epistulas numero tres, *add. T:* epistola ·III·) *BCLNPT.* — 10 iuuaiano *BNP*, ad iubaiano *T* 11 mihi *P s. l. m. 2* carissime *om. C* significans desiderare te *C sed* re te *ex* ns tibi *exp. C* 12 animae nostrae *C* quod BC^1 13 baptismate *B* foris . . . constituti *om. B* 15 computare] iudicare *v*, putare *August. de bapt. contra Don. II 13* esse *om. L* 16 inlicitum] inclitum *L* iam *om. C* ac *T* 18 missi *C*

adessemus decreuerimus, quid item postea Quinto collegae nostro de eadem re quaerenti rescripserim. et nunc quoque cum in unum conuenissemus tam prouinciae Africae quam Numidiae episcopi numero septuaginta et unus, hoc idem denuo sententia nostra firmauimus, statuentes unum baptisma esse quod sit in ecclesia catholica constitutum ac per hoc non rebaptizari sed baptizari a nobis quicumque ab adultera et profana aqua uenientes abluendi sint et sanctificandi salutaris aquae ueritate.

2 Nec nos mouet, frater carissime, quod in litteris tuis conplexus es, Nouatianenses rebaptizare eos quos a nobis sollicitant, quando ad nos omnino non pertineat quid hostes ecclesiae faciant, dummodo teneamus ipsi potestatis nostrae honorem et rationis ac ueritatis firmitatem. nam Nouatianus simiarum more, quae cum homines non sint humana imitentur, uult ecclesiae catholicae auctoritatem sibi et ueritatem uindicare, quando ipse in ecclesia non sit, immo adhuc insuper contra ecclesiam rebellis et hostis extiterit. sciens etenim unum esse baptisma, hoc unum sibi uindicat ut apud se esse ecclesiam dicat et nos haereticos faciat. nos autem qui ecclesiae unius caput et radicem tenemus pro certo scimus et fidimus nihil illi extra ecclesiam licere et baptisma quod est unum apud nos esse, ubi et ipse baptizatus prius fuerat, quando diuinae unitatis et rationem et ueritatem tenebat. quod si in ecclesia baptizatos rebaptizandos foris extra ecclesiam

1 decreuimus *C* quid *ex* qui *C et P m. 2* item] deinde *ex* die *C* quinto] quodam *ex* quo meo *C* 2 re q.] requerenti *P*, requirente *C* rescripserimus *BLP* 4 LXXI (et *om.*) *C*, LXX *August. de unico bapt. c. Petil. c. 13* hoc *om. B* denuo] de *B* 5 nostra ... esse *om. L* 6 sed baptizari *om. B* 7 quicumque] ergo *add. v et s. l. C* adultera *T in ras.*, altare *C* ueniunt *v*, ueneuntes *C* 8 sunt C^2, *om. v* 9 carissime *om. C* 10 nouacianos C^2 baptizare *B* 11 quod *B* 12 rationem *L* 13 ac *om. L* nouatianis *L* simarum *L* 14 sunt *B* humanitatem *C*, humana tamen *v* imitantur PT^2v, imitatur *C* uult] ubi *T* 15 sibi et ueritatem *om. C* uindicat *ex* uindicare *T* quando] quamquam *B* ipsi *L*, ipsa C^1 16 et *om. C* 17 etenim] enim *C* baptismum *C* hoc] quem *B* unum] enim *P* 18 ut] et *B* esse *om. BL* in ecclesiam *B* 20 fidimus] fidem *B* illi] illic *CT* baptismatis *Cv* 21 apud] caput *Cv* prius baptizatus *L* prius ... *l. 23* baptizatos *om.* C^1 22 ratione *L* 23 baptizatus *P*

Nouatianus existimat, a se incipere debuerat, ut prior extrario et haeretico baptismo rebaptizaretur, qui post ecclesiam immo et contra ecclesiam baptizandos foris opinatur. quale est autem, ut quia hoc Nouatianus facere audet, nos putemus non esse faciendum? quid ergo? quia et honorem cathedrae sacerdotalis Nouatianus usurpat, num idcirco nos cathedrae renuntiare debemus? et quia Nouatianus altare conlocare et sacrificia offerre contra fas nititur, ab altari et sacrificiis cessare nos oportet, ne paria et similia cum illo celebrare uideamur? uanum prorsus et stultum est, ut quia Nouatianus extra ecclesiam uindicat sibi ueritatis imaginem, relinquat ecclesia ueritatem.

3 Apud nos autem non noua aut repentina res est ut baptizandos censeamus eos qui ab haereticis ad ecclesiam ueniunt, quando anni sint iam multi et longa aetas ex quo sub Agrippino bonae memoriae uiro conuenientes in unum episcopi plurimi hoc statuerint adque exinde in hodiernum tot milia haereticorum in prouinciis nostris ad ecclesiam conuersi non aspernati sint neque cunctati, immo et rationabiliter et libenter amplexi sint, ut lauacri uitalis et salutaris baptismi gratiam consequerentur. neque enim difficile est doctori uera et legitima insinuare ei qui haeretica prauitate damnata et ecclesiastica ueritate conperta ad hoc uenit ut discat, ad hoc discit ut uiuat. nos non demus stuporem haereticis patrocinii et consensus nostri, et libenter ac prompte obtemperant ueritati.

1 a se] ipse *ex* tu se *T* extrario] extraneo CT^2v 2 post *ex* potest *T* 3 et *om. C;* et contra *om. T* opinantur C^1P 4 ut *om. CT* non] id *B* 5 quod *C* sacerdotali C^1T^1 6 num] numquid *BC* 7 et q.] aut q. *CNv* altare C^1, altari is *T*, altario *P* 8 nos] non *L* 11 relinquamus *CTv* ecclesiae *CNTv* 13 ad *ex* ab *T* perueniunt *C* 14 multi iam anni sint *v et August. de bapt. c. Don. III 17* agripino *T* 15 in unum *om. Aug.* statuerunt *BC* 16 hodiernum diem *T* milia *ex* militiae *T* 18 et *exp. C* rationaliter *NPT* et libenter *om. C* 20 ei] eis *ex* et *C*, eis *v* 21 ad huc T^1 22 ueniunt C^2v discant C^2v discunt C^2v, discat L^1 uiuant C^2v demus] debemus *BCTv* stupere *B* 23 patrociniis *BC*, patrocinio *v* et *om. v* et consensus nostri *om. B;* augere *add. v* et] ut T^1, an *B*, cum *v* 24 obtemperent BT^2*: fort.* obtemperabunt

4 Plane quoniam inueni in epistula cuius exemplum ad me transmisisti scriptum esse quod quaerendum non sit quis baptizauerit, quando is qui baptizatus sit accipere remissam peccatorum potuerit secundum quod credidit, praetereundum hunc locum non putaui, maxime cum in eadem epistula animaduerterim etiam Marcionis fieri mentionem, ut nec ab ipso uenientes dicat baptizari oportere, quod iam in nomine Iesu Christi baptizati esse uideantur. considerare itaque debemus fidem eorum qui foris credunt, an secundum eandem fidem possint aliquid gratiae consequi. nam si fides una est nobis et haereticis, potest esse et gratia una. si eundem patrem, eundem filium, eundem spiritum sanctum, eandem ecclesiam confitentur nobiscum Patripassiani, Anthropiani, Valentiniani, Appelletiani, Ophitae, Marcionitae et ceterae haereticorum pestes et gladii ac uenena subuertendae ueritatis, potest illic et baptisma unum esse, si est et fides una.

5 Ac ne longum sit per haereses uniuersas decurrere et singularum uel ineptias uel insanias recensere, quia nec delectat id dicere quod aut horret aut pudet nosse: de Marcione interim solo, cuius mentio in epistula a te ad nos transmissa facta est, examinemus an possit baptismatis eius ratio constare. Dominus enim post resurrectionem discipulos suos mittens quemadmodum bapti-

1 inueni et C^1 2 transmisistis *B* quis] quis aut a quo *B* baptizauerit ... qui *om. B* 3 *is *P*, his *CL* remissa *BP*, missam *L* 4 quod] quae *C* praeter eundem *C* 5 non *B s. l. m. 2* putanit C^1 animaduerterit *B* 6 martionis *L*, marciani *C* ni *ex* nus 7 dicant T^2 baptizare C^1 iesu *om. T* 9 credent *B* possit *C*, possunt *LNP*, possumus *T; cf. 770,13* 11 si eundem *ex* secundum *C* 13 antropiani *B*, *om. C* ualentiniani *om. C* appelletlani *C*, epelletiniani *T*, appellatiani *v* ophytae *L*, onitae *ex* opitae *C* marcioniste *T* s *s. l.* 14 ceteri *T* gladiis et uenenis subuertentes *v*, gladiis ac uenenis subuertente *C sed* uenena *m. 1* 15 ueritatem C^2v illic] inter illos *add. B* 16 heresis BLT^1, hereticos *C* os *ex* is uniuersos *C* os *ex* is 17 inertias *T* uel insanias *om. B* delectet *L*, delectatio est *C* id] d *exp. P*, hoc *B*, *om. C* 18 horret] hostendere *ex* hos regi *C* putet *P* de] Sed de *B* martione *L*, mentione *P* 19 ad te *T* 20 ratione *C* enim *om. B*

zare deberent instruit et docet dicens: data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. ite ergo, docete gentes omnes tinguentes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. insinuat trinitatem, cuius sacramento gentes tinguerentur. numquid hanc trinitatem Marcion tenet? numquid eundem adserit quem et nos Deum patrem creatorem? eundem nouit filium Christum de uirgine Maria natum, qui sermo caro factus sit, qui peccata nostra portauerit, qui mortem moriendo uicerit, qui resurrectionem carnis per semet ipsum primus initiauerit et discipulis suis quod in eadem carne resurrexisset ostenderit? longe alia est apud Marcionem sed et apud ceteros haereticos fides. immo nihil est apud illos nisi perfidia et blasphemia et contentio sanitatis et ueritatis inimica. quomodo ergo potest uideri qui apud illos baptizatur consecutus esse peccatorum remissam et diuinae indulgentiae gratiam per suam fidem qui ipsius fidei non habuerit ueritatem? si enim, sicut quibusdam uidetur, secundum fidem suam quis accipere aliquid foris extra ecclesiam potuit, utique id accepit quod credidit. falsum autem credens uerum accipere non potuit, sed potius adultera et profana secundum quod credebat accepit.

6 Quem locum profani et adulteri baptismi subtiliter Hieremias propheta perstringit dicens: ut quid qui contristant me

1 Matth. 28, 18. 19. 22 Hier. 15, 18.

1 debeant *B*, debemus *C*¹ instruxit *Tr*, instituit *C* docuit *Cv*, docens *exp. T* 2 potestas omnis *C* is *ex* a et docete *BNPTr* 3 omnes gentes *CP*¹ tinguentes] baptizantes *CNv* eas *C*² 5 tinguerentur] baptizarentur *Cv* 6 adserit *om. B* deum *om. Pv* et eundem *P*, numquid eundem *Cv* 7 nouit] nonũ (u *superscr.*) *C* maria uirgine *v* natum] erit *add. L*¹, *exp. m. 2* 8 sit] est *C* 9 resurrectionem *ex* ratione *C* per *ex* pro *C* prius *C* 10 et *om. T* quod *om. C* carnem *P* resurrexisse *P*, resurrectionem *C* 11 sed et] quam *ex* sed *T* 12 fides *om. L* immo *om. B* 13 sanitatis *T*, uanitatis *P*, sanctitatis *Nv* ueritatis *T* 14 uidere *C*¹ qui *exp. C* baptizatos *C* o *ex* u consecutos *C* 15 remissa *BP* 17 qui *B* 18 utique] itaque *C* accipit *B*, accipere non potuit *C* nec credidit *C* falsum ... potuit *om. C* 19 adulteri et profani *C*² 20 credebant *C* 21 ieremias *P*

praeualent? plaga mea solida est, unde sanabor? dum fit, facta est mihi quasi aqua mendax non habens fidem. mentionem facit per prophetam spiritus sanctus aquae mendacis et fidem non habentis. quae est haec aqua mendax et perfida? utique ea quae baptismi imaginem mentitur et gratiam fidei adumbrata simulatione frustratur. quod si secundum prauam fidem baptizari aliquis foris et remissam peccatorum consequi potuit, secundum eandem fidem consequi et spiritum sanctum potuit, et non est necesse ei uenienti manum inponi ut spiritum sanctum consequatur et signetur. aut utrumque enim fide sua foris consequi potuit aut neutrum eorum qui foris fuerat accepit.

Manifestum est autem ubi et per quos remissa peccatorum dari 7
possit, quae in baptismo scilicet datur. nam Petro primum Dominus, super quem aedificauit ecclesiam et unde unitatis originem instituit et ostendit, potestatem istam dedit ut id solueretur [in terris] quod ille soluisset. et post resurrectionem quoque ad apostolos loquitur dicens: sicut misit me pater, et ego mitto uos. hoc cum dixisset, inspirauit et ait illis: accipite spiritum sanctum. si cuius remiseritis peccata, remittentur illi: si cuius tenueritis, tenebuntur. unde intellegimus non nisi in ecclesia praepositis et euangelica lege ac dominica ordinatione fundatis licere baptizare et remissam pecca-

18 Io. 20, 21—23.

1 in plaga *B* solida est] solacia *B* 2 dum *exp. C* fit *exp. T*, fidem *B* quasi *ex* quas *T* 4 aquae] q͠q *C* mendacis . . . aqua *om. C* haec *om. B* 5 perfide *C*² ea *om. B* imaginem *L* 7 fidem prauam *L* remissa *BP* 8 et secundum *P* consequi *exp. T* 9 potuit *om. P* potuit . . . *l. 10* sanctum *om. BCLNT* ei] et *P* 10 consequatur et signetur *exp. C et s. l. add. m. 2:* potuit que enim . . . neutrum *om. B* 11 fuerat *L s. l. m. 2* 14 quae] quaeque *B* petrum *C* 15 unitatis] humanitatis *C* 16 et *om. B* dedit *om. B* in terris] interim *B*, in caelis *v* 17 soluisset] in terris *add. v* apostolus *P* 20 si cui *B* remittuntur *CP*¹ *T* 21 illis *P*¹ *T*, illic *C*¹ detenueritis *P* 22 et] et in *v*, in *C* 23 fundantis *C*¹ remissa *BCLNP*

torum dare, foris autem nec ligari aliquid posse nec solui, ubi non sit qui aut ligare possit aut soluere.

8 Nec hoc, frater carissime, sine scripturae diuinae auctoritate proponimus ut dicamus certa lege ac propria ordinatione diuinitus cuncta esse disposita nec posse quemquam contra episcopos et sacerdotes usurpare sibi aliquid quod non sit sui iuris et potestatis. nam et Core et Dathan et Abiron contra Moysen et Aaron sacerdotem sacrificandi licentiam sibi usurpare conati sunt, nec tamen quod inlicite ausi sunt inpune fecerunt. et filii Aaron qui alienum ignem altari inposuerunt in conspectu statim Domini indignantis extincti sunt. quod supplicium manet eos qui alienam aquam baptismo inferunt falso, ut diuina censura ulciscatur et uindicet id haereticos contra ecclesiam gerere quod non nisi soli liceat ecclesiae.

9 Quod autem quidam dicunt eis qui in Samaria baptizati fuerant aduenientibus apostolis Petro et Iohanne tantum super eos manum inpositam esse, ut acciperent spiritum sanctum, rebaptizatos tamen eos non esse, locum istum, frater carissime, ad praesentem causam uidemus omnino non pertinere. illi enim qui in Samaria crediderant fide uera crediderant et intus in ecclesia quae una est et cui soli gratiam baptismi dare et peccata soluere permissum est, a Philippo diacono quem idem apostoli miserant baptizati erant. et idcirco qui legitimum et ecclesiasticum baptisma consecuti fuerant, baptizari eos ultra non oportebat, sed tantummodo quod deerat id a Petro et Iohanne factum est,

1 nec] ne *L* ligare *B* 2 sit] possit *LT* quis aut *T*, quia ut *L* possit] ****** *T*, possit aliquid *v* soluerint C^1 3 carissime *om. C* 4 ordinatione *ex* ratione *P* 5 disposita *ex* disponsata *L* quamquam *B* contra] contra ecclesiam et *B* 7 chore *CTv*, choreb *B* datha *T* mosen NT^1 8 aron LT^1 sibi licentiam *CTv* usurpare] uindicare *C* 9 et *om. T* 11 indignatis P^1T^1, indignati sunt *C* extincti] percussi *B* 14 luceat L^1 15 dicunt quidam de *Cv* fuerunt *L* un *corr.* 17 baptizatos *T* 18 tamen *om. T* eos *om. v* fratres T^1 carissime *om. C* 19 illic *P* qui *om. B* 20 samariam T^1 crediderunt *P* fide u. crediderant *om.* C^1L et intus] intus *T* 21 baptismo P^1 22 misserant *C*, miserunt *B* 23 erant] enim erant *P* quia] qm̄ *C* 24 baptismum *Cv* oportet *T*

ut oratione pro eis habita et manu inposita inuocaretur et infunderetur super eos spiritus sanctus. quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in ecclesia baptizantur praepositis ecclesiae offerantur et per nostram orationem ac manus inpositionem spiritum sanctum consequantur et signaculo dominico consummentur.

Non est ergo, frater carissime, quod haereticis cedendum existi- **10**
memus et baptisma quod non nisi uni et soli ecclesiae datum sit prodendum putemus. boni militis est aduersus rebelles et hostes imperatoris sui castra defendere. gloriosi ducis est commissa sibi signa seruare. scriptum est: Dominus Deus tuus Deus zelans est. qui spiritum Dei accepimus zelum diuinae fidei habere debemus, quo zelo Finees placuit et Deum promeritus indignantis iram populo pereunte leniuit. quid adultera et aliena et diuinae unitatis inimica in acceptum referimus, qui non nisi unum Christum et unam eius ecclesiam nouimus? ecclesia paradisi instar exprimens arbores frugiferas intra muros suos intus inclusit, ex quibus quae non facit fructum bonum exciditur et in ignem mittitur. has arbores rigat quattuor fluminibus id est euangeliis quattuor, quibus baptismi gratiam salutari et caelesti inundatione largitur. numquid de ecclesiae fontibus rigare potest qui intus in ecclesia non est? numquid paradisi potus salubres et salutares inpertire cuiquam potest qui peruersus et a semet ipso

11 Deut. 4, 24.

1 posita C^1 et infunderetur *om.* *B* 3 baptizatur *B* per praepositos *C* 4 offera*tur *B* 5 consequa*tur *B* consumme*tur *B* 7 frater *om.* *P* carissime *om.* *C* de hereticis *C* c̃edendum *N* 8 et] ut *Cv* et soli *om.* *C* sit *om.* *B* 9 hostis *B* 10 ñamissa **** *B* 13 quod C^1 phinees *Nv*, fineaes *B*, finiuit C^1 placauit C^2 et dñm *B*, et dm̃ et *C* *alterum* et *s. l.* promeritis *CT* is *ex* us, pro merito suo *B* 14 adulteram *CNv* aliena] alieniginam *v et C sed in C* am *ex* e 15 et *om.* *C* unitati *B* inimicam *Cv* 16 unam eius] unicam *ex* unitus *C* et ecclesia *NP* paradisiis C^1 17 fuctiferas *Cv* 18 includit *v* quae] qui CP^1 bonum fructum *C* 20 salutaris *Bv* et *om.* *v* caelestis *B* 21 inundationem T^1 rigari *CT* ri *ex* re 22 saluber est (et *om.*) *L* 23 peruersos *L* ipsos T^1, ipsum *B*

damnatus et extra paradisi fontes relegatus aruit et aeternae sitis siccitate defecit?

11 Clamat Dominus ut qui sitit ueniat et bibat de fluminibus aquae uiuae, quae de eius uentre fluxerunt. quo uenturus est qui sitit, utrumne ad haereticos ubi fons et fluuius aquae uitalis omnino non est, an ad ecclesiam quae una est et super unum qui et claues eius accepit Domini uoce fundata est? haec est una quae tenet et possidet omnem sponsi sui et domini potestatem. in hac praesidemus, pro honore eius adque unitate pugnamus, huius et gratiam pariter et gloriam fideli deuotione defendimus. nos diuino permissu rigamus sitientem Dei populum, nos custodimus terminos uitalium fontium. si possessionis nostrae ius tenemus, si sacramentum unitatis agnoscimus, cur praeuaricatores ueritatis, cur proditores unitatis existimus? aqua ecclesiae fidelis et salutaris et sancta corrumpi et adulterari non potest, sicut et ipsa ecclesia incorrupta et casta et pudica est. si ecclesiae deuoti et in ecclesia constituti sunt haeretici, possunt et baptismo eius et ceteris salutaribus bonis uti. si autem in ecclesia non sunt, immo et contra ecclesiam faciunt, quomodo baptizare baptismo ecclesiae possunt?

12 Neque enim parua res haereticis et modica conceditur, quando a nobis baptisma eorum in acceptum refertur, cum inde incipiat omnis fidei origo et ad spem uitae aeternae salutaris ingressio et purificandis ac uiuificandis Dei seruis diuina dignatio. nam si baptizari quis apud haereticos potuit, utique et remissam pecca-

1 et] est et *T* et *s. l.* religatus *LP*, ligatus *B* 2 deficit *L* 3 bibat et *P* 4 uentre] uenis *C* s *s. l.* refluxerunt *C* 5 fluius *P* aque *ex* quae *P* 6 an *L s. l.* 7 accepit et *PT* uoce dñi *P* 8 et d. potestatem] gratiam *C* 9 pugnemus L^1 10 fideli] fidei *P* deuotione] uirtute *C* 11 nos *om. N*, nos de *v* diuini C^1 permisso C^2 rogamus *B* populo C^1 custodimur C^1 12 possessionis ergo *v* ius] eius *C*, iuste *P* 13 si *L s. l.* sacramento *B* 14 existimus *corr. in* existimamus *C*, exsistimemus *T in ras.*, existimamur *v* aquae L^1, asqua *T*, atq. *B* 15 corrumpi ... incorrupta *om. B* c. et] c. aut *C sed* aut *s. l.* 16 et pudica et casta *B* est *ex* et *C* si *corr. in* sic *L*, si ergo *B* 17 *alt.* et *om. C* 20 eclesiam *L* 22 defertur *LNPT* 24 ac uiuificandis *om. B* 25 remissa BC^1P

torum consequi potuit. si peccatorum remissam consecutus est, sanctificatus est: si sanctificatus est, templum Dei factus est: *si templum Dei factus est,* quaero cuius Dei? si creatoris, non potuit, qui in eum non credidit. si Christi, nec huius fieri potest templum qui negat Deum Christum. si spiritus sancti, cum tres unum sint, quomodo spiritus sanctus placatus esse ei potest qui aut filii aut patris inimicus est?

13 Proinde frustra quidam qui ratione uincuntur consuetudinem nobis opponunt, quasi consuetudo maior sit ueritate aut non id sit in spiritalibus sequendum quod in melius fuerit a sancto spiritu reuelatum. ignosci enim potest simpliciter erranti, sicut de se ipso dicit beatus apostolus Paulus: qui primo, inquit, fui blasphemus et persecutor et iniuriosus, sed misericordiam merui, quia ignorans feci. post inspirationem uero et reuelationem factam, qui in eo quod errauerat perseuerat prudens et sciens, sine uenia ignorantiae peccat. praesumptione enim adque obstinatione quadam nititur, cum ratione superetur. nec quisquam dicat, quod accepimus ab apostolis hoc sequimur, quando apostoli non nisi unam ecclesiam tradiderint et baptisma unum quod non nisi in eadem ecclesia sit constitutum, et neminem inueniamus ab apostolis. cum apud haereticos baptizatus esset, in eodem baptismate admissum esse et

12 I Tim. 1, 13.

1 si] *add. C:* peccatorum consequi potuit; *exp. m. 2* remissa BC^1P est] et *T* 2 et sanctificatus *v et Baluzius, om. C et Erasmus* est *om. B;* et templum dei factus est *add. Bal.* si sanctificatus est *om. LN,* et *v* templum d. f. e. si t. d. f. est] templum dei factus est *BCLNPTv,* si templum d. f. est *Erasm. et Bal.* 3 si cuius *C* 4 qui NPT^1, quia $BCLT^2v$ non *om. L* christo T^1 eius *ex* uius *C* potest] potuit *CTv* 5 dnm *C* spiritus ... sint *om. C* 6 sps scs quomodo *C sed* quomodo *s. l.* potest ei *T* ei *s. l.,* et potest C^1 8 quidem *B* 9 id *om. C* 10 in *om. T* quod in] si *ex* sit in *C* 11 potest] potuit *C* 12 se *om. T* beatus *om. C* 14 quia] quoniam *L* 16 et *ex* sed *C* sine] iam non in *B* 17 quadam ... ratione *om. C* 18 superatur C^2 hoc s. q. apostoli *om. C* 19 non *corr. in* qui non *C* eclesiam unam *L* tradiderunt *August. l. c. IIII 8 CNv,* dederint *B* 20 non *L s. l.* in *C s. l.* eadem *om. C* 22 baptizatos *P* in] et in *B* baptismo *Aug. BCv* baptismate ... apostoli *om. L*

communicasse, ut uideantur apostoli baptisma haereticorum probasse.

14 Quod enim quidam dicunt, quasi ad haereticorum suffragium pertineat quod dixerit apostolus Paulus: uerum tamen omni modo, siue per occasionem siue per ueritatem Christus adnuntietur, inuenimus hoc quoque ad eorum patrocinium qui haereticis suffragantur et plaudunt nihil posse proficere. neque enim de haereticis aut de eorum baptismo loquebatur in epistula sua Paulus, ut aliquid quod ad hanc rem pertineat posuisse ostendatur. loquebatur de fratribus siue inordinate et contra ecclesiasticam disciplinam ambulantibus siue euangelicam ueritatem de Dei timore seruantibus. et quosdam ex eis posuit uerbum Domini constanter adque intrepide locutos, quosdam uero in inuidia et dissensione uersatos, quosdam seruasse circa se beniuolam caritatem, aliquos uero habuisse maliuolam dissensionem, se tamen patienter omnia sustinere, dummodo siue in ueritate siue per occasionem nomen Christi quod Paulus praedicabat ad plurimorum notitiam perueniret et noua adhuc ac rudis sermonis seminatio loquentium praedicatione crebresceret. porro aliud est eos qui intus in ecclesia sunt de nomine Christi loqui, aliud est eos qui foris sunt et contra ecclesiam faciunt in nomine Christi baptizare. quare qui haereticis patrocinatur non id pro-

4 Phil. 1, 18.

1 ut *om.* *B* 4 dixerat *CP* uerumtamen ... *l. 9* paulus *post* pertineat *l. 9 inserit B* omni modo] omnino *L* 5 occansionem *T* christi *N* 6 adnuntietur *August. l. c. IIII 11* C^2LN, adnuntiatur B^2PT^2, adnuntiatus C^1T^1 de hoc *B* 7 perficere *T* 8 baptisma *BLNTP* loqueretur *BLNTP* 9 ad *om. B* pertineant C^1 12 posuit] potuit *B* 13 dei *C Aug.* intrepidos L^1 locutus *BNT* 14 in *om. BC* inuidiae *B* et *om. B* dissessione C^1 uerbosatos *C sed* bo *s. l.* 15 beneuolam *Nv*, beniuolentia *L* aliquos] alios *Aug.* maleuolam *v*, beniuolam *C* dissessionem C^1 16 se *om. C*, sed *Aug. BPv* omnia se patienter *Aug.* sustinentem *T* tem *add. m. 2*, se sustinere *v* tummodo T^1 17 ueritatem *Nv* per] in *P* occansionem *T*, occasione *BP* 19 crebesceret *P*, cesserit *B* 20 de] in *Aug. sed* de *idem. l. c. IIII 16* 21 est *om. C et Aug. utroque loco* 22 baptizari *CLN* patrocinantur *BCv* non *om. B* proferant BC^2Tv

ferat quod Paulus de fratribus posuit, sed ostendat, si haeretico aliquid concedendum putauit aut si fidem et baptisma eorum probauit aut si perfidos et blasphemos remissionem peccatorum accipere extra ecclesiam posse constituit.

Si autem quid apostoli de haereticis senserint consideremus, **15** inueniemus eos in omnibus epistulis suis execrari et detestari haereticorum sacrilegam prauitatem. nam cum dicant sermonem eorum ut cancer serpere, quomodo potest is sermo dare remissam peccatorum qui ut cancer serpit ad aures audientium? et cum dicant nullam participationem esse iustitiae et iniquitati, nullam communionem lumini et tenebris, quomodo possunt aut tenebrae inluminare aut iniquitas iustificare? et cum dicant de Deo eos non esse, sed esse de antichristi spiritu, quomodo gerunt spiritalia et diuina et qui sint hostes Dei et quorum pectora opsederit spiritus antichristi? quare si relictis humanae contentionis erroribus ad euangelicam auctoritatem adque ad apostolicam traditionem sincera et religiosa fide reuertamur, intellegimus nihil eis ad gratiam ecclesiasticam et salutarem licere qui spargentes adque inpugnantes ecclesiam Christi a Christo ipso aduersarii, ab apostolis eius antichristi nominentur.

Non est autem quod aliquis ad circumueniendam christianam **16** ueritatem Christi nomen opponat ut dicat: 'in nomine Iesu Christi ubicumque et quomodocumque baptizati gratiam baptismi sunt

7 cf. II Tim. 2, 17. 10 cf. II Cor. 6, 14. 12 cf. I Io. 4, 3.

1 posuit] potuit dicere *B* ostendant C^2Nv 3 perfidus *B* blasphemus *B*, blasphemas C^1 4 extra] contra *B* 6 execrare *B* 7 sermones *C* 8 quimodo C^1 sermoni *T* remissa *P* 9 serpsit *T* p *s. l.* aures *C s. l.* 10 et *om. B* 11 lumini] luci *August. l. c. IIII 19* 13 esse de *om. L* gerant C^2 14 sunt *BLPv* pectora] peccato *B* 15 antichristus *N* relictis] reiectis *Cv* humane *ex* humana *T* erroribus ad *ex* erroris *T* 16 *alt.* ad *om. BC* 17 intelligemus *CNv* 18 et *om. B* salutarem] salutem *T*, ad salutem *aliquot. mss. Augustini l. c. IIII 20* spargentes] spernentes *aliquot mss. Aug.* 19 atq. inpugnantes oues *C s. l.* ecclesiam *corr. in* iam *C* a *om. B* aduersariis et ab *C* ab *s. l.* 20 apostolis] uero *add. T s. l. et v* (uero *om. Aug.*) nominantur CT^2v 21 cumueniendam T^1 23 baptizati gratiam *om. B* baptimi *T*, baptisma *B*

consecuti, quando ipse Christus loquatur et dicat: non omnis qui mihi dicit, Domine Domine, introibit in regnum caelorum, et iterum praemoneat adque instruat ne quis a pseudoprophetis et pseudochristis in nomine suo facile fallatur. multi, inquit, uenient in nomine meo dicentes: ego sum Christus, et multos fallent, et postea addidit dicens: uos autem cauete. ecce praedixi uobis omnia. unde apparet non ea statim suscipienda et adsumenda quae iactantur in Christi nomine, sed quae geruntur in Christi ueritate.

17 Quod enim in euangeliis et in apostolorum epistulis Iesu Christi nomen insinuatur ad remissionem peccatorum, non ita est quasi aut sine patre aut contra patrem prodesse cuiquam solus filius possit, sed ut Iudaeis qui iactitabant se patrem habere ostenderetur quod nihil eis pater profuturus esset, nisi in filium crederent quem ille misisset — nam qui Deum creatorem patrem sciebant, filium quoque Christum scire debebant —, nec sibi blandirentur et plauderent de solo patre sine filii eius agnitione, qui et dicebat: nemo uenit ad patrem nisi per me. duorum autem cognitionem esse quae saluet idem ipse manifestat dicens: haec est uita aeterna ut cognoscant te solum et uerum Deum et quem misisti Iesum Christum. cum ergo ex ipsius Christi praedicatione et contestatione pater ante

1 Matth. 7, 21. 5 Marc. 13, 6 (cf. Matth. 24, 5.). 23. 19 Io. 14, 6. 21 Io. 17, 3.

1 dn̄s christus *B* 2 dicit mihi *BPv* introiuit *L*, intrabit *CNTv* 3 ne quis] neq. *B* 4 pheudochristis *T*, pseudochristi *L* 6 multos] per multos *B* 7 omnia *om. BC* 9 christi nomine *P sed* nomine *in ras. m. 2*, nomine christi *v*, sanguine *B* sed *P in ras. m. 2* quaeruntur (*pro* quae geruntur) in christi ueritate *add. P m. 2 in marg.* christo T^1 11 et in] et BC^1 apostulorum *L*, apostorum *T* 13 patrem *P* 14 ut *T s. l., om. BLP* iactabant CP^1T^1 15 pater non *T* ter *in ras.* nisi *L s. l.* nisi … misisset *om. T* 16 patrem creatorem *v* 17 quoque] eius *add. B* debeant C^1T^1 nec] ne NT^2v 18 fili LPT^1 adgnicione *L*, adagnitione T^1 qui … cognitionem *om. B* 19 ueniat L^1 20 esse] esse in se *C* sse *s. l.* 21 est] est autem *v* 23 ex] et *C* contestatione] consensione *B*

cognoscendus sit qui misit, tunc deinde Christus qui missus est, nec possit esse spes salutis nisi duobus simul cognitis, quomodo non cognito immo et blasphemato Deo patre, qui apud haereticos Christi nomine baptizati dicuntur peccatorum remissam consecuti iudicantur? alia enim fuit sub apostolis Iudaeorum ratio, alia gentilium condicio. illi quia iam legis et Moysi antiquissimum baptisma fuerant adepti, in nomine quoque Iesu Christi erant baptizandi, secundum quod in actis apostolorum Petrus ad eos loquitur et dicit: paenitemini, et baptizetur unusquisque uestrum in nomine Domini Iesu Christi in remissionem peccatorum, et accipietis donum spiritus sancti. uobis enim est promissio et filiis uestris et omnibus deinceps quoscumque aduocauerit Dominus Deus noster. Iesu Christi mentionem facit Petrus, non quasi pater omitteretur, sed ut patri filius quoque adiungeretur.

Denique ubi post resurrectionem a Domino apostoli ad gentes 18
mittuntur, in nomine patris et filii et spiritus sancti baptizare gentiles iubentur. quomodo ergo quidam dicunt foris extra ecclesiam immo et contra ecclesiam, modo in nomine Iesu Christi cuiuscumque et quomodocumque gentilem baptizatum remissionem peccatorum consequi posse, quando ipse Christus gentes baptizari iubeat in plena et adunata trinitate? nisi si qui Christum negat negatur a Christo, qui patrem eius negat quem ipse Christus confessus sit non negatur, et qui in eum blasphemat

9 Act. 2, 38. 39.

1 est *om.* *B*, sit *C* 2 cognitis q. non *om.* *B* 4 in christi *T* nomina T^1 remissa *P* consecuti *ex* consueti *C* 5 iudaeorum sub apostolis *Cv sed* orum *ex* os *corr.* *C* 6 alia] est *add.* *CTv* gentium *B* illi] enim *add.* *T* qui iam BCT^2, quiaam T^1 et] sed *C* mosi *L* antiquissimo *B* 7 baptissima *L* fuerunt *B* adempti L^1, adepta C^1 8 baptizati *P* actus *T* ad eos *om.* *C* 9 dicet *B* 10 dn͞i nr͞i *L* 12 est] et *T*, est haec *Nv* 14 noster] ur͂ *B* 15 omitteret *B* quoque filius *Nv* 16 post *C* *s. l.* a domino] dn͞i *C* 17 fili *P* baptizari *C* 19 immo e. c. ecclesiam *om.* *BC* modo] quando *B* 20 cuiuscumque] ubicumque *v*, quemcumq. T^2; *cf. 789,23* 21 christi *N* 22 baptizare *L* si *om.* *BCT*, *eras. in P* qui] sequi *C* 23 neget *C*, negatur *L* negatur] negatus *C*, non negatur *P* 24 sit] est sit *P* negatus *C*

quem Christus Dominum et Deum suum dixerit, remuneratus a Christo remissionem peccatorum et baptismi sanctificationem consequitur. qua autem potestate consequi in baptismo remissionem peccatorum potest negans Deum creatorem Christi, quando ipsam potestatem qua baptizamur et sanctificamur ab eodem patre Christus acceperit, quem maiorem dixerit, a quo clarificari petierit, cuius uoluntatem usque ad obsequium bibendi calicis et subeundae mortis inpleuerit? quid est igitur aliud quam participem haereticis blasphemantibus fieri defendere uelle et adserere quod remissam peccatorum accipere possit in Christi nomine blasphemans grauiter et peccans in patrem et Dominum et Deum Christi? quid deinde illud quale est ut qui filium negat neque patrem habeat, qui patrem negat filium habere uideatur, cum filius ipse contestetur et dicat: nemo potest uenire ad me, nisi fuerit datum illi a patre? ut manifestum sit nullam remissionem peccatorum in baptismo accipi a filio posse quam constet patrem non dedisse, maxime quando adhuc idem repetat et dicat: omnis plantatio quam non plantauerit pater meus caelestis eradicabitur.

19 Quod si Christi discipuli discere ex Christo nolunt quantum uenerationis et honoris paterno nomini debeatur, uel de exemplis

14 Io. 6, 65. 18 Matth. 15, 13.

1 christum *LNP* dominum] dño *L* et *om. T* remuneratus *T* rem *in ras.*, rememoratus *B* 2 christi *B* 3 qua] qui *B* potestatem $C^1 T^1$, potest *B* in remissionem *C* 4 potens C^1 creditorem C^1 christum BLT^1 5 qua] qui *L* baptizamus T^1 sanctificamur] sanctificationem *Cc* 6 clarifica**ri* *T*, clarificare C^1 7 uiuendi *B* 8 subeundae *ex* secundum eodem *C* quam *ex* qui *C*, quam aliquem *B* 9 uellet *P* 10 remissa *P* in christi nomine possit *v* 11 blasphemas *P* patrem et] patrem *B; fort.* patrem id est et *om. BP;* et deum *om. T* 12 christum *LNP* filium] filium dei *Tv* 13 qui] et qui *v*, qui et *B* negat patrem *C* 14 contestatur CT^1 15 fuerat C^1 illi datum *BCv* 16 in baptismo accipi a filio *T in marg. in ras.* posse a filio *P* 17 dedisset *C* idem *om. C* 18 plantauit *BLv* 19 caelestis *om. L* 20 christi discipuli] christiani *C* discere] ducere *L*, discedere *B* ex] a *BCv* nolunt *om. C* 21 bono ris paternomine C^1 de *om. T*

terrenis ac saecularibus discant et sciant Christum non sine maxima exprobratione posuisse: filii saeculi huius prudentiores sunt filiis lucis. in saeculo isto si cuius patri aliquis conuicium fecerit, si contumeliosus ac procax pudorem eius et honorem maledico ore lacerauerit, indignatur filius et irascitur et laesi patris iniuriam quibus potest uiribus uindicare conatur. tu Christum putas impiis et sacrilegis et in patrem suum blasphemis inpunitatem dare et eis in baptismo peccata dimittere quos constet baptizatos eadem adhuc in personam patris maledicta congerere, incessabili blasphemantis linguae scelere peccare? hoc christianus, hoc Dei seruus potest aut mente concipere aut fide credere aut sermone proferre? et ubi erunt legis praecepta diuina quae dicunt: honora patrem et matrem? nisi si uocabulum patris quod in homine honorari praecipitur in Deo inpune uiolatur. ubi erit quod ipse Christus in euangelio ponit et dicit: qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur? nisi si is qui maledicentes parentibus carnalibus puniri et interfici mandat, in caelestem et spiritalem patrem maledicos adque ecclesiae matris inimicos ipse uiuificat. execranda ac detestanda res a quibusdam prorsus adseritur, ut is qui eum si qui in spiritum sanctum blasphemauerit

2 Luc. 16, 8. 13 Ex. 20, 12. 16 Matth. 15, 4.

2 exprobatione *T* potuisse *B* fili *T* 3 sint *L* filii *B* cuius] cuiuis *N* 4 ac propax *C*[1], ad prouocandum *B* 5 honorem eius *L* maledicto *BLNP* 6 iniuriam] iram *B* potest *ex* patris *L*, libet *C* uiribus] modis *C* *indicare *L*[1] 7 tu *om. B* in *om. B* 8 inpunitates *B* et eis in] et in eis et *B* 9 quos] quod *C* constet] cum conderet *C* cum *s. l. et* d *ex* t *corr.* baptizatus *C* persona *C* 10 maledictam *C* et incessabili *BCNv* lingua *C*[1] *T* 11 et scelere *C* peccare *om. B* christianos *C*[1] aut *T* a *in räs.*, ut *L*[1] 12 aut f. credere *om. B* proferre *C s. l.* erant *T*[1] 13 leges *C* diuinae *Cr* 14 nisi si] nisi *T*[1], si *T*[2]*v* 15 in *om. B* uiolatur] uideatur *B* 17 morietur *P* nisi si] nisi *B*, si *T*[2]*v* maledicentibus *P* 18 carnalibus *om. P* puniri] poneri *ex* ponere *C* 20 ac *C s. l.* 21 eum si qui] eum si quis *T*, eum nisi *B*, *om. Cv* in *om. CT* blasphemantem *C*[2] blasphemantem in spiritum sanctum *v*

reum futurum peccati aeterni comminatur, idem in patrem Deum blasphemos salutari baptismo sanctificare dicatur. et nunc qui talibus ad ecclesiam uenientibus sine baptismo communicandum existimant, non putant se alienis immo aeternis peccatis communicare, admittentes sine baptismo eos qui non nisi in baptismo possint blasphemiarum suarum peccata deponere?

20 Quam uanum est porro et peruersum, ut cum ipsi haeretici repudiato et relicto uel errore uel scelere in quo prius fuerant agnoscant ecclesiae ueritatem, nos ueritatis eiusdem iura et sacramenta mutilemus et uenientibus ac paenitentibus dicamus eos remissionem peccatorum consecutos esse, quando illi se peccasse et propter hoc ad ecclesiae indulgentiam uenire fateantur? quare ecclesiae catholicae fidem ac ueritatem, frater carissime, et tenere debemus firmiter et docere et per omnia euangelica et apostolica praecepta rationem diuinae dispositionis adque unitatis ostendere.

21 Numquid potest uis baptismi esse maior aut potior quam confessio, quam passio, ut quis coram hominibus Christum confiteatur, ut sanguine suo baptizetur? et tamen nec hoc baptisma haeretico prodest, quamuis Christum confessus extra ecclesiam fuerit occisus: nisi si haereticorum patroni et aduocati haereticos in falsa confessione Christi interfectos martyras praedicant et contra apostoli contestationem, qui nihil eos quamuis exustos et

1 comminetur C^2 deum *om. C* 2 salutari baptismo *om. B* sanctificari *T* dica*tur *T* n *eras.*, dignetur C^2v 3 baptismo] paenitentiae baptismo *B; item. l. 5* 6 possunt *B*, *om. C* deponere] posse *add. C s. l.* 8 non repudiato *N* non *s. l.* et relicto *om. T* 9 nec agnoscant *N* nec *s. l.* 10 sacramentum *CNv* 11 illi *L s. l.*, ille *P*, illi et *CTv* se] si *P* 12 indulgentiae uenire pateantur C^1 13 fidem ac] fidei *B* carissime *om. C* 14 firmiter *om. T* euangelicam et apostolicam L^1 *T* 15 ratione *L* dispositionis] dispensationis *C* 17 maior esse *August. l. c. IIII 24* 18 quam passio *om. C* ut quis *om. B* confitetur P^1 19 ut] et *CNv et Aug.* nec] ne *T*, et *exp. C*, neque *v* 20 hereticis ñ *C* ñ *s. l.* prodesse *B* si quamuis CL^1PT, si qua *N* christum *om. N* et extra *v* (et *om. Aug.*) 21 si *om. CT* 22 in *om. P* martyres *BCLNv* praedicent T^2, praedicanti *B* et] et licet *B* 23 qui *om. B* exutos *P*, *om. B* et *C s. l.*

occisos dicit posse proficere, gloriam eis et coronam passionis adsignant. quod si haeretico nec baptisma publicae confessionis et sanguinis proficere ad salutem potest, quia salus extra ecclesiam non est, quanto magis ei nihil proderit, si in latebra et in latronum spelunca adulterae aquae contagio tinctus non tantum peccata antiqua non exposuerit, sed adhuc potius noua et maiora cumulauerit? quare baptisma nobis et haereticis commune esse non potest, cum quibus nec pater Deus nec filius Christus nec sanctus spiritus nec fides nec ecclesia ipsa communis est. et ideo baptizari eos oportet qui de haeresi ad ecclesiam ueniunt, ut qui legitimo et uero adque unico sanctae ecclesiae baptismo ad regnum Dei regeneratione diuina praeparantur sacramento utroque nascantur, quia scriptum est: n i s i q u i s n a t u s f u e r i t e x a q u a e t s p i r i t u, n o n p o t e s t i n t r o i r e i n r e g n u m D e i.

Quo in loco quidam, quasi euacuare possint humana argumen- **22**
tatione praedicationis euangelicae ueritatem, catecuminos nobis opponunt, si quis ex his antequam in ecclesia baptizetur in confessione nominis adprehensus fuerit et occisus, an spem salutis et praemium confessionis amittat, eo quod ex aqua prius non sit renatus. sciant igitur eiusmodi homines suffragatores et fautores haereticorum catecuminos illos primo integram fidem et ecclesiae ueritatem tenere et ad debellandum diabolum de diuinis castris cum plena et sincera Dei patris et Christi et spiritus sancti cognitione procedere, deinde nec priuari baptismi sacramento,

1 cf. I Cor. 13, 3. 13 Io. 3, 5.

1 occiso *B* posse] pro se *T* eis et *P in ras. m 2,* eius *C* 2 adsignat *B*, adsignent *T*² haereticis *ex* haeretica *C* 3 sanguis *L* quia *ex* qua* *T* extra] contra *B* 4 ei] et *BT*, eis *ex* et *C* proderat *C*¹ 5 adultera ea quae *LP* contagione *BCT²v* tinctus *ex* cintus *C* 8 non potest esse *C* christus filius *C* 9 sps scs *CNv* nec ecclesia] in ecclesia *C* 10 rebaptizari eos non *B* ut qui] nisi paenitentiae *B* 11 legitimo] baptismo *add. B* sancto *C* 12 regneratione *T* parantur *T* 13 nascatur *C* renatus *CT²v* 14 spu sco *C* intrare *Cv* dei] caelorum *C* 15 argumenta ratione *L* 16 catecumenos *LN*, cathicuminos *T* 17 his] eis *C* in ecclesia *om. C* 20 huiusmodi *v* et factores *C*¹, *om. B* 21 cathecuminos *PT* 22 bellandum *C*¹*P*¹*T*¹ 24 baptismatis *C* tis *s. l.*

utpote qui baptizentur gloriosissimo et maximo sanguinis baptismo, de quo et Dominus dicebat habere se aliud baptisma baptizari. sanguine autem suo baptizatos et passione sanctificatos consummari et diuinae pollicitationis gratiam consequi declarat in euangelio idem Dominus, quando ad latronem in ipsa passione credentem et confitentem loquitur et quod secum futurus sit in paradiso pollicetur. quapropter qui fidei et ueritati praesumus, eos qui ad fidem et ueritatem ueniunt et agentes paenitentiam remitti sibi peccata deposcunt, decipere non debemus et fallere, sed correctos a nobis ac reformatos ad regnum caelorum disciplinis caelestibus erudire.

23 Sed dicit aliquis: 'quid ergo fiet de his qui in praeteritum de haeresi ad ecclesiam uenientes sine baptismo admissi sunt?' potens est Dominus misericordia sua indulgentiam dare et eos qui ad ecclesiam simpliciter admissi in ecclesia dormierunt ab ecclesiae suae muneribus non separare. non tamen quia aliquando erratum est, ideo semper errandum est, cum magis sapientibus et Deum timentibus congruat patefactae et perspectae ueritati libenter adque incunctanter obsequi quam pertinaciter adque obstinate contra fratres et contra sacerdotes pro haereticis reluctari.

24 Nec quisquam existimet haereticos, eo quod illis baptisma opponitur, quasi secundi baptismi uocabulo scandalizatos ut ad

2 cf. Luc. 12, 50.

1 utputa *C* a *ex* o baptizetur *L* et *ex* ut *T* 2 et *om. C* dn͠o *T*[1] 3 baptizari s. a. suo *om. C* suo *om. L* baptizatus et *BC*, baptizato sed *L* sanctificatus *BC* 4 declarat hoc *ex* declaratione *C* 7 fide *C*[2] ueritate *CP* praesumimus *C* 8 fidem] finem *L* 10 corrector *C*[1] ac *om. B*, et *C* t *s. l.* deformatos *B* 11 erudiri *BLNT* 12 sed dicit *etc. exh. August. l. c. III 7; V 1, 2, 39* dicet *P* fiet et *C* de heresi *add. N in marg.*, debere *L*, debere si *C*[1] 13 baptisma *LNP (cf. p. 788,8)* 15 ad ecclesiam] ad *C sed exp. m. 2;* ueniunt *add. B* 16 separare *ex* sperare *T* quia] qui *BC*[1] 17 errandum] id ratum *B* 18 patefacta *C*[2] et] ac *L* perspecta *C*[2], profectae *B* ueritate *C* 19 obsequi] *add C:* quam pertinaciter obsequi, *exp. m. 2* 20 obstinanter *N* contra sacerdotes] consacerdotes *BCNv sed C* con *s. l.* 21 reluctare ne *C*[1] 23 scandalizatus *T*

ecclesiam ueniant retardari. immo uero hoc ipso magis ad necessitatem ueniendi testimonio ostensae sibi et probatae ueritatis adiguntur. nam si uiderint iudicio ac sententia nostra id decerni et statui ut baptisma iustum et legitimum conputetur quo illic baptizantur, putabunt se ecclesiam quoque et cetera ecclesiae munera iuste et legitime possidere, nec erit causa ueniendi ad nos, quando habentes baptisma habere uideantur et cetera. porro autem cum cognoscunt baptisma nullum foris esse nec remissam peccatorum extra ecclesiam dari posse, auidius ad nos et promptius properant et munera ac dona ecclesiae matris inplorant, certi peruenire se omnino non posse ad ueram diuinae gratiae pollicitationem, nisi prius uenerint ad ecclesiae ueritatem. nec recusabunt baptizari apud nos haeretici legitimo et uero ecclesiae baptismo, quando ex nobis didicerint baptizatos quoque a Paulo eos qui iam baptismo Iohannis baptizati fuissent, sicut legimus in actis apostolorum.

Et nunc apud quosdam de nostris haereticorum baptisma **25**
[occupatum] adseritur et inuidia quadam quasi rebaptizandi baptizare post hostes Dei nefas ducitur, cum baptizatos inueniamus quos Iohannes baptizauerat, ille Iohannes maior inter prophetas habitus, ille diuina gratia adhuc in utero matris inpletus, ille Heliae spiritu et uirtute subnixus, qui non aduersarius Domini sed praecursor ac praedicator fuit, qui Dominum non tantum uerbis praenuntiauit sed et oculis ostendit, qui ipsum Christum per quem baptizantur ceteri baptizauit. quod si idcirco haereticus ius baptismi obtinere potuit, quia prior baptizauit, non possidentis erit iam baptisma sed occupantis: et cum sepa-

1 retardari *in* retardatione *corr. C* uere hoc ipso *corr. in* ueri cum hoc ipsum *C* 3 adi**gantur *C an ex* un, adigi *T*[2], adiunguntur *L* ac] et *BCP* sentientia *T* 4 legitimo *B* 5 illic *C* putabant *P* se *om. P* 9 remissa *NP* possit *N* audacius ad nos *ex* au*d*s** nos *C* 11 certe *B* 12 uenerit *P* ecclesiam *P* 16 actibus *LTv* 18 occupatum *om. BLN*[1] *PT*, sed occupatus *C* inuidiam *LNT* quandam *NT*[2] 19 baptizari *P* post *om. P* dicitur *C* baptizatur *C*[1] inuenimus *L* 20 iohannis *P bis* 21 impletur *C* 22 spiritum *BLT*[1] subnixius *C* 23 dno *C* procursor *P* ac] et *C* praedicando *C* dno *T*[1], dominum nostrum *v* 24 et *om. B* 27 erit *om. L*[1] cum *L s. l.*

rari a se et diuidi omnino non possint baptisma et ecclesia, qui occupare baptisma prior potuit et ecclesiam pariter occupauit, et incipis tu illi haereticus uideri qui praeuentus posterior esse coepisti, qui cedendo ac manus dando ius quod acceperas reliquisti. quam periculosum sit autem in diuinis rebus ut quis cedat iure suo et potestate scriptura sancta declarat, cum in Genesi Esau primatus suos inde perdiderit nec recipere id postmodum potuerit quod semel cessit.

26 Haec tibi breuibus pro nostra mediocritate rescripsimus, frater carissime, nemini praescribentes aut praeiudicantes quo minus unusquisque episcoporum quod putat faciat, habens arbitrii sui liberam potestatem. nos, quantum in nobis est, propter haereticos cum collegis et coepiscopis nostris non contendimus, cum quibus diuinam concordiam et dominicam pacem tenemus, maxime cum et apostolus dicat: si quis autem putauerit contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia Dei. seruatur a nobis patienter et leniter caritas animi, collegii honor, uinculum fidei, concordia sacerdotii. propter hoc etiam libellum nunc de bono patientiae quantum

15 I Cor. 11, 16.

1 a se *om. C* diuidi *L* di *s. l.* omnino *om. B* possunt *B post* baptisma *repetit:* sed occupantis . . . omnino qui] si *C s. l.* 2 prior baptisma *C* et *om. B* 3 incipis] inde coepisti *C* de *s. l.* tu *om. C* uideri quia *ex* uidere qui *C* 4 reliquisti] amisisti *B* 5 sit *L s. l. m. 2,* sit *T* t *s. l.* 6 iuri *C*[2] potestatis *C* scribitura *C* declarat sca͠ *L*, declarat *P* cum *exp. C, s. l. add.* quod *ante* esau 7 primatos *B* perdidit *BLNP* id *exp. C,* in *B* 8 quo *B* quod s. cessit *om. C* 9 haec tibi . . . *p. 799,2* transmisimus *exh. Aug. l. c. IIII 11, V 22, VI 10 et Hieronymus Adu. Lucifer. pag. 305* breuibus *T* bus *in ras.,* breuiter *CNv* (ter *C in ras.*) *Aug. Hier.* scripsimus *Hier.* frater] pro timore fr̃ *B* 10 perscribentes *LT* 11 episcorum *T* quot *P* putauerit *C* arbitri *PT*[1] 12 liberam *L s. l. m. 2* potestatem] facultatem *C* 14 diuinam *om. Aug. V 22* concordiam *om. C* 15 et *om. P Hier.* putatur *Cv* (putauerit *Aug. et Hier.*) 16 esse *om. C* 17 nec *Hier.* leniter] firmiter *ex* inter *C* (leniter *Aug. et Hier.*) 18 collegit *L*, quam collegii *T* quam *s. l.* et uinculum fidei *T* et *s. l.,* dilectionis uinculum *C* et concordia *Tv sed* et *s. l. T* 19 nunc *om. Aug. V 22*

ualuit nostra mediocritas permittente Domino et inspirante conscripsimus, quem ad te pro mutua dilectione transmisimus. opto te, frater carissime, semper bene ualere.

EPISTVLA LXXIIII.

CYPRIANVS POMPEIO FRATRI S.

Quamquam plene ea quae de haereticis baptizandis dicenda 1
sunt conplexi simus in epistulis quarum ad te exempla transmisimus, frater carissime, tamen quia desiderasti in notitiam tuam perferri quid mihi ad litteras nostras Stephanus frater noster rescripserit, misi tibi rescripti eius exemplum: quo lecto magis ac magis eius errorem denotabis, qui haereticorum causam contra christianos et contra ecclesiam Dei adserere conatur. nam inter cetera uel superba uel ad rem non pertinentia uel sibi ipsi contraria quae inperite adque inprouide scripsit, etiam illud adiuncxit ut diceret: 'si qui ergo a quacumque haeresi uenient ad uos, nihil innouetur nisi quod traditum est, ut manus illis inponatur in paenitentiam, cum ipsi haeretici proprie alterutrum ad se uenientes non baptizent, sed communicent tantum.'

A quacumque haeresi uenientem baptizari in ecclesia uetuit, 2
id est omnium haereticorum baptismata iusta esse et legitima

1 spirante C^1 2 opto ... ualere *om.* C 3 ualere uale N. — Ad (Explicit ad CP) Iuuaianum (iuuianum C, iubanum T) de haereticis baptizandis (de h. bapt. *om.* LP) explicit $CLNPT$, Caecilii Cypriani ad Iuuaianum de baptismate hereticorum explicit B. —

Epist. LXXIIII. — Incipit ad Pompeium (Pomponium B) contra epistulam Stephani (*add.* C: de hereticis baptizandis feliciter) $BCLPT$. — 5 pompeio] pomponio B 7 conplexi sumus Cv, conpleximus BP 9 quid] quae *ex* qui C 10 rescriptum *ex* rescripta T eius] estis B exemplum] misi *add.* B 11 eius] ei C 12 ecclesiae C^1 conantur T^2 13 pertinente C^1 14 adiunxit CPv 15 si quis BCv, si T *sed exp. m. 2* ergo *exp.* T *m. 2* quaecumq. B, qua*cu* C uenientem LPT^1, uenienti T^2, ueniret B, uenerit Cv 16 illi CTv 17 propie T^1, prope C 18 baptizant P^1, baptizent in paenitentia B, baptizentur V 19 baptizari] *add.* B: in manum paenitentiae 20 id est] et T *in ras.* baptisma T

iudicauit. et cum singulae haereses singula baptismata et diuersa peccata habeant, hic cum omnium baptismo communicans uniuersorum delicta in sinum suum coaceruata congessit. et praecepit nihil aliud innouari nisi quod traditum est, quasi is innouet qui unitatem tenens unum baptisma uni ecclesiae uindicat, et non ille utique qui unitatis oblitus mendacia et contagia profanae tinctionis usurpat. nihil innouetur, inquit, nisi quod traditum est. unde est ista traditio? utrumne de dominica et euangelica auctoritate descendens an de apostolorum mandatis adque epistulis ueniens? ea enim facienda esse quae scripta sint Deus testatur et praemonet ad Iesum Naue dicens: non recedet liber legis huius ex ore tuo, et meditaberis in eo die et nocte, ut obserues facere omnia quae scripta sunt in eo. item Dominus apostolus suos mittens mandat baptizari gentes et doceri ut obseruent omnia quaecumque ille praecepit. si ergo aut in euangelio praecipitur aut in apostolorum epistulis uel actis continetur ut a quacumque haeresi uenientes non baptizentur, sed tantum manus illis inponatur in paenitentiam, obseruetur diuina haec et sancta traditio. si uero ubique haeretici nihil aliud quam aduersarii et antichristi nominantur, si uitandi et peruersi et a semet ipsis damnati pronuntiantur, quale est ut uideantur damnandi a nobis non esse quos constet apostolica contestatione a semet ipsis damnatos esse? ut nemo

11 Ios. 1, 8.

1 haeresis BLT^1 et *om.* *B* 2 habent LT^1 cum *eras. in T* omnium] hominum *C* 3 quo aceruata *C*, aceruata *T* congessit *C sed* ges *s. l.* 4 is innouet] his in nomine ut *C* 5 baptismum *B* 6 illi *C*, illic *L* qui unitatis utique *B* obliltus *L*, solitus *T* 7 profanet *CT*, profanae* *P* tinctionis] motionis *C* 8 de *om. C* 9 an de] unde *B* 10 ea ueniens C^1 sunt BCL^1v 11 praemonet] proponit *ex* praeponet *C* ad iesum naue *om. B* hiesum *CP*, iesun *L* recedat *Bv* 12 et] sed C^2v 13 die et] die ac *v* 14 in eo *om. C* mandat mittens *C* 15 docere *C* 16 *alterum* in *om. C* 17 uel] aut *Oxon.* act***is *P*, actibus *v* continentur *B* 19 haec *om. T* et *T s. l.*, etiam et *C* et *s. l.* 20 quam] nisi *B* aduersarie C^1 21 si] et si *T* et *s. l.* ipsas C^1 dampnado *C* 22 ut *om. L* quos] quod LT^1 constat *Cv* 23 nemo] ne *L*

infamare apostolos debeat, quasi illi haereticorum baptismata probauerint aut eis sine ecclesiae baptismo communicauerint, quando talia de haereticis apostoli scripserunt, et hoc cum nondum haereticae pestes acriores prorupissent, necdum quoque Marcion Ponticus de Ponto emersisset, cuius magister Cerdon sub Hygino episcopo qui in urbe nonus fuit Romam uenit: quem Marcion secutus additis ad crimen augmentis inpudentius ceteris et abruptius in Deum patrem creatorem blasphemare instituit et haereticum furorem sacrilegis armis contra ecclesiam rebellantem sceleratius et grauius armauit.

Quod si haereses constat postmodum plures ac peiores extitisse et si retro nusquam omnino praeceptum est neque conscriptum, ut haeretico manus tantum in paenitentiam inponatur et sic ei communicetur, et si baptisma non nisi unum est quod apud nos est et intus est et soli ecclesiae de diuina dignatione concessum est, quae ista obstinatio est quaeue praesumptio humanam traditionem diuinae dispositioni anteponere nec animaduertere indignari et irasci Deum, quotiens diuina praecepta soluit et praeterit humana traditio, sicut per Esaiam prophetam clamat et dicit: populus iste labiis honorificant me, cor uero eorum longe separatum est a me. sine causa autem colunt me mandata et doctrinas hominum docentes. item Dominus in euangelio increpans similiter et obiurgans ponit et dicit: reicitis mandatum Dei ut 3

20 Es. 29, 13. 24 Marc. 7, 13.

1 apostolo *L* 3 scripserint *BCL*[1]*PTv* cum hoc *C* nondum] non adhuc *C* 5 marcian *C*[1] ponti*u* se *C* de ponto *om. C* mersisset et *C* magister cerdon] mercedem *C* 6 hycino *L*, hygino tunc *Bv* urbem *LT* 7 secutus] secuius *B* additisq. *T* q. *s. l.*, additit *C* criminis *ex* crim *C* augmentum *C*[2] 8 abrutius *T* 9 furorem] pudorem *B* 10 gracius *C*[1] 11 haeresis *BC*[1]*LT*[1] plures et *ex* plurum se *C* 12 si *om. B* 13 haeretico] rebaptizato et non *add. B* tantum manus *CTv* penitentia *C* 14 quod *exp. L* quod a. n. est *om. C* 16 obstinationem (*om.* est) *C* 17 dispositione *T*[1] 18 et indignari et *C alterum* et *s. l.* 19 soluet *B* esciam *P* 20 honorificat *CL*[2]*PT*[2]*v* 23 et item *T* et *s. l.* 24 obiurgat *B* mandata *T* *post* dei *ras. 20—24 litt. in T*

traditionem uestram statuatis. cuius praecepti memor beatus apostolus Paulus commonet ipse quoque et instruit dicens: si quis aliter docet et non adquiescit sanis uerbis Domini nostri Iesu Christi et doctrinae eius, stupore elatus et nihil sciens, discede ab huiusmodi.

4 Praeclara plane ac legitima traditio Stephano fratre nostro docente proponitur, quae auctoritatem nobis idoneam praebeat. nam in eodem loco epistulae suae addidit et adiecit: 'cum ipsi haeretici proprie alterutrum ad se uenientes non baptizent, sed communicent tantum.' ad hoc enim malorum deuoluta est ecclesia Dei et sponsa Christi, ut haereticorum exempla sectetur, ut ad celebranda sacramenta caelestia disciplinam lux de tenebris mutuetur et id faciant christiani quod antichristi faciunt. quae uero est animi caecitas, quae prauitas, fidei unitatem de Deo patre et de Iesu Christi Domini et Dei nostri traditione uenientem nolle cognoscere? nam si idcirco apud haereticos ecclesia non est, quia una est et diuidi non potest, et si ideo illic sanctus spiritus non est, quia unus est et esse apud profanos et extrarios non potest: utique et baptisma quod in eadem unitate consistit esse apud haereticos non potest, quia separari neque ab ecclesia neque a sancto spiritu potest.

5 Aut si effectum baptismi maiestati nominis tribuunt, ut qui in nomine Iesu Christi ubicumque et quomodocumque baptizan-

3 I Tim. 6, 3—5.

1 praeceptor C^1 2 paulus *om.* *BTv* monet *C* quoquo *L* instruit] instituit *T* docens C^1 4 dno nro iesu christo T^1 doctrina *B* 5 et] est *v* discede *BLPTV*, discende C^1, discedendum C^2v 6 plane ac] sane et *v* 7 preponitur C^1 quae] ut *C s. l.* 8 et *L s. l.* 9 sed] sed sine paenitentiae manum *B* 10 ad *ex* ab *C* 12 caelestis C^2 disciplinae *C* de *om.* *P* 13 id *om.* *B* cyristiani L^1 antichristi *ex* orachristi *C* quae] qua *T* 14 uero] uero dixit *T* animae *C* quae prauitas *in* prauitasq. *corr.* *T* 15 et de] et *T* christo dno et do nro T^2 nostri] non *exp.* *L* traditionem *T* 16 idcirco *om.* *B* haput *L* 17 et si] si *BC* 18 spiritus sanctus *v* quia] qui *B* extrarios *BLPTV*, extraneos *Cv; cf. p. 780,1* 19 unitate eadem *B* constitit *L* 20 esse *L s. l.* et esse *B* b *ex* ad *T* 21 sco spo L^1, spiritu sancto *v* ** potest *C* ab *eras.*

tur innouati et sanctificati iudicentur, cur non in eiusdem Christi nomine illic et manus baptizato inponitur ad accipiendum spiritum sanctum, cur non eadem eiusdem maiestas nominis praeualet in manus inpositione quam ualuisse contendunt in baptismi sanctificatione? nam si potest qui extra ecclesiam natus templum Dei fieri, cur non possit super templum et spiritus sanctus infundi? qui enim peccatis in baptismo expositis sanctificatus est et in nouum hominem spiritaliter reformatus, ad accipiendum spiritum sanctum idoneus factus est, quando apostolus dicat: quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. qui potest apud haereticos baptizatus Christum induere, multo magis potest spiritum sanctum quem Christus misit accipere. ceterum maior erit mittente qui missus est, ut incipiat foris baptizatus Christum quidem induisse, sed sanctum spiritum non potuisse percipere, quasi possit aut sine spiritu Christus indui aut a Christo spiritus separari. illud quoque ineptum, ut cum natiuitas secunda spiritalis sit, qua in Christo per lauacrum regenerationis nascimur, dicant quod possit quis apud haereticos spiritaliter nasci, ubi spiritum negent esse. peccata enim purgare et hominem sanctificare aqua sola non potest, nisi habeat et spiritum sanctum. quare aut et spiritum necesse est ut concedant esse illic ubi baptisma esse dicunt, aut nec baptisma est ubi spiritus non est, quia baptisma esse sine spiritu non potest.

10 Gal. 3, 27.

1 iudicentur] dicentur *B* cur non *om. BLPT;* non *om. C* in *om. B* 2 nom̃ *T* ad *ex* ut *C* 3 non *post* nominis *exh. Cv* eadem *om. C* eiusdem *om. BP* 4 uoluisse *C*¹ 5 sanctificationem *B* quis *CT*²*v* natus est *B* 6 cur *P s. l. m. 2* 8 reformatur *B* ad] cur ad *C* cur *s. l.* 9 ideneus *T* est] non est *C* non *s. l.* quando] cum *T in ras.* 10 quodquod *C*¹*PT*¹ christum *B* 11 baptizatos *T* christo *C*¹ 13 incipias *C*¹ 14 induisse] induet se *C* et *ex* it spm̃ scm̃ *BCv* 15 induit *C* 16 aut *T s. l.* a *om. P* christo] scõ *ex* pl̃s *C* ineptum est *B*, inept *exp. C*, quam ineptum est *v* ut *exp. C* 17 qua] quia *B* 19 spiritum . . . enim *om. T in ras.* negant *BCTv* 20 *alt.* et *om. T* 21 sanctum *om. C* quare a. et spiritum *om. CP* aut] autem *B* et *exp. T, om. v* spiritum sanctum *v* ut *om. Cv* concedat *B* 22 illic esse scm̃ spm̃ *C* scm̃ spm̃ *s. l.* 23 spiritus sanctus *v* spiritu sancto *v*

6 Quale est autem adserere et contendere quod esse possint filii Dei qui non sint in ecclesia nati? baptisma enim esse in quo homo uetus moritur et nouus nascitur manifestat et probat beatus apostolus dicens: seruauit nos per lauacrum regenerationis. si autem in lauacro id est in baptismo est regeneratio, quomodo generare filios Deo haeresis per Christum potest quae Christi sponsa non est? ecclesia est enim sola quae Christo coniuncta et adunata spiritaliter filios generat eodem apostolo rursus dicente: Christus dilexit ecclesiam et se ipsum tradidit pro ea ut eam sanctificaret, purgans eam lauacro aquae. si igitur haec est dilecta et sponsa quae sola a Christo sanctificatur et lauacro eius sola purgatur, manifestum est haeresim, quae sponsa Christi non sit nec purgari nec sanctificari lauacro eius possit, filios Deo generare non posse.

7 Porro autem non per manus inpositionem quis nascitur quando accipit spiritum sanctum, sed in baptismo, ut spiritum iam natus accipiat, sicut in primo homine Adam factum est. ante eum Deus plasmauit, tunc insufflauit in faciem eius flatum uitae. nec enim potest accipi spiritus, nisi prius fuerit qui accipiat. cum autem natiuitas christianorum in baptismo sit, baptismi autem generatio et sanctificatio apud solam sponsam Christi sit, quae parere spiritaliter et generare filios Deo possit, ubi et ex qua et cui natus est qui filius ecclesiae non est? ut habere quis possit Deum patrem, habeat ante ecclesiam matrem. cum

4 Tit. 3, 5. 9 Eph. 5, 25. 26.

2 enim esse] ẽ enim *C* 4 seruabit *T* 8 regenerat *B*, genere C^1 10 ea] ea * *T*, eam *L* 11 aquae] in uerbo *add. B* si] est *exp. C* 12 a *om. C* 13 haeresis *B*, quod heresis *T* quod *s. l.*, heresin *L prius* nec *L s. l.* 14 eius ***** *T* (filio *eras.*) possit *in* posse *corr. T* filius C^1T^1 generari *T* non] nec *T s. l.* 15 non] nc̃ *B* inpositione *B* qui *BC* quando *exp. C*, tunc *B* 16 accepit C^1 sed] et *B* baptismo] ecclesiae baptismo *Bv* ut *exp. C* spiritum sanctum *Cv* iam *om. C* renatus *C* re *s. l.* 17 accipit C^2 factus LPT^1 ante] *add.* enim CT^2v 18 deus eum *v*, deus *C* quod plasmauite *C* et tunc *CTv sed in T* et *s. l.* insuflauit *Bv* 22 parere *ex* parare *C*, praeparare *P* et ex qua et] ex qua T^1 23 ut] autem *add. T s. l.* 24 habeat] habere *exp. C, om. v*

uero nulla omnino haeresis, sed neque aliquod schisma habere salutaris baptismi sanctificationem foris possit, in tantum Stephani fratris nostri obstinatio dura prorupit, ut etiam de Marcionis baptismo, item Valentini et Appelletis et ceterorum blasphemantium in Deum patrem contendat filios Deo nasci, et illic in nomine Iesu Christi dicat remissionem peccatorum dari ubi blasphematur in patrem et Dominum Deum Christum.

Quo in loco considerandum est, frater carissime, pro fide et 8
religione sacerdotalis loci quo fungimur, an constare sacerdoti Dei ratio in die iudicii possit adserenti et probanti et in acceptum referenti blasphemantium baptismata, cum Dominus comminetur et dicat: et nunc praeceptum hoc ad uos est, o sacerdotes, si non audieritis et si non posueritis in corde uestro ut detis honorem nomini meo, dicit Dominus omnipotens, inmittam in uos maledictionem, et maledicam benedictionem uestram. dat honorem Deo qui Marcionis baptismo communicat? dat honorem Deo qui apud eos qui in Deum blasphemant remissionem peccatorum dari iudicat? dat honorem Deo qui foris de adultera et fornicaria nasci Dei filios adseuerat? dat honorem Deo qui unitatem et ueritatem de diuina lege uenientem non tenens haereses contra ecclesiam uindicat? dat honorem Deo qui haereticorum amicus et inimicus christianorum sacerdotes Dei ueritatem Christi et ecclesiae unitatem tuentes abstinendos putat? si sic honor

12 Mal. 2, 1. 2.

2 sanctificatione *B* in] cur in C^2v, ut C^1 3 ut *om. B* martionis *L*, marcianis *C* 4 apelletis *Bv*, appellis C^2, pelletis *T* 5 deo] dei *C* 6 peccatorum *C s. l.* dari ubi] dare ut si *B* 7 plas**ebatur *C* patre *L*, patrem dm̃ *B* et] et in *v* dño LT^1 et deum *LP*, *om. B* christus L^1 8 frs̃ kmĩ *CT* 9 loci sacerdotalis *v* quo *om. B* sacerdotis *CT* s *s. l.* 10 possint C^1 adserentis C^2T probantis C^2T^2 11 referentis C^2T^2 dño T^1 12 et *C s. l.* et dicat *om. B* 13 posueritis *ex* potueris *C* 14 nomine C^1P 17 dat . . . *l. 20* adseuerat *om. C* 18 blasphemat BTC^1 20 dei] deo *v* 21 haeresis BC^1LT^1, heresĩ C^2 22 uindicat] *hic inserit C:* dat honorem *l. 17* . . . dari iudicat *l. 19* 23 amicos *C* inimicos C^1 sacerdotes dei *exp. C* 24 et *om. B* tuantes *in* continere *corr. C*, tenentes *V* apstinendos *LT*, abstinentes *C exp.* putant LPT^1 sic] hic *v*

Deo datur, si sic a cultoribus eius et sacerdotibus timor Dei et disciplina seruatur: abiciamus arma, manus demus in captiuitatem, tradamus diabolo ordinationem euangelii, dispositionem Christi, maiestatem Dei, diuinae militiae sacramenta soluantur, castrorum caelestium signa dedantur, succumbat et cedat ecclesia haereticis, lux tenebris, fides perfidiae, spes desperationi, ratio errori, immortalitas morti, caritas odio, ueritas mendacio, Christus antichristo. merito et sic in dies singulos schismata et haereses surgunt, crebrius adque uberius excrescunt, ut serpentinis crinibus pullulantes aduersus ecclesiam Dei maioribus uiribus uenenorum suorum uirus expromunt, dum illis aduocatione quorundam et auctoritas praestatur et firmitas, dum baptisma eorum defenditur, dum fides, dum ueritas proditur, dum id quod contra ecclesiam foris geritur intus in ipsa ecclesia uindicatur.

9 Quod si est apud nos, frater dilectissime, Dei timor, si tenor praeualet fidei, si custodimus Christi praecepta, si incorruptam adque inuiolatam sponsae eius sanctitatem tuemur, si haerent sensibus et cordibus nostris uerba Domini dicentis p u t a s c u m u e n e r i t f i l i u s h o m i n i s, i n u e n i e t f i d e m i n t e r r a: qua fideles Dei milites qui Deo fide et religione sincera militamus commissa nobis diuinitus castra fideli uirtute seruemus. nec consuetudo quae apud quosdam obrepserat impedire debet quo minus ueritas praeualeat et uincat. nam consuetudo sine ueritate uetustas erroris est. propter quod relicto errore sequa-

18 Luc. 18, 8.

1 et sacerdotibus eius *Bv* dei timor *Cv* 2 captiuitate *B* 3 diaboli *C* 5 castrorum] sacrorum *C* dedantur *BLPTV*, prodantur *Cv* succumbat et] sed cum haec *C* ecclesiae *C*[1] 6 perfidiae *ante* fides *C s. l.*, perfidis *ex* perfide *L* 8 merito *exp. C* et] ** *T* scismata *P* 9 heresis *BC*[1]*LT*[1] adque uberius *om. B*, atq. libertus *C* ut] et *Cv* 10 crinibus *CLPTV*, criminibus *B* pollulantes *LT*[1] 11 exprimunt *C* i *ex* e aduocatio *B* 12 dum b. e. defenditur *om. Oxon.* 13 id] in *B* quod id *C* 14 geritur *T* r *ex* n 15 est *exp. C* apud *om. C* fratres dilectissimi *B*, ff̃ kme͠ *C* dĩ *ex* es *C* 16 custodiamus *B* si *om. B* 17 sponsam *C*[1] 18 dn͠o dicenti *T* 19 terram *B* 20 qua] quia *BCv* dei *om. T* qui *corr. in* quia *C* 23 uincat] uindicat *P*

mur ueritatem scientes quia et apud Hesdram ueritas uicit, sicut scriptum est: ueritas manet et inualescit in aeternum et uiuit et optinet in saecula saeculorum. nec est apud eam accipere personam nec differentias, sed quae sunt iusta facit, nec est in iudicio eius iniquum, et fortitudo et regnum et maiestas et potestas omnium saeculorum. benedictus Deus ueritatis. quam ueritatem nobis Christus ostendens in euangelio suo dicit: ego sum ueritas. propter quod si in Christo sumus et Christum in nobis habemus et si manemus in ueritate et ueritas in nobis manet, ea quae sunt uera teneamus.

Fit autem studio praesumptionis et contumaciae ut quis magis **10**
sua praua et falsa defendat quam ad alterius recta et uera consentiat. cui rei prospiciens beatus apostolus Paulus ad Timotheum scribit et monet episcopum non litigiosum nec contentiosum, sed mitem et docibilem esse debere. docibilis autem ille est qui est ad discendi patientiam lenis et mitis. oportet enim episcopos non tantum docere, sed et discere, quia et ille melius docet qui cotidie crescit et proficit discendo meliora. quod ipsum quoque idem apostolus Paulus docet et praemonet, ut si alii sedenti melius reuelatum fuerit prior taceat. in conpendio est autem apud religiosas et simplices mentes et errorem deponere

2 I Esr. 4, 38—40. 9 Io. 14, 6. 15 cf. II Tim. 2, 24. (cf. I, 3, 2.) 20 cf. I Cor. 14, 30.

1 esdram *v* uincit *Tv* 2 scritum *L* manet] ualet *B*, uanet *C* 3 nec] haec *C* 4 ñ accipere *C* ñ *s. l.* differentiam *C* ti *ex* d 6 et f. B^1CLT^1, sed f. B^2L^2PTv maiestatis C^1 et potestas *om.* *C* 7 deus] dñs ds̃ *Cv* 8 ostendit T^1 9 si *C s. l.* 10 et si] si *BCv* 11 manet et *B* uera] ueritatis *T* is *ex* e, uera et recta *v* 12 contumacia *P* ia *in ras.* 13 defensat C^1 quam *ex* aquam *L* recta] facta *C* uera] uerba et *C* 14 paulus apostolus *C* 15 scribit *P* b *in ras.* eps̃ C^1, epos̃ *L* litigiosum *T* tigiosum *in ras.*, ligiosum P^1 nec contentiosum *om.* *C* 17 qui est *om.* *B* discendi *corr. in* discendum *T* discendum patientia *Aug. de bapt. contra Don. V 32* 18 episcopus C^1T^1, episcopum *v Aug.* sed et] sed *P* 19 proficiet C^1 discendo *C Aug.*, docendo *BLPT* 20 et *om.* *BCLPv* praemonens CL^2PT^1v si alii] sit alio *C* o *s. l.* 22 errore *C*

et inuenire adque eruere ueritatem. nam si ad diuinae traditionis caput et originem reuertamur, cessat error humanus et sacramentorum caelestium ratione perspecta quidquid sub caligine ac nube tenebrarum obscurum latebat in lucem ueritatis aperitur: ut si canalis aquam ducens qui copiose prius et largiter profluebat subito deficiat, nonne ad fontem pergitur, ut illic defectionis ratio noscatur, utrumne arescentibus uenis in capite unda siccauerit an uero integra inde et plena procurrens in medio itinere destiterit, ut si uitio interrupti aut bibuli canalis effectum est quo minus aqua continua perseueranter ac iugiter flueret, refecto et confirmato canali ad usum adque ad potum ciuitatis aqua collecta eadem ubertate adque integritate repraesentetur qua de fonte proficiscitur? quod et nunc facere oportet Dei sacerdotes praecepta diuina seruantes, ut si in aliquo nutauerit et uacillauerit ueritas, et ad originem dominicam et ad euangelicam adque apostolicam traditionem reuertamur et inde surgat actus nostri ratio unde et ordo et origo surrexit.

11 Traditum est enim nobis quod sit unus Deus et Christus unus et una spes et fides una et una ecclesia et baptisma unum non nisi in una ecclesia constitutum, a qua [unitate] quisque discesserit cum haereticis necesse est inueniatur, quos dum contra ecclesiam uindicat, sacramentum diuinae traditionis inpugnat. cuius unitatis sacramentum expressum uidemus etiam in cantico canticorum ex persona Christi dicentis: hortus conclusus, soror mea, sponsa, fons signatus, puteus aquae

24 Cant. 4, 12. 13.

1 eruere *in* cernere *corr.* *T*, discernere *V* diuina et *P* 4 in *om.* *C* lucem *C* 5 ut *om.* *Cv* aquam] aq̄ *C* dicens *exp.* *C* qui ċorr. *in* quae *T* 7 noscatur *C* o *ex* a uenit *P* unde *L*, *om.* *C* 9 destituit *C* ut] et ut *L* et *s. l.* 10 quo minus] cominus *P* perseueranter continua *C* plueret *C*[1] 11 adq. ad] aquae ad *B*, adq. *ex* adaquae *C* 12 aqua *ex* atq. *C* ubertatem *C*[1]*T*[1], libertate *B* adque integritate *om.* *B* 13 sacerdote *L* 14 nu*taue**rit *T* et] ut *L* 15 et ad o.] ad o. *Bv*, et o. *C* 16 adque] et *C* 18 nobis unus *C* 19 una fides *B* ecclesia *corr.* *in* ecclesiae *T* 20 unitate *om.* *L* quisquis *v* 21 quos *** *L* 24 ortus *BCL* 25 sponsa mea *C* puteos *L*

uiuae, paradisus cum fructu pomorum. si autem ecclesia eius hortus conclusus est et fons signatus, quomodo in eundem hortum introire aut bibere de fonte eius potest qui in ecclesia non est? item Petrus ipse quoque demonstrans et uindicans unitatem mandauit et monuit per unum solum baptisma unius ecclesiae saluari nos posse, in arca, inquit, Noe pauci, id est octo animae hominum saluae factae sunt per aquam, quod et uos similiter saluos faciet baptisma. quo breui et spiritali conpendio unitatis sacramentum manifestauit. nam ut in illo mundi baptismo quo iniquitas antiqua purgata est, qui in arca Noe non fuit non potuit per aquam saluus fieri, ita nec nunc potest per baptismum saluatus uideri qui baptizatus in ecclesia non est, quae ad arcae unius sacramentum dominica unitate fundata est.

12 Obseruatur itaque a nobis et tenetur, frater carissime, explorata et perspecta ueritate ut omnes qui ex quacumque haeresi ad ecclesiam conuertuntur ecclesiae unico et legitimo baptismo baptizentur, exceptis his qui baptizati in ecclesia prius fuerant et sic ad haereticos transierant. hos enim oportet cum redeunt acta paenitentia per manus inpositionem solam recipi et in ouile unde errauerant a pastore restitui. opto te, frater carissime, semper bene ualere.

6 I Petr. 3, 20. 21.

1 uiuae *om.* *T* pomerum T^1 2 ortus *BL* signatus est *LP* 4 demonstras C^1, demonstras** *P*, demonstrasse *L* uindicans] indicans *V* 5 per] nisi per *v* solem C^1 6 saluari] salutari *L* nos C^2LTV, *om.* *B*, non C^1P, nos non *v* 7 hominum *om.* *C* 9 quo] quod BC^1, quam C^2v sacramento $BLPT^1$ 10 in *om.* *B* 11 saluus] saluatus *BCv* 12 ita ... uideri *om.* *L* saluatus] saluus *BP* qui] ihus qui *L* 16 ad heresi *C* 17 ecclesiae *om.* *C* baptismo *om.* *T*, baptismate *C* te *s. l.*, paenitentiae baptismo benedictionis *B* 18 excepti *L* fuerunt T^2 19 et sic a. h. transierant *om.* *B* transierunt CT^2 hos] illos *Bv* 21 restituti *B* opto ... ualere *om.* *BLPT*. — Ad (Explicit ad *P*) Pompeium (pomponium *B*) contra Stephani epistolam (contra epistolam Stephani *BC*, *om.* *P*) de haereticis baptizandis (baptizandis *om.* *C*, de haereticis baptizandis *om.* *B*) explicit (*om.* *LP*) *BCLPT*. —

EPISTVLA LXXV.

FIRMILIANVS CYPRIANO FRATRI IN DOMINO S.

1 Accepimus per Rogatianum carissimum nostrum diaconum a uobis missum litteras quas ad nos fecisti, frater dilectissime, et gratias propter haec Deo maximas egimus quod contigerit, ut qui corpore ab inuicem separamur sic spiritu adunemur quasi non unam tantum regionem tenentes, sed in ipsa atque in eadem domo simul inhabitantes. quod et decet dicere, quia et spiritalis domus Dei una est. erit enim in nouissimis, ait, diebus manifestus mons Domini et domus Dei super uertices montium. in qua conuenientes cum iocunditate adunantur, secundum quod et in psalmo hoc postulatur a Domino inhabitare in domo Dei per omnes dies uitae. unde et in alio loco manifestatum est esse apud sanctos magnam uoluntatis caritatem in unum conuenire. ecce, inquit, quam bonum et uoluptabile est ut habitent fratres in unum.

2 Adunatio enim et pax et concordia non solum hominibus fidelibus et cognoscentibus ueritatem sed et angelis ipsis caelestibus uoluptatem maximam praestat, quibus dicit sermo diuinus esse gaudium in uno peccatore paenitentiam agente et ad unitatis uinculum reuertente. quod utique non diceretur de angelis conuersationem in caelis habentibus, nisi ipsi quoque essent nobis adunati qui nostra adunatione laetantur, sicut e contrario utique contristantur, quando uident diuersas quorundam mentes et scissas uoluntates, quasi non tantum unum et eundem Deum

9 Es. 2, 2. 15 Ps. 122, 1.

Epist. LXXV. — Incipit epistula Firmiliani ad Cyprianum *o*, Firmilianus ad Cyprianum *I*, Incipit Caecili Cypriani ad Quintum feliciter *Q*, *inscr. om. E* — 2 in domino *om. o* 4 dilectissime] kme *o in ras. m. 2* 5 haec] hoc *v* domino *v*, d*o *M*, do* *Q* 7 ipsa] una *cod. Goulartii* 9 in *om. E* ait] propheta *add. v* 11 qua] quam *EIov* 12 et *om. o* 14 caritatem] alacritatem *coni. Routh* 15 uoluptabilem *Q* 16 inhabitent *I* 19 uolumptatem *Q* 20 agentem *MQ*[1] 21 reuertentem *MQ*[1]

simul innocent, sed separatis et diuisis ab inuicem nec confabulatio iam possit esse aut sermo communis. nisi quod nos gratiam referre Stephano in isto possumus, quod per illius inhumanitatem nunc effectum sit ut fidei et sapientiae uestrae experimentum caperemus. sed non enim si nos propter Stephanum hanc beneficii gratiam cepimus, statim Stephanus beneficio et gratia digna commisit. neque enim et Iudas perfidia sua et proditione quae scelerate circa saluatorem operatus est dignus uideri potest quasi causam bonorum tantorum ipse praestiterit, ut per illum mundus et gentium populus passione Domini liberaretur.

Sed haec interim quae ab Stephano gesta sunt praetereantur, **3**
ne dum audaciae et insolentiae eius meminimus, de rebus ab eo improbe gestis longiorem maestitiam nobis inferamus. de uobis autem cognoscentes quod secundum regulam ueritatis et sapientiam Christi hoc de quo nunc quaeritur disposueritis, cum magna laetitia exultauimus et Deo gratias egimus, qui inuenimus in fratribus tam longe positis tantam nobiscum fidei et ueritatis unanimitatem. potens est enim gratia Dei copulare et coniungere caritatis atque unitatis uinculo etiam ea quae uidentur longiore terrarum spatio esse diuisa, secundum quod et olim interuallo temporum separatos ab Iob et Noe qui in primis fuerant Ezechielem et Danielem posteriores aetate ad unanimitatis uinculum uirtus diuina coniunxit, ** sed quamuis temporibus longis discreti essent, eadem tamen diuina inspiratione sentirent. quod et nunc in uobis animaduertimus, ut qui longissimis regionibus a nobis separati estis sensu tamen et spiritu copulatos uos esse nobiscum probaretis. quod totum hoc fit diuina unitate. nam cum Dominus unus atque idem sit qui habitat in nobis, coniungit ubique et

1 et] ac *o* cumfabulatio *Q* 3 possulamus M^{1} (possumus $M^{2}Q$) 6 coepimus *IM* (cepimus *Q*) 7 gratia* *Q* (gratiae *M*) 8 quae] qua *v* 10 passionem *Q* passione domini *om. Iv* 14 cognoscente *Q* 15 christus *Q* magna cum *o* 16 exultabimus *Q* qui] quia *Iov* 17 positos M^{1} (positis $M^{2}Q$) positis | explicit epistola Firmiliani ad sem̃ Cyprianum *o* 21 fuerunt *M* (fuerant *Q*) hiezechielem *EI* 22 danihelum *Q* 23 sed *EQ*, sed *super* ut *I*, ut *v; lacunam indicaui* 25 longisimas Q^{1} (longissimis MQ^{2}) 26 sensi *Q* copulato M^{1} (copulatos $M^{2}Q$) 27 probaretis *E* baretis *in ras.*

copulat suos uinculo unitatis. unde in uniuersam terram exiuit sonus eorum qui a Domino missi sunt unitatis spiritu uelociter currentes: sicut e contrario nihil prodest aliquos proximos et iunctos sibi esse corporibus, si animo et mente dissideant, quando adunari animae omnino non possint quae se a Dei unitate diuiserint. ecce enim, inquit, qui longinquant se abs te peribunt. sed tales iudicium Domini pro merito suo subibunt recedentes a uerbis eius qui patrem pro unitate deprecatur et dicit: pater, da ut quomodo ego et tu unum sumus, sic et hi in nobis sint.

4 Nos uero ea quae a uobis scripta sunt quasi nostra propria suscepimus nec in transcursu legimus, sed saepe repetita memoriae mandauimus: neque obest utilitati salutari aut eadem retexere ad confirmandam ueritatem aut et quaedam addere ad cumulandam probationem. si quid autem a nobis additum fuerit, non sic additur quasi a uobis aliquid minus dictum sit, sed quoniam sermo diuinus humanam naturam supergreditur nec potest totum et perfectum anima concipere, idcirco et tantus est numerus prophetarum ut multiplex et diuina sapientia per multos distribuatur. unde et tacere praecipitur primo in prophetia loquenti, si secundo fuerit reuelatum. qua ex causa necessario apud nos fit ut per singulos annos seniores et praepositi in unum conueniamus ad disponenda ea quae curae nostrae commissa sunt, ut si qua grauiora sunt communi consilio dirigantur, lapsis quoque fratribus et post lauacrum salutare a diabolo uulneratis per paenitentiam medella quaeratur, non quasi a nobis remissionem peccatorum consequantur, sed ut per nos ad intellegentiam delictorum suorum conuertantur et Domino plenius satisfacere cogantur.

5 Quoniam uero legatus iste a uobis missus regredi ad uos festinabat et hibernum tempus urguebat, quantum potuimus ad

6 Ps. 72, 27. 9 Io. 17, 21.

1 copulatus uos *M* (copulat suos *Q*) 2 ad dn̄m *M* (a dn̄o *Q*) 8 unitatem *Q* 9 tu *E s. l.* 10 sint] unum sint *Iv* 13 mandamus *EI* 18 animo *M* (anima *Q*) 19 et *om. v* 20 loquenti* si *E*. loquentis *Q* 26 medela *EIv* 27 ad *E s. l. m. 2*

scripta uestra rescripsimus. et quidem quantum ad id pertineat quod Stephanus dixit, quasi apostoli eos qui ab haeresi ueniunt baptizari prohibuerint et hoc custodiendum posteris tradiderint, plenissime uos respondistis neminem tam stultum esse qui hoc credat apostolos tradidisse, quando etiam ipsas haereses constet execrabiles ac detestandas postea extitisse: cum et Marcion Cerdonis discipulus inueniatur sero post apostolos et post longa ab eis tempora sacrilegam aduersus Deum traditionem induxisse, Appelles quoque blasphemiae eius consentiens multa alia noua et grauiora fidei ac ueritati inimica addiderit. sed et Valentini et Basilidis tempus manifestum est, quod et ipsi post apostolos et post longam aetatem aduersus ecclesiam Dei sceleratis mendaciis suis rebellauerint. ceteros quoque haereticos constat prauas suas sectas et inuentiones peruersas, prout quisque errore ductus est, postea induxisse: quos omnes manifestum est a semet ipsis damnatos esse et ante diem iudicii inexcusabilem sententiam aduersum semet ipsos dixisse. quorum baptisma qui confirmat, quid aliud quam cum ipsis se adiudicat et se ipse participem talibus faciendo condemnat?

6 Eos autem qui Romae sunt non ea in omnibus obseruare quae sint ab origine tradita et frustra apostolorum auctoritatem praetendere scire quis etiam inde potest, quod circa celebrandos dies Paschae et circa multa alia diuinae rei sacramenta uideat esse apud illos aliquas diuersitates nec obseruari illic omnia aequaliter quae Hierosolymis obseruantur, secundum quod in ceteris quoque plurimis prouinciis multa pro locorum et hominum diuersitate uariantur, nec tamen propter hoc ab ecclesiae catholicae pace atque unitate aliquando discessum est. quod nunc Stephanus ausus est facere rumpens aduersus uos pacem, quam semper antecessores eius uobiscum amore et honore mutuo custodierunt, adhuc etiam infamans Petrum et Paulum beatos apostolos, quasi

3 prohibuerit E^1M (prohibuerint Q) tradiderit E^1, tradiderunt Q 4 responditis Q 5 ipsa heresis Q 8 sacrilega Q 9 apelles Iv 14 est EIQ^2, t Q^1, et M 15 semetipsos E 16 aduersus v 21 auctoritate Q 23 circa *om.* E 25 hierusolimis EQ, ihierosolimis I 26 hominum *coni. Baluzius*, nominum $EIQv$ 28 pace *ex* paschae E, paschae Q 29 aduersum Iv 31 famans Q

hoc ipsi tradiderint, qui in epistolis suis haereticos execrati sunt et ut eos euitemus monuerunt. unde apparet traditionem hanc humanam esse quae haereticos asserit et baptisma quod non nisi solius ecclesiae est eos habere defendit.

7 Sed et ad illam partem bene a uobis responsum est, ubi Stephanus in epistola sua dixit haereticos quoque ipsos in baptismo conuenire et quod alterutrum ad se uenientes non baptizent, sed communicent tantum, quasi et nos hoc facere debeamus. quo in loco, etsi uos iam probastis satis ridiculum esse ut quis sequatur errantes, illud tamen ex abundanti addimus non esse mirum si sic haeretici agant, qui etsi in quibusdam minoribus discrepant, in eo tamen quod est maximum unum et eundem consensum tenent, ut blasphement creatorem, quaedam somnia sibi et fantasma ignoti Dei confingentes, quo utique consequens est sic consentire in baptismi sui uanitate ut consentiunt in repudianda diuinitatis ueritate. de quibus quoniam longum est ad singula eorum uel scelesta uel superuacua respondere, satis est breuiter illud in conpendio dicere eos qui non teneant uerum Dominum patrem tenere non posse nec filii nec spiritus sancti ueritatem, secundum quod etiam illi qui Cataphrygas appellantur et nouas prophetias usurpare conantur nec patrem possunt habere nec filium quia nec spiritum sanctum: a quibus si quaeramus quem Christum praedicent, respondebunt eum se praedicare qui miserit spiritum per Montanum et Priscam locutum. in quibus cum animaduertamus non ueritatis spiritum sed erroris fuisse, cognoscimus eos qui falsam illorum prophetiam contra Christi fidem uindicant Christum habere non posse. sed et ceteri quique haeretici, si se ab ecclesia Dei sciderint, nihil habere potestatis aut gratiae possunt, quando omnis potestas et gratia in ecclesia constituta sit, ubi praesident maiores natu qui et baptizandi et

3 quae $E^2 I$, qui $E^1 Q$ asserunt E^1, adserint Q 7 quod] quod ad *Ev* 8 debemus *Q* 9 quisq. *Q* (quis *M*) 13 tenet *E* quadam *Q* 14 phantasmata *v* quo] quos *v* 16 ueritatem *Q* 18 eos *I sed s. l.* uel ac 19 teneri *M* (tenere *Q*) posse *I*, possint *EQ et s. l. I* fili *Q* 20 catafrigas *EIQ* (uel catafrige *I s. l.*) 21 quia nec spiritum sanctum *scripsi,* quam scm MQ^1, nec scm Q^2, nec *EI,* nec spiritum sanctum *v ex Cauchii coni; cf. p. 815,15* 24 prisca *EQ* 25 sed terroris *Q* 26 prophetia *Q* 28 si *om. Q*

manum inponendi et ordinandi possident potestatem. haereticum enim sicut ordinare non licet nec manum inponere, ita nec baptizare nec quicquam sancte et spiritaliter gerere, quando alienus sit a spiritali et deifica sanctitate. quod totum nos iam pridem in Iconio qui Phrygiae locus est collecti in unum conuenientibus ex Galatia et Cilicia et ceteris proximis regionibus confirmauimus tenendum contra haereticos firmiter et uindicandum, cum a quibusdam de ista re dubitaretur.

Et quoniam Stephanus et qui illi consentiunt contendunt 8
dimissionem peccatorum et secundam natiuitatem in haereticorum baptisma posse procedere, apud quos etiam ipsi confitentur spiritum sanctum non esse, considerent et intellegant spiritalem natiuitatem sine spiritu esse non posse, secundum quod et beatus apostolus Paulus eos qui ab Iohanne baptizati fuerant, priusquam missus esset a Domino spiritus sanctus, baptizauit denuo spiritali baptismo et sic eis manum inposuit ut acciperent spiritum sanctum. quale est autem ut cum Paulum post Iohannis baptisma iterato discipulos suos baptizasse uideamus, nos eos qui ab haeresi ad ecclesiam ueniunt post inlicitam et profanam eorum tinctionem baptizare dubitemus? nisi si his episcopis qui nunc minor fuit Paulus, ut hi quidem possint per solam manus inpositionem uenientibus haereticis dare spiritum sanctum, Paulus autem idoneus non fuerit qui ab Iohanne baptizatis spiritum sanctum per manus inpositionem daret, nisi eos prius etiam ecclesiae baptismo baptizasset.

Illud quoque absurdum quod non putant quaerendum esse quis 9
sit ille qui baptizauerit, eo quod qui baptizatus sit gratiam consequi potuerit inuocata trinitate nominum patris et filii et spiritus sancti. deinde haec erit sapientia quam scribit Paulus esse in his qui perfecti sunt, ut qui est in ecclesia perfectus et sapiens hoc

1 manu *M* (manum *Q*) haeretico *v* 3 et] nec *v*, aut *Morelius* 4 quod] quo *Q* 6 galathia *I* et cilicia *om. v* 11 quos] quo *Q* 13 natiuitatem] in hereticorum baptisma *add. E, exp. m. 2* 14 paulus apostolus *I* 15 sps scs a dno *Iv*, a dno scs *EQ* 20 qui MQ^1. quibus EIQ^2, de quibus *coni. Pamelius*, qui sunt *coni. Routh; sed nihil mutandum* 28 poterit *Mv* . Inuoca trinitatem *EI* 29 *quam *M* a *eras.* (quam *Q*) 30 ut quis *I*, at quis *Cauchius* hoc] qui hoc *v*

aut defendat aut credat, quod inuocatio haec nominum nuda sufficiat ad remissionem peccatorum et baptismi sanctificationem, cum haec tunc utique proficiant, quando et qui baptizat habet spiritum sanctum et baptisma quoque ipsum non sit sine spiritu constitutum. sed dicunt eum qui quomodocumque foris baptizatur mente et fide sua baptismi gratiam consequi posse. quod et ipsum sine dubio ridiculum est, quasi de caelo adducere ad se possit aut mens praua iustorum sanctificationem aut fides falsa credentium ueritatem. non omnes autem qui nomen Christi inuocant audiri et inuocationem suam consequi aliquid gratiae posse Dominus ipse manifestat dicens: *multi uenient in nomine meo dicentes: ego sum Christus, et multos fallent.* nulla denique differentia est inter pseudoprophetam et haereticum. nam ut ille in nomine Dei aut Christi, ita iste in sacramento baptismi fallit. mendacio uterque nititur ad decipiendas hominum uoluntates.

10 Volo autem uobis et de historia quae apud nos facta est exponere ad hoc ipsum pertinente. ante uiginti enim et duos fere annos temporibus post Alexandrum imperatorem multae istic conflictationes et pressurae acciderunt uel in commune omnibus hominibus uel priuatim christianis: terrae etiam motus plurimi et frequentes extiterunt, ut et per Cappadociam et per Pontum multa subruerent, quaedam etiam ciuitates in profundum recepta dirupti soli hiatu deuorarentur, ut ex hoc persecutio quoque grauis aduersum nos nominis fieret, quae post longam retro aetatis pacem repente oborta de inopinato et insueto malo ad turbandum populum nostrum terribilior effecta est. Serenianus tunc fuit in nostra prouincia praeses, acerbus et dirus persecutor. in hac autem perturbatione constitutis fidelibus et huc atque illuc persecutionis metu fugientibus et patrias suas relinquenti-

11 Marc. 13, 6.

9 omnis *Q* 11 ipse *M s. l. m. 2 (exh. Q)* 13 denique] quippe *v* 15 baptisma *E* 17 nolo *E* historia rei *coni. Routh* 19 isti *E* 22 ut et]. Et *EMQ*, ut *I* 24 dirrupti *E* 25 graucs Q^1 (grauis MQ^2) nomini MQ^1, christiani nominis EIQ^2v quacue M^2 (quae M^1Q) 26 aetates *Q* 28 aceruus EI^1Q 29 huc] hoc *Q* 30 illac Q^1, illoc Q^2 (illuc *M*)

bus atque in alias regionum partes transeuntibus (erat enim transeundi facultas eo quod persecutio illa non per totum mundum sed localis fuisset), emersit istic subito quaedam mulier quae in extasin constituta propheten se praeferret et quasi sancto spiritu plena sic ageret. ita autem principalium daemoniorum impetu ferebatur ut per longum tempus sollicitaret et deciperet fraternitatem, admirabilia quaedam et portentosa perficiens et facere se terram moueri polliceretur: non quod daemoni tanta esset potestas ut terram mouere aut elementum concutere ui sua ualeret, sed quod nonnumquam nequam spiritus praesciens et intellegens terrae motum futurum id se facturum esse simularet quod futurum uideret. quibus mendaciis et iactationibus subegerat mentes singulorum ut sibi oboedirent et quocumque praeciperet et duceret sequerentur, faceret quoque mulierem illam cruda hieme nudis pedibus per asperas niues ire nec uexari in aliquo aut laedi illa discursione, diceret etiam se in Iudaeam et Hierosolymam festinare fingens tamquam inde uenisset. hic et unum de presbyteris Rusticum, item et alium diaconum fefellit, ut eidem mulieri commiscerentur: quod paulo post detectum est. nam subito apparuit illi unus de exorcistis uir probatus et circa religiosam disciplinam bene semper conuersatus, qui exhortatione quoque fratrum plurimorum qui et ipsi fortes ac laudabiles in fide aderant excitatus erexit se contra illum spiritum nequam reuincendum: qui subtili fallacia etiam hoc paulo ante praedixerat uenturum quendam auersum et temptatorem infidelem. tamen ille exorcista inspiratus Dei gratia fortiter restitit et esse illum nequissimum spiritum qui prius sanctus putabatur ostendit. atqui illa mulier quae prius per praestigias et fallacias

1 partes regionum *Iv* 3 et mersit *QM*[1] 4 exasin *M* (exstasin *Q*) profetin *Q* 6 ferebantur *E* 7 ac mirabilia *I* portentuosa *I* 8 terram . . . *l. 9* ut *add. M m. 2 in marg.* moueri *om. EQ* demon itanta *Q*, demon in tanta *E* 9 ui sua] uisu *EI*, *sed I s. l.* uel ui 10 nonumquam *I*, non *EQ* spiritus nequam *v*, spiritus *I* 14 quo ** que *E*, quocũq. *Q* illa *MQ*[1] 15 crudam hiemem *MQ*[1] 17 hierusolimam *EQ* 18 rusticum *ut sit ἐπιχώριον Routh* et *om. Q* 20 illo *MQ*[1] 21 exortationem *Q* 24 ad reuincendum *coni. Routh* 27 spiritum] non est spm̃ *MQ*[1]; *fort.* daemonis spiritum qui putabatur *M* (qui *om. Q*) 28 atqui] atque *EIQ*

daemonis multa ad deceptionem fidelium moliebatur, inter cetera quibus plurimos deceperat etiam hoc frequenter ausa est, ut et inuocatione non contemptibili sanctificare se panem et eucharistiam facere simularet et sacrificium Domino sine sacramento solitae praedicationis offerret, baptizaret quoque multos usitata et legitima uerba interrogationis usurpans, ut nihil discrepare ab ecclesiastica regula uideretur.

11 Quid igitur de huius baptismo dicemus, quo nequissimus daemon per mulierem baptizauit? numquid et hoc Stephanus et qui illi consentiunt conprobant, maxime cui nec symbolum trinitatis nec interrogatio legitima et ecclesiastica defuit? potest credi aut remissio peccatorum data aut lauacri salutaris regeneratio rite perfecta, ubi omnia quamuis ad imaginem ueritatis tamen per daemonem gesta sunt? nisi si et daemonem in nomine patris et filii et spiritus sancti gratiam baptismi dedisse contendunt qui haereticorum baptismata adserunt, apud quos sine dubio idem error est, daemonum fallacia ipsa est, quando apud illos omnino sanctus spiritus non est.

12 Illud etiam quale est quod uult Stephanus, his qui apud haereticos baptizantur adesse praesentiam et sanctimonia Christi? nam si non mentitur apostolus dicens: *quotquot in Christo tincti estis, Christum induistis*, utique qui illic in Christo baptizatus est induit Christum. si autem induit Christum, accipere potuit et spiritum sanctum, qui a Christo missus est, et frustra illi uenienti ad accipiendum spiritum manus inponitur: nisi si a Christo spiritum diuidunt ut apud haereticos sit quidem Christus, non sit autem illic spiritus sanctus.

21 Gal. 3, 27.

1 multas *I* moliebatur] mouebatur *EIQ* 3 panem] pacem *EI* 4 sine] non sine *coni. Oxon.;* siue sacramentum solitae precationis offerret *coni. Rigaltius* 5 usitate *MQ*¹ 6 nichil *I*, nil *v* 13 ubi] ubiuis *EI* 14 demone *MQ*¹ 15 contendunt *I*, contemnunt *EQ et s. l. I* 16 baptisma *Iv* deserunt *E et s. l. I,* defendunt *Iv* 17 error est] errorem *MQ*¹ 18 illos] illud illos *E* sps scs *Iv* 20 sanctimoniam *Iv* 21 quodquod *MQ*¹ 26 diuidunt *Q*, induit *EIv*, non induit *coni. Cauchius,* non ducit *coni. Routh* 27 illic autem *Q*

13 Decurramus uero breuiter et cetera quae a uobis copiose et plenissime dicta sunt festinante uel maxime ad uos Rogatiano diacono carissimo nostro. sequitur enim illud quod interrogandi sunt a nobis qui haereticos defendunt utrum carnale sit eorum baptisma an spiritale. si enim carnale est, nihil differunt a Iudaeorum baptismo, quo sic illi utuntur ut eo tamquam communi et uulgari lauacro tantum sordes abluantur. si autem spiritale est, quomodo apud illos esse baptisma spiritale potest apud quos sanctus spiritus non est? ac per hoc aqua qua tinguntur lauacrum est illis carnale tantum, non baptismi sacramentum.

14 Quod si baptisma haereticorum habere potest regenerationem secundae natiuitatis, non haeretici sed filii Dei conputandi sunt qui apud illos baptizantur. secunda enim natiuitas quae est in baptismo filios Dei generat. si autem sponsa Christi una est, quae est ecclesia catholica, ipsa est quae sola generat Deo filios. neque enim multae sponsae Christi, cum dicat apostolus: despondi uos uni uiro uirginem sanctam adsignare Christo, et: audi filia et uide et inclina aurem tuam et obliuiscere populi tui, quia desiderauit rex speciem tuam, et: ueni sponsa de Libano, aduenies et pertransibis a principio fidei, et: ingressus sum in hortum meum, soror mea, sponsa. uidemus unam personam ubique proponi, quia et sponsa est una. non est autem una nobiscum haereticorum synagoga, quia nec sponsa est adultera et fornicaria. unde nec potest filios Deo parere. nisi si secundum quod Stephano uidetur haeresis quidem parit et exponit, expositos autem ecclesia suscipit, et quos non ipsa peperit pro suis nutrit, cum filiorum alienorum mater esse non possit et ideo Christus Dominus noster unam esse manifestans sponsam

16 II Cor. 11, 2. 18 Ps. 44, 11. 20 Cant. 4, 8. 21 Cant. 5, 1

3 diacone *Q* 6 tamquam *IQ*², tantam *MQ*¹, tantum *E* 7 sordes abluantur *scripsi*, sorde saluantur *Q*, sorde lauantur *E*, sordes lauentur *Iv* si] sin *v* 9 sp̃s sc̃s *EIv* qua *om. E* 12 non ** *M* ab *eras.* (non *Q*) heretici sed filii dei *I*, hereticis et fidei *EQ* 14 est] es *M* (est *Q*) 15 deo] dei *EIv* 16 multae sunt *Routh.* 17 sanctam *EQ*, castam *Iv* 18 filiae *M*¹ (filia *Q sed* a *s. l.*) 19 populum tuum *M*¹ (populi tui *M*²*Q*) 23 una est *Q* 25 deo *EIQ*, dei *Mv* 26 si *om. EI* 27 pepererit *v*

suam et unitatis eius sacramentum declarans ait: qui non est mecum aduersus me est, et qui non mecum colligit spargit. si enim nobiscum est Christus, haeretici autem non sunt nobiscum, pro certo aduersus Christum sunt haeretici: et si nos colligimus cum Christo, non colligunt autem nobiscum haeretici, sine dubio spargunt.

15 Sed nec illud praetereundum est a nobis quod a uobis necessario dictum est, quod ecclesia secundum canticum canticorum hortus sit conclusus et fons signatus, paradisus cum fructu pomorum. qui autem numquam in hunc hortum introierunt neque paradisum a Deo creatore plantatum uiderunt, quomodo de fonte qui intus inclusus est et diuino sigillo signatus est aquam uiuam lauacri salutaris praebere alicui poterunt? cum uero et arca Noe nihil aliud fuerit quam sacramentum ecclesiae Christi, quae tunc omnibus foris pereuntibus eos solos seruauit qui intra arcam fuerunt, manifeste instruimur ad ecclesiae unitatem perspiciendum, quemadmodum et Petrus posuit dicens: sic et nos similiter saluos faciet baptisma, ostendens quoniam quomodo qui cum Noe in arca non fuerunt non tantum purgati et saluati per aquam non sunt, sed statim diluuio illo perierunt, sic et nunc quicumque in ecclesia cum Christo non sunt foris peribunt, nisi ad unicum et salutare ecclesiae lauacrum per paenitentiam conuertantur.

16 Qualis uero error sit et quanta caecitas eius, qui remissionem peccatorum dicit apud synagogas haereticorum dari posse nec permanet in fundamento unius ecclesiae, quae semel a Christo super petram solidata est, hinc intellegi potest quod soli Petro Christus dixerit: quaecumque ligaueris super terram, erunt ligata et in caelis, et quaecumque solueris super terram, erunt soluta et in caelis, et iterum in

1 Luc. 11, 23. 9 cf. Cant. 4, 12. 13. 18 I Petr. 3, 21. 28 Matth. 16, 19. (cf. 18, 18.)

7 nec ** *Q*, nec et *M* necessarium *E*¹ 9 *** et *Q*, est et *M* 10 ortum *EIQ* 15 foris] fons *Q* (foris *M*) seruabit *EQ* 16 archam *EI et postea* 17 perspiciendam *v; cf. p. 822,18* apostolus petrus *v* 18 nos] uos *v* baptismo *E* 20 dilubio *Q* 22 salutarem *Q* 24 quanta] quanta sit *EIv* 27 super *Q*, supra *EIv* petra *Q*

euangelio [quando] in solos apostolos insufflauit Christus dicens: accipite spiritum sanctum. si cuius remiseritis peccata, remittentur illi: et si cuius tenueritis, tenebuntur. potestas ergo peccatorum remittendorum apostolis data est et ecclesiis quas illi a Christo missi constituerunt et episcopis qui eis ordinatione uicaria successerunt. hostes autem unius catholicae ecclesiae, in qua nos sumus, et aduersarii nostri qui apostolis successimus sacerdotia sibi inlicita contra nos uindicantes et altaria profana ponentes quid aliud sunt quam Core et Dathan et Abiron pari scelere sacrilegi et easdem quas et illi poenas daturi cum his qui sibi consentiunt? secundum quod etiam tunc illorum participes et fautores pari cum eis morte perierunt.

17 Atque ego in hac parte iuste indignor ad hanc tam apertam et manifestam Stephani stultitiam, quod qui sic de episcopatus sui loco gloriatur et se successionem Petri tenere contendit, super quem fundamenta ecclesiae collocata sunt, multas alias petras inducat et ecclesiarum multarum noua aedificia constituat, dum esse illic baptisma sua auctoritate defendit. nam qui baptizantur complent sine dubio ecclesiae numerum: qui autem baptisma eorum probat, de baptizatis et ecclesiam illic esse confirmat. nec intellegit offuscari a se et quodam modo aboleri christianae petrae ueritatem qui sic prodit et deserit unitatem. Iudaeos tamen quamuis ignorantia caecos et grauissimo facinore constrictos zelum Dei apostolus habere profitetur. Stephanus qui per successionem cathedram Petri habere se praedicat nullo aduersus haereticos zelo excitatur, concedens illis non modicam sed maximam gratiae potestatem, ut dicat eos et adseueret per baptismi sacramentum sordes ueteris hominis abluere, antiqua mortis peccata donare, regeneratione caelesti filios Dei facere, ad aeternam uitam diuini lauacri sanctificatione reparare. quae si

2 Io. 20. 22. 23.

1 quando *E s. l. m. 2, om. Q* 3 et *om. M (exh. Q)* 6 ordinationem *Q* 13 morte *om. EI* 14 aperta *Q* 22 obfuscari *Iv* adoleri *Q* 24 ignorantiae *EIQ* 28 diceret *Q* eos *I,* eis *EQ* per *om. M (exh. Q)* 30 deo *Q* (dei *M*) 31 sanctificationem *Q* quae si *MQ*¹, qui si *Q*², qui *Iv*

sic magna et caelestia ecclesiae munera haereticis concedit et tribuit, quid aliud quam communicat eis quibus tantum gratiae defendit ac uindicat? et frustra iam dubitat in ceteris quoque consentire eis et particeps esse, ut et simul cum eis conueniat et orationes pariter cum eisdem misceat et altare ac sacrificium commune constituat.

18 Sed in multum, inquit, proficit nomen Christi ad fidem et baptismi sanctificationem, ut quicumque et ubicumque in nomine Christi baptizatus fuerit consequatur statim gratiam Christi: quando huic loco breuiter occurri possit et dici quoniam si in nomine Christi ualuit foris baptisma ad hominem purgandum, in eiusdem Christi nomine ualere illic potuit et manus inpositio ad accipiendum spiritum sanctum. et incipient cetera quoque quae apud haereticos aguntur iusta et legitima uideri, quando in nomine Christi gerantur, secundum quod uos in epistola uestra exsecuti estis non nisi in ecclesia sola ualere posse Christi nomen, cui uni concesserit Christus caelestis gratiae potestatem.

19 Quod autem pertineat ad consuetudinem refutandum quam uideantur opponere ueritati, quis tam uanus sit ut ueritati consuetudinem praeferat aut qui perspecta luce tenebras non derelinquat? nisi si et Iudaeos Christo aduentante id est ueritate adiuuat in aliquo antiquissima consuetudo, quod relicta noua ueritatis uia in uetustate permanserint. quod quidem aduersus Stephanum uos dicere Afri potestis cognita ueritate errorem uos consuetudinis reliquisse. ceterum nos ueritati et consuetudinem iungimus et consuetudini Romanorum consuetudinem sed ueritatis opponimus, ab initio hoc tenentes quod a Christo et ab apostolis traditum est. nec meminimus hoc apud nos aliquando coepisse, cum semper sic istic obseruatum sit ut non nisi unam Dei ecclesiam nossemus et sanctum baptisma non nisi sanctae ecclesiae conputaremus. plane quoniam quidam de eorum

2 aliud] aliud agit *v* quibus *om. M (cxh. Q)* 4 participes *E* 9 gratia *Q* 11 oris *M* (foris *Q*) 13 incipient] uel incipiant *I s. l.* 14 quae *om. EQ*'*M* 16 nomen christi *v* 18 pertinet *Iv* refutandam *Ev*, reputandum *Q; cf. p. 820,17* 19 uidentur *Iv* 21 ueritate] ueniente *add. Q* 22 adiuuant *Q* noua] non *M* (noua *Q*) 29 sic *om. EIv*

baptismo dubitabant qui etsi nouos prophetas recipiunt eosdem tamen patrem et filium nosse nobiscum uidentur, plurimi simul conuenientes in Iconio diligentissime tractauimus et confirmauimus repudiandum esse omne omnino baptisma quod sit extra ecclesiam constitutum.

Ad illud autem quod pro haereticis ponunt et aiunt apostolum **20**
dixisse siue per occasionem, siue per ueritatem Christus adnuntiatur, ut respondeamus, ineptum est, quando manifestum sit apostolum in epistola sua qua hoc dixit neque haereticorum neque baptismi eorum mentionem fecisse, sed locutum esse de fratribus tantum siue perfide secum loquentibus siue in fide sincera perseuerantibus, nec oporteat hoc longo tractatu excutere, sed ipsam satis sit epistolam legere et quid apostolus dixerit de ipso apostolo recognoscere.

Quid ergo, inquiunt, fiet de his qui ab haereticis uenientes **21**
sine ecclesiae baptismo admissi sunt? si de saeculo excesserunt, in eorum numero qui apud nos catechizati quidem sunt, sed prius quam baptizarentur obierunt habentur, non modicum emolumentum ueritatis et fidei, ad quam relicto errore peruenerant, etsi consummationem gratiae consecuti non sunt morte praeuenti. qui autem adhuc in saeculo permanent baptizentur ecclesiae baptismo, ut remissionem peccatorum consequi possint, ne per alienam praesumptionem in pristino errore manentes sine gratiae consummatione moriantur. ceterum quale delictum est uel illorum qui admittuntur uel eorum qui admittunt, ut non ablutis per ecclesiae lauacrum sordibus nec peccatis expositis usurpata temere communicatione contingant corpus et sanguinem Domini, cum scriptum sit: quicumque ederit panem aut

7 Phil. 1, 18. 28 I Cor. 11, 27.

1 nouos Q^2, non uos *EIMQ*^{1}, non ut nos *Baluzius* 3 in *om. EIQ* 4 omnem *Q* 6 apostolorum *M* (apostolum *Q*); *item l. 9* 8 annuncietur *Iv* 11 tantum de fratribus *Q* per fidem *EQ* 12 oportiat *M* (oporteat *Q*) 17 numero] habentur *hic inserit v* catecizati *I* 18 habentur *EIQ*^{2}, habentes *MQ*^{1}, habentur habent *coni. Rigaltius; fort.* habentur fruituri modicum *coni. Maranus,* modo dicunt *EIQv;* non modo discunt *coni. Rigaltius* 25 admittunt u. e. qui admittuntur *v*

biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini.

22 Nos etiam illos quos hi qui prius in ecclesia catholica episcopi fuerant et postmodum sibi potestatem clericae ordinationis adsumentes baptizauerant pro non baptizatis habendos iudicauimus. et hoc apud nos obseruatur, ut quicumque ab illis tincti ad nos ueniunt tamquam alieni et nihil consecuti unico et uero ecclesiae catholicae baptismo apud nos baptizentur, ut lauacri uitalis regenerationem consequantur. et tamen multum interest inter eum qui inuitus et necessitate persecutionis coactus succubuit et illum qui sacrilega uoluntate audax contra ecclesiam rebellat uel in Patrem et Deum Christi et totius mundi conditorem impia uoce blasphemat. et non pudet Stephanum hoc adserere, ut per eos, [qui] cum ipsi in omnibus peccatis sint constituti, dicat posse remissionem peccatorum dari, quasi possit esse in domo mortis lauacrum salutis.

23 Vbi ergo erit quod scriptum est: ab aqua aliena abstine te et a fonte alieno ne biberis, si relicto ecclesiae fonte signato alienam aquam pro tua suscipies et profanis fontibus ecclesiam polluis? quando enim baptismo haereticorum communicas, quid aliud quam de uoragine et caeno illorum bibis et ipse ecclesiae sanctificatione purgatus alienarum sordium contactibus inquinaris? nec metuis iudicium Dei haereticis testimonium contra ecclesiam perhibens, cum scriptum sit: falsus testis non erit inpunitus? quin immo tu haereticis omnibus peior es. nam cum inde multi cognito errore suo ad te ueniant ut ecclesiae uerum lumen accipiant, tu uenientium errores adiuuas et obscurato lumine ecclesiasticae ueritatis tenebras haereticae noctis adcumulas, cumque se illi in peccatis esse et nihil gratiae habere se ac propterea ad ecclesiam uenire fateantur, tu eis remissionem peccatorum subtrahis quae in baptismo datur,

17 Prou. 9, 18. 24 Prou. 19, 5.

3 quos *om.* M^1 *(exh.* M^2Q*)* 4 sibi potestatem sibi *E* 5 habendo MQ^1 8 ut MQ^1, et EIQ^2v 14 cum *om.* *I* dicant MQ^1 17 abstine te] abstinete *E* 19 aqua *M* (aquam *Q*) suscipis Q^2EIv 21 imbibis *I*, inibis *E*, uiues *M*, uiuis Q^1 29 in *om.* MQ^1

dum dicis eos iam baptizatos et extra ecclesiam ecclesiae gratiam consecutos. nec intellegis animas eorum de manu tua exquiri cum iudicii dies uenerit, qui sitientibus ecclesiae potum negasti et uolentibus uiuere causa mortis fuisti, et insuper indignaris.

24 Vide qua inperitia tu reprehendere audeas eos qui contra mendacium pro ueritate nituntur. quis enim iustius indignari contra alterum debuit? utrumne qui hostes Dei adserit an uero qui aduersus hostes Dei pro ecclesiae ueritate consistit? nisi quod inperitos etiam animosos atque iracundos esse manifestum est, dum per inopiam consilii et sermonis ad iracundiam facile uertuntur, ut de nullo alio magis quam de te dicat scriptura diuina: homo animosus parat lites, et uir iracundus exaggerrat peccata. lites enim et dissensiones quantas parasti per ecclesias totius mundi? peccatum uero quam magnum tibi exaggerasti, quando te a tot gregibus scidisti? excidisti enim te ipsum, noli te fallere, si quidem ille est uere schismaticus qui se a communione ecclesiasticae unitatis apostatam fecerit. dum enim putas omnes a te abstineri posse, solum te ab omnibus abstinuisti. nec te informare ad regulam ueritatis et pacis uel apostoli praecepta potuerunt monentis et dicentis: obsecro ergo uos ego uinctus in Domino digne ambulare uocatione qua uocati estis, cum omni humilitate sensus et lenitate, cum patientia sustinentes inuicem in dilectione, satis agentes seruare unitatem spiritus in coniunctione pacis, unum corpus et unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestrae. unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus et pater omnium, qui super omnes et per omnia et in omnibus nobis.

13 Prou. 29, 22. 21 Eph. 4, 1—6.

1 dices MQ^1 4 uiuere] uidere MQ^1 6 tu *scripsi,* ut *EIQ, om. v* 7 iniustius *E* 9 aduersus] aduersus eum qui *Iv* dei] dei asserit *EIv* consistit *Q,* consentit *EIv,* contendit *coni. Routh* 13 parat *I sed s. l.* uel parit 16 scidisti *om. EQ* 17 ipsum] scidisti *add. Q* 20 pacem MQ^1 29 qui super omnes *om. EQ* 30 per *ex* super *M* (per *Q*)

25 Haec apostoli mandata et monita salutaria quam diligenter Stephanus impleuit, humilitatem sensus et lenitatem primo in loco seruans. quid enim humilius aut lenius quam cum tot episcopis per totum mundum dissensisse, pacem cum singulis uario discordiae genere rumpentem, modo cum orientalibus, quod nec uos latere confidimus, modo uobiscum qui in meridie estis, a quibus legatos episcopos patienter satis et leniter suscepit ut eos nec ad sermonem saltem colloquii communis admitteret, adhuc insuper dilectionis et caritatis memor praeciperet fraternitati uniuersae ne quis eos in domum suam reciperet, ut uenientibus non solum pax et communio sed et tectum et hospitium negaretur. hoc est seruasse unitatem spiritus in coniunctionem pacis, abscidere a caritatis unitate et alienum per omnia fratribus facere et contra sacramentum et uinculum pacis furore discordiae rebellare. apud talem potest esse unum corpus et unus spiritus, apud quem fortasse ipsa anima una non est sic lubrica et mobilis et incerta? sed quantum ad illum pertinet, relinquamus. excutiamus potius id de quo cummaxima quaestio est. qui contendunt ab haereticis baptizatos sic recipi oportere tamquam legitimi baptismi gratiam consecutos, unum nobis atque illis baptisma dicunt esse et in nullo discrepare. sed quid ait apostolus Paulus? u n u s D o m i n u s, u n a f i d e s, u n u m b a p t i s m a, u n u s D e u s. si unum atque idem est cum nostro baptisma haereticorum, sine dubio et fides una est. si autem fides una est, utique et Dominus unus. si Dominus unus est, consequens est dicere quia † unus est. si autem haec unitas quae separari omnino et diuidi non potest etiam apud haereticos ipsa est, quid ultra contendimus? ut quid illos haereticos et non christianos uocamus? porro cum nobis et haereticis nec Deus unus sit nec Dominus unus nec una ecclesia nec fides una, sed nec unus spiritus aut

5 discordis *E* 6 confidemus Q^1 (confidimus MQ^2) 12 coniunctione *Ev* 13 abscindere *v* alienum se *v* 14 uinculum pacis *M*, contumacis *Q sed corr.*, contumacis *E*, fidem contumacis *Iv* 15 reuellare M^1Q 18 cummaxima EQ^1, cummaxime MQ^2, tum maxima *I*, maxima *v* 19 legitimam *Q* 22 unum baptisma *om. EQ* 23 unum] unus *EQ* 25 unus] unus est *v* 26 quia unus EIQ^2, quia si unus MQ^1, quia unitas *coni. Pamelius;* quia deus unus *coni. Routh; fort.* quia sp̃s unus 28 ut] aut *coni. Routh; sed* ut quid = *ἵνα τί*

corpus unum, manifestum est nec baptisma nobis et haereticis commune esse posse, quibus nihil est omnino commune. et tamen non pudet Stephanum talibus aduersus ecclesiam patrocinium praestare et propter haereticos adserendos fraternitatem scindere, insuper et Cyprianum pseudochristum et pseudoapostolum et dolosum operarium dicere: qui omnia in se esse conscius praeuenit ut alteri ea per mendacium obiceret quae ipse ac merito audire deberet. bene te ualere omnibus nobis cum uniuersis qui in Africa sunt episcopis et cunctis clericis et omni fraternitate uniuersi optamus, ut perpetuo unanimes et unum sentientes habeamus nobiscum etiam de longinquo adunatos.

EPISTVLA LXXVI.

CYPRIANVS NEMESIANO FELICI LVCIO ALTERI FELICI LITTEO POLIANO VICTORI IADERI DATIVO COEPISCOPIS, ITEM COMPRESBYTERIS ET DIACONIBVS ET CETERIS FRATRIBVS IN METALLO CONSTITVTIS MARTYRIBVS DEI PATRIS OMNIPOTENTIS ET IESV CHRISTI DOMINI NOSTRI ET DEI CONSERVATORIS NOSTRI AETERNAM S.

Gloria quidem uestra poscebat, beatissimi ac dilectissimi I
fratres, ut ad conspectum adque ad conplexum uestrum uenire ipse deberem, nisi me quoque ob confessionem nominis relegatum praefiniti loci termini coercerent. sed quomodo possum repraesento me uobis et ad uos etiamsi corpore et gressu uenire non

1 et *I s. l.*, nec *EQI* 3 tamen] a me *E*, ome *I sed s. l.* uel tamen 4 adserendo *EQ; fort.* haereticos eos adserendo 6 qui] quae *Iv* 7 ac] ex *Iv* 8 uobiscum *coni. Routh*, bonis cum *fort.* 9 affrica *I* 10 unianimes *EQ*. — Firmiliani explicit *EQ*, *om. I.* —

Epist. LXXVI. — Incipit ad martyras (martyres *N*) et confessores (in metallo constitutos *add. LNP*) *LMNP*, Incipit ad Nemesianum et ceteros (et ceteros confessores *add. s. l. C*) in metallo constitutos (feliciter amen *add. C*) *CR*. — 13 altero *R* 14 littaeo *LMN* puliano *R*[1] coeps *C* 15 cumprbr *M* et diaconibus et ceteris *om. R* diaconis *C* 17 domini nostri] domini *MRv* dei *om. R* conseruatoris] consaluatoris *L* 20 adque ad] adq. *C* 21 ipse uenire *C* religatum *C*[2]*P* 22 praefinitiui *C* ui *ex* bi coercent *L*[1]

datur, dilectione tamen et spiritu uenio, exprimens litteris animum meum quo in istis uirtutibus et laudibus uestris laetus exulto, participem me conputans uobis etsi non passione corporis consortio caritatis. an ego possim tacere et uocem meam silentio premere, cum de carissimis meis tam multa et gloriosa cognoscam, quibus uos diuina dignatio honorauit, ut ex uobis pars iam martyrii sui consummatione praecesserit meritorum suorum coronam de Domino receptura, pars adhuc in carcerum claustris siue in metallis et uinculis demoretur, exhibens per ipsas suppliciorum moras corroborandis fratribus et armandis maiora documenta, ad meritorum titulos ampliores tormentorum tarditate proficiens, habituri tot mercedes in caelestibus praemiis quot nunc dies numeratis in poenis? quae quidem uobis, fortissimi ac beatissimi fratres, pro merito religionis ac fidei uestrae accidisse non miror, ut uos sic Dominus ad gloriarum sublime fastigium clarificationis suae honore prouexerit, qui semper in ecclesia eius custoditae fidei tenore uiguistis, conseruantes firmiter dominica mandata, in simplicitate innocentiam, in caritate concordiam, modestiam in humilitate, diligentiam in administratione, uigilantiam in adiuuandis laborantibus, misericordiam in fouendis pauperibus, in defendenda ueritate constantiam, in disciplinae seueritate censuram. ac ne aliquid ad exemplum bonorum factorum deesset in uobis, etiam in confessione nunc uocis et passione corporis fratrum mentes ad diuina martyria prouocatis duces uos exhibendo uirtutibus: ut dum grex pastores suos sequitur et quod fieri

1 litteris meis *M* 2 quo in] qui *v* 4 tacere] iacere *NP* 5 promere *LMNP* 8 de] a *N in ras.* d͞n͞o *ex* d͞n͞i *N*, d͞o *P* pars *ex* passa *C* adhunc *R*[1] carcerem *M*, carcere *C* 9 et] et in *C* exibes *R* ipsa *L* 10 docimenta *P* 12 habitura *Cv* quod *C*[1]*LMPR* 13 numeratis *N*, numerat *LP*, numerantur *CMRv*; *fort.* quot sunt d. numerati ac beatissimi *om. CR* 15 d͞n͞o *C* fastigium cla||diter d͞m timere *etc. L; secuntur quae sunt epist. 60 p. 692,13* diter . . . *694,14* nomi *hic inserta* 16 custodito *v* 17 firmiter *om. V* domini *R* 18 in innocentiam *C* 19 diligentia *M* administrationem *C*[1] 20 fratribus *ante* pauperibus *eras. in P* 21 constantiam . . . seueritate *om. R* disciplinaet *C* t *s. l.* 22 ad *om. R* 23 confessionem *M* nunc u. e. passione *om. R* passionem *M* fratruum *LM* 24 prouocastis *R* 25 uirtutis *CRv* ut] et *R* grex] res *R* pastores suos *om. C*

a praepositis cernit imitatur, paribus obsequiorum meritis a Domino coronetur.

Quod autem fustibus caesi prius grauiter et adflicti per eius- 2
modi poenas initiastis confessionis uestrae religiosa primordia, execranda nobis ista res non est. neque enim ad fustes christianum corpus expauit, cuius est spes omnis in ligno. sacramentum salutis suae Christi seruus agnouit, redemptus ligno ad uitam aeternam ligno prouectus est ad coronam. quid uero mirum si uasa aurea et argentea in metallum id est auri et argenti domicilium dati estis, nisi quod nunc metallorum natura conuersa est locaque quae aurum et argentum dare ante consueuerant accipere coeperunt. inposuerunt quoque conpedes pedibus uestris et membra felicia ac Dei templa infamibus uinculis ligauerunt, quasi cum corpore ligetur et spiritus aut aurum uestrum ferri contagione maculetur. dicatis Deo hominibus et fidem suam religiosa uirtute testantibus ornamenta sunt ista, non uincula, nec christianorum pedes ad infamiam copulant sed clarificant ad coronam. o pedes feliciter uincti, qui non a fabro sed a Domino resoluuntur. o pedes feliciter uincti, qui itinere salutari ad paradisum diriguntur. o pedes in saeculo ad praesens ligati, ut sint semper apud Deum liberi. o pedes conpedibus et trauersariis interim cunctabundi sed celeriter ad Christum glorioso itinere cursuri. quantum uult hic uel inuida crudelitas uel maligna ** nexibus uos suis et uinculis teneat, cito a terris et poenis istis ad caelorum regna uenietis. non fouetur in metallis lecto et culcitis corpus, sed refrigerio et solacio Christi fouetur. humi

1 a *om. R* meritis a. d. coronetur *om. R* 3 huiusmodi *P* 4 religiosa] gloriosa *Vv* 6 spes *ex* sps *C* 7 seruos *M* cognouit *C* 8 est] es *R; fort.* et quod C^1 9 aurea et] aurea *R* metallo *C* domicilio C^2 10 conuersa] conuertat *C* est *om. C,* ex *N in ras.* 11 locaque *R,* loca *CLMNP* quae *om. R* antea *C* 13 uinclis *C* 15 dicatur *R* 16 nec *om. M* 17 clarificat *R* 18 pedes] *repetit R:* ad infamiam . . . pedes domino] christo *CR* 19 soluuntur *CR* in itinere M^1Nv 20 praesens *ex* praebenens *M* 21 dominum *MRv* pedes] feliciter *add. R* trauersariis] ira aduersariis *C* 22 cunctabundis *MR* sed] et *M* 23 cursori *L* inuidia C^1 24 terris] terroribus *fort.* istis] satis *C* 25 peruenietis *C* non f. i. metallis *om. R* culcitris *v* 26 refrigerio *ex* refrieri *C*

iacent fessa laboribus uiscera, sed poena non est cum Christo iacere. squalent sine balneis membra situ et sorde deformia, sed spiritaliter intus abluitur quod foris carnaliter sordidatur. panis illic exiguus, at non in pane solo uiuit homo sed in sermone Dei. uestis algentibus deest, sed qui Christum induit et uestitus abundanter et cultus est. semitonsi capitis capillus horrescit, sed cum sit caput uiri Christus, qualecumque illud caput deceat necesse est quod ob Domini nomen insigne est. omnis ista deformitas detestabilis et taetra gentilibus quali splendore pensabitur. saecularis haec et breuis poena quam clari et aeterni honoris mercede mutabitur, cum secundum beati apostoli uocem transformauerit Dominus corpus humilitatis nostrae conformatum corpori claritatis suae.

3 Sed nec in illo, fratres dilectissimi, aliqua potest aut religionis aut fidei iactura sentiri quod illic nunc sacerdotibus Dei facultas non datur offerendi et celebrandi sacrificia diuina. celebratis immo adque offertis sacrificium Deo et pretiosum pariter et gloriosum et plurimum uobis ad retributionem praemiorum caelestium profuturum, cum scriptura diuina loquatur et dicat: sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum Deus non despicit. hoc uos sacrificium Deo offertis, hoc sacrificium sine intermissione die ac nocte celebratis, hostiae facti Deo et uosmet ipsos sanctas adque inmaculatas uictimas exhibentes, sicut apostolus ad-

11 cf. Phil. 3, 21. 20 Ps. 50, 19.

1 laboribus] latoribus *R* a *ex* u 2 iacere *C s. l. m. 2* squalerent C^{1} et sorde] ecsorde *R* s *eras.* 3 alluitur *C* 4 illis *R* at *om. CR,* aut M^{1} solo pane *Cv* 5 algentibus] egentibus *C* eg *ex* ag 6 semitonsis *L* semito. Si capillis capillus C^{1} 7 sit] sic *R* illut capud *M* 8 ob *om. R* domino R^{1}, domi C^{1} 9 tetra] tra *R*, tetra *ex* tegra *C sed in marg.* foeda 10 brebis *R* clara et *M*, clara *C* 11 mercedem *C* mutabitur *R* m *s. l.,* donabitur *ex* obitur *C* 12 dñi *M*, dño C^{1} 13 corporis CM^{2} 14 in illo] illo *PRV* aliquid *M* aut *om. MV* relegionis *M* 15 aut] ac *R* nunc] non *exp. C* 17 celebratissimo *M* immo adque offertis *om. C* deo et] deo *CR* 18 nobis *CR* retributiones *C* es *ex* is 21 dispicit *C* 22 die] dum die *C*

hortatur et dicit: oro ergo uos, fratres, per misericordiam Dei ut constituatis corpora uestra hostiam uiuam sanctam, placentem Deo. nec configuremini saeculo huic, sed transformemini in renouatione sensus ad probandum quae sit uoluntas Dei bona et placens et perfecta.

Hoc est enim quod praecipue Deo placeat, hoc est in quo 4
maioribus meritis ad promerendam uoluntatem Dei opera nostra proueniant, hoc est quod solum Domino de beneficiis eius grandibus et salutaribus fidei ac deuotionis nostrae obsequia retribuant praedicante in psalmis et contestante spiritu sancto, quid retribuam, inquit, Domino de omnibus quae mihi tribuit? calicem salutis accipiam, et nomen Domini inuocabo. pretiosa in conspectu Domini mors iustorum eius. quis non libenter et prompte calicem salutis accipiat, quis non adpetat gaudibundus et laetus in quo aliquid et ipse Domino suo retribuat, quis non pretiosam in conspectu Dei mortem fortiter et constanter excipiat placiturus eius oculis qui nos in congressione nominis sui desuper spectans uolentes conprobat, adiuuat dimicantes, uincentes coronat, retributione bonitatis ac pietatis paternae remunerans in nobis quicquid ipse praestitit et honorans quod ipse perfecit?

Ipsius enim esse quod uincimus et quod ad maximi certaminis 5
palmam subacto aduersario peruenimus declarat et docet Dominus in euangelio suo dicens: cum autem uos tradiderint,

1 Rom. 12, 1. 2. 11 Ps. 115, 12. 13. 15. 25 Matth. 10, 19. 20.

1 uos ergo *CR* 3 uiuam *om. C* deo] dn̄o *R*. deo rationabile ministerium uestrum *V* 4 transformamini *C²R* remouatione *R* 5 probandum nobis *RV* bona et] bona *CRV* bene placens *M*. beplacens *L* 7 *prius* est *R s. l.* 9 de *om. L*, pro *P* 10 fidei] dn̄o fidei *C* deuotioni *C¹* obsequio *C* retribuatur *CR* 11 quod *C¹* 12 de] pro *CRv* mihi retribuit *M*, tribuit mihi *Rv* 13 salutis] salutaris *CPv*, salutarem *R* 14 inuocabo nomen dn̄i *CR* iustorum] sanctorum *M* 15 prumpte *L*, pro te *C* 16 gaudebundus *C²v* 17 domini *Nv* 18 nos *om. C* 19 sui nominis *CR*; constitutos *add. CRv* 20 bonitatis ac *om. V* bonitates ac pietates *C¹* 21 praestitit] prostiti *R* 25 dicens *ex* docens *P* tradider̃ *C*

nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. et iterum: ponite in cordibus uestris non praemeditari excusare. ego enim dabo uobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarii uestri. in quo quidem et credentium magna fiducia est et culpa grauissima perfidorum non credere ei qui se opem suam daturum confitentibus pollicetur nec rursus eundem timere qui aeternam poenam negantibus comminatur.

6 Quae uos omnia, fortissimi ac fidelissimi milites Christi, insinuastis fratribus nostris, conplentes factis quod uerbis ante docuistis, futuri maximi in regno caelorum pollicente Domino et dicente: qui fecerit et sic docuerit maximus uocabitur in regno caelorum. denique exemplum uestrum secuta multiplex plebis portio confessa est uobiscum pariter et pariter coronata est, conexa uobis uinculo fortissimae caritatis et praepositis suis nec carcere nec metallis separata. cuius numero nec uirgines desunt, quibus ad sexagenarium fructum centenus accessit quasque ad caelestem coronam gloria gemina prouexit. in pueris quoque uirtus maior aetate annos suos confessionis laude transcendit, ut martyrii uestri beatum gregem et sexus et aetas omnis ornaret.

7 Qui nunc uobis, dilectissimi fratres, conscientiae uictricis uigor, quae sublimitas animi, quae in sensu exultantia, qui

4 Luc. 21, 14. 15. 14 Matth. 5, 19.

1 quomodo *L s. l.* quomodo aut *om. RV* dabitur . . . loquamini *om. R* 3 qui *exp. N*, quid C^1 loquamini LP^1R^1, lomini *N* 5 excusari *C* 6 os *in ras. R*, et os *P*, *om. L* et] sed *L* poterunt] possunt *C*, possint *R* 8 magnae ** *R et eras.* fiduciae *R* ei *ex* et *C* 9 confidentibus *C* 10 qui] quia C^1PR 12 implentes *Mv* 16 est *om. N* et pariter *om. LNP* 17 coronata est] confortata *C* fortissima et *R* claritatis C^1 et] et a *CMPRv* praepositi* sui *R* s *eras.* 18 separat *N* 19 sexagenariom *R* fructus *CMN; cf. p. 202,15* 20 ad] aut *LM* gloriae geminata *C* 23 *or**naret *R* 24 qui] quod *L* dilectissimi] dauid *corr. in* dabit *C*

triumphus in pectore, unumquemque uestrum stare ad promissum Dei praemium, de iudicii die esse securum, ambulare in metallo captiuo quidem corpore sed corde regnante, scire Christum secum esse praesentem gaudentem tolerantia seruorum suorum per uestigia et uias suas ad regna aeterna gradientium? expectatis cotidie laeti profectionis uestrae salutarem diem et iam iamque de saeculo recessuri ad martyrum munera et domicilia diuina properatis, post has mundi tenebras uisuri candidissimam lucem et accepturi maiorem passionibus omnibus et conflictationibus claritatem apostolo contestante et dicente: non sunt condignae passiones huius temporis ad superuenturam claritatem quae reuelabitur in nobis. plane quia nunc uobis in precibus efficacior sermo est et ad inpetrandum quod in pressuris petitur facilior oratio est, petite inpensius et rogate ut confessionem omnium nostrum dignatio diuina consummet, ut de istis tenebris et laqueis mundi nos quoque uobiscum integros et gloriosos Deus liberet, ut qui hic caritatis et pacis uinculo copulati contra haereticorum iniurias et pressuras gentilium simul stetimus pariter in regnis caelestibus gaudeamus. opto uos, beatissimi ac fortissimi fratres in Domino bene ualere et nostri semper et ubique meminisse. ualete.

10 Rom. 8, 18.

2 iudicii die] iudicio dei *Nv* esse] et *R* in *om. R* 3 regnantes *R* 4 secum esse] esse cum *R* praesentem *om. CR* gaudere *R* tolerantiam *LMNP* 5 suorum *om. R* gradentium *ex* gaudentium *C* 6 expectantes *ex* expectandis *C* expectatis ... uestrae *om. R* laeti *om. V*, laetitiam *C* professionis *C* 7 iamque] quae *R* martyrium *C*¹ 8 properastis *R* has *om. R* 11 passionis *C*¹*M* 12 claritatem] gratiam *C* 13 et *om. P* imperantur *R* 15 diuina] digna *C* 16 ut] et *V* de *ex* e *C* 17 dns *C* hic] id *R* et] sed *P* 20 opto ... meminisse ualete *om. C* fratres beatissimi] frs kmi *M*, beatissimi patres *N* ac fortissimi *L*, ac dilectissimi *PRv*, ac dilectissimi fratres *M*, *om. N* 21 ualete *om. PRv*. — Ad (Explicit ad *P*, Caecili Cypriani ad *M*) martyres (martyras *M*) et confessores (in metallo constitutos *add. LNP*) explicit *(om. P) LMNP*, Ad (Explicit ad *C*) Nemesianum et ceteros (ceros *C*) in metallo constitutos explicit *(om. C) CR*. —

EPISTVLA LXXVII.

CYPRIANO FRATRI NEMESIANVS DATIVVS FELIX ET VICTOR IN DOMINO AETERNAM S.

1 Semper magnis sensibus pro temporis condicione litteris tuis locutus es, Cypriane dilectissime. quibus adsidue lectis et praui corriguntur et bonae fidei homines corroborantur. dum enim non desinis tractatibus tuis sacramenta occulta nudare, sic nos in fidem facis crescere et de saeculo homines ad credulitatem accedere. nam quaecumque bona in multis libris tuis intulisti, nescius ipsum te nobis designasti. es enim omnibus hominibus in tractatu maior, in sermone facundior, in consilio sapientior, in sapientia simplicior, in operibus largior, in abstinentia sanctior, in obsequio humilior et in actu bono innocentior. scis et ipse, carissime, nostrum optabile uotum esse quod te uideamus doctorem et amatorem nostrum ad coronam magnae confessionis peruenisse.

2 Nam quasi bonus et uerus doctor quid nos discipuli secuti apud praesidem dicere deberemus prior apud acta proconsulis pronuntiasti et tuba canens Dei milites caelestibus armis instructos ad congressionis proelium excitasti et in acie prima

Epist. LXXVII. — Incipiunt rescripta confessorum *B*, Rescripta Nemesiani *v (fol. 192^a)*, Incipit secunda epistula *T*, Cypriano frī Nemesianus Datiuus Felix Victor *H*, Ad Cyprianum Nemesianus Datiuus Felix et Victor incipit *μ (fol. 158^a)*, Ad scm̃ Cypriani epistola Nemesiani Datiui Felicis et Victoris *β*, *om. hr.* — 2 nemesiano *μ*, nemesianus salutem *v* 3 deo *Brμ* 4 semper] cum semper *Thμ* magni *μ*[1], sanis *v* temporum *v* 5 locutus es tuis *β* 6 corrigunt *Th* bonae] bona et *h* non] nos *r* 7 sinis *Bv*, desint *Th* tractibus *Th* occultanda *Thμ* sic *om. μ* 8 facis nos in fidem *μ* fide *Brv* facis] pacis *Th* et *om. μ* et de ... accedere *om. Br* accede *Th*, aecclesiae *μ* 9 quacuq̃. *B* libris tuis multis *Br*, m. tuis libris *β* intulistis *Th* 10 adsignasti *v* es] et *Bhμ* 11 facundior *ex* nefandior *T* concilio *v* 12 sapientia] patientia *BHrβvv* 13 et in] in *v* 15 et amatorem *om. Br* magnae ad *T*, magnae ac *h* 17 quasi et *T* bonus *om. Br* 18 proconsiliis *T* 19 instructus *B* 20 et *om. v* prima] pugna *add. Thμv*, pugnans *add. Hβv*

spiritali gladio diabolum interfecisti, agmina quoque fratrum hinc et inde uerbis tuis conposuisti, ut insidiae inimico undique tenderentur et cadauera ipsius publici hostis et nerui concisi calcarentur. crede nobis, carissime, quoniam non est a centesimo praemio minor tua innocens anima, quae nec saeculi primos inpetus timuit nec ire in exilium recusauit nec relinquere ciuitatem dubitauit nec in deserto loco morari horruit et quoniam multis documentum confessionis dedit, ipsa martyrium prior duxit. quot enim ad martyria facienda exemplo suo prouocauit: et non tantum martyrum de saeculo iam excedentium sociata esse coepit, sed et cum futuris caelestem amicitiam copulauit.

3 Agunt ergo tibi nobiscum damnati maximas apud Deum gratias, Cypriane carissime, quod litteris tuis laborantia pectora recreasti, fustibus uulnerata membra curasti, conpedibus pedes ligatos resoluisti, semitonsis capitibus capillaturam adaequasti, tenebras carceris inluminasti, montes metalli in plana deduxisti, naribus etiam fragrantes flores inposuisti et tetrum odorem fumi discussisti. fecit autem et prosecutum est ministerium tuum et Quirini dilectissimi nostri, quod per Herennianum hypodiaconum et Lucanum et Maximum et Amantium acoluthos distribuendum misisti, quaecumque necessitatibus corporum defuerant expediri.

2 inc *h* uerbis ... insidiae *repetit T* inimici *v* 3 cadaueris *Brv* publicae *Th* hostis et] hostis *BTrμvv*, hortis *h* neruis $\mu^2 v$ concisis $\mu^2 v$, *om. β* 4 nobis carissime *om. Thμ* est *om. β* 5 prima *v* 6 recussauit *T* 7 commorari *vv*, mori *r* 8 ipse *r* 9 dixit *T*[1]*Bh*, discit *r* quot *scripsi*, quod *Thμ*, alios *BHrβvv* facienda] pacienda *r* 10 et *om. μ* sociata *scripsi*, socia *Hβvv*, solatia *T*, solatium *μ*, solacios *h*, socius *Br*: *cf. p. 549,16* 12 damnati *om. Br* dnm̃ *Thμ* 13 carissime] dilectissime *Brvv* 15 semitonsi *BT* capitis *v* capillatura *Br* adaequasti illum *H* 16 planum *BHrμvv* 17 flagrantes *h*, fraglantes *Hβ*[1], flagrantibus *Br* floribus *Br* 18 discussisti] exclusisti *BHrβvv* persecutum *rv* est *om. Brvv*, et *μ* 19 nostri] nos *T* per *om. β* herrenianum *T*, hennianum *hμ*, felicem heremianum *B*, felicem hiereinianum *r* ypodiaconos *B* 20 lucianum *Brr* et amantium *om. v*, et augustalem et amantium *Br* acholitos *T os ex* is, presbyterum *Br* 21 necessitati *Br* corporis *Hβ* defuerunt *Thμ* . Expediti sumus *r*

simus ergo orationibus nostris alterutro adiutores et rogemus sicut mandasti, ut Deum et Christum et angelos in omnibus actibus nostris habeamus fautores. optamus te, Domine frater, semper bene ualere et nostri meminisse. saluta omnes qui tecum sunt. omnes nostri qui nobiscum sunt te amant et salutant et uidere desiderant.

EPISTVLA LXXVIII.

CYPRIANO FRATRI ET COLLEGAE LVCIVS ET QVI CVM EO SVNT FRATRES OMNES IN DEO S.

1 Exultantibus nobis et laetantibus in Deo quod nos et in congressionem armauerit et in proelio uictores sua dignatione fecerit superuenerunt litterae tuae, frater carissime, quas per Herennianum hypodiaconum et Lucanum et Maximum et Amantium acoluthos misisti nobis: quibus lectis recepimus in uinculis laxamentum, in pressura solacium et in necessitate praesidium et excitati sumus et robustius animati ac si quid amplius fuerit poenarum. nam ante passionem a te sumus ad gloriam prouocati, qui prior nobis ducatum ad confessionem nominis Christi praebuisti. nos uero secuti uestigia confessionis tuae parem gratiam

1 nostris *om. Hβ* alterutrum *βvv* et] sed *h* 3 actibus *om. T* nostris *om. μ* fautores] futuros *T* optamus ... *l. 6* desiderant *om. v* domine *om. r* frater] pater kme *Br* 4 semper *om. Tβr* saluta ... desiderant *om. B.* — Cypriano Nemesianus Datiuus Felix et Victor explicit *T*. Rescripta confessorum explicit *B*, *om. Hhrβμv.* —

Epist. LXXVIII. — Incipit ad Lucium (Incipit Lucii *μ*) et qui cum eo sunt *TQμ*, Incipit ad Lucium *B*, Cypriano Lucius qui et Nicostratus *H*, *om. h.* — 8 cyprianus *BQTh* lucio *BQTh* cum eo] mecum *Bv* 9 omnes *om. μ* dno *HTv* 10 et nos *T* et in *scripsi*, et *Q*, in *T*, ad *BHμv* 11 et] ut *B* sua *om. B* 12 herenninum *H*, hennianum *Qhμ*, ennianum *T*, saturnium et herennianum *V* 13 lucianum *Bv* et amantium *om. V* 14 acoluthos *TV*, acolitos *BHQhμ* misistis *B* nobis *om. B* 15 pressuris *B* 16 ac] ad *μv*, at *h*; *cf. p. 827,7* quidam prius *M* (quid amplius *Q*) 17 abste *B*, ante μ^1 19 uestigium *T*

tecum speramus. nam qui prior est in cursu prior est et ad praemium, et qui prior occupasti de quo cepisti inde hoc nobis communicasti, demonstrans † scilicet indiuiduam caritatem qua semper nos dilexisti: ut quibus unus fuit spiritus in coniunctionem pacis esset precum tuarum gratia et una corona confessionis.

Accessit autem tibi, frater carissime, ad confessionis coronam 2
retributio operum, abundans mensura quam accipies a Domino in die remunerationis, qui et te nobis litteris tuis repraesentasti, ut pectus illud tuum candidum et beatum quod semper nouimus manifestares et secundum latitudinem eius nobiscum laudes Deo diceres, non quantum nos meremur audire, sed quantum tu potes dicere. tuis enim uocibus et quae minus in nobis instructa erant exornasti et confirmasti ad sustentationem earundem passionum quas patimur securi de praemio caelesti et de corona martyrii et de regno Dei ad prophetiam quam litteris tuis spiritu sancto plenus spopondisti. hoc totum fiet, dilectissime, si nos orationibus tuis in mente habueris, quod te facere confido, sicut et nos utique facimus.

Accipimus itaque, frater desiderantissime, id quod a Quirino 3
et a te ipso misisti sacrificium ex omni opere mundo. sicut et Noe optulit Deo et delectatus est Deus in odorem suauitatis et respexit in sacrificium eius, ita et in uestrum respicit et delectatur reddere uobis huius tam boni operis mercedem. peto autem

1 in cursu] ad confessionem *H* est et] est *Thμ* 2 occupati *HT* de quod coepisti *BQHμ*¹, prior et coronatur *H* de nobis *B* 3 demonstrans *H*, demonstrationem *BTQhμ* et indiuiduam *Q* qua] quam *BQ* semper] spem per *B* 4 fuit *om. B* sps unus *H* coniunctione *v* 5 tuarum] initiarum *B*, unitarum *O.xon.* gratiam et unam coronam *B* 6 tibi *om. B* 7 mensuram *B*¹*TQh* 8 diem *B* et *exp. Q (exh. M)* 9 pectus] tempus *B* 10 manifestare eas *BTQh* et] sed *B* nobiscum] nobis *BH*¹ 11 meremur *H* re *s. l.* 12 erant et *BQ* 13 ornasti *B* confirmati sumus *H*¹ 14 patimur] patienter *TQh*, patienter sustinemus *μ*; *fort.* patimur patienter 15 ad prophetiam] ex prophetia *Hv* quam nobis *V* 16 spondisti *B* 17 confidimus *H* 19 accepimus *BHμv* quod est *V* cyrino *BV* 20 abste *B* et noe] noe *T* 21 deus] deo *B* odore *h* 22 respicite *T*, respiciet *V*, respiciat *Mμv* delectabitur *V*, delectetur *μv* 23 reddens *B* nobis *T* tam] iam *TQ*

ut litteras quas ad Quirinum fecimus transmitti praecipias. opto te, frater carissime ac desiderantissime, semper bene ualere et nostri meminisse. saluta omnes qui tecum sunt. uale.

EPISTVLA LXXVIIII.

CYPRIANO CARISSIMO ET DILECTISSIMO FELIX IADER POLIANVS VNA CVM PRESBYTERIS ET OMNIBVS NOBISCVM COMMORANTIBVS APVD METALLVM SIGVENSEM AETERNAM IN DEO S.

Resalutamus te, frater carissime, per Herennianum hypodiaconum et Lucanum et Maximum fratres nostros fortes et incolumes adiuuantibus orationibus tuis: a quibus accepimus oblationis nomine quantitatem una cum litteris tuis quas misisti, in quibus dignatus es de uerbis caelestibus nos tamquam filios confortare. et Deo patri omnipotenti per Christum eius gratias egimus et agimus quod sic confortati et conroborati sumus per tuam adlocutionem, petentes de animi tui candore ut nos adsiduis orationibus tuis in mente habere digneris, ut con-

1 cyrinum *V*, cyprianum *B* feci *V*, fecit *B* opto ... uale *om. B* 2 fratres *T* desideratissime *T* 3 uale *om. Q*, ualete *μ*. — Caecili Cypriani ad Lucium explicit *B*, Ad Lucium et qui cum eo sunt explicit *TQ*, *om. Hhμ*. —

Epist. LXXVIIII. — Incipit epistula (Ad sanctum Cyprianum *β*) Felicis Iaderis (Iader *T*, *om. B*) Poliani (Polianis *T*, *om. B*) *BTβ*, Cypriano Felix Iader hanc mittunt epistolam *H*, Rescripta Iaderis Foelicis et caeterorum *v fol. 192*[b], Incipit Foelix Iader Pollianus *μ fol. 158*[a]. — 5 cyprianus *B*[1] et dilectissimo *om. B* ader *B* 6 pollianus *μ* conpresbyteris *β* et omnibus *om. v* uobiscum *Hβ* 7 siguense *μ*[1]*v*, singuense *βμ*[2], singuensem *B*, singuentem *v* in dno *v*, in dnm *T*; aeternam in domino *v* 9 resalutauimus *μ* frater *om. Bv* herenianum *v*, hennianum *Tμ* hypodiaconum *om. v* 10 et lucianum *BTβ*, lucianum *v* et *om. v* 12 oblationes *B*[1]*H*[1] nomine *om. B* quantitatem] non minimam quantitatem *βv* tuis *om. Bv* 13 misisti] scripsisti *v* caelestibus uerbis *H* 14 filios tuos *B* confortari *μ*[1]*v* 15 eius *v s. l. m. 2* egimus et *om. B* 16 per tuam] perpetuam *T* 17 tuis nos adsiduis orationibus *H* mentem *BTμ*

fessionem uestram et nostram quam Dominus in nobis conferre dignatus est suppleat. saluta omnes qui tecum commorantur. optamus te, frater carissime, in Domino bene ualere. [Felix scripsi.] Iader subscripsi. Polianus legi. Dominum meum Eutychianum saluto.

EPISTVLA LXXX.

CYPRIANVS SVCCESSO FRATRI S.

Vt non uobis in continenti scriberem, frater carissime, illa res I
fecit quod uniuersi clerici sub ictu agonis constituti recedere istinc omnino non poterant, parati omnes pro animi sui deuotione ad diuinam et caelestem gloriam. sciatis autem eos uenisse quos ad urbem propter hoc miseram, ut quomodocumque de nobis rescriptum fuisset, exploratam ueritatem ad nos perferrent. multa enim uaria et incerta opinionibus uentilantur. quae autem sunt in uero ita se habent, rescripsisse Valerianum ad senatum ut episcopi et presbyteri et diacones in continenti animaduertantur, senatores uero et egregii uiri et equites Romani dignitate amissa etiam bonis spolientur et si ademptis facultatibus chri-

1 uestram et *om. v* et nostram *om. μ*[1] 2 morantur *B* 3 opto *B* frater carissime] st̃ *B* in deo *μv. om. B*, in deo semper *v* felix scripsi *om. BHTβμv. add. Oxon.* 4 iader . . . saluto *om. Bβv* pollianus *μ* euthycianum *μ*, uthyciano *T* 5 salutem *T*. — Cypriano Felix Iader Polianus explicit *T*, Epistola Felicis explicit *B, om. Hβμv*. —

Epist. LXXX. — Incipit *(om. H)* epistula beati (sc̃i *G*) Cypriani ad Successum *GH*, Incipit (Cypriani *add. m. 2*) epistola ad Successum *T*, Incipit (*om. μ*) ad Successum *Wμ*. — 8 scribere *T* 9 cleri *T* ictu] iciu *T* 10 istinc] hinc *G* animi sui deuotione ad diuinam] animatione diuina *HTW* 11 celeste *W*, caelesti *H* gloria *H*, corona *W*, coronam *T* eos] meos *T* 12 quomodoquoque *W*, quod *G* nobis] his *T* 13 fuissent *μ* explorata *G* ueritate *G*, sibi ueritatem *μv* referrent *μ*, referret *W*, referent *G* 14 uentulantur *T* 15 sint *μ* ad] ob *G* 16 ut] et *W* et diaconi *G, om. T in ras.* continentia *TW*, continentiam *G* animaduerterentur *T*, enim aduersantur *W* 17 uero et *om. μ* uiri et] uiri *Oxon.* 18 spoliantur *TW*, expolientur *G* christi *μ*[1]

stiani [esse] perseuerauerint, capite quoque multentur, matronae ademptis bonis in exilium relegentur, Caesariani autem quicumque uel prius confessi fuerant uel nunc confessi fuerint confiscentur et uincti in Caesarianas possessiones descripti mittantur. subiecit etiam Valerianus imperator orationi suae exemplum litterarum quas ad praesides prouinciarum de nobis fecit: quas litteras cotidie speramus uenire, stantes secundum fidei firmitatem ad passionis tolerantiam et expectantes de ope et indulgentia Domini uitae aeternae coronam. Xistum autem in cimiterio animaduersum sciatis VIII. id. Aug. die et cum eo diacones quattuor. sed et huic persecutioni cotidie insistunt praefecti in urbe, ut si qui sibi oblati fuerint animaduertantur et bona eorum fisco uindicentur.

2 Haec peto per uos et ceteris collegis nostris innotescant, ut ubique hortatu eorum possit fraternitas corroborari et ad agonem spiritalem praeparari, ut singuli ex nostris non magis mortem cogitent quam inmortalitatem et plena fide ac tota uirtute Domino dicati gaudeant magis quam timeant in hac confessione, in qua sciunt Dei et Christi milites non perimi sed coronari. opto te, frater carissime, semper in Domino bene ualere.

1 esse *om. Gμ* perseuerant *H* mutentur *T*, mulcentur *μ*, plectentur *H* matronae uero *HT*, et romae *μ* 2 adeptis *W* religentur *TW*, relegerentur *G* caesariani autem] causarum atq. *μ sed* cesarum *s. l. m. 2* 3 fuerunt *W* 4 cessarianas *T* descriptam *T*, et inscripti *G*, et scripti *μ* 5 deiecit *W* imperator] imploratione *W* orationis *H*, in orationis *G*, *om. W* sua *W* exemplo *G*, et exemplum *T* 6 litteras *G* praesidem *H* prouinciae *G* quas *om. H* 7 stantes] state ergo *G* 8 et *om. T* spectantes *μ* et] et de *T* 9 aeternam *T* xyxtum *Hμ*[1], sixtum *Gμ*[2], christum *T*, crescunt *W* cymiterium *G*, cometerio *T*[1], coemiterio *Wv* 10 VIII. idum agg̃. *T*, V iduum aug̃. *H*, octauo iduum augustarum *μv* die *om. W* eo diacones] eodem *GHT*, eode *μ*, eodem diacones *W* 11 quartum *G*, quarum *μ* in urbem *HT*, *om. W* 12 sibi] ibi *G* fuissent *W* 14 et] ut *W* ceteris *om. Gμ* innotiscant *W* ut ubique] ubi *μ* 17 cogitant *G*, concitent *T* et] ex *W* 18 dicata *Hμ*, dicat *T* t *in ras.* 19 opto ... ualere *om GHW;* amen *add. G* 20 in domino *om. μ*. — Ad (Caecili Cypriani epistola ad *T*) Successum explicit *TW*, *om. GHμ*. —

EPISTVLA LXXXI.

CYPRIANVS PRESBYTERIS ET DIACONIS ET PLEBI VNIVERSAE S.

Cum perlatum ad nos fuisset, fratres carissimi, commentarios esse missos qui me Vticam perducerent et consilio carissimorum persuasum esset ut de hortis nostris interim secederem, iusta interueniente causa consensi, eo quod congruat episcopum in ea ciuitate in qua ecclesiae dominicae praeest illic Dominum confiteri et plebem uniuersam praepositi praesentis confessione clarificare. quodcumque enim sub ipso confessionis momento confessor episcopus loquitur aspirante Deo ore omnium loquitur. ceterum mutilabitur honor ecclesiae nostrae tam gloriosae, si ego episcopus alterius ecclesiae praepositus accepta apud Vticam super confessione sententia exinde martyr ad Dominum proficiscar, quandoquidem ego et pro me et pro uobis apud uos confiteri et ibi pati et exinde ad Dominum proficisci orationibus continuis deprecer et uotis omnibus exoptem et debeam. expectamus ergo hic in secessu abdito constituti aduentum proconsulis Cartaginem redeuntis, audituri ab eo quid imperatores super christianorum laicorum et episcoporum nomine mandauerint et dicturi quod ad horam Dominus dici uoluerit. uos autem, fratres carissimi, pro disciplina quam de mandatis dominicis a me semper accepistis

Epist. LXXXI. — Incipit (Epistola Cecili Cypriani Carthaginiensis epi͠ *β*) ad clerum et plebem Kartaginiensem (cartaginis *β*) *Gβ*, Incipit ad clerum de Successo *Z (fol. 166ᵇ)*, Incipit ad presbyteros et diaconos *z (fol. 230ᵇ)*, Ad plebem de suo successu *μ*, *om. r*. — 2 et *om. G* diaconibus *rμv* 3 fuisset ad uos *Z* frumentarios *μ* 4 me *om. z* ut hic an *Z*, menticam *z*, umquam *G* 5 uti *G* de] in *Z* ortis *Gzβμ* secederem] non crederemus *z* 6 epo͠ *z* 9 ipso] illo *zμv*, in loco *Z* 10 eps͠ ses͠ *G* omnium *om. r* ceterorum *z* 11 multilabitur *zμ*¹, ut labitur *Z* ecclesiam nostram gloriosam *z* ego *om. Z*, ergo *z* 12 utıram *z* 13 sententiam *GZz* 14 ego et *om. Z* uos *om. Z* 16 uotis omnibus deprecare *z* 17 addito *z*, *om. Z* consulis *z* cartaginis *Z*. ad cartaginem *rzμ* 18 audituri] dicturi *G in marg.*, ab eo audituri *z* quod *Gz* imperatores] in populum *G* super *om. μ*. sub *z* 20 dominus *om. G*, deus *β* carissimi *om. z* 21 quam] quasi *r* de *om. z*

et secundum quod me tractante saepissime didicistis, quietem et tranquillitatem tenete, nec quisquam uestrum aliquem tumultum fratribus moueat aut ultro se gentilibus offerat. apprehensus enim et traditus loqui debet, siquidem Deus in nobis positus illa hora loquatur, qui nos confiteri magis uoluit quam profiteri. quid autem de cetero nos obseruare conueniat antequam in me super confessione nominis Dei proconsul sententiam ferat, instruente Domino in comminus disponemus. incolumes uos, fratres carissimi, Dominus Iesus in ecclesia sua permanere faciat et conseruare dignetur.

1 et *om. G* et tranquillitatem *om. z* 2 tenere *Z* quicquam *z* 3 de fratribus *Zzrμ* aut] ut *Z* 4 etenim *rμ*, autem *Z* et siquidem *z*, si quid cum *Z* deus in uobis *G*, in uobis deus *z*, in nobis *r* positus] possit *z* 5 loquatur] mandauerit loquetur *Z* 6 quod *G* de cetero] de certo *r*, decet ergo *Z* nos *om. μ* conuenit *Zrμ* in *om. zrβμ* 7 super] semper *z* confessionem *Zrμ*[1] dei] de ipso *z* proconsulis *Grβμ*, proconsule *Z*, consule *z* sententia feriat *Grβμ*, sententia fuerat *z* 8 in comminus . . . dominus iesus *om. r* comminus *GZ*, commune *rzβμv* 9 iesus] noster *μv* 10 dignetur amen *Zz; add. Baluzius ex libro Fuxensi (?):* ita fiat per suam misericordiam. — Ad clerum de sucessi explicit *Z*, Ad presbyteros et diaconos explicit *z*, *om. Grβμ*. —

BR
60
.C6
v.3
pt 1-2,

Cyprian, St.

Opera omnia v. 1-2

A209 (C S E L v.3, pt 1-2)

DATE	ISSUED TO
BR 60 .C6 v.3 pt.1-2	Cyprian pts 1-2